



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:


- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

6994

80-6-17



per 6994

R. P. FRANCISCI
A M I C I
CONSENTINI E SOCIETATE E S V
S THEOL. DOCTORIS
AC PROFESSORIS IN COLLE G I S
A Q V I L A N O,
NEAPOLITANO, GRÆCENSI, VIENNE N S T,
NVNC VNIVERSITATIS GRÆCENSIS CANCELLA R II,
CVRSVS THEOLOGI CI
TOMVS NONVS,
DE MAGNO SACRAMENTO
M A T R I M O N I I

Dela Liburia
de la Long
de Alcala.

Anno



ANTVERPIÆ,
Apud GUILIELMVM LESTEENIVM, via vulgo Hoochstraet dicta,
sub Pellicano aureo, M. DC. L.

Cum Privilio Cesareo & Regio.

REVERENDISSIMO
ET AMPLISSIMO DOMINO
D. BENEDICTO CELEBERRIMI

Florentissimi & Exempti Monasterij ad S. Lamberum
in Superiori Styria, Ordinis S. Benedicti

A B B A T I
M E R I T I S S I M O A D C E L L A S

D. Virginis, Pyber. & Affluentiae &c. Præposito vigilantissimo.



ONVS iste, idemque fortasse postremus ingenij mei partus
è Sacrae quoque Theologiæ commercio suauissimo suscep-
tus est, Amplissime Præful. Ingenij, inquam, partus: non so-
lum quia huic nomini, materiæ, quam complectitur, affini-
tate respondet: verùm etiam quia ex Maiorum nostrorum
literaria hæreditate acceperimus, Sapientissimos & vetustissi-
mos quoque Scriptores Libros à se editos, non nudâ dum-
taxat vocis agnatione Liberos suos nuncupasse. Vnde etiam
reste Quintiliano primi sermonis Latij Authores verbum *Edo* ingenij quoque pro-
pagationi commune esse voluerunt. Hinc perulgatum illud antiquorum: *Sermo*
vel scriptio, imago, effigies, imo, vt Seneca Philosophus, vultus animi est: quis porrò
nescit, Sobolem Parentum suorum imaginem rectè dici? De quo præclarè S. Theodo-
ret. orat. ad PP. Conc. Epk. inquit: Tum quoque verbum mentis tuae proles est, Ut post-
quam verbum istud, quod tua mens peperit, elementis ac litteris volueris exprimere Et
in charta sermonem efformare, manu literas describis, Ut certa quâdam ratione verbum
tuum per manum denuò emiteris, Et manum per literas verbum parientem conspicaris.
Sic iple. Cui bellè consonat Cosmas Monachus S. Ioannis Damasceni Præceptor,
viris, inquiens, doctis congenita est cupiditas generandifilios sibi similes, ut aureum Sa-
pientiae genus numquam deficiat, sed perpetuò propagetur. Præstant nimirum laudabili
suâ fecunditate Sapientes, ut inter ipsum quidem ferreorum sæculorum degene-
reni horrorem, aurea illa, Diuisque simillima ætas deficiat. Atque hinc est, quod à
viris doctis non minore curâ educetur, & vt verbis Synesij ep. i. vtar, lambatur
mentis ista, quâm illa corporis Soboles: hoc enim perspicuè declarat D. Petrus Da-
miani lib. 2. ep. 6. vbi de sublato quodam sibi libro sic queritur: tulit librum meum
quem velut unicum ulnis vterina dulcedinis amplectebat. Huc tandem illa Venusio-
ni Vatis de edendis voluminibus præceptio pertinet;

— nonumq; premantur in annum.

Vt nimirum docti huius fœtus pariendi cura materno nouem mensum labori respondeat.

Porrò totum hunc postremum ingenij mei partum fore præmiseram, nam
quemadmodum primus Deum Vnum & Trinum explicuit, cuius Natum n:cessa-
riam ei in scipio præstat facunditatem, cuius bonitas, vt Doctor Angelicus docet,
omnia quæ extra eum sunt procreat, fouet Pietas, Prouidentia conseruat: ita supre-
mus hic de Matrimonio, vt potè vnico humanæ propagationis legitimo medio dis-
putabit, futurus tamen non minus ac ille materiæ suæ amplitudine operosus. Matri-
monium namque pactum est penè inextricabile, vt illud Christi Domini apud D.
Matthæum c. 19. in illius quoque molem & difficultatem rectè quadret: *Non omnes*
capiente

E P I S T O L A

capiunt verbum istud. Recte scilicet, iam tunc à communibus conscientiarum, atque adeò totius Mundi cum Christo Iudicibus Apostolis quasi summum aliquando in hac causa laborem passuris pronunciatum est, Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. vnde ob innumeras difficultates & angustias, quæ hoc in genere quotidie occurunt, non tam ex opinione antiquissimi Hesiodi Theogoniam, quam (meā quidem sententiā) prudentem, cautamque Theologiam meritò quisque conscientiarum accuratus Moderator Magistrum desiderārit, cuius, quemadmodum Vates ille canit, proprium sit:

*vōous x̄ 4d̄d̄ x̄d̄v̄d̄
quod est: —— leges moreſque pudicos*

maritali vinculo præscribere. Quod si enim Plato ille, cui à Deo nomen indidit antiquitas, à remotioribus de diuina Natura & primis rerum causis commentationibus perueluendis, à Musæo, Lino, Orpheoque, quos quidem primos Græcorum Theosophistas fuisse apud peruetustos Scriptores reperio, vnius Socratis exemplo, ut Åelianus refert, ad eam Philosophiæ partem, quæ ex præscripto rationis mores componit, humanasque actiones ordinat, recte & laudabiliter se contulit: quantò rectius alius quispiam, qui explicandis de Deo, de diuina gratia, de abscondito à sacerulis Dominicæ Incarnationis Mysterio, & alijs reconditissimis fidei Nostræ theorematiſ desudauit, post hæc quoque pertractat, quæ quotidianæ hominum conſuetudini deseruiunt, præſertim si eiusmodi sit, cui ex peculiari Instituti ſui ratione incumbat Spirituſtibus proximorum commodiſ inuigilare. Quo quidem in labore non vnum dumtaxat Socratem, ſed plurimos, etiam è minima Societate noſtra doctiſſimos grauiflormosque ante me numero Scriptores, qui à präclara ſua theoria ad morales quoque quæſtiones deſcenderunt. Quod quidem haud ſcio an alio quam hoc opere efficacius präſtare potuerim, ſiquidem id ſuapte natura non tam ingenio altiſſimiſ ſenſis locupletando, quam virilitati & commodiſ corum ſubſeruit, qui alienæ ſalutis quæſtum faciunt. Ne ſcilicet in me pariter recte illud dicatur, quo Plinius Iunior in präfat. hist. Liuum ſugillat: *Quod utilitati inuandi präulerit placendi gratiam.* Fuit enim optimis ſemper Authoribus, tanquam in copioſam laborum ſuorum mercedem präfixum hoc, *Vt profint*, quod ſi nanciferentur, nihil de queſtituſ literis Nominis immortaliſtate ambigebant, ſciebant namque id, quod Posſeuimus noſter lib. i. bibl. c. 49. ſapienter animaduertit, quorquot inani dumtaxat placendi ſtudio ſcripsere, librorum prämaturo occaſu mulctatos eſſe: quam in rem vnum präter complures alios ad fert Mercurium Trismegistum, ex cuius tringinta ſex Volumen multibus vix duo reſtant Dialogi Perimander, & Asclepius. Ambidextros nimirum eſſe oportet Sapientes, qui pro nominis ſui memoria contra iniuriosum ſcītē pugnent æuum, hoc eſt, vt Horatius monet, vtile dulci eis miſcendum eſt, quemadmodum & in medicamentis eis vſu venit; atque hinc Hermes Trismegistus apud Stobæum libros ſuos *Pharmacum immortalitatis* audet nuncupare; Clemens vero Alexandrinus i. Stromat. *νήσις φάρμακον* medicamentum obliuionis. Si enim S. Greg. Nyſſenus Fratrem ſuum D. Baſiliū orat. Funebri *Ἄρετα πρόδηξιον* quaſi ambidexterum ex eo appellauit, quod utraque & ſacrâ & prophana eruditione egregiè fuerit instructus: cur ambidexter ille non meliore dicatur ſuffragio, qui ſuauiflorme theoriæ utilem iungit praxi: ſiquidem illa ſublimitate ſuā in animis hominum ſcire geſtientium excitat deſiderium ſui; hæc, quia numquam ſatis deſideratur, & expetitur, quod ſemper prodeſt, omnem tollit ſatietaſem: atque ita utraque Authorem ſuum, hinc quidem contra contemptum, & deſpiciētiā; illinc vero aduersus fastidiosum Lectoris ſupercilium defendit.

Atque dum ob hæc supremum iſtud de Sacramento Matrimonij volumen meditarer, plurima fuere, cur identidem tui, Reuerendissime & Ampliſſime Præſul, recordarer: in quo nimirum vera religioſa que virtus, exiūio, quod de hiſcè

ſtudijs

D E D I C A T O R I A

studijs habes , iudicio , vsui & amori indissolubili se vinculo maritat, vt proinde ad instaurandam D. Lamberti amplissimam Basilicam, ad exstruendum ab ipsis fundamentis Florentissimo tuo Ordini magnificentissimum Cœnobium, ad circumdandas sumptuoso templo Virgineas Cellas, Numen ipsum te exstimulasse videatur, quò palam fieret vniuersis , quām præclarum Ipse in Te virtuti bonisque literis domicilium posueris , ex quo nimur illa vsque adeò laudata ædificia tanquam optimo prototypo descripseris. Vnde & è medio, id est proprio virtutis loco eorum Senatorum, qui super eligendo nouo Antistite in Celeberrimo Tuo Monasterio congregati, calculo Tibi suo suffragati sunt, in hoc, quo præfulges, dignitatis culmen euectus es. Sed ne plura hoc in genere percensendo modestiæ Tuæ, quâ singulare apud vniuersos nomen Tibi paris, iniuriam facere videar, illud solum commemoro, quod nemini ignotum esse potest: omnes eos, qui ad fruendum religiosa Tua conuersatione admittuntur, animum suum sincerè Tuæ comitati , quasi per maritale quoddam vinculum annextere , eiusdemque non spectatores modo fieri, sed fideles etiam laudatores & amatores. Ut tamen intelligas singulares has prærogatiwas & annuente & portendente Cœlo in Te transfusas esse , quid aliud denotat pyrum illud, quod Cellensis Virgo IESVLO suo porrigit(quemadmodum in Hist. Cell. non ita pridem sub auspicijs tuis edita memoriæ proditum est) quām Te, Præsul Reuerendissime, qui cùm in insignijs Tuis vberem tribus pyris surculum gestes , illud tandem Benedictum pyrum à Benedicta Virgine eleatum Filioque in gloriam Benedictinæ familie traditum audias, quod Benedictus quoque Virgini ventris fructus velut diuinus quidam Daphnis in Celeberrimam Antiquissimi Tui Cœnobij Insulam insereret , ad Nepotum, id est Religiössimi Tui Ordinis singulare emolumentum, quo Celebre illud Mantuani Vatis Eccl. 9. celeberrimum in te euadat,

Infere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.

Verūm quamvis summa hæc sint, & consummatæ Virtutis Tuæ non vulgaria documenta, illa tamen Benevolentia, illa prona voluntas, qua minimum Ordinem nostrum complecteris, quemadmodum ab unoquoque è SOCIETATE Iesv peculiaria grati ac reciproci animi studia exigit; ita has de Sacramento Matrimonij disputationes Iure tibi Tuo inscribit: cùm Sacramenti huius natura in indissolubilitate præsertim nixa sit, semper iudicabam, hoc tanquā palmari indicio propensissimum Tuum erga nos animum declarari posse , quem nullius Zoili malevolentia aut imposturis à nobis auelli passus es, verūm eundem gravioribus in dies benevolentie & propensionis manifestas argumentis. Sed tametsi de his plura dicere cupientem ipsa etiam Antiquissimi Tui Monasterij insignis & index Litera L admoneat, quæ apud Scaligerum laudis nota est: quia tamen Humanitas quoque Tua id à me postulat, vt non offendatur Modestia Tua: accipe, ne longior sim, ultimum hunc è Theologicis meis elucubrationibus partum, Amplissime & Reuerendissime Præsul, quem vel ideo Tibi dicatum, sacramtumque velim, vt intelligas, cùm vt supra dixi, Libri Authorum Liberi sint, eo illum affectu à me refundi in Te, quo, id est tenerimo, postrema proles à Parentibus haberii solet.

*Ren. & Amplissima
Tua Dominationis*

Humillimus Sernus

FRANCISCVS AMICVS.

INDEX

DISPUTATIONVM ET SECTIONVM HVIUS TOMI NONI.

DISPUTATIO PRIMA.

De matrimonio secundum sc.

- Sectio I. **Q**uid sit matrimonium?
 II. An matrimonium sit indissolubile &
 undo hoc habeat?
 III. An pluralitas uxorum sub uno viro simul aduersetur natura matrimonij?
 IV. Quando, à quo, tibi, & num sub precepto fuerit matrimonium institutum?

DISPUTATIO SECUNDA.

De matrimonio ut Sacramentum est.

- Sectio I. An matrimonium sit propriè Sacramentum,
 & gratia sanctificantis collatum?
 II. An matrimonium inter baptizatos possit esse validum in ratione contractui, & non in ratione Sacramenti?
 III. An matrimonium infidelium fiat Sacramentum per susceptionem Baptismi utriusque coniugis?
 IV. An sit validum matrimonium per Procuratorem contractum?
 V. An validum sit matrimonium per literas contratum?

DISPUTATIO TERTIA.

De materia, forma & Ministro matrimonij.

- Sectio I. Quis huins Sacramenti Minister sit?
 II. Quae sit materia & forma Sacramenti Matrimonij.
DISPUTATIO QVARTA.

De consensu ad Matrimonium requisito.

- Sectio I. An consensus coniugum sit necessarius ad matrimonium, & an propter hunc requiratur parentum consensus?
 II. An ita sit necessarius proprius coniugum consensus, ut nulla auctoritate valeat sine eo validum matrimonium celebrari?
 III. An ad validitatem matrimonij sufficiat consensus fiduciæ?
 IV. An qui fiducie contraxit tenetur verè contrahere, & quo iure?
 V. An quando matrimonium fuit ab initio invalidum ex facto, aut coacto consensu alterius, sufficit ad illud revalidandum ponere verum aut liberum consensum ex parte eius, qui fiducie aut coacte contraxit?
 VI. An solus internus consensus ad matrimonium sufficiat?
 VII. An ad internum coniugum consensum exprimendum necessaria sint verba, an sufficient quacunque alia signa?
 VIII. In quodnam obiectum ferri debeat consensus maritalis?
 IX. An valeat matrimonium contractum ab eo qui falsò putabat se habere aliquod impedimentum dirimere?

DISPUTATIO QUINTA.

De consensu conditionato.

- Sectio I. Explicantur varia genera conditionum earumque vis, & natura examinatur.
 II. Quae conditiones irritent, que verò non irritent matrimonium.
 III. An matrimonium per verba de presenti sub condicione honesta de futuro celebratum adimpleret conditionem, si validum absque novo consensu?

DISPUTATIO SEXTA.

De consensu coacto.

- Sectio I. An matrimonium coacto consensu iniustum sit

validum?

- II. An metus leuis dans causam contractui iniustè incussum matrimonium irriteret?
 III. Quo iure metus grauis ad extorquendum iniustè incussum matrimonium irriteret?
 IV. An coniux, qui dedit causam metus alteri coningi, resilire possit inniso coniuge iniustum metu passo?
 V. An possit matrimonium gravi metu iniusto extortum iuramento firmari?

DISPUTATIO SEPTIMA.

De consensu clandestino.

- Sectio I. Quod matrimonium dicatur clandestinum?
 II. An ante Tridentinum matrimonia clandestina non solum fuerint prohibita, sed etiam aliquando invalida?
 III. Quas conditiones Tridentinum requirat ad matrimonium contrahendum?
 IV. An iuxta Tridentini decretum ad validitatem matrimonij requiratur proprius Parochus & quem ille sit?
 V. An Parochianus duplicitis Parochia coram alterutro Parocho contrahere possit?
 VI. An matrimonium celebrari debeat coram utriusque contrahentis Parocho & intra propriam Parochiam?
 VII. Quoniam sit vagabundorum proprius Parochus?
 VIII. An Religiosi in novo Orbe possint exercere officium Parochi matrimonio assistendo?
 IX. Qualis Parochus ad assistendum matrimonio requiratur?
 X. Quis intelligatur Ordinarius qui possit matrimonio assistere, licentiam concedere, & denunciations ante matrimonium fieri solitas remittere?
 XI. Qualis Parochi, & testimoniū praesentia ad matrimonij valorem requiratur?
 XII. De denunciationibus matrimonio premittendis.
 XIII. An solemnitas à Tridentino prescripta ita sit necessaria, ut in nullo casu sine ea matrimonium validum sit?

DISPUTATIO NONA.

De dissolutione matrimonij.

- Sectio I. An matrimonium validè contractum possit quoad vinculum dissoluiri?
 II. An matrimonium ratum non consummatum possit Pontificia auctoritate dissoluiri?
 III. An matrimonium ratum per solemnem Religionis professionem dissoluatur?
 IV. Quo iure solemnis Religionis professio matrimonium ratum dissoluat?

DISPUTATIO OCTAVA.

De impedimentis matrimonij in communi.

- Sectio I. Penes quem sit potestas impedimenta matrimonium constituendi?
 II. An consuetudo possit contra impedimenta iure Canonico constituta prescribere, aut noua inducere?
 III. An impedimenta dirimentia Ecclesiastica lege instituta ita obligent, ut in nullo casu cum aliquo ex his matrimonium contractum sit validum?

DISPUTATIO DECIMA.

Quid sit Ecclesiaz veritum, & tempus Feriatum?

DISPUTATIO UNDECIMA.

Quid sit Catechismus, sponsalia, votum.

DISPUTATIO DVODECIMA.

De impedimento incestus.

DISPV-

INDEX DISPUTATIONVM ET SECTIONVM.

DISPUTATIO DECIMATERIA.

De impedimento raptus. De uxoritidio.

Quid proprias oboli suscepimus sit?

De Presbytericidio.

De solemnis penitentiis.

De eo qui Monialem accipit.

De impedimentis dirimentibus.

DISPUTATIO DECIMA QVARTA.

De impedimento erroris & conditionis.

Sectio I. An & qualis error, & quo iure matrimonium dirimat?

II. An error conditionis seruili sit impedimentum dirimenti, & quo iure?

DISPUTATIO XV.

De impedimento voti.

Quod votum, & quo iure matrimonium dirimat?

DISPUTATIO XVI.

De impedimento cognationis carnalis seu consanguinitatis.

Sectio I. Quid sit consanguinitas & quo patre innesciganda?

II. An in aliquo gradu tam recte quam transuersa linea sit iure naturae matrimonium irritum?

III. Ad quorum usque consanguinitatis gradum iure positivo prohibita sint matrimonia?

DISPUTATIO XVI I.

De impedimento affinitatis.

Sectio I. Quid sit affinitas, & quid ad eam contrahendam requiratur?

II. An affinitas in aliquo gradu recte, aut transuersa linea matrimonium iure naturae irritet?

III. An vinculum affinitatis contrahatur ex matrarei an ex sola lege positiva?

DISPUTATIO XVI II.

De impedimento cognationis spiritualis.

Quid sit, & inter quas personas, & quo iure inducatur?

DISPUTATIO XIX.

De cognatione legati. Quid & quotuplex.

DISPUTATIO XX.

De impedimento Criminis.

Sectio I. Qua crimina matrimonium dirimat?

II. Qualis debeat esse premissio, ut hoc impedimentum incurritur?

DISPUTATIO XXI.

De cultus dispatitiae.

An culens disparitas matrimonii dirimat, & quo iure?

DISPUTATIO XXII.

De impedimento ligaminis.

Sectio I. An ligamen matrimonii dirimat?

II. Qualis certitudo requiratur de obitu coniugis ut superstites possit matrimonium inire?

DISPUTATIO XXIII.

De impedimento publice honestatis.

Sectio I. Quid sit, & quo usque se extendat hoc impedimentum?

II. Ex quibus sponsalibus contrahatur hoc impedimentum?

DISPUTATIO XXIV.

De impedimento impotentiae.

Sectio I. Quid, & quotuplex sit impotentia?

II. Quae impotentia matrimonii dirimat & quo iure?

III. An impotentia, perpetua supernensis contractum matrimonium dirimat?

IV. An matrimonium cum impotentia perpetua cognita ad finem casti vivendi contractum validum sit?

V. An possit hermaproditus matrimonium validè contrahere?

239.

DISPUTATIO XXV.

De dispensationibus circa causas matrimoniales;

Sectio I. An possit Pontifex dispensare in impedimentis contra ius naturale & diuinum?

II. An solius Pontificis sit dispensare in impedimentis humano iure introductis?

241.

IV. An possit Pontifex dispensare in radice matrimonij?

V. An & que cause requirantur ad validam, & licitam dispensationem in impedimentis matrimonij iure humano dirimentibus?

VI. Qua debeant in positione exprimi, ne matrimonialis dispensatio subrepnidis vitium incurrat?

V. In universalis dispensationis principia propounduntur 259.

DISPUTATIO XXVI.

De obligatione, & excusatione soluendi debitum conjugale.

Sectio I. An & quando actus coniugalis obliget sub pracepto?

II. An peccante coniuge debitum exigente, peccet coniux debitum reddens?

III. Quot modis copula coniugalis redditi possit illicita?

IV. An copula coniugalis reddatur illicita in loco sacro adhibita?

DISPUTATIO XXVII.

De potestate quam coniuges habent vouchendi atque irritandi sibi inuidem vota.

Sectio I. An & qua vota possint coniuges absque licentia alterius validè emittere?

II. Nam potestatem vi matrimonij accipiat vir in uxorem in ordine ad eius vota irritanda?

III. Qua vota ab uxore emissa possit vir irritare?

DISPUTATIO XXVIII.

De diuortio.

Sectio I. An non tantum adulterium, sed reliqui omnes alii impudicium aliena dent sufficientem causam diuortij?

II. Qua causa excusat ne propter adulterium diuortium celebretur?

III. Quid iuris acquirat innocens contra adulterum ad diuortium celebrandum?

IV. An teneatur vir uxorem in adulterio persistentem dimittire?

V. An liceat innocentis ante diuortij sententiam iniusti adulterio, ad Religionem, vel sacros Ordines transire?

VI. An possit innocens post latam diuortij sententiam coniugem adulterum iniustum sibi reconciliare.

VII. An adulterium innocentis compensetur adulterio post latam diuortij sententiam commisso, ac proinde dimissus ius habeat renocandi dimittentem?

VIII. An heresis sufficientem causam prebeat diuortio?

IX. An propter alias causas licitum sit diuortium?

DISPUTATIO XXIX.

De natura sponsalium.

Sectio I. Quid & quotuplia sunt sponsalia?

II. Que promissio requiratur ad sponsalia validè contrahenda? An clandestina sunt valida? an possint ex una parte claudicare?

III. Quot modis sponsalia contrahi possint?

An matrimonium clandestinum Tridentini iure irritum, vim habeat sponsalium?

An matrimonium contractum ante legitimam etatem habeat vim sponsalium?

An iuxta nouum Tridentini decretum matrimonium inter impuberes clandestinum contractum vim habeat sponsalium?

IV. An valida sunt sponsalia inita inter virum & mulierem Nobilitate ac Diuitijs notabiliter dispares?

DISPUTATIO XXX.

De obligatione sponsalium.

Sectio I. An, & quando sponsalia contrahentes inclinant obligare?

An ratione huius obligationis peculiarem malitiam in Confessione

INDEX DISPUTATIONUM ET SECTIONVM.

- Confusione explicandis contrabant, tam sponsicium alijs
fornicantes, quam alij cum ipsis?*
- II.** *An, & per quem Iudicem cogendum sit, qui absque legitima
causa renuit sponsalia adimplere?*
- III.** *An licet in sponsalibus apponi p̄enam fuluendam
ab eo, qui fidem violauerit?*
- IV.** *An valeat pactum sponsalibus adiectum, ut teneatur
vir cum uxore in certo loco habitare?*
- D I S P U T A T I O X X X I .**
- Qui possunt sponsalia contrahere.*
- An peccent qui sponsalia vel matrimonium contrabunt ante
prescriptam etatem?*
- D I S P U T A T I O X X X I I .**
- * De dissolutione sponsalium.*
- Sectio I.** *An sponsalia inter puberes construenda matre vobis
consensu dissolui possint?*
- II.** *An & quare ratione dissolui possint impuberum sponsalia?*
An sit eadem ratio de pubere contrahente cum infante?
*An si impuber ante quam ad pubertatem perueniat, dissenserat,
maneant vitalia d̄ sensus sicut a sponsalia?*
*An impubes sponsalia iuramento confirmans, pubertatem ade-
ptus teneatur illa ad implere?*
- III.** *An sponsalia dissoluantur per ingressum Religionis?*
*An quis sponsalia iurauit, prius teneatur, si velut Religionem ini-
gredi contrahere, ut iuramentum seruerit?*
*An posset Religionem ingredi qui sponsam desiderans spe fu-
turi coniugi?*
- IV.** *An sponsalia dirimantur per votum suscipendi Sacrus Or-
dines?*
- V.** *An simplex votum Castitatis sponsalia dirimat?*
- VI.** *An matrimonium cum posteriori dirimat sponsalia cum
priori contracta?*
- VII.** *An priora sponsalia dirimantur per posteriora?*
An saltem priora sponsalia conditionata dissoluantur per poste-
- riora absoluta?*
- An si post contracta posteriora sponsalia, infra accidente cau-
sa dissoluantur priora, adimplenda sint posteriora?*
- An priora sponsalia dirimantur per posteriora, carnali copula
cum secundâ subsecuta?*
- VIII.** *An elapsi termino matrimonio contrahendo præfixo,
liber maneat à sponsalibus, per quem non stetit.*
- IX.** *An dissoluantur sponsalia propter absentiam sponsi in
partes remoras?*
- X.** *An per fornicationem dissoluantur sponsalia?*
*An tactus impudici, amplexus, & oscula cum tercia persona,
sint causa sponsalia dissoluendi?*
- An sponsa vi cognita, aut sponsus per vim absque sua culpa
fornicans, sufficientem præbeat causam sponsalia dissoluendi?*
- An ubi inter hereticos & Catholicos matrimonia sint licet
sufficientem causam sponsalia dissoluendi præbeat sponsus,
vel sponsa heresim amplectens.*
- An inter sponsos fornicantes habeat locum delictorum compen-
satio?*
- XI.** *Qua impedimenta, aut misere superstantia sponsalia
dirimantur?*
- XII.** *An eadem causa precedentes sponsalia ut probabilitate
ignorantia, sufficientia ad sponsalia affoluenda, ubi cognita
sacrificari?*
- An per carnalem copulam remittatur causa ignorar ad sponsa-
lia dissoluenda sufficientia?*
- XIII.** *An sponsus vel sponsa habens occultum impedimentum
sufficientia ad sponsalia dissoluenda, posse alterum impedi-
mentum ignoratum ad sponsalia impletanda cogere?*
- XIV.** *An teneantur sponsi occultos defectus sibi manifestares?*
- XV.** *Qua probatio requiratur ad sponsalia dissoluenda, & an
sit necessaria Iudicis Autoritas?*
Qualis probatio requiratur in publico iudicio?

A P P R O B A T I O .

R Euerendi Patris Francisci Amici, è Societate Iesu, iam plusquam quadraginta annos, in tradenda sublimioris Theologiz doctrina versatissimi, Scholasticum Cursum anteā editum, nemo legit, qui in eo non miretur singularem diligentiam in examinandis Authorum sententijs, iisque seligendis acre & prudens iudicium, præter doctrinam & eruditioinem; sed quod ego magis mirandum in eo censeo, est in tanta doctrinæ eruditione, tam singularis modestia, ut non defugiat passim fateri, quæ ab alijs acceperit, suam cuique Authori laudem tribuendo, neminem taxando, omnes iuxta propriam cuiusque doctrinam efferendo, quod in paucis nostri temporis Authoribus est reperire. Ita quod ipse in disput. de Jubileu. nn. 267. adscribit Thomæ Sanchez elogium, vilus est imprimis à me promeritus in hoc De MATRIMONIO tomo prioribusque tractatibus; qui cum ceteris octo tomis, anteā probatissimis, egregie respondeat, luce typorum pariter ipsum dignum cen- seo. Antuerpiæ 28. Iulij 1649.

THEODORVS VOOCHT S. T. L. CAN. PANIS. LIBRORVM
CENSOR ANTWERPIEN.

FACULTAS PROVINCIALIS.

Ego Georgius Turcovich Socieratis IESV per Austria[m] Pro[positu]s Provincialis, potestate ad id mihi facta ab Ad. m. R. P. N. Vincencio Cartafa Pro[positu]o Generali, facultatem concedo, ut Tractatus de Matrimonio, à P. Francisco Amico eiusdem So- ciertatis IESV conscriptus, & ab aliquot Patribus eiusdem Societatis lectus & approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has literas manu mea subsciptas, officiique sigillo munitas dedi. Leodij 28. Junij 1:46.

GEORGIVS TVRCOVICH
Pro[positu]s Provincialis
Societatis IESV per Austria[m].

R. P. FRANC. AMICI
E SOCIETATE IESV.
CVRSVS THEOLOGICI
TOMVS NONVS
DE MAGNO SACRAMENTO
MATRIMONII.
PRO OOE MIVM.

VONIAM ad maiorem & docentium facilitatem, & addiscen-
tium utilitatem, & doctrinæ unitatem facit, ut in uno eiusdem Au-
toris opere, uno quasi filo ex ijsdem fidei Principijs deducere, ap-
pareant omnes Theologicæ veritates, operæ precium me factum
putauit, si non contentus vniuersalibus principijs de Sacramentis
in genere traditis, post explicata sex Sacraenta, adderem septimum Matrimo-
nij, ut nihil deesse videatur ad nostri Theologici Cursus complementum; bre-
uiter illius naturam, proprietates, & conditiones, quantum pro Theologo sat est
declarando: ijs tamen minimè prætermissis, quæ ad formandum Euange-
licum iudicem pro iustâ sententiâ coram Deo ferendâ necessaria sunt Porro ut
Augustinus lib.1. de adulter. coniugijs cap.25. His ita pro meo modulo pertractatis at-
que discussis, questionem de coniugijs obscurissimam & implicatissimam esse non nes-
cio: nec audeo profiteri omnes finis eius vel in hoc opere, vel in alio me adhuc expli-
casse, vel iam posse, si urgeat, explicare. Quia vero matrimonium considerari potest,
vel ut contractus ciuilis est, & in officium naturæ institutum; vel ut institutione
& auctoritate Christi ad esse Sacramenti animosq; coniugium sanctificandos eue-
ctum, secundum utramque rationem de eo disputabo: cumque prior considera-
tio ut fundamentum præsupponatur ad posteriorem, de eâ primùm hâc dispu-
tatione, de alia in sequentibus:

DISPUTATIO PRIMA

De Matrimonio secundum se.

SECTIO I.

Quid sit matrimonium?

Matrimonium s. I. INSTIT. de patria potest. &
cap. Illud. de presumptionibus, & 27. qu. 2. §.
1. definit. maris & famina coiunctio individua-
litas consuetudinem retinens. Paulò aliter à Magistro
in 4. dist. 27. cap. 1. quæ scholastici sequuntur: Viri
Tom. IX. De Magno Matrim. Sacramento.

mulierisq; coiunctio maritalis inter legitimas personas
individuam vita consuetudinem retinens. Pro cuius
definitionis explicatione. Nota: cùm matrimo-
nium sit contractus inter virum & feminam
ad prolem progignendam initus, hæc omnia ad
sui integratatem requiri se. mutuum viri & fe-
minæ consensu, externo signo sufficienter mani-
festatum, mutuam sui corporis in alterum tradi-
tionem, & quod inde sequitur, mutuum viriusque
in corpus alterius ius & potestatem co*vtendit* in
omnem A

Enucleatio.

Disp. I. De Matrimonio secundum se. Sectio II.

omnem usum lege maritali sibi concessum, mutuam utriusque obligationem ad debitum conjugale ex iustitia reddendum, mutuique amoris unius in alterum vinculum indissolubile. At in quo horum matrimonium formaliter & quiditatem consistat, difficultas consurgit.

Dicendum cum Magistro in 4. dist. 27. S. Tho. ibid. qu. 1. ad 2. qu. & art. 2. ad qu. 1. & ad 2. Bonav. ar. 1. qu. 1. Richard. ar. 1. qu. 1. ar. Scoto qu. 1. §. ad istam Capro. qu. 1. art. 1. fine, Argent. qu. 1. ar. 1. Gabriel. qu. 1. arb. 2. concl. 1. Palud. dist. 26. qu. 1. art. 2. fine, Soto dist. 26. qu. 2. art. 3. §. resp. & dis. 27. qu. 1. ar. 1. ad b. Henrig. lib. 11. de matrim. cap. 8. nn. 1. & reliquis ferè scholas. matrimonium formaliter & quiditatem consistere in mutuo vinculo coniugali indis solubili, orto ex mutuo iure & potestate, quam ex mutua traditione vterque coiux habet in corpus alterius. quod vinculum explicatur per maritalē coniunctionem, quæ utrumque coniugem ligat ad illud nunquam quoad vixerint dissoluendum. 1. Cor. 7. mulier, eademque ratio est de viro, alligata est legi, quanto tempore vir eius vivit. oritur autem hoc perpetua indissolubilitatis vinculum ex fine, ad quem suā naturā matrimonii dirigitur, quæ est proliis procreatio & educatio, quæ ne incerta sit ex parte parentis, cui potissimum incumbit cura proliis educandæ, vagum concubitum refugit, ut contrarium suo fini.

Prob. hoc tūtū vinculo posito, ponitur; & eos sublato collitur matr. ergo in eo formaliter & quiditatiue consistit, pet regulam Arist. de indagandis rerum essentiis. Antecedens ostendo: nullā secutā copulā carnali, ut inter B. Virginein, & B. Iosephū verum fuit matrimonium; quin & perpetuū impedita obligatione coniugali debitum reddendi, ut in B. Virgine fuit, & in quolibet alio viro & uxore esset si post consummatum matrim. ex communi consensu Religionem ingredarentur, idque non ob aliam causam, nisi quia adhuc cessante obligatione reddendi debitum, perseveraret in eis indissolubilitatis vinculum. Propterea nullo posse ex parte coiugum consensu translatio dominij sui corporis in alterum, potest verum esse matrimonium, ut si Deus ipse supremus corporum animalium & Dominus dominium utriusque coniugum corporis alterius in alterum trasferat, quod fieri posse infrā. Confir. adhuc cessante mutuo consensu utriusque coniugis, actualique traditione sui corporis in alterum, perseverat matrimonium ut effectus à sua causa moraliter distinctus: non igitur in mutuo consensu actualique traditione sui corporis in alterum, nisi radicaliter, sed in mutuo vinculo perpetuæ indissolubilitatis ex eo resultante, formaliter & quiditatiue matrimonium consistit. neq; dicas: esto matrimonium formaliter non consistat in mutuo consensu actuali dominij corporis translatio: attamen consistit in mutuo consensu habituali moraliter perseverante: Nam etiamsi coiuges pristinum suum consensus retrahent, adhuc inter eos matrimonium perseverat, cùm tamē in eis non perseveret habitualis consensus, qui per subsequentem dissensum reuocatus est: igitur in aliquo alio essentia matrimonij formaliter consistit: quod, posito consensu & mutua corporum traditione, ut causā in utroque coniuge perseverat independenter à voluntate ipsorum, quod aliud esse non potest, quāmutuum vinculum perpetuæ indissolubilitatis, ortū ex fine procreandæ perfecteque; educandæ proliis, ad quem matrimonium à natura ordinatur.

DICIES; saltem matrimonium praeter mutuum

vinculum indissolubilitatis, includit in sua quiditate mutuum ius & dominium alterius in corpus alterius; nam hoc posito, ponitur, & sublato collitur matrimonium: non enim fieri potest, ut maneat matrimonium, sublato iure & dominio in corpus alterius. Resp. ex S. Tho. in 4. dist. 27. q. 1. art. 1. ad qu. 3. ad 3. id includere fundamentaliter seu radicaliter & cōnotatiuē, nō formaliter. Est enim matrimonium, ut cum Magistro & Scholastici ibid. S. Doctor, in genere relationis: quæ ad sui existentiā essentialiter requirit fundamentū, ad quod proximè resulteret; quod in matrimonio est mutuum ius & dominium quod uterque coniux habet in corpus alterius; quo posito, ponitur, & quo sublato, collitur matrimonium: non quod in eo formaliter cōsistat, sed quia ab eo & cu conservatur quoad existentiā: sicut sublatā generatione, collitur paternitas in gignente, & filiatio in genito; & posita, ponitur; nō quia paternitas & filiatio formaliter cōsistat in generatione, sed quia ab ea ut à fundamento actu pendet & conservatur quoad existentiā: vnde illam essentialiter cōnotat. Estigitur mutuus cōsensus dominij corporis in alterum translatus, causa efficiens matrimonij, ut definitur in Concilio Floren. in decreto Eugenij IV. 6. septimum, non quidē essentialis, cūm ex suppleri possit à Deo supremo corporū & animaliū effectus.

Domino, sed cōnaturalis: mutuum ius & potestas in corpus alterius est proximū fundamentum, ex quo resultat, & cui immediate ntitur matrimonium; mutua obligatio ad coiugale debitum reddendū est effectus à matrimonio separabilis viciū mutue indissolubilitatis, formalis quiditas & essentia ipsius, quā Scholastici cum e Magistro per maritalē coniunctionem explicitant.

Ex his clara est data matrimonij definitio: Sc. cūm matrimonium ordinetur ad prolem gignendam, necessariō est inter matrem & feminam, ut inter subiecta sola ad hunc finem idonea l. cūm vir matim, nubit (ad legem Iuliam de adulterio). Vnde Deus

⁷⁰ Explicit! definiō

ab initio non duos viros, aut duas feminas, sed virum & feminam procreauit. Quia vero non omnes personæ habiles sunt ad matrimonium contrahendum, sc. ad generandum impotentes, cum alio matrimonio ligati, aut quoquis alio seu naturali, seu positiuo vinculo impediti, additur, inter legitimas personas. Ultima verba explicant duplex

duplē, finem alterum primarium à matrimonio naturaliter inseparabilem, qui est coniugalis vitæ indissolubilitas; alterum secundarium, à matrimonio separabilem, qui est eiusdem socialis vitæ quoad chorū & domum mutua coabitatio. Formalis causa exprimitur per rō matrimonialis coniunctio: est enim matrimonium, teste causa. S. Tho. cit. q. 1. a. 1. in genere relationis, quæ recte explicatur per coniunctionem, ut per genus, & maritalē ut pet differentiam: importat enim hæc specialē maris & feminæ ad eundem finē proliis gignendæ coniunctionis ordinem. Vnde ut ibid. qu. primā ad 3. infert; relatio ex parte subiecti est duplex; addo, disquarantia: cūm unus coniux ad hanc coniunctionē concurrat ut principium aeternū, alter ut pauciū; ex parte vero termini est simplex, & unica, unus quippe est utriusque maritalis coniunctionis finis, perfecta nimirum proliis generatio: unus Scotus cit. matrimonium vocat unum unitate integratīs, non indiuisibilitatis, ob plura subiecta, quæ includit.

Cæterum quia, ut supra, ad matrimonium multa cōcurrunt, quæ non tam spectant ad causam formalem, quā ad efficientem, vel ad proprietates

^{8.} Varia explicatio.

specie

^{2.}
Egentiam matrimonij.

Prob. off. r.
710.

4.
Confirm.

Dices.

Rsp.

Dices.

Matrimonij
in genere
relati.

sape Doctores illud definiunt, vel per mutuum consensum, & corporum traditionem verbis expressam, vel per obligationem reddendi sibi mutuo debitum, ut illud definiunt Hugo de S. Vill. lib. 1. de Sacram. p. 11. cap. 4. Rubio in 4. dist. 26. q. 1. a. 1. Palatius dist. 27. disp. 1. qui etiam contendit, in ipsa actione contrahendi, ut translatiuā dominij corpora contrahentiū formaliter consistere matrimonij essentiam, idque dupli fundamento: tum quia matrimonium, sicut cetera Sacraenta Eucharistiā exceptā, in fieri, non in facto esse cōsistit: vinculum antem indissolubilitatis, cūm sit quid permanens, nequit matrimoniuī essentialiter constituere. tum quia in eo matrimonij essentia consistit, quod assumitur ad gratiam sacramentalē in animis coniugum producēdam: hoc autem nō est vinculum coniugale, sed mutuus consensus corporum translatiuī. Nam quod ad gratiam producendam assumitur, debet esse aliquid reale physicum, cuiusmodi non est nexus maritalis, qui vt docent Scotus dist. 27. q. 1. et Sora. 1. ad 2. est respectus rationis, resultans ex mutuo consensu contrahentium, à quo nihil reale resultare potest, cūm sit actus immanens, qui extra propriam potentiam nil operatur.

Sed non est à communī sent. recedendum, quæ matrimonium collocat in vinculo maritali, ex mutuo consensu contrahentium resultante. Vnde Ad 1. neg. matrimonium quoad suam quidditatē cōsistere in fieri, sed solū quoad causam efficiētē; cūm etiam cessante consensu, maneat matrimonium, & coniuges non tantū à consensu præterito, sed etiam à præsentī vinculo atque sint & denominentur maritus & vxor. Ad 1. cum Sora in 4. dist. 26. q. 1. a. 3. 6. resp. neg. maio. non. n. semper Sacramentūm gratiam conferit per suam quidditatem: sed interdum per suam causam, vel effectū, vt baptismus gratiam causat per characterem, qui est ipsius effectus. Falsum autem est, vinculum matrimoniale, esse respectum rationis; sed est realis moralis, fundatus iste mutuo dominio ex consensu contrahentiū orto, ut cū multis docet Henr. cit.

Ceterū nota, matrimonium bisariam definiri posse, uno modo metaphysicè ex genere & differentiā, vti cum communī sent. definitiū; alio physicè, ex materiā & formā, quo pacto definitiū posset, mutua corporum vniuersitatis traditio ad communem prolem prægnendam exter- no signo expressa. Atque in hoc sensu explicandi sunt graves authores, cūm matrimonium definitū per mutuam corporum traditionem, & consensum verbis explicatum.

Infertur, statim post mutuam corporum traditionem verbis de præsentie expressam, ante vllam carnalem copulam, & obligationem, nisi tantū ex iusticiā, reddendi sibi inuicem maritale debitum, cōtrahentes esse ac dici verē coniuges. Nam maritale coniugium non pender à subsequenti copula, vel obligatione reddendidebitum, nisi ea tantū, quæ est ex iusticiā, sed à mutuo consensu corporis dominij in alterum translatiuī, ut à causa. Neque hinc contra Magist. in 4. dist. 27. cap. vlt. sequitur, bigamiam cōtrahit, qui vxorem ducit sponsam postratum & non consummatum cū priori sposo iam defuncto matrimonium, vti bigamiam contrahit, qui viduam à priori cō- iuge defuncto cognitam ducit: quia cap. quantum, de bigamia, ad bigamiam cōtrahendam requiritur duplex matrimon. consummatum, vel ab ipso viro, vel ab ipsa uxore. Ratio Innocentij III. ibid. q. pia qui mulierem ab alio viro dubiam, sed minimè cognitam, Tom. IX. De Magno Matrim. Sacramento;

tam ducit uxorem, nec illa, nec ipse carnem suam diuidit in plures. Eademque ratio est, si vir post primū matrim. contrahat secundum aliā Virgine priori coniuge nondum cognitā defunctā cap. delitum, de Bigamia: cūm. n. bigamia ecclesiastico iure sacerdotiū impeditat, ob defectum Sacramētū proximo cit. cap. dicitur, hoc est ob defectum significacionis unitatis inter Christū sponsum, & Ecclesiā sponsam, ad quam significādām carnale coniugium est cōiectūm; cūmque hēc unitatis significatio non violetur, nisi per duplex matrimon, ex parte alterius coniugis consummatum, non contrahitur nisi &c. 2. Et si vox matrimonium ab effectu ducta sit, sc. à matre, cōd quod, vt notat August. lib. 19. contra Faust. c. 26. mulier idcirco nubis, vt mater fiat, imposita tamen est ad eius essentiam significandam, sicut nomen lapis à ligendo pedem dictum, ad lapidis naturam significandam impo- Tertiū. situm est. 3. Coniuges duplē contrahere obligatiōnem, vnam reddendi sibi mutud ex iustitia coniugale debitum; alteram matrimonium semel contractū & cōsummatū nunquam soluēndi. Coniugum Prior oritur ex mutuo iure & dominio, quod uter duplex de lin- que cōiux accipit in corpū alterius: posterior ex fine, ad quēm suā naturā dirigitur, quæ est perse. Etā prolis generatio, quæ matrimonii dissolutio- ne impeditur: illa non quidem ex iusticiā, sed ex aliā virtute, adhuc matrimonio constante, separari potest, hēc nunquam: illa præter præceptum affirmatiūm soluēndi debitum suo tempore, in- cludit negatiūm, nullam aliam agnoscendi, aut alteri se agnoscendam tradēdi: hēc suscepēt pro- lis educādā curam. Infertur 4. inter Virginē & Io- seph verū intercessione matrimon. quod Magist. in 4. dist. 30. Angel. 3. p. 9. 29 a. 2. omnes Theologido- cent: & multo autē, vt certam veritatem tradide- rat August. lib. de nupt. & concup. cap. 11. & 12. quin Suarez 3. p. q. cit. disp. 7. scilicet 1. ad fidei dogma perti- nere censet ex illis Luc. 1. missus est Angelus Ga- briel ad Virginem desponsatam viro. Luc. 2. ascendit Joseph cum Mariā sibi desponsatā uxore pregnantē. Matth. 1. noli timere Joseph accipere Mariam coniugem tuam: quibus testimoniis vitetur cit. August. et si non omnes eam ad fidem pertinere putent. Ex Nota. quo infero, qui contrahunt animo expesso in co- pulam non cōsensuri, modū consensum habeāt, dominiū sui corporis in alterū transferendi, inha- biles esse ad aliud matrimon. contrahendum. Quo pacto verum matrimon. esse possit absque consensu saltem implicito in copulam, cūm matrimonium naturā suā ordinetur ad prolem gignendam, me- diante copulā coniugali ut medio necessario, in- frā vbi de consensu ad matrimon. requisito.

5. Vnum est numero matrimonium in vitroque contrahente. Cūm. n. sic contractus, & cōtractus nequeat in cōsensu vniuersi sumpto, sed si- mul cum consensu alterius cōsistere, in neutro cōtrahente per se sumpto matrimonii erit, sed in vnoquoq; cum respectu ad alterum. Sc. cūm cōficiat in mutua corporū viti in feminā, & feminæ in vitum ad prolem procreandam traditione, non cōsurgit, nisi ex reciproca traditione & acceptatione utriusque. quo sit, vt quatenus Sacramen- tum est, gratiam non conferat, nisi postea tradi- tione & acceptatione utriusque.

Dicēs: in quolibet coniuge est traditio sui cor- Dicēs. posis in alterum, & acceptatio alterius à se: ergo in quolibet coniuge est integrum matrimon. sicut tam corpus Christi sub speciebus panis, quām sanguis sub speciebus vini, est integrum Sacra- mentum: ergo non vnum, sed duo matrimonie

4
integra in utroque coniuge dici possunt. Nego utramque conseq. nam sicut sola traditio & acceptatio corporis vius tantum non includit saltem explicitè traditionem & acceptationem alterius, ex qua mutua utriusque coniugis traditione & acceptatione matrimonium essentialiter integratur; ita neque in sola traditione & acceptatione præcisè integrum matrimonium consistit, nec in ratione contrautus, nec in ratione Sacramenti, cum ratio Sacramenti supponat rationem contractus, siue solùm addat practicam significationem gratiarum coniuges sanctificantis. Nec eadem ratio de Eucharistia, in qua singulæ partes, tam corporis, quam sanguinis, etiam per se sumptæ sub sacris speciebus, participant significationem gratiarum sanctificantis, quam conferunt obicem non ponenti, lege S. Tho. in 4. dist. 27. q. 1. a. 1. q. 1. ad 3.

SECTIO II.

An matrimonium fit indissolubile, & unde hoc habeat?

Non desunt hæretici, qui assertant, matrimonium etiam consummatum suâ naturâ esse dissoluble, & de facto dissolui posse quoad vinculum coniugale, ita Bellar. lib. de matrimonio. cap. 15. idque multas ob causas. 1. propter alterium, ut Lutherani, Calvinisti, Anabaptisti, quem errorem ipse cum Guidone tribuit etiam Græcis. 2. ob iniuriam defensionem, ut Melanthon. 3. ob incommoditatem, quoties unus coniux alteri coniugi se molestū præbet, ut Bucerius: Quo sit, ut Tappernus ibid. firmiores apud eos sint reliqui cōtractus ciuitates, qui non ob quamcumque contrahentium culpam dissolui possunt. 4. ob diuturnam & longam absentiam, ut ceteri.

Verum catholica sent. est, quam tradunt Concilia, præsertim Florent. in decreto de unione Armen. & Trid. Jeff. 14. can. 5. & 7. & cum Magist. in 4. dist. 31. docent Scholastici, matrimonium quoad vinculum coniugale esse insolubile. ad Rom. & 1. ad Cor. 7. mulierem manere alligatam viro, nec posse eo viuente, citra adulterium, alteri nubere. Matt. 8. Marc. 10. Luc. 16. Nec dici potest, hoc verum esse de matrimonio inter fideles, non autem inter infideles: nam Christus cit. loc. Marcii interrogatus à phariseis, an licet vito viorem dimittere, sicut licita in fuit in lege Moysis per libellū repudij Respondit. id permisum eis fuisse ad dutiū cordis; ab initio autē creatos fuisse masculum & feminam, ut duo essent in carnē unū: ex quo hanc Christus intulit conclusionem: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Quare inseparabilitatem inter virum & viorem Christus retulit ad ipsam primuam matrimonij legem & institutionem, que obligat omnes fideles & quæ ac infideles: Nam vel illa est naturalis, & eadē est apud omnes; vel diuina, & pariter obligat omnes, quam in ipso mundi exordio intimauit primis parentibus, absq; exceptione promulgandam omnibus posteris.

Vnde male hæretici ex illis Matt. 5. omnis qui dimiserit viorum suam, excepta fornicationis causa, colligunt sufficientem causam ad matrimonium dissoluendum esse fornicationem: alioqui qui fornicariam dimissam duceret, non adulteraret: At quod dimissam, inquit Christus, duxerit, adulterat: quibus verbis nō debere, subintelligi, excepcta fornicationis causa constat ex alijs cit. Euang. qui absque ullâ exceptione ex ore Christi pronuntiant: Qui euincque dimiserit viorem suam, & alias duxerit, adulterium committit: adulterium autem non com-

mitteret, si prior vior per fornicationem coniugale vinculum soluisset: & Omnis qui dimisit viorem suam, & alteram ducit, machatur: & qui dimissam a viro dicit, machatur. Etenim propositione universalis, Quicunque, & Omnis, nullam excludit causam dimissionis. Quod etiam colligitur ex admiratione discipulorum, Matt. 19. qui Christi sententiâ de matrimonio auditâ, dixerunt, non expedire, si ita est, viorem ducere: quia nimic ut rem difficultam apprehenderunt, non posse vitum viore fornicationem dimissâ, aliam ducre.

Eandem veritatem urget August. lib. 2. de adultr. coniugij, à cap. 2. apostolico illo testimonio ad Rom. 7. Mulier alligata est, quamdiu vir eius vivit: quod si mortuus fuerit vir eius, liberalia est; cuius uult nubat. Quia vero dduerstius contendebat, non solum per separationem animæ à corpore, sed etiam per fornicationem tam virum, quam mulierem mortuam dici, refellit hoc Augustinus. I. quia saltem quando sola mulier fornicatur, non debet mortuus dici vir, ac proinde abduc ius suum retinet in viorem fornicariam, quod ius per separationem à thoro non amittit. Ecce, inquit cap. 4. Vir eius viruit, quia nec de corpore abscessit, nec fornicatus est. 2. Absurdum est, ut idcirco non sit adulterer, quia dicit adulteram, immo verd, subiungit, quod est monstruosus, nec ipsa mulier erit adultera: Quoniam non erit posteriori viro vior aliena, sed sua. Ex quo sequitur, melioris cōditionis force, quæ causa fornicationis, quam quæ innocens dimitteretur, quoniam illa sine adulterio, non autem hæc, alteri nubere posset. 3. infert, iuxta hanc interpretationem non verificati Apost. verba: *Mulier alligata est, quam diu vir eius viruit: & viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro.*

Nam si per fornicationem soluitur maritale vinculum, non dicetur amplius vir ac maritus, sed desinet esse vir & maritus; nubendoque cum alio potius diceretur virum non habens nubere cum suo viro, non secus ac si prior mortuus esset. Quomodo igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro, quandoquidem vir eius ille iam non est, coniugali vinculo per mulieris adulterium iam solutor quo enim viuente viro, nisi suo, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro? At si vir eius esse iam desinit, non viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: sed nullum habens virū, nubendo erit cum suo viro. Quamobrem secundum Concludit. doctrinam sanam, mulier alligata est, quamdiu vir eius viruit, id est nondum ex corpore abscessit. Hec verba Apost. tories repetita, tories inculcata, vera sunt, viuunt, sanū sunt, plena sunt. Nullius viri posterioris mulier vior esse incipit, nisi prioris esse desinet: esse autem desinet vior prioris, si moriatur vir eius, non si fornicetur. Licitè itaq; dimisit vir ob causam fornicationis, sed manes vinculum prioris, proprii quod sit reus adulterij, qui dimissam duxerit etiam ob causam fornicationis. Hæc August. ad dit. Palaud. in 4. dist. 35. q. 2. a. 1. post. 1. concl. si possit Abjuratio adulteria cum alto nubere, pet adulterium acqui- heret viam ad alia & alia matrimonia sibi procuranda; quod est contra principalem finem matrimonij, qui ob prolis certitudinem, diuersorum virorum copulam refutat: Controversia super est cum Catholicis, vnde hæc vinculi insolubilitas!

Conueniunt ferd omnes, hanc matrimonij indissolubilitatem esse omnibus tam fidelibus, quam Catholicis infidelibus diuinâ lege præceptam, cum illud ab conuenient. ipso mundi exordio Deus inter primos homines in

in paradiſo instituit. In quo præcepto à tempore legis Mosaicæ per repudij libellū usque ad Chriſti aduentum dispensatum fuit: quod rursus per legem Euang. in pristinum vigorem à Christo restitutum est, ut patet tum ex Matth. 19. *Quicquid hominem ab initio masculum & feminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo Patrem & Matrem, & adbarabit uxoris sua, & erunt duo in carne una.* Ex quibus subinfert Christus: *Quod ergo Deus coniunxit, nempe suo præcepto, homo non separat: tum ex Paulo 1. ad Cor. 7. hoc ipsum Christi præceptum Corinthiis promulgante: Principio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari: Et vir uxorem non dimittat.* Conuenient etiam plerique DD. maiorem firmoremque indissolubilitatem habere matrim. ut Sacramentum, quam ut contractus ciuilis, utque in officium naturæ institutum est, proinde difficultius in eo dispensari, ut Sacramentum est: sc. ratione duplicitis significationis, ad quam est à Christo euectum, seu duplicitis desponsationis, humanitatis Christi cum Verbo, & Christi cum Ecclesiâ. Et quoniam hanc duplice Christi desponsationem significat solum matrim. consummatum inter fideles, nam solum hoc per missionem carnalem repræsentat duos in carne unam, ex cap. ex publico, de conuers. coniug. Solum hoc in nullo casu est dissoluble, cùm in nullo casu sit solubilis unio Christi cum Verbo, & Ecclesiâ; ad quam significationem eleuatum est matrim. consummatum fidelium, non infidelium; quod etiam consummatum proinde dissolui potest, ut cum unus coniux infidelis conuertitur ad fidem, 1. Cor. 7. *Quod si infidelis discedit, discedat.* An hanc indissolubilitatem matrimonium habeat non tantum ab extrinsecâ lege positivâ Dei, vel hominis, sed ab intrinsecâ etiam naturâ? De matrimonio nato negat Gloſſa in cit. cap. & publico, & omnes, qui dicunt, hanc indissolubilitatem competere matrimonio ratio iure Ecclesiastico.

Controversia
cardo.

Indissolubi-
litas rati-
vnder?

De quoquaque tam rato, quam consummato, quatenus in naturæ officium institutum est, negat Caiet. in opus. trac. 28. de matr. Cum matr. duplicititer consideretur, sc. ut est officium naturæ, & ut est sacramentum Ecclesia, si attendamus in omnibus & singulis conditionibus, quas habet, secundum quod est naturæ officium, qualis hoc clara est; quia constat matrimonium esse dissoluble, etiam post consummationem, ut patet de coniugio infidelium. Hæc Caiet. que sequitur Abul. in i. Reg. c. 8. q. 97. 98. 99. qui addit, præciso præcepto diuino, homines non teneri sub mortali, seruare matrimonij indissolubilitatem. Et Mich. Medina lib. 4. de sacrorum hom. contin. controu. 1. cap. 10. & lib. 5. c. 88. eiusdem sent. videtur esse Henr. Ganda. quodlib. 5. q. 39. vbi docet, matrimonia in quantum matrimonia ex naturâ rei efficaciam non habere, sed solum ex diuinâ institutione: Ipse autem Christus Deus & homo sicut constituit consungi per consensum mutuum animorum, sic etiam statuit, per animorum dissensum posse dissolvi: Bonau. in 4. dist. 27. a. 3. q. 1. & 2. qui indissolubilitatem matrimonij tam rati, quam consummati refert tum ad significationem sacram. tum ad institutionem diuinam: Richardus a. 2. q. 1. ad 3. vbi ait, quod si impossibile poneremus coniuges desinere esse sub diuinâ potestate, per mutuum dissensum possent vinculum dissoluere: Ioan. de Neapoli qu. 40. pu. 2. §. 3. vbi ait, matrimonium etiam ante carnalem copulam suam indissolubilitatem accepisse à Deo in ipso st̄tu innocentia, in quo fuit institu-

Tom. IX. De Magno Matrim. Sacramento.

tum: Argent. dist. 28. q. 1. & a. 3. Palati. dist. 27. disp.

3. q. exiftis, qui matrimonij etiam consummati indissolubilitatem non aliunde probat, quâmeꝝ factis oraculis. Fundam. huius sent. est: matrimonium ut in officium naturæ est ciuidem naturæ & conditionis cum matrimonio infidelium: at ex iure Ecclesiastico.

hoc etiam consummatum est solubile; ergo & si. clas.

delium, quatenus in officium naturæ. Quod autem hoc de facto dissolui nequeat, non habet, vt

in officium naturæ est, sed ut eue&num ad rationem Sacramenti, per significationem indissolubilitis

vnionis Christic peace Verbo & Ecclesiâ; nam ex

1. Corin. 7. & ca. Quarto, de diuortijs, tribus causis

soluti potest matrim. consummatum infidelium:

1. si altero coniugum ad fidem conuerso nolit

alter cohabitare: 2. si non sine contumeliâ creatoris: 3. si illum ad peccandum pertrahat: his causis

licitum est fidei, soluto primo, secundum matrim. celebrare. Quod autem inter coniuges

fideles altero in heresim vel gentilismum prolapso, non licet fidei ad secundum matr. transire,

ex Trid. sess. 24. can. 5. non est ex natura matrimonij, sed ratione Sacramenti; quia ut cito cap. de diuortijs dicitur, Sacramentum fidei, quod semel est admissum numquam amittitur, sed ratum efficit coniugij Sacramentum, ut ipsum in coniugibus illo duraente perduret: sc. quia semel inter fideles contractum & consummatum ex Christi institutione eleuatur ad ad significandam indissolubilem Christi cum Verbo & Ecclesiâ coniunctionem; quæ significatio per heresim, vel gentilismum non amittitur. Confirmit hanc sent. antiquus usus repudiij non solum apud Romanos, ut constat ex toto off. de diuortijs, editimebatur autem diuortio matrimonij, ut ibid. l. 1. morte, captitiate, vel alia contingente seruite, quæ tamē iuridice constare debebat, & confirmari per septem testes cives Romanos puberes ut l. Null. sed etiam apud Hebreos, ex Deut. 24. si acceperis homo uxorem, & habuerit eam, & non inuenierit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fæditatem, scriber libellum repudiij, & dabit in manu illius, & dimisces eam de domo sua. Non permisisset autem Moyses usum repudiij, nisi licitus fuisset: ergo matrimonium, ut est in officium naturæ, non est ab intrinsecâ lege & naturâ indissolubile, cùm hæc sit eadem apud omnes, sed ab extinseca duntaxat lege.

Contraria alij affirmant, hanc indissolubilitatem

conuenient matrimonio non tantum ab extrinsecâ

lege Dei, sed etiam ab intrinsecâ natura. Ita S. Tbo. 3. cont. gentes c. 122. & 123. Ferrar. ibid. & in 4.

dist. 33. q. 2. a. 1. & 2. 2. q. 154. a. 2. Scotra in 4. dist.

26. q. 1. 5. ad solut. 1. in prob. 3. concl. vbi ait, quod est lex

naturæ obliget ad indissolubilitatem vincula

coniugalium, quia tamen legi evidenter non est,

nec omnibus manifesta, expediens fuit firmaretur

lege diuinâ, cùm minus homines obedient legi

naturæ, quam Dei, & minus humanæ quam diuinæ;

idcirco diuinâ potius quam humanâ confirmata debuit. Supplem. Gabr. dist. 26. q. 1. a. 1. concl. 2. Carthus. tit. de dupliciti instit. coniugij q. 2. Sorsus dist. 27. q. 1. a. 4. §. Vnde id ipsum. vbi iure diuino & naturali ait fuisse matrimonium in ipsa primâ sui institutione indissolubile, & dist. 33. q. 2. a. 1. concl. 1. Eadem colligitur ex Bacho. dist. 27. q. vn. a. 2. affirmando, matrimonium unius cum unâ esse de lege naturæ ob prolis educationem. Eandem passim docent recentiores, Couar. lib. 4. Decret. p. 2. cap. 7. §. 3. n. 5. Henrig. lib. 11. de matrim. cap. 8. n. 2. Basili. Pontius lib. 1. de Matrim. c. 13. Merat. to. 3. tract. de matr. dist. 6. Hart. dist. 8. de matrim. difficul. 2.

Ioan. Proofs. q. 5. de insolub. matri. dub. 2. Colligitur ex Hieron. cit. à S. Thom. in sua catena supra Matth. 19. Sic responcionem temperat, de Christo loquitur, ut disciplinam transcat scripturam adducens in testimonium & naturalem legem, primamq; Dei sententiam secundo opponens: & Chrysostomo ab Eod. relato: Ulterius, inquit, & Deus induxit dicens: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separaret: demonstrans, quod ex prae naturam, & prae legem est. Vxorem dimittere.

27. Probant aliqui hanc sent. ex illis Trid. sess. 24. Ex hoc loco argunt alii qui sic. Matrimonium perpetuum indissolubilem nescum primus humani generis Parentis divini spiritus in instanti pronunciavit, Cum dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne meâ: quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhæredit Vxor sua, & erunt duo in carne una: hæc verba pronuntiata sunt ab Adamo in primâ matrimonij institutione, antequam esset vel copulâ carnali consummatum vel in Sacramentū euectū, vel aliquâ positiuâ lege à Deo præceptum: igitur omne matt. seu ratu, seu consummatu, pro ut est in officiū naturæ, independenter à quâcumque extrinsecâ lege & Sacra significatione, habet, ut sit indissoluble. Confir. quod est de definitione rei, pertinet ad iutrinsecâ naturâ ipsius, cum propriæ reru definitiones non detur, nisi per ea quæ insunt rebus: atqui de definitione matrimonij, ut supra, est, ut sit vinculum insolubile: ergo.

*Probatio
hac nullius
est momen-
ti.*

*28. Indissolu-
bitate matri-
proposita.
Ad.*

Ad confir.

29.

26. de unitate & indiss. matri. dub. 2. aliquam indissolubilitatem ex se habere matrimonium, ut est in officium naturæ institutum, & quidem maiorem post carnalē copulam, quam ante; omnino- dam ramen habere per Sacram. significationem unionis Christi cum Ecclesiâ, ad quam in Euang. lege est euectum. Primum prob. matrimonium est contractus inter matrem & fæminam suâ naturâ ordinatus ad prolem perfectè gignendam & educandam, ut constat: Ergo naturâ suâ aliquam postulat indissolubilitatem: ad illum. n. necessaria est opera & industria utriusque coniugis, non ad certum tempus, sed pro totâ virâ: igitur matrimonium ad hunc finem ordinatum exigit inseparabilitatem pro toto tempore, quo coniuges viuunt: codem quippe iure aliquid ordinatur ad medium cum fine necessariò connexum, quo ad finem ipsum: Ergo si matrimonium naturali iure ordinatur ad prolem perfectè gignendam educandamque, codem iure ordinabitur ad perpetuam coniugum inseparabilitatem, quæ ad huius finis consecutionem necessaria est. Sc. proles humana tria postulat, certitudinem ex parte Patris, cui posterior incubit curâ proles educatione & instruções quoad vitâ & mores. Cùm enim homo animo & corpore constet, ad perfectam sui educationem non solum requirit alimenta corporis, sed etiam animi per diligentem morum instructionem: tertium requirit, ut suis progenitoribus succedat, nō solum quoad sobolis propagatione sed etiam quoad reliqua fortuna bona. Cumque proles ut pars à parentibus decisa à naturâ ordinetur ad suos progenitores, quoad fieri potest, perfectè representandos ac propagandos (quâ de causâ filij naturali iure succedit in omnia iura & bona parentum, & parentes naturali iure thesaurizant filiis) parentu pèr se possest inseparabilitatem. Confir. coniugis se paratio post copulam carnalem vel reddit prolem incertam, si statim post separationem; vel taliter impedit perfectam educationem, si post natam prolem, alteri nubat. In 1. enim casu nequit certo sciri, an nata proles sit prioris, vel posterioris viri: in 2. destituitur proles ope & industria alterius parentis, quæ necessaria est ad perfectam educationem & instructionem: destituta enim ab uno parente, ita perfectè instruitur ab altero; cùm multa sint, quibus proles eget à matre; multa, quibus à patre: neque hoc tam bene suppleri potest ab eo, ad quem proles non spectat, ut quotidiana experientia docet in prole, quæ altero parere mortuo, transit sub curâ Nouerçæ, vel virtri. Hoc ipsum, vt notat S. Thom. naturâ duce nobis ostendunt aues illæ, ad quarum prolem educandam requiriatur utriusque parentis opera: hæ enim tamdiu commandat simul, quoad usque proles sit perfectè educata & instrueta, ut sibi ipsi valeat de omnibus prouidere. Neque hinc inferas: ergo satis erit, si coniuges simul commaneant quoad usque proles sibi ipsa valeat de necessariis prouidere. Nam cùm proles humana sit perfectior, perfectiore requirit educationem, quæ non tantum se extendit ad corpus, sed multò magis ad animum, per continuam morum instructionem, quæ non definitur certo vitæ tempore. Vnde August. in psal. 127. explicans illa, Crescite & multiplicamini, monet parentes de perfectâ & diligenti curâ filiorum habendâ: Magis cogita, inquit, quomodo nutrias qui nati sunt, quam ut nascantur: non enim felicitas est, habere filios, sed bonos habere. De nutriendis labora, si nati fuerint; si agem non nati,

*Ind. fol. ali-
qua est ma-
trim. etiam
ut in offici-
naturæ in-
stans.*

*30. Perfecta
procreatio
& educatione
proles popu-
lae tria.*

*31. Occurrunt
objectiones.*

*32. Occurrunt
objectiones.*

age,

Verum potuit hæc verba Adam pronuntiare ex instinctu & inspiratione Spiritus S. volentis positiuâ suâ lege ad hoc vinculū homines obligare, ut 27. q. 2. Can. lex. & indicat August. lib. 9 super Genes. ad lit. fine, Hec tamen verba cum primi, hominis fuisse scripture testetur, Dominus tamen hic Deum hoc declarat; ut intelligeremus propter extrinsecum, quæ precesserat in Adam, hoc diuinus tanquam Prophetam dicere potuisse. Porro si hæc verba propheticè dicta sunt, & ex Christi declaratione nomine Dei prolatæ, non igitur ea Adam pronuntiavit ex se ut matrimonij naturæ declaratoria, sed ut legis diuinæ promulgatione: quæ enim solius legis naturalis sunt, ex nobis ipsis proprioque rationis dictamine, non ex peculiari Spiritu S. impulsu pronuntiare dicimus. Quare concedo matrimonium etiam ratum, antequâ esset in Sacramentū euectū, in primâ suâ institutione fuisse insolubile, sed ab extrinsecâ lege Dei. Falsum etiâ est, hoc ipsum præceptum de matrimonij indissolubilitate non fuisse à Deo præpositum Adz: Nam quid per illa, Dimittet homo Patrem & Matrem, & abhæredit uxori sua; & erunt duo in carne una significare Adz voluit Deus, nisi hoc suum præceptum? quod autem hæc verba non fuerint ab Adam prolatæ nomine proprio, sed Dei, manifestè declarat Christus Matth. 19. Qui fecit hominem & fæminam, dixit: Propter hoc dimittet homo &c. Ad Confir. esto matrimonium, quamdiu aliqua causa prævalens non accedit, postulet esse perpetuum & indissolubile, id poscente fine, ad quem Coniuges maritali affectu se astringunt; non est tamen de ratione ipsis, solo naturæ iuræ spectato, ut ex nullâ causâ bono matrimonij prævalente, mutuo coniugum consensu dissolui possit: sicut in definitione donationis inter viuos, ponitur irrevocabilitas, & tamen non sequitur, quod aliquâ superuiente causâ mutuo contrahentium dissensu reuocari non possit.

Quare dicid. cum Bellar. de matri. cap. 4. Sanchez lib. 2. de matri. disp. 13. n. 7. & Koninck disp.

age gratias Deo. Vnde parentum rationalium cura non solum se extendit ad filios, dum ipsi vivunt, sed etiam ut post suam mortem illos relinquant bonis, ac virtutibus instructos.

Confirmat hanc indissolubilitatem notabilis iniuria, quae fit coniugi, quae dimittitur, si post suam fecunditatem & ex tatis decus à primo coniuge defloratum, manere cogitur vel sine coniuge, quod nimis graue & onerosum est mulieri, viro indiget; vel cum alio, à quo ob defloratum decus non ita diligeretur. Eadem ratio est de viro, qui quo ad domesticā officia, muliere indiget.

3.
Omnimoda
indissol. ma-
trimonij cō-
summati
obtenditur.

Prob. secundum: Maiorem indissolubilitatem exigit matrimonii consummatum quām ratum: quia consummatum non solum includit iniuriam, quae interrogatur coniugi, quae deflorata dimittitur; sed etiam proli, quae per carnalem coniugum copulam ius acquirit ad perfectam sui educationem. Etenim vel proles actu existit, sicque ius proximum habet ad perfectam sui educationem ab utroque parente sibi praestandam: vel in potentia, & ius habet in ipso semine maritali copula proseminalo, ut ad perfectam sui procreationem educationemque, per utriusque parentis industriam perducatur. At neutram iniuriam includit matrimonium nondum carnali copula consummatum, non coniugis deflorata, cūm nondum sit carnaliter cognita: non proli, cūm nullum ante carnalem copulam ius acquisuit; nam primum illud acquirit per semen & lumbis parentis decisum, quod est ipsa proli inchoatio. Confirmat id ipsum perpetuus usus & praxis Ecclesie, quae nunquam dispensauit, nec putat se posse dispensare in matrimonio consummato fidelium, cūm tamen aliquando dispensauerit in rato; quod etiam soluitur solemnī religionis professione, ut Trid. sess. 24. Can. 6.

3.
Obiectio.

Dicēs. Matrimonium ratum non discriminatur essentialiter à consummato; igitur ut cunq; eandem habet indissolubilitatem. Negant aliqui antec. putantes copulam esse substantiale matrimonij complementum. Sed contrā: alioqui matrimonium inter B. Virginem & Iosephum non fuisset substantialiter perfectum. Negant aliqui conseq. censentes maiorem hanc indissolubilitatem non conuenire consummato, ratione alicuius perfectionis substantialis, sed accidentalis. Contrā Adversarij: matrimonium essentialiter est in genere vinculi; sed solubilitas & insolubilitas sunt differentiae per se contrahentes vinculum: ergo maior insolubilitas, quam habet matrimonium consummatum, non est illi accidentialis, sed substantialis. Dico, matrimonium habere maiorem, vel minorem indissolubilitatem, quatenus habet maiorem causam ad eam coninges obligandi, ob iniuriam, quae fit proli, & coniugi, quae dimitteretur; ideo indissolubilis est consummatum, quām ratum: sicut præceptum subveniendi proximo, est magis obligatorium in extrema, quām in graui necessitate. Vnde ad argu. concedo, utrumque matrimonium esse substantialiter completum in ratione vinculi coniugalis, quod formaliter saluatur in aliqua indissolubilitate; utrumque n. ad aliquam obligat. Ceterū maiorem aut minorem indissolubilitatem, esse differentias accidentales: sicut de ratione præcepti subveniendi proximo est aliqua obligatio; maior autem aut minor obligatio sunt differentiae, quae accidunt præcepto, ex diuersis causis & circumstantijs.

Instantia.

Solutio.

Informa.

Ad instantiam, nego Minor: differentiae enim *ad instans* essentiales vinculi coniugalis non sunt maior vel minor indissolubilitas, sed indissolubilitas maritalis, & non maritalis: sicut differentiae præcepti, non sunt maior aut minor obligatio circa cūdem finem, sed obligationes circa diuersos fines.

Nęque dicas: maior & minor obligatio circa cūdem finem cōstituit diuersa specie præcepta, ac proinde etiam maior & minor indissolubilitas constituit diuersa specie matrimonia. Nam cūm haec obligationes desumantur ex proximo fine, qui unus idemque est in maiori & minori necessitate subveniendi proximo in rebus ad vitam corporalem spectantibus. & indissolubilitate vinculi coniugalis in ordine, ad problemum perfecte dignendam, non poterunt maior & minor obligatio circa cūdem proximum finem cōstituere diuersa specie præcepta, sed tantum maius, aut minus, seu gravius aut leuius intra eandem speciem, ob diuersas circumstantias circa cūdem finem,

Terrium; quod omnimodam indissolubilitatem non habeat matrimonium ex se, ita ut spectato solo iure naturæ, nunquam possint coniuges ex August.

34.
Prob. tertia
parts affer.
ex August.

Citra lethale peccatum illud dissoluere, docet August. lib. de bono coniugali cap. 7. Quid sibi velic tanta firmitas vinculi coniugalis? quod nequaquam puto tantum valere potuisse, nisi alicuius rei maioris ex hac infirmâ mortalitate hominum quoddam sacramentum adhiberetur, quod adserentibus hominibus, atque id dissoluere cupientibus inconcussum illis maneret ad pñnam. Siquidem interueniente diuertio, non aboletur illa confederatio nupcialis. Hæc August. qui causam indissolubilitatis matrimonij testet non ad naturam matrimonij, sed ad rationem sacramenti, lege diuina & superaddita, ut supra dixerat, diuina regula prescribere videtur, nempe hanc vinculi coniugalis tantam firmitatem. Quod etiam indicat Scotus dist. 26. §. Per hoc patet, ubi ait, obligationem indissolubilitatis instituisse Deum lege sua positiva. Prob. 2. Matrimonium non exigit indissolubilitatem per modum physicæ proprietatis independenter à nobis, ut cælum, vel Angelus incorruptibilitatem; sed per modum practicidictaminis, medio lumine & lege naturali, coniuges obligant ad individualiter vita consuetudinem, ob perfectam proli educationem. Quæ autem hoc pacto obligant, nisi sint eiusmodi, in quæ nulla cadat dispensatio, ut non nisi unum colere Deum, verum dicere &c. Non obligat semper & invariabiliter, sed dependenter à circumstantijs, quæ sicut mutari possunt, ita & eorum obligatio. Major constat: nam matrimonium obligat ad vinculi indissolubilitatem per modum præcepti, medio pratico dictamine rationis: ergo non semper & in omni casu ad eam obligat, sed quamdiu maior ac valentior causa dissolutionis non apparuerit; ut constat in præceptis naturalibus de non occidente, de subveniendo proximo, de non contrectando, da re aliena invito domino, quæ tam diu obligat, lo iure na- spectato fi- quamdiu maior ac strictiori iuri de tuenda pro- ture posset pria vita, non opponuntur. Quis n. negabit, in- dissolubili- matrum dari casum etiam in matrimonio consummato, in quo naturalis ratio dicitur, solutio- su-

nem matrimonij præferendam esse ipsius indissolubilitati? ut si integrum regnum Christiani Principis devoluendum sit ad Etheicum regnum, nisi aliqua propria proles Christiani Principis hereditario iure id regnum succedar. Quis dicer, hoc casu, solo iure naturæ spectato, non p. sc. principem

principem matrimonium dissoluere cum priori coniuge sterili, & cum alia contrahere, de qua proles speratur? Cum tali easo ratio, quæ est ipsa naturæ lex ab æterna deriuata, dicit, bonum totius regni, quod sub Ethnico rege periclitaretur, præferendum esse privatæ iniuriæ, quæ fieret sterili coniugi, quæ post defloratum decus dimitteretur. Vel si verque, coniux post contractum, & nondum consummatum matrim. amitteret non solum vitam, sed & regnum, non quidem in iniuriam & contemprum matrimonij; sed aliam ob causam inculpabilem, nisi eo soluto, cum alio contrahatur: alijque casus quam plurimi excoigitari possunt, in quibus longè maius bonum sit, dissoluere, quam continuare matrimonium.

Confr. 1. Confir. 1. non minùs lex naturalis dicit, dissoluendum esse matrim. quando omnibus pensatis, in dissolutione maius apparet bonum, quam perperuandum, quando in dissolutione nullum aut minus bonum asfulget. Ergo stando in sola lege naturali, non minùs per eam possunt coniuges obligari ad matrim. dissoluendum, quam perpetuandum. 2. id omnium sententia potest matrimonium divino iure præceptum; dissolui per modum interpretationis legis diuinæ, ut *Paulus 1. Cor. 7.* diuinam legem interpretans in favorem Christianæ religionis, docuit coniugem ad fidem conuersum separari posse ab alio coniuge in sua infidelitate perseverante, si cum eo habitare nolit, vel non nisi cum contumelia creatoris: & de facto in Ecclesia dissoluitur matrim. tatum & non consummatum per solemnem religionis professionem: ergo etiam naturali iure præceptum, dissolui poterit per modum interpretationis legis naturalis ab ipsis coniugibus. Nam id est potest primum per modum interpretationis dissolui, quia prudenter iudicare possumus, eo casu nolle Deum sua lege positiva, ob maius ac præualens bonum ad vinculi indissolubilitatem coniuges obligare: ergo etiam prudenter iudicare possumus, nolle Deum ob maius præualentiusque bonum, lege naturali ad matrimonij indissolubilitatem coniuges astringere: cùm non minùs Deus ad illam obliget lege naturali, quam positiva; & utraque lex sit à Deo, illa medio rationis dictamine, hæc reuelatione nobis manifestata.

Confr. 3. 3. Lex naturalis dicit, quando duo præcepit seruanda occurunt, quæ simul seruari non possunt, illud potius seruandum, omisso altero, quod omnibus prudenter pensatis, maius iudicatur: igitur concurrente bono indissolubilitatis matrimonij cum bono dissolubilitatis eiusdem, si omnibus recte examinatis, maius bonum censeatur dissolubilitas, quam indissolubilitas, lex naturalis ad indissolubilitatem non obligabis.

Quarto. *Nullum caput inualiditas contractus,* 4. Omnis inualiditas contractus aut est ex defectu consensus contrahentium, aut alicuius tertij, cuius bonum concernit contractus, aut legis superioris resistentis: at qui ex nullo horum capite potest matrimonij dissolutio esse inualida: non ex defectu consensus coniugum, quia possunt iusta ex causa mutuo conuenire ad matrimonialis contractus dissolutionem. Non defectu consensus tertij, nam hic esset proles nascitura, quæ non præsumitur in sui præiudicium consensum præbere in matrimonij dissolutionem: at hoc cessat, quando matrimonium dissoluitur causa sterilitatis, vel ante carnalem copulam: Præterea quando causa dissolutionis præualet bono prolis, vel procreandæ; vel educandæ, sufficit consensus debitus, quem iure naturæ

in tali casu præstare deberet proles nascitura. Non tatione legis resistentis: nam vel hæc est diuina positiva, quam supponimus non esse, de hæc enim nunc non agimus: vel naturalis; & hæc potius fauet, nam in casu, quo solutio matrimonij præualet bono indissolubilitatis eiusdem, lex ipsa naturalis per rectum dictamen rationis iudicat, faciendam esse dissolutionem propter majora mala evitanda.

Hinc apparet, sine fundamento Recentiores aliquos in hanc sententiam, contendentes etiam si matrimonium sit ab extrinsecâ authoritate Dei solubile, adhuc manere in se & ab intrinseco insolubile, adeoque nunquam posse ab ipsis coniugibus dissolui: sicut etiam Angelus sit ab extrinseco agente Deo corruptibilis, adhuc in se manet ab intrinseco incorruptibilis: non atten-

Recentiorum in arguendo antiquos præmissos.

dentes diversitatem inter physicam & moralem proprietatem; quod illa inuariabiliter conuenit rerum naturis, quippe quæ fundatur in ipsa physica natura rei, quæ per extrinsecas & aduenientes circumstantias non mutatur; hæc variabiliter, cùm nō in sola natura physica rei, sed suis vestita circumstantijs, fundetur. Quia igitur sèpè variari possunt circumstantiæ, dependenter à quibus matrimonium ad sui indissolubilitatem obligat, aliæque superuenire, quæ proper maius & excellentius bonum ad eam non astringat, ut de facto est circumstantia solemnis professionis in matrimonio rate fidelium, & conuersionis alterius coniugis ad fidem in matrimonio etiam consummato infidelium, non semper & inuariabiliter hæc proprietas competit matrimonio.

Tatidem quod omnimodam indissolubilitatem matrimonium fortifiatur, ut sacramentum eleuatum ad significandam indissolubilem vniōnem Christi cum Ecclesia, iuxta illud *Apost. ad Eph. 5. gratificatione sacramentū hoc magnum est; Ego autem dico in Chri. vniōnis Verbo est Ecclesia.* Ex quo loco PP. & Scholastici hanc sacram significationem in matrimonio colligunt, sic prob. sicut vno, quam cum humanitate & Ecclesia habet Christus, est indissolubilis; ita vult, ut vinculum viri cum uxore, quod ut symbolum huius indissolubilis sit cum Ecclesia & humanitate coniunctionis assumit, sit indissoluble: recte n. ex hac mystica significatione à Christo matrimonio imposita, colligimus, voluntatem Christi esse. Et coniunctio ipsa inter vitum & uxorem maneat perpetuò indissolubilis, non secus ac ipsis cum Ecclesia coniunctio. Quia vero hanc significationem Christus non imposuit matrimonio rato, sed consummato; quia solum hoc aptum erat significare vniōnem Verbi cum natura humana & Ecclesia; ed quod solum hoc per copulam carnalem, qua ex duobus fit una caro, exprimit vniōnem illam, qua ex duabus naturis humana & diuina fit una persona, & ex Christo capite & Ecclesiæ membris unum mysticum corpus, ut docet Innocentius III. cap. *Debitum, de bigamis,* solum hoc est indissolubile etiam per dispensationem Dei; non quidem absolute, sed ex suppositione diuini decreti, quod illud voluerit ut symbolum ad hoc significandum assumere.

Ex his constat 1. cur matrim. tatum fidelium dissoluipossit, vel autoritate Summi Pontificis, quod tamen controversum est, de quo infra; vel solemni religionis professione, non autem consummatur: quia illud non est euctum ad significandam vniōnem Christi cum Ecclesia, sed animæ fidelis cum Christo, media gratia sanctificante, quæ solubilis est. 2. Cur matrim. consummatum

Prob. ultima pars affer. de sacra significatione sacramentū hoc magnum est; Ego autem dico in Chri. vniōnis Verbo est Ecclesia. Ex quo loco PP. & Scholastici hanc sacram significationem in matrimonio colligunt, sic prob. sicut vno, quam cum humanitate & Ecclesia habet Christus, est indissolubilis; ita vult, ut vinculum viri cum uxore, quod ut symbolum huius indissolubilis sit cum Ecclesia & humanitate coniunctionis assumit, sit indissoluble: recte n. ex hac mystica significatione à Christo matrimonio imposita, colligimus, voluntatem Christi esse. Et coniunctio ipsa inter vitum & uxorem maneat perpetuò indissolubilis, non secus ac ipsis cum Ecclesia coniunctio. Quia vero hanc significationem Christus non imposuit matrimonio rato, sed consummato; quia solum hoc aptum erat significare vniōnem Verbi cum natura humana & Ecclesia; ed quod solum hoc per copulam carnalem, qua ex duabus fit una caro, exprimit vniōnem illam, qua ex duabus naturis humana & diuina fit una persona, & ex Christo capite & Ecclesiæ membris unum mysticum corpus, ut docet Innocentius III. cap. *Debitum, de bigamis,* solum hoc est indissolubile etiam per dispensationem Dei; non quidem absolute, sed ex suppositione diuini decreti, quod illud voluerit ut symbolum ad hoc significandum assumere.

Rati ac cōsummatio matrim. discriben-

matum infidelium per alterius coniugis ad fidem conversionem, dirimi posse, non autem fidelium per unius coniugis à fide apostasiam, etiam si maius periculum sit, ne hic per coniugem à fide auctoratum, quam ille per coniugem in sua infidelitate persecutorem, perueratur: sc. quia matrimonium infidelium non est à Christo assumptum ad significandam indissolubilem sui cum Ecclesia coniunctionem, sicut fidelium.

viduam, vel corruptam, ad fidem conuersus non esset bigamus: quia cum bigamia sit irregularitas contracta ob defectum perfectæ significationis coniunctionis Christi cum Ecclesia, supponit in matrimonio talem significacionem, alias non posset illam contrahere; sicut è conuerso, quia matrimonium infidelium non est subiectum potestati Ecclesiastice, contractum in gradibus ab Ecclesia prohibitum, non fit irritum, sed perseverat in conuersis ad fidem validum.

Resp. Negando cum S. Thomâ in 4. dist. 26.

q. 2. a. 2. Richar. a. 1. q. 2. Argent. dist. 39. qu. 1. Matrim. in 4. 1. Bellarm. de Matrim. cap. 2. & Richard apud Bellar. matrimonium infidelium significare coniunctionem Christi cum Ecclesia. Ratio ex nem Christi

Bellar. coniunctio, quam matrimonium Christi cum Ecclesia significat, non est per similitus.

dinem tantum naturæ, quam Christus habet

cum toto genere humano, sed per fidem & charitatem,

quæ ut sponsus sponsam diligit, ut ex

Pauli discursu colligitur, qui coniuges adhortatur ad seipos diligendos, sicut Christus diligit Ecclesiam.

Ad hanc autem coniunctionem significandam matrimonium infidelium, ut potest

fide carens, aptum non est: ex cap. Quanto, de

diuortijs; ubi Innocentius III. rationem assi-

gnans, cur matrimonium infidelium per con-

versionem alterius coniugis ad fidem dissolui pos-

sit, non autem fidelium, per alterius à fide

apostasiam: Etsi, inquit, matrimonium verum

inter infideles existat, non tamen est ratum: inter

fideles autem verum & ratum existit: quia sacra-

mentum fidei, quod semel est admissum, nunquam

amittitur, sed ratum efficit coniugij sacramentum,

ut ipsum in coniugibus, illo durante, perseueret.

Hac Pontifex; qui sicut indissolubilitatem ma-

trimoniij fidelium refert ad fidei characterem, qui

semel per baptismum suscepimus nunquam amit-

titur; ita matrimonium in eo fundatum nun-

quam dissoluitur; quia mediante fidei charac-

te retinet coniunctionis Christi cum Ecclesia si-

gnificationem; quam quia defectu fidei, non ha-

bet matrimonium infidelium, solubile est.

Confirmat. Si matrim. consummatum infide-

lium esset symbolum coniunctionis Verbi cum

naturâ humana, & Christi cum Ecclesia, nullo

casu dissolui posset, neque in fidei fauorem: ne-

fas quippe esset, soluere illud vinculum; quod

Christus imposuit in signum indissolubilis sue

cum naturâ humana & Ecclesia coniunctionis:

nam hoc ipso denotaretur, hanc unionem, quam

Christus habet cum natura humana & Ecclesia,

esse solubilem.

An saltem hanc significationem haberet ma-

trim. fidelium ante Christi aduentum? Negat, ante Christi

& probabilius cit. loc. S. Doctor affirmans, hanc aduentum.

mysterij significationem accepisse matrim. in le-

ge Euang. secundum quam dicitur nouæ legis sa-

cramentum. 1. quia ante Christi aduentum ma-

trim. erat solubile per libellum repudiij, quod

nunc non licet: ergo maiorem aliquam indi-

solubilitatem habet nunc, quam tunc: hæc alia

esse non potest, quam quod nunc ex diuinâ vo-

luntate ordinetur ad significandam indissolubi-

lem unionem Verbi cum naturâ humana, & Chri-

sti cum Ecclesia, ad quam anteâ non erat ordi-

natum, alioqui nec tunc potuisse repudio dis-

soluti, non secus ac nunc, ne signum discrepa-

ret à significato, ad quod representandum esset,

assumptum. 2. quia congruentius fuit, ut hanc

significationem haberet post factam Verbi cum

natura

41.
Alia huius
discrimina
ratio ab
alijs respi-
gnata.

Fundam.

i. Ex Paulo.

2. Ex Leone

i.

3. Ex Inno-

cent. III.

Ratio ibid.
assignata.
aist. 34.

Ecclesia, ratione characteris baptismatis, retinet ius in coniugem apostamat, ut possit illum cogere vel ad conuersionem ad fidem, & redditum ad suam coniugem; vel illum pœnâ mortis punire, & sic innocentem coniugem à matrimonij vinculo liberare: in coniugem autem infidelem nullum habet ius, ratione cuius possit illum vel ad fidem cogere, & cum sua coniuge sine contumelia Creatoris, & periculo peccandi cohabitare; vel morte in pœnam peccati ei inflata, fidelem coniugem à matrimonij vinculo liberare. Fundam. quod existiment, matrimonium etiam infidelium ex Dei institutione esse symbolum coniunctionis Christi cum Ecclesia, proinde ex hac parte non magis dici posse indissolubile matrimonium fidelium, quam infidelium. Probant 1. ex illis ad Eph. 5. *Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico hoc in Christo & in Ecclesia. præmisserat autem Apost. illa Genes. 2. Propter hoc relinquet homo Patrem & Matrem suam, & adhæredit uxori sua, & erunt duo in carne una: post quæ statim subiungit: Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico &c. hoc est declaro; ideo sacramentum hoc magnum est, quia est symbolum coniunctionis Christi & Ecclesia. Cùm igitur hæc à Paulo citata verba dicta fuerint ab Adamo propheticè de omni futuro coniugio, tam fidelium, quam infidelium, propterea quæ interprete Paulo, sacramentum hoc magnum fuerit, quia coniunctionis Christi cum Ecclesia significabat, consequens est, ut hanc significationem ex diuina in-*

stitutione habeat omne matrimon. 2. quia id docent Leo 1. 4. cap. epist. ad Rustic. Narb. Episcop. Cùm societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut prater sexum coniunctionem haberet in se Christi & Ecclesia sacramentum, dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in quâ docetur nuptiale non fuisse ministerium. 3. Innocentius III. cap. Gaudemus, de diuortijs: Cùm sacramentum coniugij, inquit, apud fideles & infideles existat, ut ostendit Apost. non tantum fidelis, sed etiam infidelis & catechumenus, si duas habuerit successivæ uxores, aut viduam, bigamiam contrahit, sitque inhabilis ad sacros ordines suscipiendos, ut definitur Can. Si quis viduam licet laicus duxerit uxorem, siue ante baptismum, siue post baptismum, non admittatur ad clerum: quia in baptismo criminis dimittuntur, non accepta uxoris confortium relaxatur. idem habetur Can. Acutius, & Can. deinde, dist. 26. fuitque sententia Augustini lib. de bono coniugal. cap. 18. Causa autem eaquæ vñica, cur bigamus sit ad sacros ordines inhabilis, est, ut definit Innocentius III. cap. debitum, de bigamis, defectus sacramenti, hoc est significationis coniunctionis Christi cum Ecclesia, quam perfectè significat coniugium vnius cum vna, imperfectè vnius cum multis: quia carnem suam diuidit cum multis. Ergo etiam coniugium infidelium est symbolum coniunctionis Christi cum Ecclesia, alioqui infidelis, qui duashabuit successivæ uxores, aut

Net fidelium.

Negat, ante Christi aduentum.

mysterij significationem accepisse matrim. in le-

ge Euang. secundum quam dicitur nouæ legis sa-

cramentum. 1. quia ante Christi aduentum ma-

trim. erat solubile per libellum repudiij, quod

nunc non licet: ergo maiorem aliquam indi-

solubilitatem habet nunc, quam tunc: hæc alia

esse non potest, quam quod nunc ex diuinâ vo-

luntate ordinetur ad significandam indissolubi-

lem unionem Verbi cum naturâ humana, & Chri-

sti cum Ecclesia, ad quam anteâ non erat ordi-

natum, alioqui nec tunc potuisse repudio dis-

soluti, non secus ac nunc, ne signum discrepa-

ret à significato, ad quod representandum esset,

assumptum. 2. quia congruentius fuit, ut hanc

significationem haberet post factam Verbi cum

natura

Ratio affi-

gnata post.

natura humana, & Christi cum Ecclesia coniunctionem. 3. maxime, quia ante Christi adventum licitum erat matrim. vnius cum pluribus vxoribus: at hoc aptum non erat exprimere coniunctionem Verbi cum natura humana, vel Christi cum Ecclesiâ: ergo nondum erat assumptum ad hanc Christi cum natura humana & Ecclesia coniunctione exprimendam, sed postquam fuit talis coniunctio executioni mundata, quo tempore redditum est matrimonium insolubile.

^{43.} Quare ad 1. Resp. i. Cum Bellar. c. appellari matrim. à Paulo sacramentum, non quod antea fuerit, sed quod nunc factum est: vnde notat, de præsenti dixisse, *Sacramentum hoc magnum est in Christo & Ecclesiâ.* 2. cum August. appellari matrim. sacramentum, propter indissolubilitatis vinculum: explicans enim lib. de nuptiis cap. 10. quid sit in matrimonio ratio ista sacramenti: *Huius procul dubio, inquit, sacramenti res est, ut mas & femina connubio copulati, quamdiu vivunt, inseparabiliter perseverent, & lib. 9. super Genes. ad lit. cap. 7. Nuptiale bonum tripartitum est, scilicet fides, proles & sacramentum: in fide attenditur, ne preter vinculum coniugale cum altero vel alterâ concubantur; in prole, ut amanter suscipiantur, benignè nutritur, religiosè educetur; in sacramento autem, ut coniugium non separetur, & dimittatur; aut dimissa, nec causa prolixi alteri coniugatur.* Videntur rationem sacramenti in matrimonio Augustinum agnoscere in ipsâ coniugalibus vinculis indissolubilitate?

^{1d 2. Leonis ap. 1.} Ad 2. Leo explicari potest, non quod rite matrimon. fuerit à Deo actu ordinatum ad hanc coniunctionem Christi cum Ecclesiâ significandam, sed quod fuerit figura huius coniunctionis actu significandæ per matrim. legis Euang. eo sensu, quo à Conc. Florent. in decreto Eugenij IV. antiqua sacramenta dicebantur symbola gratiæ, non quam ipsa actu significabant. sed quam per nostra sacramenta practicè significanda denotabat.

^{Ad 3. Innoc. III.} Ad 3. non desunt DD. qui cum Hieron. vt can. 1. dist. 26. asserant, infidelem, qui duas vxores habuit, per baptismum ad fidem conuersum, nō impediri à sacris ordinibus suscipièdis, èò quod per baptismum vna cum peccatis omnis irregularitas nota ab stergetur. Verum, quia vt supra, oppositum definitur ab Innocentio III. est quæ aperta August. & Ambrosij sententia, vt can. Acutius; can. deinde; can. vna, dist. 26. cōmuniter Schol. in 4. dist. 27. dico, infidelem, qui vel duas habuit in infidelitate uxores, vel vnam in infidelitate, alterâ ad fidem cōversus, impediri à susceptione sacrorum ordinum, nō ob defectum sacramenti seu significationis coniunctionis vnius sponsi Christi cum vna Sponsâ Ecclesiâ, sed ob defectum fundamenti ad tales significationem requisiti: Connubium. n. infidelium eti si hanc significationem formaliter non habeat, haber tamen, vel non habet fundatum huius significationis, quæ est vel vnius cum vna, vel cū pluribus maritalis coniunctio: quod fundamentum supponi debet in eo, qui ad fidem conuertitur, vt possit ad sacros ordines ascendere. Ex quo patet ad rationem Hieron. cùm diuersa sit ratio de peccatis, & irregularitatibus, quæ non propter peccatum, sed propter aliquam indecentiam circa vllum peccatum contrahuntur. Ad claritatem maiorem distinguo impedimentum, alterum ph ysicum, fundatum in rebus; alterum legale, fundatum in solo iure humano Eccles. primum, quia physicum est, retinet infidelis ad fidem conuersus, vt si sit illegitimus, spurius, mu-

tilus, pro quo eget dispensatione Pontificis, vt possit ea munia obire, quæ talibus Ecclesiastica lege prohibentur. Secundum, quia nullū habet in re Agnatio spiritualis. ipsâ fundamentum, sed in solâ prohibitione Ecclesiæ, cui cùm non sit infidelis subiectus, ad fidem conuersus non impeditur exercere, quæ ratione ralis impedimenti prohibita sunt Christianis, vt si in infidelitate baptizavit Christianus filium, poterit absq; dispensatione cū matre baptizati contrahere; èò quod impedimentum agnationis spiritualis nullum habet inire fundatum naturale, quod cum ipso ad fidem conuerso perseveret.

Ex his constat, matrim. consummatu fidelium Conclusio. omnimodam indissolubilitatem habere ex mysticâ significatione vnionis Verbi cū humanitate, & Christi cum Ecclesiâ, ad quam in lege Euang. est eucl̄um. Ex quo optimè assignatur discriminis in sent. Aduers. assertorium, omnimodā hanc indissolubilitatem matrimonii habere ex solâ intrinsecâ suâ naturâ, assignari nō posset; quia cū ratum per ipsos non differat à cōsummato, si ratum solui potest, poterit & consummatum, saltē in ijs casibus, in quibus potest ratum.

Verum ex hac nostra doctrina sequitur, secundum matrim. fidelium non habere hanc significationem cōiunctionis Christi cum Ecclesiâ, siquidem illud non est vnius cum vna, sed cum pluribus saltē successiu, proinde non habere eā indissolubilitatem, quam habet primum. Resp. neg. sequel. nam cōiunctio Christi cum Ecclesiâ duo importat, vnitum in recto, nempe vnitatem vnius sponsi cū vna sponsa; alterum cōnorati pē tantum & in obliquo, vt nunquam fuerit alterius. Secundum matrim. fidelium eti si nō cōnotet secundum, defecū cuius dicitur deficere à perfectâ ratione sacramenti, includit tamen primum, nempe vnitatem vnius cum vna, à qua vnitate matrimonium habet omnimodam suam indissolubilitatem. leg. Bellarm. de matrim. cap. 9. fine.

^{44.} Infertur 1. stando in puro iure naturæ, posse cōiuges aliquando validè, nō tamen licitè; aliquando validè & licitè; aliquando nec validè nec licitè contractum matrimonij dissoluere. Exemplū pri- ^{45.} posse conmi esto, si ipsum vterque coniux mutuo consensu ingerit validè ante carnalem copulam, absque graui causa, non licite dissoluerent: etenim spectato puro iure naturæ, eandem potestatem coniuges habent ad matrim. dissoluendum, atq; ad contrahēdum; nam quoad validitatem vtrumq; pendet à sola libera voluntate contrahentiū. Dices: pendere etiam à natura ipsius contractus, indissolubilitatem exigentis; & à lege naturali, coniuges obligante ad matrim. semel legitimè contraactum perpetuandum, vbi gravis causa, indissolubilitatis bono præualens, non apparuerit. Sed contraria: hoc tantū probat, illicitè tale matrim. dissolvi, nō autē inualidè; siquidē ad validitatem nihil decessit: suppōno. n. ad illud dissoluendum vtrumq; coniugē conspirare: nec fore contrarium bono prolixi, quæ nondū per parentū coniugalē copulā, in sui procreatione, & educatione ius acquisivit. Nec obstat lex diuina positiva, quā supponimus non esse; nec lex naturalis irritat matrim. nisi ob perpetuam indecentiam, vt in coniugio inter filium & matrem, inter patrem & filiam: in dissolutione autem matrimonij rati nulla foret indecentia, quæ honesto aliquo fine honestari non posset. Quod non licitè, patet: quia cū omnis contractus matrimonialis ordinetur ad prolem procreandam, & perfectè educandam, operâ & industriâ vtriusque coniugis, natura suā postulat indissolubilitatem: ergo nisi gravis causa accedit,

46.
Aliquando
valide &
licet: ali-
quando nec
valide nec
licet.

accedat, quæ præualeat matrimonij indissolubi-
litati, nequit solo priuato contrahentium con-
sensu licite dissoluvi.

Exemplum secundi: si ex graui & sufficiente
aliqua causâ coniuges matrim. dissoluerent, an-
tequam maritali copula se mutuo cognoscerent.
Exemplum tertij, si matrim. carnali copula con-
summatum, absque sufficiente ac præualente cau-
sa dissoluerent: nam tali casu dissolueretur cum
præiudicio prolis, quæ ius ad sui procreationem,
& educationem inchoat in semine ipso, è lumbis
parentum deciso: nequit autem contractus in
præiudicium tertij validè ac licite d'olvi, absq;
libero consensu tertij, cuius bonum concernit:
non censetur autem inchoata proles, in sua pro-
creationis & educationis præiudicium, in talis
matrimonij dissolutionem consentire.

Neq: dicas: posse saltem matrimonium validè
dissolui post procreatam arq; educatam prolem:
quia proles non solum ad sui procreationem, sed
etiam ad perfectam sui educationem operam po-
stulat vtriusque parentis pro toto tempore, quo
viuunt; cum non solum postulet educari in vita
eorum; sed etiam post mortem ipsorum poscat,
ut opera & industria eorum relinquatur opibus
& moribus instrueta.

Regas.
Quid si proles ipsa huic ldo iuri cederet? Resp.
Negando, per tales iuris cessionem, cessare in
parentibus debitum educandi & thesaurizandi
filiis, cum hoc parentes non habeant à prole,
sed ab ipsa lege naturali, cuius obligationem
impedire non potest proles, cum sit à lege exter-
na, per naturalem legem genitoribus promul-
gata, in quam proles ius non habet. Nec est
eadē ratio de matrimonij rati dissolutione, quo-
niam in eo nullum ius acquisiuit proles, ad quod
non ländendum naturali lege obligentur paren-
tes initium matrimonium perpetuare: unde so-
lum ad illud non dissoluendum obligantur mo-
rali quadam decentiâ, quæ, supetueniente præ-
stantiori fine, cessat obligare.

Coroll. 2.
Inferritur 2. Spectato solo iure naturæ, posse
coniuges validè contractum matrim. rescindere,
in casu, quo uterque vel alter coniux esset infæ-
cundus, vel propter letiecitatem, vel impedimen-
tum matrimonio superueniens: quia tunc nul-
lum fieret præiudicium prolis, quæ ex talibus con-
iugibus non est apta gigni: posset tamen esse illi-
citum, si absque sufficieni causa, id fieret: nam
ratione contractus matrim. uterque coniux for-
malem & explicitum consensum præbuit in ma-
trim. perpetuum, & non nisi virtualem & impli-
citum sub conditione, quod causa dissolutionis
esset matrimonij indissolubilitati præualitura.

Coroll. 3.
3. Spectato puro iure naturæ posse coiunges à
principio contrahere cum expresso consensu de
perpetuo seruando vinculo matrimonij, nisi suf-
ficiens ac præualens causa superuenierit. Prob: quod
licitum est facere, licitum etiam est in illud ex-
pressè consentire; cum non possimus facere, nisi
consentiendo in id, quod facimus. Confirm. si
hoc esset contra ius naturæ, nunquam id licitum
fuisset: at in lege Mosaicâ id licitum fuit: nam
hoc ipso, quod in ea lege licitum erat, causâ ali-
quæ superueniente, vxorem repudiare, matrimo-
nium ab initio contrahebat sub hac
conditione, si sufficiens causa non superuenierit,
de quo infra.

Coroll. 4.
4. Spectato solo iure naturæ, tam for-
nicationem, quam molliciem esse illicitū & pec-
cato. catum mortale. Primum constat; nam exercere

actum, ex quo per se natu' est nequit notabile præ-
iudicium cōtra prolem, est per se dissolument ac no-
tabiliter difforme te& rationi: at talem actum
exercet fornicarius: quia qui fornicatur, exercet
actu, ex quo proles certudo ex parte parentis im-
peditur: igitur notabiliter præiudicatur educa-
tioni prolis, cuius cura ad parentem potissimum
spectat. Antec. patet; nā fornicatio est vagus cō-
cubitus inter matrem & fæminam, nullâ lege ad
fidem seruādam astricatos. Vnde potest fornicaria
ab uno cognita ab alijs cognosci. Neque dicas,
posse fornicatum cum fornicaria contrahere in-
dissolubilitad ad certum tempus, donec proles na-
scatur, ac perfectè educetur: Nam 1. proles ad per-
fectam sui educationem, postulat operam vtriusq;
progenitoris toto tempore, quo viuunt. 2. toto eo
tempore, quo proles educatur, fornicarius vi con-
tractus acquisiuit ius exigendi copulâ carnalem,
post quam iterum expectandum esset sufficiens tem-
pus, quo alia proles progignetur atque educa-
retur, & sic deinceps: quo sit, ut nullū posset assi-
gnari determinatum tempus: quo absque prolis
præiudicchio separari possit. Atque ex his appareat
discrimen inter actum coniugalem & fornicariū,
etiamsi coniugium ex aliqua superueniente causa
dissolui posset: quia fornicatio per se est accessus
ad mulierem ad tempus, quod repugnat perfectæ
generationi prolis, quæ non solum requirit cerri-
tudinem ex parte patris, sed etiam operam & in-
dustriam perpetuam ex parte vtriusque parentis,
nisi præualens causa superuenierit: actus verò cō-
iugal is per se est accessus ad mulierem vinculo ma-
trimonijs perpetuò ligatam, nisi præualens causa
superuenierit. Vnde separatio cōiugum hic se ha-
bet per accidens & remotè: in primo verò casu,
per se & proximè. Refert autem plurimū ad ma-
litiam contrahendam, vel non contrahendam,
ut damnum per se & proximè, aut per accidens
& remotè ex operantis actione sequatur. Etenim,
quia ad remissionē contra Christianos remotè
tantū & per accidens, ad displosiōnē verò formē-
torum contra eosdem, per se & proximè sequitur
damnum & mors Christianorū, illa interdū est
licita, hæc autem nunquam. Item quia ad cōbus-
tione ciuitatis hostilis tantum per accidens sequi-
tur occisio innocentium, licita est; cum ramen
nunquam licitum sit, iaculati cōtra innocentem,
ex quo per se sequitur eius mors.

Secundum cōstat eadem fere ratione: abuti se-
mine à natura instituto in beneficū humana pro:
Mollities
lis, in notabile præiudicium ipsius, est notabiliter pariter illi-
dissolument rationi. At mollities est abusus seminis
in notabile præiudicium humanae prolis; cū per
mollitem semen ordinetur in finem repugnarem
& contrariū generationi humanae prolis: cū ex
indebita seminis effusione radicitus truncetur hu-
mana proli ius, quod in eo statim ac è lumbis pa-
rentum deciditur ad sui procreationem acquirit.

5. Ex suppositione, quod sit intra vas fæminæ,
proleminat, teneri fæminam vñ cū viro p̄fose-
minare, si ipsius proleminatio ad generationē est
necessaria: quia tenetur istituti atque inceptū ad
generationē prolis non efficeret semen in se te-
cepsum. An autem sit necessarium, infra.

Inferritur 6. De facto nullum matrim. neq; fide-
lium neq; infidelium, non solum post, sed neque
ante carnalem copulam, solo cōiugum consensu
validè dissolui posse: cap. laudemus, de dñs oratione, &c
Trid. Jeff. 2. 4. can. 7. Nam de facto matrimonium
perfectam insolubilitatem accepit ex iure diuino,
quod se extendit etiam ad infideles: quia quando
rescissio

Nec ante copulam potest resindimaturum. infiduum solo cōsigum consensu.

rescissio contraetua non solum pendet à priuato consensu cōtrahentium, sed etiam à publica lege principis, nequit validè rescindi solo consensu contrahentium, sed requiritur etiam consensus principis in suâ lege dispensantis. Ante constat, tum ex p̄cepto, quod Adam in paradiſo accepit posteris omnibus communicandum Genes. 2. Relinquet homo Patrem suum & Matrem, & adbarbit uxori sua, & erunt duo in carne una. Quæ verba fuisse à Deo dicta, & per Adam posteris promulgata, expressit Christus Matt. 19. dum hæc verba non in Adam, sed in Deum retulit. Vnde August. lib. 9. super Genes. ad lit. fine: Hec verba, inquit, cū primi hominis fuisse scriptura refletur, Dominus tamen in Euangelio Deum dixisse declaravit, ut hinc intelligeremus propter extra hanc, que præcesserat in Adam, hoc cum diuinus tanquam prophetam dicere potuisse: & Hieronymus in ead. Matt. Deus, inquit, coniunxit, unam faciendo carnem viri & feminæ: hanc ergo homo non potest separare, sed solus Deus. tum ex eodem p̄cepto à Christo renouato & confirmato, quod antea per Moysen fuerat per libellum repudij apud Hebreos abrogatum Matt. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separat. Quibus verbis potestatem abstulit coniugibus matrimonium semel legitime contractum, proprio consensu dissoluendi. Cū igitur hæc lex diuina sit & vniuersalis, neminem excipiens, sufficienterque promulgata omnibus, tum per Adam omnium Parentem, tum per Christum eiusque Apostolos, ut constat ex 1. Cor. 7. Præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere inuptam, dicendum consequenter est, eam ad omnines extendi. Vnde licet aliqui Gentiles ob inuincibilis ignorantiā huius p̄cepti excusentur, si matrimonium in casu alicuius virginissimæ ac prævalentis cause, ex mutuo consensu dissoluat, haud tamen talis dissolucio erit valida, cū in eâ desit consensus Dei, quem non censeretur præbere, nisi in casibus ab Ecclesiâ declaratis, ut in matrimonio rato propter solemnem religionis profissionem, & in rato & consummato infidelium, propter alterius coniugis ad Christianam fidem conversionem. 1. Cor. 7. Ex quo pater posse aliquem infidelem licet, nō tamen validè, matrim. dissoluere: quia potest cum inuincibili ignoratiā huius legis in aliquo casu, in quo ius naturæ propter ingens damnum ad indissolubilitatem non obligaret, matrim. dissoluere. Tali. n. casu licet dissolueret, quia ob ignorantia legis absq; peccato dissolueret, inualidè, quia nullum habemus casum ab Ecclesiâ declaratum, præter alterius coniugis ad fidem conversionem, in quo possint infideles validè matrimonium dissoluere.

Coroll. 7. sapienter socius

Infertur 7. quām expediens fuerit, contraetua matrim. diuinū superaddere p̄ceptū de eo nunquam dissoluendo: nam, vt Scotus in 4. dist. 26. qu. 1. cū hanc omnimodam indissolubilitatem non habeat matrim. ex naturâ suâ, nō .n. omni casu eius dissolutio apparet rationi dissona, imò sape consona ad finē, ad quem id dirigitur, cōsequendum; & ex aliâ parte, propter bonum generis humani expiat; vt hæc indissolubilitas immutabiliter esset matrimonio anaqua, valde cōgruum fuit, vt hoc p̄ceptū superadderetur, sublatâ óni facultate ab ipsis cōiugibus in omni casu illud in p̄iudicium matrimonij interpretandi, cū facilè in multis casibus errare potuissent: vt experientia docuit in antiquis Rom. quibus visitatū fuit, libello per nuntiū missō, his verbis repudiare: Res tuas

tibi habeo: Tuas res tibi agio, ut constat ex toto ff. de diuortijs & repudijs, & C. de repudijs ex indicio. Ceterum qui primus inter Romanos anno circiter ab urbe conditâ 500. aerilitatis causâ, vxi repudium dedit, teste Valerio Maximo lib. 2. c. 3. tñ. de primo repadio, fait spurius Cabilius, vel Corbilius, seu Coruinus: qui tamen reprehēsione digus indicatus est, quod cupiditatem liberorum coniugali fidei prætulerit. Tū in Hebreis, quibus, ut suprà, permisum fuit per libellū repudij vxores dimittere: Quia vero hoc p̄ceptum de indisolubilitate matrimonij, ut potè in bonum totius generis humani latum, debebat obligare omnes, non potuit esse ab homine, cū nullus homo potestatem habeat supra omnes, necessariò debuit *Glossa falsa*. esse à Deo. Hinc constat, quām falso *Glossa in cap. ex publico, de conuersione coning. Medina lib. 5. de sacrorum homi. consentiā c. 89. & alij apud Sanchez lib. 2. de matr. disp. 13. n. 6. & disp. 15. n. 1. assertant matrimonij ratum inter fideles esse solo iure Eccles. insolubile: 1. quia inde sequeretur, validè ac sape licet infideles, Ecclesiz potestati non subiectos, ratum matrim. dissoluere: 2. quia de quovis matrim. Christus dixit, Quod Deus coniunxit, homo non separat. Neque ex eo quod possit Pontifex ratum matr. ex causa dissoluere, sequitur illud esse iure Ecclesiastico tantum insolubile: quia potuit Christus in bonum Ecclesiz potestatem, vel interpretandi, vel dispensandi in hoc iute Vicario suo relinquere, vt fecit in alijs diuinis iuribus.*

Coroll. 8.

Infertur 8. quod nullus Princeps secularis Christianus validè dispensare possit in matrimonio, fidelium; nam siqua est potestas in eo dispensandi, hæc est penes principem Eccles. cui Christus, fidelium matrimonij reformator, suam auctoritatem communicavit: Quodque nullus infidelis dispensare possit in matrimonio infidelium, quia nullus princeps inferior validè dispensare potest in lege Dei. Nec expediens fuit, hanc potestam cōcedere Principi infideli, ob multa inconvenientia, quæ inde nata essent sequi. Confir. cū hæc indissolubilitas sit lege diuinâ atnexa matrimonio propter bonum totius generis humani, nullusque Princeps creatus supra totum genus humanum sit, nullus potestatem habet in ea dispensandi.

Nec per modum iuris interpretationis? Resp. Negatiuè; tum ex illis verbis: interpret.

Quod Deus coniunxit, homo non separat, quæ etiam per modum iuris interpretationis intelligenda sunt: tum quia si in lege euang. talis potestas concessa non est in matrim. consummato fidelium summo Pontifici, imò vt plerique censem, neque in matrimonio rato; multò minùs concessa creditur Principi seculari, qui defēctu superioris luminis minùs idoneus est ad interpretandam legem diuinam: tum quia cū in hâc lege comprehendantur Principes ipsi, si ius haberent illam interpretandi, frequenter illam sinistro ducti afferēt, iniquè in proprium commodum interpretarentur. tum demum, quia siqua potestas in matrimonio dispensandi à Deo concederetur, ea procul dubio esset propter bonum spirituale animarum, ut constat de potestate, quam iuxta aliquos Pontifex habet in matrim. rato fidelium, & consummato infidelium, quando alteruter eorum ad fidem convertitur: at Ethnicus Princeps nullam potestatem habet in bonum spirituale animarum ergo; nec in matrim. rato vel consummato.

Infertur 9. cur coniuges in lege naturali potestatem habeant interpretandi, quando indissolubilitas

Legis naturalis ac positiue discrimen.

bilitas matrimonij obliget, quando verò non, non autem in lege positivâ Dei, quâ candem indissolubilitatem positivo præcepto iuber: scil. vt doceo 5.10. disp. 4. sect. 1. quia lex naturalis obligat medio dictamine rationis, proponentis necessariam connexionem medij cum fine à voluntate exequendi: lex autem positiva, mediâ voluntate legislatoris, obligante subditos ad medium, propositum exequendum. Vnde naturalis obligat ex necessaria connexione medij cum fine à ratione propositâ; positiva ex voluntate Legislatoris. Ergo sicut rationis est, voluntatem obligare medio dictamine, ostendente necessariam connexionem medij cum fine: ita eiusdem erit, obligationem tollere medio dictamine, ostendente non necessariam connexionem medij cum fine. Ergo sicut solo dictamine rationis medij necessitatē proponentis, voluntas ex naturali subordinationē ad rationem, obligatur ad medium propositum exequendum: ita solo dictamine rationis ostendens medij non necessitatem cum fine, voluntas liberatur à talibus mediis exequendis. Contaq; verò sicut Legislatoris est, suā voluntate obligare subditos ad præscriptum medium exequendum: ita eiusdem erit, suā voluntate subditos liberare à talibus mediis exequēdis. quām diu igitur nobis non constat de voluntate Legislatoris, quod velit nos à præscripto medio exequendo liberare, tenemur illud exequi, cùm semper Legislatoris voluntas præsumatur ad legis obseruantiam subditos obligare, quām diu in ipsâ legis obseruantia non appetit iniquitas. Ratio: sicut solius superioris est, examinare, quā media ad finē conducunt, ad eaque subditos obligare: ita subditi non est, iudicare, quando proposita media ad finem conducunt, quando non, sed ea exequi, quām diu in executione iniquitas non appetit. Contrà verò, sicut solius rationis est, examinare, quā media ad finem conducunt, ad eaque iudicata ut necessaria voluntatem obligare: ita eiusdem erit, examinare, quā media ad finem non conducunt, ad eaque iudicata ut non necessaria, voluntatem ab iis exequendis liberare.

Hinc habes, cur cessante fine legis positivæ in aliquo particulari, non cesseret ipsius obligatio: cessante autē in aliquo particulari fine legis naturalis, cesseret eius obligatio: quia lex naturalis solum obligat ad ea, quā medio rationis dictamine indicantur necessarij connexa cum natura rationali; & quia ipsius est iudicare, quā & quando sit hæc mediorum cum natura rationali connexio, ipsius etiam erit, hīc & nunē obligare, vel non obligare voluntatem ad ea exequenda. Lex autem positiva, cùm solum obliget ex voluntate Legislatoris, quā ob bonum publicū, ad uitadum periculū, ne subditi prætextu quod in ipsis cesseret finis legis, cum præiudicio Politicæ disciplinæ, leges passim violent, semper obligat, quām diu ipsa legis obseruantia non appetit manifestè iniqua. Sic lex canonica, quā irritat professionem ante annum 16. factam, ob defectum perfecti iudicij, etiam si hic finis cesseret in aliquo, cuius malitia superat ratatem, non tamen in eo cessat legis obligatio, quā lata est, ad uitandum periculum, ne prætextu, quod in ipsis cesseret finis legis, passim hanc legem violent in præiudicium boni communis, propter quod lata est. Ex his Conciliari possunt graues authores, qui inter se videntur contrarij: nam qui hanc indissolubilitatem referunt ad intrinsecam naturā matrimonij, explicari possunt nō de omnimoda, sed de aliqua

Conciliatio
autorum.

Tom. 9. De Magno Matrimonio Sacramento.

indissolubilitate, qualem nos concedimus matrimonio, etiā vt est in officium naturæ institutum, qui verò ad extrinsecam legem & institutionem diuinam, intelligi possunt de omnimoda illa in dissolubilitate, quā habet tum ex præcepto Dei, & tum ex mystica significatione, ad quam vt Sacramentum euæcum est. Qui autem dicunt, præcepto diuino, posse absq; lethali peccato matrimonii dissolui, explicadi erunt, accedente sufficienti causa, quā matrimonij indissolubilitati præualeat. Superesset difficile de repudio, an fuerit in lege Mosaica licitū, vt per illud prioris matrimonij vinculo soluto, licite potuerit vterque coniux ad secundas nuptias transire. Negant Hieron. in 19. Matt. verba: Moyses ad durissem, &c. sic scribit: Nūquid potest Deus sibi esse contrarius, cùm aliud iussit, & sententia suā nouo frāgat imperio? non ita sentiendū est: sed Moyses cū viduos propter desiderium secundarū consigū, que vel ditiōres, vel iuniores, vel pulchriores essent, primas uxores interfici, aut malā vitam duere, maluit indulgere discordia, quām dāda & homicidia perseverare. quā sent. cum Magist. in 4. dist. 33. c. 3. sequuntur Bonau. a. 3 q. 1. Mayo. disp. 35. Suppl. Gabri. dist. 33. q. 2. a. 2. Sotu. q. 2. a. 2. Palat. disp. 3. Lyra. in 19. Matt. verba: Quoniam Moyses. Conar. in 4. lib. Decret. p. 2. ca. 7. q. 3. n. 4. Henrīq. lib. 12. de Matri. ca. 6 n. 6. et si probabilem putet oppositam lib. 11. ca. 8. n. 4. inclusat S. Tho. in 4. dist. 33. q. 2. a. 2. ad q. 2. vbi hāc probabilem, Richar. verò a. 3. q. 1. vtramq; probabilem censet. Ceterū notant hi authores, licitum fuisse viro, libello repudiij vxoridato, aliā ducere; non autem vxori, libello accepto, alteri nubere: quia tunc licitū erat viro, plures habere uxores, nūquā autē licitum fuit mulieri, plures habere viros. Prob. hæc sent. ex verbis Christi Matt. 19. qui cū ad propositam sibi à Pharisæis questionem, an licet homini vxore dimittere, & quā fuisse ex causâ, respondisset negatiū, excepta causa fornicationis, institerunt Pharisæi: Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudiij & dimittere? ait illis: quoniam ad durissem cordis vestri permisit vobis dimittere uxori vestras. Quibus significat id illis permisum fuisse ad evitanda peiora mala, quā ex eorum cordis durtia legem detrectātum secura fuisse: id enim denotat Verbum Permisit, vt notat Chrys. hom. 32. in opere imperf. à S. Tho. in sud catena, Glossa ordin. super cte. verba relatus: Permissimus, inquit, quod nolentes indulgemus, quia malā voluntatem hominū ad plenum prohibere non possumus: subiungit in persona Dei: Permisisti ergo vobis facere mala, ne faceretis peiora: 2. Prob. ex lege de repudio data. Dent. 24. in qua expressè prohibetur, ne repudiata, si alietū virum duxerit, ab eoq; fuerit iterum repudiata, ad priorē redire possit: Quia polluta est & abominabilis facta coram Domino, sc. adhuc perseverante vinculo prioris matrimonij, quod repudio non soluebatur, ausa est alteri nubere, cùm nūquā licauerit mulieri, plures habere viros.

Affirmant Albertus in 4. dist. 33. ar. 15. Duran. qu. 3. n. 7. Palud. qu. 1. art. 2. Abulens. in 19. Matt. Licitum b. contin. controversi. 1. cap. 10. Bellarm. de matrim. cap. 17. ad 14. Sanchez libr. 10. de matrim. disp. 1. num. 7. & alij permulti: quā probabilit̄ est, & inter Recent. communior, nec obscure colligitur ex Chrys. cit. qui suā sent. ita concludit: Ergo hoc vobis permittendo, non vobis Dei iustitiam demonstrauit, sed à peccato abstulit culpam peccati, ut quasi secundum legem agentib; vobis, peccatum vestrum.

Potissimum fundatum.

Confirm.
1.

vestrum non videatur esse peccatum. Fundam. non videtur diuinæ prouidentiæ congraum, permittere legem, quæ subditis ansam præbeat passim & impunè adulteria committendi; cuiusmodi fuisset lex de libello repudiij, si per eam Deus non dispensasset in præcepto de vinculo coniugali, quod ab initio mundi Adæ & posteris eius inviolabiliter seruandum dedit. Perseuerante n. vinculo coniugali, repudiata non potuisse sine adulterio alteri nubere, cum tamen lex per libellum repudiij faciebat illi potestatem alteri nubendi. Confirm. 1: cùm apud Hebreos lex penâ mortis puniat adulteras, non est vero simile, Deum constante matrimonio cum priori viro, permisisse per publicum & iuridicûm libellum potestatem fieri mulieri alteri impunè nubendi, cùm hoc non tantum fuisset adulterium permettere, sed ad illud quodammodo alliceret, dum publicâ iudicis autoritate potestas conce-debatur alteri nubendi. 2. Quis dicat, subdi-
runt peccare, non seruando legem, quando ab ipso principe, à quo lex in obligando; vel non obligando pendet, facta est subdito potestas illam non seruandi; quin potius rationab. liter prudenterque credendum, Legislatorem cum ipsa potestate, quam subditis facit non seruandi legem, cum iis simul in lege dispensare, ne an-sam præbeat grauiora peccata committendi. Quòd si hoc rationabiliter credendum est de principe terreno, quantum rationabilius id præsumendum erit de principe cœlesti, qui quantum ex se est, semper peccata impedit.

Ex mali;
Scriptura
loco colligi.
potest Deus
viam obliga-
di à lege non
abstulisse.

Prob. 2. Ex nullo loco factæ Scripturæ colligi potest, Deum permitièdo repudiū, vim obligandi à lege nō abstulisse: ergo rationabiliter asserendū, illam de facto abstulisse, quia qui petit dis-pensationem à lege, petit sibi tolli obligationem à lege; alioqui petere impunè agere contra legem, quæ petitio non modò indigna esset, quæ exaudiretur, verum nec quæ proponeretur. At quando Princeps indulget petenti facultatem, indulget illam iuxta petentis intentionem: ergo indulgendo Deus facultatem, in certis casibus matrimonij indissolubilitatem nō seruandi, eam Hebrei pertinentibus, censendum est, indulsisse iuxta intentionem petitionis, ne opinione ob-tentæ dispensationis decepti, contra legem agen-do adulteria impunè committerent; alioqui ad hoc incommodum vitandum debuisset in ipso induito expressa mentio fieri, facultatem non concedi alteri nubendi in legis præiudicium.

Colligi no-
quis 1.

Achilles ad-
uersorii.

Confir. qui probabili coniecturâ ductus de dis-pensatione in lege sibi factâ, legem non seruat, excusat à peccato: ergo saltem Hebrei probabili coniecturâ ducti de dispensatione in ma-trimonij indissolubilitate sibi factâ, excusab-an-tur à peccato, eam non seruando; esto huiusmo-di matrimonia non fuissent validè dissoluta. Anteced. primi Enth. prob. neque id colligi po-test ex lata lege Dent. 24. Tum quia in ea potius conceditur repudiata facultas alteri nubendi, quod in libello exprimi debebat: quin libellus ipse, qui hebraicè libellus dissensionis seu abscis-sionis dicebatur, satis hanc coniugalis vinculi so-lusionem insinuabat. Tum quia neque ut cōtra-
tiam sent. sequuntur, nos cogunt verba illa: Non poterit prior maritus recipere eam in uxorem, quia polluta est, & abominabilis facta coram Domino. quod est Aduers. Achilles; nam variae sunt ho-rum verborum explicationes.

Prima est: ea dicta esse ad difficultandum uxō-

ris repudium; si semel à se dimissam, & ab aliis re-pudiatam, nō potuisse eam atque pluia in suam ad-mittere. Sed contrà: potuisse et in suam admittere, antequam dicitur nupsisset, vt cum multis in-frâ: ergo per hoc nō fuisse repudium difficultius terp. sedditum. 2. dici abominabilem, quia vir publi-Interpræti-
câ illam dimittit et hunc cotam latice, cuios erat cau-sati repudiij examinare, reddebat illam coram Deo & hominibus abominabilem. Sed contrà: Scrip-tura dicit, eam fuisse pollutam & abominabilem factam, postquam alteri nupsisset, ab eoque repu-dista fuisse. Vnde ante viri 2. repudiū, poterat Secunda:
à primo in utrèm duci, eum tamen ante viri 2. repudiū iuxta hanc explic. fuisse polluta & abo-minabilis facta per primum repudium. Confir. interdum potuisse mulier absque sua culpa, vt si propter morbum incurabilem, infestum, aut sterilitatem fuisse à primo repudiata: in quo euētu duci non potuisse. ob tale repudium, polluta & abominabilis coram viro repudiante. 3. dici pollu-Tertia:
tam & abominabilem coram Domino, non ob vio-latam legem de alteri nubedo, sed ob fractu p̄z, ceptum de redeundo post 2. repudiū ad priorem coniugem, quod illi per nouam legem erat prohibitum. Sed contrà: non assertur ratio, cur redi-tus ad priorem coniugem prohibetur post re-pudium à 2. viro, & non post repudium à primo: Et verumque repudium fieri poterat sine culpa, repudiata, si ab viro q; repudiaretur defec-
tus, aut perpetua infirmitatis, demū, prohibitiō potius erat ex parte viri, qui non poterat à 2. viro repudiata in uxorem accipere. 4. dici Quarta:
pollutam & abominabilem, ob scandalū, quod da-bat gentibus, exemplo suo eas inducendo ad hoc faciendum: quod deduci videtur ex textu, in quo causa abominationis redditur: Ne peccare, inquit, facias terram tuam, quam Dominus Deus tradi-de-re tibi possidendam. Sed contrà: non minus scan-dalum præbebatur gentibus per separationem à primo, & coiunctionem cum secundo; nam veru-que diuinâ lege prohibitum erat gentibus: & po-tius hoc scandalum fuisse correctum per recon-ciliacionē cum primo coniuge. 5. hæc repudiata Quinta:
uxoris reconciliatio arguebat in repudiante fi-
ctum animum repudiandi. Sed contrà: idem dici-
otuisse, si eam in uxorem accepisset, antequā al-
teri nupsisset, cum tamen licet eam tunc accipere potuisse: Et hæc factio potius peccatum argue-bat in viro, quam in uxore, cui tamen Scriptura notam abominationis tribuit. 6. dici coram Do-Sexta:
mino abominabilem, quia ob conceptum semen à
2. viro, exponebat problemum incertitudini respectu Patris: nam redeundo ad priorem, concepto se-mine à posteriore, incertum fuisse, cuius futura fuisse nata proles. Sed contrà: idem dici potuisse, transiendo cum concepto semine vel primi coniugis ad 2. vel secundi ad 3. cum tamen veru-que fuerit illi licitum: Et hæc incertitudo facilè cuitari potuisse, expectato tempore natæ prolis.
7. Probabilior explicatio est S. Thom. in 4. diff. 60.
33. q. 2. a. 2. ad 3. q. ad ult. mulierem post secundum Septima
repudiata dici pollutam & abominabilem coram probabilit.
Domino, non immundicia culpæ, sed cuiusdam ir-regularitatis legalis: Quo patto, inquit, dicebatur immundus, qui mortuum tangebat, Lenit. 22. Vnde Sacerdoti nō licet repudiata, sicut nec vi-duam in uxorem ducere, Lenit. 21. vbi autem hæc irregularitas fundabatur, nō facile est conie-
ctare: nam quod aliqui illam funderint in mistio-ne seminalis posterioris cum semine prioris viri,
facile

facile refutatur: cum eadem ratio fuisset, quando transibat concepto semine vel prioris ad posteriorem, vel posterioris ad alium tertium; cum tamen in his casibus nullam contraxisset irregularitatem. Quare dicendum est, illam fundari contra maritalē decentiam, quae non patitur, coniugales amores per legitimū connubium vni viro consecratos, in alios, primo adhuc viueente, transferri, esto sibi per legis dispensationem licuisset. Hinc redditur ratio, cur antequam alteri nupsiisset, in vxorem à priori accipi potuisse: quia nulla adhuc maritalis nota indecentia polluta erat; nondum n. suos coniugales amores per primum connubium priori viro consecratos in alterum transulerat. Item cur illi à secundo repudiatae licuisset ad alium tertium, non autem ad primum virum transire: quia hæc indecentia in repudiata non erat, nisi respectu eius viri, cui semper per legitimū connubium suos coniugales amores consecraverat: quo sit, ut nec secundus, nec tertius coniux mulierē à se repudiata in vxore accipere potuisse, bene tamen repudiata ab alio. Hinc ex eo quod repudiata à 2. viro, non poterat à primo in vxorem duci, magis roboratur nostra sententia, nam si adhuc inter repudiata, & primum repudiantē mansisset matrimoniale vinculum, consultius fuisset, ad maiora peccata vitanda, ut repudiata à secundo, reconciliaretur primo, tanquam proprio marito, praeter quem alium habere non poterat.

2. Nequit colligi ex illis Christi Matt. 19. Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri: nam ex his non colligitur, nisi quod Deus hauc dispensationem contra legem communē de indissolubilitate matrimonij Hebreis concesserit ob cordis eorum duritię, qui difficiles se ostendebant ad legem illam seruandam. Hinc tamen non sequitur, Deum in lege non dispensasse, aut solū permisisse, eos agere contra legem: sicut cum Israēl. 1. Reg. 8. petiit gubernatiā Regibus, qui haec tenus gubernatus fuerat immediate à Deo per Prophetas, etiamsi ea petitio fuerit iniqua, ut potè facta ab ijs, qui imperiū Dei detrectabant, ut constat

Exemplum. ex verbis Dei ad Samuelem: Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnum super eos: adhuc Deus exaudiuit eam, concessitq; illis Reges, dispensando in priori regimine, ut indicat illa fine cap. Audi vocem eorum, & constitue super eos Regem: esto igitur petitio repudij ab Hebreis facta, non fuerit iusta, ut potè aduersa legi matrim. in principio mundi à Deo latet, Deus tamen exaudiuit illam, liberans petentes cōmuni lege, casibus expressis.

Quod ipsum aperte ostendit, Deum in lege dispensasse, dum non pro quibusunque causis, sed pro certis repudium concessit. Ad quid enim illa concessionis limitatio, Si non inuenieris gratia ante oculos eius propter aliquam fœditatem, siue corporis siue animi, ut facit Interpretes explicat, nisi quia nollebat extra hunc casum cum eis in lege disp̄fare? Ceteroqui si Deus tantum permissem se habuisset, superflua fuisset hæc limitatio, cum nullum esse etiam habuisset nam siue in casu concessione expresso, siue in quocunq; alio repudiū datum fuisset, semper per aduersarios inualidū fuisset & illicitum. Quod si in lege humana nulla clausula permittitur, quæ aliquem effectū non habeat, quantò minus id permittendum in lege à Deo condita.

Neque 3. id colligi potest ex 2. cap. Malach. Tom. IX. De Matrimonio.

vbi propheta damnat hanc matrimonij separationem: nam et si ibi Propheta dicat, Cum odio habueris (nemp̄ vxore tuam) dimisste, dicit Dominus Deus Israēl: id tamen iuxta plerosq; interpretes ironice dictum est, ut patet ex antecedentibus & consequētibus: statim enim Propheta subiungit: Operies autem iniquas vestimentum eius. Sed adhuc hæc interpretatione admissa, dicendum, ibi Prophetam non damnare vxoris dimissionē per repudium factam, sed ex iniqua causa factam, nemp̄ ex odio, ut ibidem dicitur, Cum odio habueris. Propter eandem rationem fuerunt reprehensibiles Pharisæi, qui putabant ex quacumq; causa posse vxorem dimitti, cum tamen per legem, non nisi propter fœditatem aliquam corporis vel animi id licitū fuerit. Ex dictis igitur constat, longè probabilem esse sententiam quæ affirmat, Deum nō tantum permisisse, sed dispensasse cum Hebreis in lege matrimonij in casibus dunataxat in ipsa concessione expressis. Quod vterius confirmat Bellar. l. de Matrim. c. 18. exemplo Abrahæ repudiantis Agar, quem antea in vxorem duxerat. Præterea dicitur Levit. 21. Ne Sacerdos viduā aut repudiata in uxorem accipiat, sed virginem: Ergo sicut Vidua poterat alteri à Sacerdote nubere, ita & repudiata. Ex quibus etiam patet ad argum. contraria sententia. Ad illud verò dictum ex verbo permisso. Resp. non solū permittimus malum ad evitandum maius, sed etiam minus bonum, relicto maiori.

Tandem explicandum: An repudium licitum fuerit Gentilibus: nam quod eo vii fuerint Romanī, & aliae nationes, constat ex dictis: quin solo consensu coniugum nullā iustā interueniente causā frequenter legitima matrimonia dissoluebantur, ut notat Palud. in 4. dist. 33. q. 1. a. 2. qui abusus correctus fuit per authent. Theodosij, Valentiniā, & Justiniani, ut constat ex C. de repud. l. Consensu & seqq. qui ad repudium iustum requirebant causam.

Affirmant Abulensis in decimum nonum Matt. Affirmant. q. 66. ad 5. & Vera crux apud Sancte lib. 10. de Probant: matrim. disp. 1. n. 3. quia eo vii sunt prudentissimi viri, qui nullā passionē duxi, id ut licitum, & à lege naturali minimè abhorrens iudicarunt; ut constat tum de Romanis iurisconsultis, ex quibus omnis penè jurisprudentia ad nos deriuata est: tum de Platone, qui l. 11. de legib. separationē viri ab uxore suaderet, quando coniuges propter mortuum acerbitatē inter se non conuenient; tamen prius tentatā à viris decem totidemq; mulieribus ad huiusmodi dissidia componenda per legem constitutis, ut eos reconcilient; alioqui eos esse separandos & alijs matrimonio copulandos. Præterea, quod passim apud omnes nationes impunē, & absque illa reprehensionis nota seruat, censendum est, cīc vnum ex illis, in quod naturali instinctu Gentes conspirant, quod jus Gentium nuncupatur.

Verum constans reliquiorum sententia est, nunquam repudium apud Gentes validum fuisse; nec etiam licitum, nisi in casu, in quo ratio ipsa dictabat, matrimonij solutionem præualetere insolubilitati eiusdem. Ratio primi; omnimoda matrimonij indissolubilitas fuit de jure diuino ab ipso mundi exordio, ut supra: at in hoc jure non fuit dispensatum, nisi cum solis Hebreis: ergo reliquæ Gentes manserunt hoc jure astricte: adeoq; eorum matrimonia absque

dispensatione Dei inualidè dissoluebantur: quia quando contractus rescissio non solum penderet à priuato consensu partiū, sed à publica voluntate Principis, qui propter bonum commune potestatem haber reseruandi sibi in huiusmodi contractib. ius, absq; Principis dispensatione valida non est. Minor patet; quia nullibi talis dispensatio cum Gentibus facta extat: nullum autem priuilegium in Iuris communis præiudicium, si ne manifesta Principis dispensatione præsumendum est.

Litteras re. Ratio secundi; ex dictis, spectato solo iure naturæ, matrimonij indissolubilitas coniuges obligat dependenter à circumstantiis, secundum quas interdum ratio prudenter dictat, solutionem matrimonij præualere indissolubilitati: ergo in tali casu non peccatent coniuges, matrim. graui & iusta ex causâ dissoluentes, cum inuincibili ignorantiâ legis diuinæ de matrimonij indissolubilitate. Argumenta oppositæ sent. solum probant, potuisse interdum matrimonij dissolutionem apud coniuges Gentiles licet, non autem validè fieri: cùm ad validitatem non solum requiratur, nè ratio naturalis prohibeat, sed ne lex diuina obstat.

67. Repudium soli viro concessum. Notant communiter DD. ex Iosepho lib. 25. de antiquitate cap. 11. hanc facultatem coniugem per libellum repudiandi, fuisse soli viro concessam, vt ex latâ lege colligitur: *Si acceperis hominem uxorem, & habuerit eam, & non inuenierit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu illici, & dimittet eam de domo suâ:* Forma autem libelli erat: *Ego N. die N. mensis anni N. à creatione mundi in loco N. ex animo meo & sine ullâ coactione repudiani N. filiam N. sponte meâ, & dedi ei libellum repudij in manu, scedam abscissionis, & signaculum divisionis, ut sit à me abiecta, & abeat quocunque voluerit, duciq; posse ab omni viro, nec eam quisquam prohibere presumat, iuxta constitutiones Moysi & Israel.* Debebat autem hic libellus, vt August. libr. 19. cap. 26. contra Fanst. testatur, non ab ipso repudiante, sed ab aliquo docto Scribâ componi: idque duplice ex fine, vt idem notat 1. vt in dissidium animus præcepis libelli conscriptione refractus abstineret, & quid mali esset, uxorem dimittere, cogitaret: idem habet lib. 1. de Serm. Domini in monte cap. 25. 2. vt quia ij, ad quos libellum repudij conscribere spectabat, erant viri, non modò sapientiâ, verum equitate ac piëtate prædicti, posse sent consilio & autoritate inter virum & uxorem pacificè agendo, dilectionem concordiamque suadere. Quod si tantum intercedero odium, vt extinguiri emendariq; non posset, tunc utique scriberetur libellus.

68. Cur ad id necessaria libelli conscriptio à docto scriba. Præter has causas, alias alij assignant, cur ad repudium necessaria fuerit iuridica libelli conscriptio: tum ne tanti momenti res, qualis est legitimi matrimonij dissolutio, committeretur priuato iudicio Mariti, qui facile potuisset ob sinistrum affectum in coniugem errare: tum ne potuisset postea maritus, negando se repudium dedisse, coniugem ab alio ductam repetere contra præscriptam dispensationis formam, quæ prohibet, ne prior maritus in uxorem accipiat priorem suam coniugem à secundo repudiata: quæ prohibitio intelligenda est etiam ante repudium datum à 2. viro, non autem ante initium cum eo secundum matrimonium vt cum nostro Bonfrerio doget Mæratius tract. matrim.

disput. 6. sect. 9. num. 4. & ante hos Durand. cit. num. 8. & 9. Palud. dist. 33. quest. 1. art. 2. concl. 3. licet contrarium insinuet S. T hoc cit. qu. 2. art. 2. finem, videlicet neque post datum libellum licetum fuisse vito, mulierem à se repudiatam in uxorem ducere. Tum vt consuleretur bono mulieris, vt hoc publico testimonio munita habili fieret ad secundum matrim. cum quocumque alio incundum.

Notat S. Thom. dist. 33. quest. 2. art. 3. ad 2. qu. 69. non debuisse in libello exprimi causas repudij *Cause repudij expri-*

in speciali, sed tantum in generali, vt ostendetur iustum repudium. Alij contendunt, neque in generali, vt constat ex traditâ formâ libelli. At probabilius est, exprimi debuisse etiam in speciali: quia forma libelli conformari debuisset formæ dispensationis: atqui in formâ dispensationis exprimebatur causa repudij in speciali, vt constat ex illis: Propter aliquam fœditatem: erat autem hæc fœditas, interprete sancto Thom. cit. ad 1. quest. sterilitas, vel morbus aliquis incurabilis, aut quæcumque insignis nota corporis vel animi, vt morum acerbitas, aut incorrigibilitas, quæ illam notabiliter exosam reddebat Marito. Notat ibid. S. Doctor. huiusmodi causas secundum aliquos probabiliter limitari ad solas causas superuehientes matrimonio, proli noxias, vt sterilitatem, morbum infectium, fornicationem, lepram, mali animi mores. Et sanè congruum fuit, vt hæc nota in speciali exprimeretur, tum propter repudiantem, ne reprehenderetur, quod sine iusta causa uxorem dimisisset: tum propter Iudicem, vt de iustitia sententia à se latè constaret: tum ne deciperentur, qui cum repudiata matrimonium initari fuissent. Etenim si vitium rei vendibili manifestandum est emptori, ne decipiatur: quantò magis manifestandum fuisse vitium repudiatæ iis, qui voluissent illam in uxorem ducere. Ad argum. ex formâ libelli ductum. Resp. Coroll. cùm cause speciales repudiandi potuerint esse variae, non potuerunt sub aliquo communitermino in formâ comprehendendi, sed in eâ subintelligi. Hinc infertur, matrimonium solutum fuisse statim libello dato in manu mulieris, ab eaque acceptato; scilicet cùm præscripta dispensationis forma, sub quâ concessa erat matrimonij dissolutio, adhibebatur, vt constat ex ipsâ libelli formâ.

Dubium est, an fuerit necessaria acceptatio ex parte mulieris, ita vt etiamsi ea in matrimonij dissolutionem non consenseret, adhuc valida fuisse matrimonij dissolutio. Pro parte negante sunt hæc: 1. in nullâ lege dispensationis mentio fit de acceptione ex parte mulieris, sed solum de traditione libelli in manu ipsius. 2. Post latam iuridicam sententiam, non est amplius in potestate Rei, illam non accipere; ergo nec mulieris, quæ in hac causa erat rea. 3. Bulla in traditâ formulâ fit huius acceptationis mentio. Pro affirmante sunt, 1. matrimonium penderet ex virtusque coniugis consensu. Ergo sicut in eo contrahendo requirebatur mutuus consensus virtusque; ita & in eo dissoluendo. 2. Paria sunt in matrimonium coniugum iura: non fuisse autem paria, si absque mulieris consensu solum vir potuisset id dissolvere.

Resp. non fuisse necessarium consensum elicium, & expressum, sed sat fuisse debitum & virtualem. Etenim hoc ipso quod mulier à principio consenseret in matrim. ex diuinâ dispensatione

Consensus
debitus ac
virtualis.

tione subiectum repudio, tenebatur postea repudium ex legitima causa datum acceptare. Vnde etiam si expresso & elicto consensu non acceptasset, quia tamen tenebatur illud acceptare, fuisse dissolutum matrimonium non secus ac si expresso & elicto actu acceptasset: nam ut so. 5. disp. 41. nn. 18. quando consensus non requiritur ad validandam operationem, sed ad impedendum, ne operatio sit alteri iniuriosa, sufficit consensus debitus: at acceptatio mulieris non requireretur ad validandum libellum repudij, à viro per judicem illi datum, sed natalis libelli traditio foret iniuriosa mulieri. Etenim, cum ex diuina compensatione tota potestas dandi libellū repudij esset penes virum, in quam potestatem mulier ipsa tacite consentiebat initio matrimonij, nullus postea mulieris consensus ad libelli validitatem requirebatur: neque ulla iniuria ei fieri potest, propter consensum ab ipsa initio matrimonij praeditum. Ad 1. argum. secunda sent. idem ad matrimonium ineundum requiritur consensus elictus virtusque coniugis, quia ad illud ineundum & terque coniux & qualem habet potestatē: ad dissoluendum autem non nisi vir ex diuina dispensatione potestatem habebat, proinde ad eius dissolutionem sufficiebat elictus viri, & ex lege tantum debitus mulieris consensus. Ad 2. fallit hæc regula in matrimonij dissolutione, in qua soli viro Deus potestatem dederat matrimonium dissoluendi. Cum enim hæc dispensatio facta fuerit ad evitanda homicidia, quæ inter coniuges timabantur secutura, ut matrimonio soluti ad aliud possent conuolare; & cum facilis sit, à viro vxorem, quam ab uxore virum occidi, congruentius fuit, hanc potestatē fuisse penes virum, qui prior est ad uxorem occidendam.

Coroll. I.

Infertur 1. repudium ab uxori viro datum non fuisse validum; vt nec uxori à viro absque legitima causa, & debita solemnitate. Quia cum hæc matrimonij dissolutio validitatem acceperit à dispensatione diuina, ut valida esset, debebat prescriptas diuinæ dispensationis leges seruare. 2. De facto non excusari Iudeos, & multò minus hæreticos, suas uxores repudiantes, etiam causâ fornicationis: nam de facto hæc dispensatio fuit à Christo sublata, & matrimonium in pristinum vigorem restitutum, quod fuit ab initio institutum, Matth. 19. Neque excusari possunt ignorantiæ, vt nonnulli Gentiles, ad quos notitia Euangeliæ nondum peruenit: cum sufficiens apud Iudeos, & à fortiori apud hæreticos Euangeliæ promulgatio facta sit. Vnde nec excusantur Christiani Imp. qui repudia concesserunt, vt Justin. anthor. de Nuptrijs, in quam viro, quam mulieri, certas ob causas repudium concedit. Excusat illos Sanchez cum Barbo-sa lib. 10. de Matrim. disp. 1. nn. 12. quod illa non concesserit, sed tantum permissit ad peiora mala vitanda: & quod non adeò inuiolabilis censetur matrimonij indissolubilitas, quin liceret eorum Episcopo, causâ probata, libellum repudij dare. 3. Conuersum ad fidem teneri repudiatam uxorem accipere nisi hæc manens in infidelitate nolit, vel non nisi cum creatoris contumeliam cum coniuge cohabitare, cit. cap. gaudium, de Divortiis, sic n. immediate post subiungit: *Nisi post conuersationem illius, illarennat cohabitare cum ipso: aut etiam si consentiat, non tamen absque contumeliam Creatoris, vel ut eum pertrahas ad mortale peccatum: quæ sunt causæ, ob quas inter fidem con-*

Tom. 9. De Magno Matrimonio Sacramento.

uersum, & infidelé matrimonium dissoluitur. Ceterum matrimonium inter fidem conuersum & infidelem non dissoluitur statim ipsa ad fidem conversione, cum, vt cit. cap. ait Pontifex, per Sacramentum Baptismi non solvantur coniugia, sed crimina dimittantur; sed per coniugis conuersum cum altero connubium: an vero per solius coniugis infidelis cum altero connubium dissoluatur constabit infra. 4. Si Iudeus conuertatur ad fidem, & habeat in uxorem ab alio repudiaram, teneri illam dimittere, vt non suam, aliamque ducere, si velit, non quidem Iudeam, cum prohibitum sit Christiano cum infideli matrimonium contrahere, sed Christianam; An autem matrimonium Christianum cum infideli sit irritum, infra.

5. Matrimonium initum inter infideles in gradibus ab Ecclesia prohibitum, esse ac persecutare validum, etiam post conuersationem ad fidem; quia infideles non subiacent legibus Eccles. sed diuinis, & humanis suorum Principium. Vnde coniubia inita cum persona lege suorum principium prohibita, sunt irrita: possunt tamen ambo ad fidem conuersi, nouo consensu, seruatâ solemnitate apud Christianos requisita, illud revalidare, si omnino eximantur à iurisdictione Ethnorum, secus si adhuc manent quoad temporalia illi subiecti, quia tunc tenentur seruare leges illorum, si iusta sint. Nec refert, quod matrimonium inter Christianos sit Sacramentum: quia ut Civilis Contractus, qui ad Sacramentum presupponitur, subiectus est iustis legibus principium; præsertim quando tale matrimonium fuit initium, anquam infideles conuerterentur ad fidem.

Rogas: si unus tantum eximatur à legibus Ethnici principiis per conuersationem ad fidem, altero subiecto manente iurisdictioni Ethnici Principiis, & cohabitare volente absque contumelia Creatoris cum coniuge conuerso, an tunc licet, nouo consensu revalidare matrimonium. Ante invalidum? Resp. Negatiuè: nam ut contraactus matrimonium sit validus, debet ex utraque parte supponere habiles personas contrahentes, cum nequeat claudicare, sed ex utraque parte habere sua requisita.

S E C T I O III.

An pluralitas uxorum sub uno viro simul aduersetur naturæ matrimonij.

Dixi, *Uxorū sub una viro*: nam pluralitas virorum sub unā uxore circa controuer- Pluralitas sian, matrimonij naturæ aduersatur, cum sit virorum sub contra utrumque matrimonij finem, primarium, una uxore & secundarium. Contra primarium, qui est pro-nem primaria- lis procreatio, quain plurorum virorum heterogenia seminum mistio vel prorsus impedit, 75. vt constat in meretricibus, quæ ob huiusmodi plurorum seminum mistionem steriles efficiuntur: vel incestam reddit ex parte patris, cui postissimum prolis cura incumbit, cum à pluribus cognita, nequeat cuius illa sit, certò sciri: item ab eâ tollit carnis unitatem, quam ab utroque parente proles habere debet, iuxta illud: *Et erunt duo in carne una*; quod nonnulli non incongrue explicant de unitate proli, quæ respe-ctu utriusque parentis est una, propter unius ab utroque participatæ carnis unitatem: à qua unitate recedit proles plurium virorum semi-ne prognata. Est enim contra finem secundarium, qui est cum pacifica domesticæ familie Et secunda-guber-

gubernatio, quæ sub gubernantium pluralitate seruari nequit: Vnde meritè Arist. 12. Metaphys. librum his verbis concludit: *Non est bonum pluralitas principatum: ex quo infert, unum esse mundi Rectorum, Uniuersi Principem ac Numen: Tum opportunum remedium contra carnis concupiscentiam, quo uti ad votum non possent, dum plures simul viri eodem tempore illo egerent. Vnde efficacissimum huius veritatis à posteriori signum est, ut testantur August. lib. de bono coniugali cap. 17. & S. Thomas in 4. dist. 33. qu. 1. art. 1. ad 7. & 3. cont. Gen. cap. 124. quod in nullâ unquam lege, aut natione id permisum fuerit. Non sicut, inquit August. unius viri etiam plures habere licet uxores; ita unius feminæ plures viros, nec prolixi ipsius causa, si forte illa parere posset, ille generare non posset. Occultè enim legentur amant singularitatem, que principiantur. Et paulò post: *Dnobus sex pluribus maritis viuis, nullam legitimus seruuisse Sanctorum; plures autem feminæ unius viro legitimis coniunctæ. Quin Bellarm.**

76.
In quo Deus
dispensare
potest.

de Matri. cap. 11. propos. 1. ad eod censem hoc primis naturæ principiis aduersari, ut neque Deus ipse dispensare queat: cuius tamen oppositum cum Sanchez & aliis apud ipsum l. 7. de Matri. disp. 80. nn. 15. puto verius: cum hoc non sit ex iis, quæ per se immediate aduersantur rationi, sed tantum ratione damni & incommodi, quod ex tali matrim. sequeretur, sc. prolixi incertitudo, & domestici regiminis turbatio. At Deus, ut absolutus Dominus potest hæc omnia permittere, cum per se mala non sint; licet ex iis homo occasionem peccandi sumere possit, quod Deus virtute non tenetur, ut nec occasionem, in quâ certò præuidet hominem peccaturum.

77.
Seconda nn.
p. 1. prob.

Dixi, Simul: nam successuè soluto vinculo cum unâ, vel morte naturali, vel civili, per solemnem alterius coniugis professionem, ut in matrimonio rato, vel morte spirituali, manente coniuge in infidelitate, altero ad fidem conuerso, nullum apud Catholicos dubium est, quin licet & validè possit unus vir cum pluribus uxoriis, & vice versa una mulier cum pluribus viris contrahere. Idque manifestè colligitur ex Paulo cum ad Rom. 7. vbi docet: Si mulier vivente viro fuerit cum alio viro, vocabitur adultera: si autem mortuus fuerit vir eius, non erit adultera, si fuerit cum alio vero: tum i. ad Cor. 7. vbi viduas horatur ut nubant, si se continere non valent: & definitur ab Innocentio III. c. finali, De secundis Nuptiis, vbi viduas iuxta Apostoli consilium libera datur potestas nubendi. Contra hanc Catholicam veritatem senserunt aliqui heretici, qui secundas nuptias damnabant ut fornicationes, quorum meminit August. libr. de heresis cap. 26. quem errorem Bellar. de Matri. cap. 9. tribuit etiam Terrulliano. Leg. August. lib. de bono viduistarum cap. 12. Ceterum nota, iure Civili fuisse in favorem filiorum prioris matrimonij, nec non iis, quæ intra annum luctus ad secundas nuptias transibant, pœnas impositas, ut constat ex rito c. de secundis Nuptiis, quas leges, quo ad pœnas impositas viduis ante expletum annum luctus ad secundas Nuptias conuolantibus, communis sententia tener, esse iure Canonico correctas in cap. finali, de secundis nuptiis; non quoad pœnas impositas in favorem filiorum: ita Sanchez cum multis aliis lib. 7. de Matri. disp. 87. num. 23. & disp. 88. num. 39.

78.
Sed etiam
de plurali
tate uxori.

Controversia superest de pluralitate uxorum sub uno viro, an aduersetur naturæ coniugij: an

*tantum sit peculiari lege Dei prohibitum? S. Thomas in 4. dist. 33. qu. 1. a. 1. & 3. cont. Gen. cap. 124. Ferrar. ibid. Bonav. add. dist. 1. a. 1. qu. 2. Richard. a. 1. qu. 1. Argen. qu. 1. a. 3. Palnd. q. 1. a. 1. Capreo. qu. 1. a. 1. Sotus qu. 1. a. 2. conclus. 2. Conar. 4. lib. Decret. p. 2. cap. 7. §. 3. nn. 1. & 2. Henrig. lib. 12. De matri. cap. 6. n. 1. Sanchez lib. 7. De matri. disp. 80. nn. 8. Hurtad. disp. 9. dist. 1. n. 4. Marati. De matri. disp. 5. sect. 3. expresse negat, polygamiam unquam fuisse sine speciali Dei dispensatione licitam, cum manife-
ste aduersetur secundario sui matrimonij.*

*Probant 1. ex ipsa primæua matrimonij insti-
tutione, in qua Deus nō pluribus, sed unius mulie-
ri unum virum copulauit. Igitur contra ius natu-
ræ est uxori pluralitas, quia quod Deus ex se fa-
cit, iuxta exigentia rerum facit: semper enim, quæ
ipsius suavis est prouidēcia, iuxta naturæ inclina-
tionem operatur. Id ipsum confirmant verba illa
Christi, Matt. 19. Qui fecit hominem ab initio, mas-
culum & feminam fecit eos; ut sint duo in carne unâ.
In quem locum Hieron. Dicendo, inquit, masculū
& feminam, ostendit secunda vitanda coniugia: non
enim ali, masculū & feminas, sed masculū & feminas
ut unius coniugij consortia nelerentur. Chrysost.
Hom. 63. in eund. loc. Non solum, ait, ex modo crea-
tionis, sed ex modo legislationis monstravit, quod
niam unum oportet unius coniugii.*

*2. Quod non nisi Deo dispensante fieri potest,
test, licet fieri non potest: atqui non nisi Deo
dispensante, unus vir pluribus coniungi potest
uxoribus: ut definit Innocentius III. cap. Gau-
demus, de diuortiis: Nec ulli unquam licuit insi-
mul plures uxores habere, nisi cuiusvis diuinâ renela-
tione concessum. 3. Pluralitas uxorum etsi non Tertiū
aduersetur primatio sui matrimonij, quæ est pro-
lis procreatio & educatio, aduersatur tamen secun-
dario; qui est cum remedium contra concu-
piscentiam, quo non semper ad votum uti potest
uxor, cuius vir pluribus copulatus est uxoribus:
Tum domesticæ gubernationis pax & tranquil-
litas, quæ sub pluralitate uxorum seruari nequit,
cum uxor non sit famula, sed socia viri in dome-
stico regimine, ut docet S. Thom. 1. p. qu. 92. a. 3.:
quæ propter ea non de pedibus, sed de latere viri
formata est, ut ei esset in domestico regimine
collateralis socia. 4. Pluralitas uxorum eneruat Quād.
coniugalem affectum, & perfectam amicitiam,
quæ inter coniuges esse debet: nam si, ut docet
Arist. 8. Eth. 6. ut multis quispiam sic amicus ami-
cissimæ perfida, fieri non potest; multò minùs id fie-
ri poterit inter maritum & plures uxores: nam
quandò magis mariti affectus in plures uxores
diuiditur, tantò minuitur in singulas. 5. Non Quād.
seruantur in polygamy paria iura inter virum
& uxorem: nam singulæ uxores tradunt plen-
num dominium sui corporis in virum, cum ta-
men vir non tradat plenum sui corporis do-
minium in singulas uxores. Vnde non est iustus
contractus, cum non seruet ex utraque parte iu-
stitez leges. Confirmat S. Thom. cit. com. Gen. in iis Confra-
mibus, quarum patri est aliqua sollicitudo de
prole, ut sunt, quæ simili pullos nutriunt, unus
mas non habet, nisi unam feminam. 6. In lege Sexid.
Euang. polygamy est inualida & illicita, ut con-
stat: ergo sine peculiari dispensatione Dei
semper fuit inualida & illicita: nam Christus in
lege Euang. non condidit de matrimonio nouum
præceptum, sed antiquum naturale, quod cum
ipsa natura matrimonij connexum erat, declara-
uit; & solum illud in favorem fidelium coniu-
gum euexit in Sacramentum.*

Contra

79. Negantib. Contra verò Durand. in 4. dist. 33. quest. 1. Palat. disp. 1. Abul. 1. Reg. 8. quest. 25. & c. 19. Matt. q. 30. ad 2. & q. 33. in corp. & ad 1. Medina lib. 4. de sacrorum hom. continentia cap. 9. Koninck disp. 26. dub. 2. nu. 28. & alij apud Sanchez cit. negant, spectato solo jure naturæ, id semper illicitum esse. Fundam. et si pluralitas vxorum sit contra secundarium finem matrimonij, haud tamen illum omnino tollit, sed solum impedit, ne facilè assequatur: quod factum videmus in antiquis Patriarchis, Abraham, Jacob, Elcanâ, Davide, qui cum vxorum pluralitate utrumque finem coniunxerunt, Confirmat Koninck; quia maius periculum rixarum, & dissensionum est in matrimonio cum heretica & apostata, quam cum duabus eiusdem sectæ & religionis, & tamen illud est validum; ergo & hoc.

80. Absque rationabili causâ plures vxores ducere semper fuit illicitum. In hoc debent utriusque sent. Authores conuenire: quia ut efficaciter probant rationes primæ sent. id aduersatur secundario fini matrimonij, quod minus illum recte ac debite ut oportet coniuges assequatur. Confirm. 1. Qui sine rationabili causâ plures dicit vxores, occasionem præber multarum rixarum ac dissensionum, quæ spectatâ naturâ muliebri ex pluralitate vxorum sub uno viro in codice domestico regimine infallibiliter sequuntur. 2. Idcirco Scholasticum Magistro in 4. dist. 33. & Nicolao Papâ 24. q. 3. Can. an non, reprehendunt Lamech, qui Genes. 4. primus polygamiam exercuit; quia sine rationabili causâ, solius voluptatis ergo, contra leges perfecti matrimonij à Deo in exordio mundi instituti, ausus est duas vxores ducere. Ceterum, an hoc matrim. sine rationabili causâ initum, esset ipso iure naturæ irritum, affirmant. Authores primæ sent. Specialiter Sanchez, Hurtadus, & Meratius. Ego oppositum censco verius, nisi in casu, quo vir absque expressa, aut tacita licentia primæ vxoris duceret secundam. Moueor; nam primâ voto tacite saltem consentiente, ut quia mo. est, ut vir plures ducat vxores, cuius moris conscientia vxor contraxit, nulli fit iniuria; proinde nequit contra hunc esse irritus, vt esset, si plures viri adhuc inter se, & cum voto conuenientes eandem ducerent vxorem: quia in tali contractu fieret manifesta iniuria proli, vel quoad procreationem, quæ permissione diuersorum seminum impeditur; vel quoad educationem, cum non possit haberi certitudo ex parte patris, qui proli cura incumbit. Nec dici posset irritus, ed quod illi resistat lex naturalis: quia non resistit quoad primarium finem, qui est proli procreatio & educatio: neque quoad secundarium simpliciter, sed solum quoad bene esse; proinde quoad neutrum finem illum irritat, sed relinquit illum quod vtrumque finem in sua natura, redendo illum paulo difficultorem quoad executionem finis secundarij. Dices: huic rationi obstare videtur Nicolaus Pôtifex cit. qui secundum matrim. Lamech appellat adulterium: at non fuisse adulterium, si fuisse validum. Resp. vel Pontificem id dixisse lecutum opinionem probabilem, quod polygamia erat lege diuinâ prohibita, præfertim cum hæc sent. magis faceret ad intentum Pontificis finem, qui Lotharium Regem ut adulterum reprehendebat, qui ausus fuerat duas simul vxores ducere; vel latè sumpsisse adulterium, pro ingenti flagitio; & quod absque rationabili causâ libidinis tantum impetu

ausus sit primus, viuente primâ, secundam uxoremducere. Quod non obscurè ex eius verbis colligitur, dum statim post adulterium, quasi clarus explicans, subnequit, & flagitium: qui in duabus, inquit, uxoribus adulterium Lamech, & flagitium simatus esse dignoscet: ut nimirum adulterium referatur ad Lotharium Regem, flagitium ad Lamech.

Dico 2. spectato tantum iuræ naturæ polygamy 81. mia non solum est valida, sed etiam licita. Au- Polygamia thoribus cit. pro prima sent. accedit Scotus in 4. iure naturæ non illicita;

dist. 33. q. 1. vbi docet, polygamiam esse licitam; quod necessaria est fini primario. Fundam. finis secundatins cedit primario: at sè primarius finis matrimonij exigit polygamiam: ergo tunc erit valida & licita, etiam cum detramento finis secundarij. Minor ostend. in casu, quo proles vel esset necessaria, vel maximè virilis Reipub. & prima vixor esset stetilis, ratio dictaret, ducendum esse secundam etiam cum detramento finis secundarij: quin, ut rectè Scotus g. de secundo, eo casu validum esset secundum matrim. etiam sine expressa licentia primæ vxoris, qui in tali casu teneretur in favorem finis primarij consentire. Hanc rationem cum sententia ipsa indicat Au- Ex August; gust. de bono coniugali c. 17. vbi docet, polygamiam non esse contra naturam nuptiarum, quod minus ea possit iuxta temporum circumstantias fieri licita: & cap. vlt. in favorem Antiquorum PP. qui pluribus vrebantur uxoribus, sic librum suum concludit: Non esse peccatum, quod neque contra naturam committitur, quia non lascivandi, sed gignendi causa illis feminis vrebantur; neque contra morem, quia illis temporibus ea factitabantur; neque contra praeceptum, quia nulla lege prohibebatur. Ex lib. 2. cont. Faust. c. 47. Gaußam, cur nunc licita non sit, licita autem fuerit antiquitus polygamia, refert ad consuetudinem & legem, quæ nunc est, & antea non erat. Quod autem consuetudo polygamiam à peccato excusat cum Augustino docet S. Th. in 4. dist. 33. q. 1. a. 1. ad I. S. Thom.

Porrò si polygamia à peccato excusat; ea non est contra jus naturæ, aut diuinum, contra quod nulla consuetudo prævalit: cap. finali, de Consuet.

Respondent aliqui, hanc consuetudinem non fuisse ab homine, sed à Deo speciali dispensatione induxit in fidem populum, in quo tantum diuinus cultus propagandus conservabatur. Sed contraria, quia hoc gratis assertur, cum nullibi constet, neque aduersarij locum ullum afferant, in quo id vel leviter insinuetur: tum quia Aug.

dixit, id contra nullam legem fuisse: vbi autem nulla est lex, nulla opus est dispensatione. Tum quia hanc consuetudinem polygamiam à peccato excusantem Aug. agnoscit apud Gentiles Syriæ,

vbi Iacob cum Lia & Rachele polygamia contraxit. Video responderi posse, hunc morè plures

82. Dices.

resp. vxores ducendi, ex diuina dispensatione extensem fuisse ad Gentiles, ut multi ex primæ sententia authoribus docent. Sed contraria, Sanchez

ipse lib. 7. disp. 18. nn. 13, hanc extensionem ad Gentiles non admittit: ergo in sent. ipsius hic mos sola consuetudine humana, absque dispensatione diuinâ fuit in Gentiles inductus, & tamen excusat illos à peccato August. ut suprad. 2. Si polygamia licita fuisse sola dispensatione diuina,

licita fuisse, etiam uxoribus contradicentibus, cum tamen August. lib. 16. de Cini. c. 35. in fine, ad

cam, ut licita fuerit, requirat coniugū voluntatem: Nullam, inquit, Jacob legitur petuisse, præter unam, nec vixus plurimis, nisi gignenda proli of-

ficiat.

81. Non irrita-
bita adiu-
tio.

Dics.

Resp.

Probatur consensu gentium.

ficio, coniugali iure seruato. Quale autem fuit hoc coniugale ius, explicat his verbis: *Nisi nego hoc faceret, nisi uxores eius id flagitassent, qua corporis viri sui habebant legitimam potestatem.* Hæc Aug. cuius postrema ratio non solum probat, polygamiæ fuisse illicitam, sed etiam inualidam absque coniugum consensu, saltē tacito & virtuali.

Accedit vniuersalis consensus ferè omnium nationum ac gentium, quæ nunquam polygamiam ut matrimonij legibus aduersam damnarunt: quin facto ipso eam approbarunt; nec tantum barbaræ & vulgares; sed etiam exultæ & sapientes ut Athenienses, quæ teste Hieron. Rhodio apud Medin. duas admittebant uxores: & Socrates ipse severissimus naturalis juris interpres duas admisit, Xantuppen & Myrto. Et Iulius Cæsar, auctore Suetonio in eius vitâ, & Valentianus senior, teste Socrate apud Conat. lib. 4. Decret. p. 2. cap. 7. §. 3. n. 1. leges tulerunt, ut cuiilibet licitum esset, plures uxores ducere. Nec refert quod L. Cūm qui C. ad l. Julian. de adulst. infamis declaretur, qui duas simul habuit uxores: nam hoc damnatum est in lege Euang. ad cujus normam multæ antiquæ leges à Christianiis Imperatoribus sunt correctæ. Confirm. Deuter. 21. vt res consueta & omnibus licita supponitur polygamia: *Si habuerit, inquit, homo uxores duas, unam dilectam, & alteram odiosam.*

Dico 3. non fuit polygamia ante Christi adventum speciali aliquâ lege à Deo prohibita: est auctoritum posterioris sententia, nullâ opus fuisse dispensatione ad polygamiam contrahendam (licet oppositum docent Scotus cit. a. 2. & Koninck relatus.) ita Aug. sup. præceptum l. 22. cons. Faust. cap. 47. vbi probat, hoc contra nullum præceptum fuisse, quia nullâ, inquit, lege prohibebatur, & cit. cap. 16. de Civit. non ad divinam disputacionem, sed ad uxorum consensum recurrerit, ut licita fuerit antiquis Patriarchis polygamia. Ratio: nullibet alia lex insinuat, aduersarijs etiam parentibus, qui solum illam probant facto ipso, quo Deus primum connubium inter primos homines celebrauit, in quo unum cum una, non cum pluribus copulauit, cum tamen tunc ad genus humanum multiplicandum magis expeditens fuisset polygamia. Verum argum. hoc infirmum est: unde enim habent, ex eo quod Deus, primum matrimonium instituit inter unum & unam, voluisse omnes ad monogamiam obligare? potuit enim ipse primum matrimonium instituere secundum exactissimas leges matrimonij, ad illud tam tamen ineundum mortales non obligare, nisi secundum substantiam, & primariam finem, qui est proles procreatio & educatio, qui finis æquæ saluator in polygamia, ac in monogamia. Sicut cum præceptu dilectionis Dei præscripti Deut. 6. illud explicuit secundum exactissimas leges dilectionis & charitatis, vt ex toto corde, ex totâ animâ, ex totâ fortitudine Deum diligamus, cum tamen, vt cum Augustino Magister in 3. dist. 27. & cum eo Scholastici, & S. Thom. 2. 2. q. 43. a. & testantur, ad hanc exactissimam dilectionis normam mortales non obligavit, sed ad substantiam duxerat præcepti. At, inquires, etiam sine rationabili causa plures uxores ducere, illicitum non erit, quia contra nullum præceptum est, sed solum contra consilium. Resp. neg. sequel. nam licet non sit contra legem positivam Dei, est tamen contra legem naturalem, si non primariam, saltē secundariam matrimonij, quam sine causa violare, cum sit de re gravi illi-

citum est & graue peccatum. Dices: Christus in lege Euahg. nullum nouum præceptum impo-
lit Dices.
suit matrimonio, sed illud tantum reuocauit ad pristinum statum, in quo fuit primò à Deo institutum: ergo obligationem de unitate uxoris non accepit à lege Euang. sed à primaria sua institutione. Anteced. prob. Christus solum abstulit dispensationem, quæ fidelibus sufficienter multiplicatis, & per Euangelij prædicatiōhem amplius multiplicandis, necessaria non erat: ut etiam abstulit repudium in duriciem cordis Hebreorum concessum. Resp. neg. antec. non enim Christus solum declarauit naturam & leges perfecti matrimonij, sed illi nouum superaddidit præceptum, quod antea non habebat: ita Paulus i. Cor. 7. *Precipio, non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innupram.* Confirm. in omnium sententia Christus addidit matrimonio consummato fidelium præceptum, in nullo casu, neque in fauorem ullius virtutis illud dissoluendi; quod præceptum non addidit matrimonio consummato infidelium, quod ibid. in fauorem fidei dissoluui potest:

Dico 4. in lege Euang. polygamia iure diuino est prohibita. Est certum fidei dogma à Trident. Polygamia eff. 24. can. 2. definitum: *Si quis dixerit lictere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nullâ lege diuinâ esse prohibitum, anathema sit.* Colligitur ex Matt. 19. Marc. 10. Luc. 16. Vbi Christus mæchii & adulterum vocat, qui dimissâ propriâ uxore, etiam fornicationis causâ, ut supra, aliam ducit: similiter viror, quæ dimissa viro, alij nupserit: Quod si uxore dimissâ, adulterat, qui aliam ducit, à fortiori qui retenta priori, secundam ducit, vt recte Innocentius III. Gaudemus, de Diuinitatibus, cōd quod prior viror, non dimissa jus retinet ad aliorum; quod perdit, quæ ob fornicationem dimittitur; at non adulteraret cūm secunda, dimissâ vel retentâ primâ, si polygamia prohibita non esset; quia per secundum matrimonium noua mulier fieret legitima viror virtute præhabentis aliam. Neq; adulter vel fornicator dici potest, qui legitimo coniubio sibi copulatam carnaliter agnoscit. In hanc veritatem conspirant omnes Catholicæ, qui vnam etiam consensu, paucis exceptis, quos suppresso nomine citat Durand. quæst. 1. n. 13. docent, non posse summum Pontificem in polygamia dispensare, esto posse in voto solemni cum professo, vt uxorem ducat, & matrimonium ratum dissoluere, quæ etiam sunt de jure diuino. Quod à posteriori nobis constat, cūm nunquam haec tenus sit in polygamia dispensatum, non obstatiis causis urgentibus etiam in fauore fidei, in fauorem cuius dispensatur in matrimonio etiam consummato inter infideles, cūm tamen unquam in fauorem fidei ad facilitandam conversionem eorum gentilium, qui in statu infidelitatis plures habebant uxores, dispensatum legatur: imo cūm sèpè hæc controversia proposita fuisset, semper responsum est, non posse in lege Euang. super hac re à sede Apostolica dispensari.

Difficile tamen est, huius rei à priori assignare rationem, cūm in multis alijs præceptis tam juris naturalis, quam diuini, sit in Ecclesia potestas dispensandi, aut saltē declarandi, in aliquo euentu præceptum non obligare; quæ tamen in hoc, vti & in contrahendo in gradibus legi naturali prohibitis, aut in dissoluendo matrimonio consummato fidelium, iuxta communem DD. sententiam dispensandi potestas nou datur.

Confirm.

84.
*Polygamia
ne vetita
à Deo olim.*

*Ratio affer-
tionis.*

85.
*Exemplum
primi con-
jugii infir-
mum.*

*Dices.**Resp.*86:
Dices.

Resp.

Confirm.

*Cum nō pos-
sit polyga-
mia dispen-
sari?*

datur. Duo narrantur casus, unus, in quo Gregorius III. dispensasse dicitur cum quodam, ut propter agititudinem primæ coniugis debitum reddere non valentis, nuberet secundæ, ut refertur 33. quest. 7. can. Quod proposuisti: alter, in quo Martinus V. consultis Theologis & Canonistis dispensavit cum eo, qui cum sua germana contraxerat & consummaverat, ut Sylvester verbo Papa quest. 17. Ad 1. respondet Glossa, vel primā nondum fuisse vxore, sed sponsam per matrim. ratū tantum; vel primum matrim. fuisse inualidum ob naturalem impotentiam coēundi. Ad 2. multi apud Sanchez l. 8. de Matr. d. 8. n. 8. censent id posse à Pontifice dispensari, de quo suo loco.

89.
Ratio in-
ma.

Caterū idem Sanchez n. 6. & 10. Cum Viatoris, Cano, Corduba, & alijs, aliquam conatur rationē assignare, cur in quibusdam præceptis juris naturalis & diuini Pontifex dispensandi potestatem habeat, in his autem nō habeat: sc. quia sunt quædā præcepta, in quibus vel in nullo casu potest dispensatio prudenter, ac rationabiliter censeri expediens, ut in simplici fornicatione: vel certè longè peiora mala nata essent sequi ex potestate in eis dispensandi, quām esset malum ipsum, quod in aliquo particulari casu, in quo defecū potestatis dispensati non posset, incurrit: talia sunt præcepta de polygamia, & matrimonio consummato inter fideles, ex quorum dispensatione longè maiora secutura essent absurdā. Sed adhuc non quiescit animus: nam singatur casus, in quo ex defecū prolis, quæ legitimè succedat, rotum regnum cum evidenti iactura fidei devoluatur in Principem hæreticum, nisi propter sterilitatem primæ vxoris adhuc viuentis, dispensetur cum secunda. Probabilior huius rei ratio desumenda est, ex eo, quod Christus in lege Euang. omne matrim. inter fideles consummatum euexit ad representandā indissolubilem vniōnem sui cum natura humana & Ecclesia: quam representationem hoc ipso amitteret, quod vel dissolueretur, vel cum prima coniuge duceretur secunda; cùm nec dissoluto cum prima, nec contractio cum secunda simul, sit ex Christi institutione idonea representare indissolubilem vniōnem Verbi cum una natura & Ecclesia. Ex quo rectè à posteriori colligimus, Christū non reliquisse Vicario suo in terris potestatem in eo dispensandi; quia voluit, ut semper esset huius sacrae coniunctionis symbolum. Colligitur hæc ratio ex Concil. Florent. in Decreto Eugenij IV. §. Septimum est Sacram. vbi inter bona matrimonij recenset indiuisibilitatem, quam habet propter hoc, quod significat indiuisibilem coniunctionem Christi & Ecclesie. Loquitur autem ibi Concil. de Matrimonio, ut in noua lege à Christo in Sacramentum instituto, ut constat ex precedente §. 5. vbi definit, *Septem esse noua legis Sacraenta, quæ gratiam continent, & ipsam dignè suscipientibus conferunt.*

90.
Solidior.

Dic̄es. Hinc sequitur, licitam esse in aliquo casu polygamiam, necnon solutionem matrimonij consummati inter infideles: cùm matrimonium infidelium, defecū fidei, non sit ad representandam indissolubilem vniōnem Verbi cum natura humana, & Christi cum Ecclesia euctum. Resp. neg. conseq. nam cùm non expedit, hanc potestatem in matrimonio dispensandi committere coniugibus; in nulla n. lege potestas dispensandi committitur subditis, quorum non est judicare, an & quando dispensatio in lege in bonum commune conducat, quod

omnis lex per se ac primariò respicit: Nec Principi seculari, cdm ipsius judicare non sit, an & quando bono spirituali animarum expedit, in matrimonio dispensare, propter quod semper talis dispensatio facienda esset, cumq; ex alia parte coniuges infideles non subsint potestati Pontificis, cuius tantum esset hæc iudicare, nullo probabili fundamento dici potest, posse in polygamia vel in dissolutione matrimonij infidelium aliquo casu licetè ac validè dispensari, nisi quando alter coniux ratione conuersationis ad fidem fit subditus Ecclesiæ, & solidū quoad dissolutionem matrimonij cum coniuge cohabitare renuente, idq; autoritate & declaratione Apost. 1. Cor. 7. Cut autem nequeat cum conuerso ad fidem in polygamia dispensari, ratio est in promptu, quia hoc ipso, quod transit ad fidem, matrim. ipsius ex institutione Christi euehit ad representandam vniōnem Christi cum natura humana & Ecclesia, proinde nequit, vt in reliquo fidelium coniugii in hoc dispensari. Infertur, nec posse matrimonij tantum ratum infidelium dissolui, vt potest ratum fidelium solenni religionis professione, aut autoritate Pontificis; cùm hoc priuilegium sit à Christo concessum in favorem solennis professionis approbatæ religionis, aut suo Vicario in bonum spirituale animarum, de quo tamen controversia est *suo loco*.

92.
Coroll.

Dic̄es, hinc sequi, neque casu extremæ necessitatibus conservandi genus humanum in lege Euang. licitam esse polygamiam: cùm etiam tali casu verificari debeat, quod consummatum matrimonium fidelium sit symbolum vniōnis Verbi cum natura humana, & Christi cum Ecclesia; alioqui si pro tali casu non verificatur, non faret maior ratio, cur non etiam in alio. Resp. 1. neg. sequel. quia quando lex est contraria bono propter quod est lata, non obligat: cùm autem monogamia sit à Christo lata propter bonum generis humani, vbi huic fini aduersatur, non obligat. Verū etsi hæc respōsio satisfaciat naturæ legis, haud tamen satis facit intentioni legislatoris, qui hoc ipso quod voluit matrimonium consummatum fidelium esse symbolum indissolubilis suæ cum natura humana & Ecclesia vniōnis, consequenter simul voluit, vt nullo casu dissolui possit, vt nullo casu dissolui potest sui cum natura humana & Ecclesia vniō.

Resp. 1.

93.
melius.

Resp. 2. vel Christum ita disposuisse humanarum generationum seriem, ut nunquam hic casus sit futurus, ac proinde tali dispositione factum matrimonium euexit in symbolum perpetuæ suæ cum natura humana & Ecclesia vniōnis. Vel etiam si futurus sit casus, quo ad conservandum genus humanum necessaria sit polygamia, tali casu præceptum de conservando genus humanum non obligare; eò quod tali eventu presumitur mundum ex diuina dispositione cessaturū, & homines amplius non generaturos.

Dico quintò, Polygamia non solidū apud Christianos, sed etiam apud Gentiles, omni casu nunc illicita est & inualida: est communis, quam tradit Innocentius III. cap. Gaudens de Diuor- lida. tis inua-
tijs. Quia præceptum Christi de vnitate vxoris, cùm sit determinatio & confirmatio iuris naturalis, cuiusmodi est connubium vnius cum una, obligat omnes. Vnde miror Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 80. nn. 14. afferentem, non obligari infideles ad monogamiam propter præceptum Christi, ad quod non tenentur ante Baptismum, sed propter legem Dei; ad quam, sublatâ

91.
Obiic.

resp.

latâ à Christo dispensatione, reductu est matrim. nam licet nō obligentur infideles ante suscep̄tū baptismū ad præcepta Christi merē positiva, obligātur tamē ad præcepta Christi, quo sunt determinationes & cōfirmationes juris naturalis, sicut quod Christus tulit de nō odio habendo inimicū.

94.
Sententia
Abulen.
notarum.

Cæterū Abulen. in 19. Matth. q. 15. censet, probabiliter defendi posse, etiam nunc valide & sine peccato gentiles plures ducere vxores, non secūs ae anteā, cūm non obligentur præcepto Christi, nec anteā erat lex nulla sub præcepto ad monogamiam obligans; peccare tamen posteā ad fidem conuersos, eas retinendo. Contrā 1. falso est, infideles nō teneri ad ea Christi præcepta, quæ sunt iuris naturalis determinationes, ut suprā. 2. Si validē cum omnibus contrahitur, talia matrim. per conuersionem ad fidē non dirimuntur; vt nec dirimuntur matrim. in gradibus ab Ecclesia prohibitis ab in gentilismo contracta, cūm per sacramentū Baptismi coniugia non soluamur, vt ait vī. Pontifex, sed crimina dimittantur. Vnde ad fidem conuersus non teneatur vnam potius, quam aliam dimittere, cūm omnes æquè forent legitimæ vxores: quod est contra Innocent. I. Ep. ad Probum, 1. Concil. p. 1. pag. 615. col. 1. qui interrogatus, quid iudicaret de matrimonio à quodam Fortunio cum Restitura initō, priore cōiuge Vrsā viuente in captiuitate abductā. & postliminio reverā, ita respondit: Statuimus fide Catholica suffragante, siud esse coniugium, quod primū erat gratiā diuinā fundatum, conuentumq; secundam mulieris priore superstite, nullo pacto posse esse legitimū. Item contra Nicolau. I. qui ad consulta Bulgār. quid fieri debeat de eo, qui duas simul habet uxores; Resp. priori retentā, posteriorē cogatur amittere: 10. 3. Concil. p. 2. p. 528. Quare hanc sent. quam nec ipse Abul. absolute tenet, vt erroneā, temerariam, & errori proximā cum Henrig. & Petro Ledesmā appellat Sanchez.

95.
Coroll. 1. Infertur 1. ante Christi aduentum non modò validē, verū aliquando etiam licet infideles cum pluribus uxoribus contraxisse: demonstratur: nulla erat lex talia matrim. irritans, vt suprā: & sapè grauis vrgebat causa, vt finis secundarius matrimonij cederet primario de prole suscipienda. 2. Post aduentum Christi, etiam si aliqui infideles, plures uxores ducēdo, non peccent ob inuincibilem ignorantiam Euangelici præcepti, haud tamen secundum matrim. esse validum. Ratio; præceptum de monogamia non est à Christo latum in pœnam delicti, quæ ignoratā lege non incurritur, sed in bonum matrimonij, quæ licet à peccato excuset ignorantēs, non tamen contractum validat, quippē cui deest consensus superioris ad contractū validitatē necessarius. 3. Conuersum ad fidem, si plures habeat uxores, exceptā primā, omnes teneri dimittere, esto prima sit sterilis. & cum reliquis problem habeat, imò etiam si primam dimiserit causā fornicationis, poterit tamē ab ea separari quo ad thorū, non autem eā viuente, aliam retineare, sed illā mortuā: & tunc poterit quamcumque ex alijs in uxorem accipere, nouum cum illa celebrando contractū, cūm prior fuerit inuallidus: vi cuius noui contractū legitimantur filij, si quos ex illa habuit. Cæterū poterit, si cum prima matrim. non consummavit, dispensari, vt ducat secundam, cum qua consummavit; idque ex suppositione, quod possit Pōtifex ratū dissolwre.

Ad primū
princeps n. 78. Ad 1. oppositæ patet, ex facto Dei non posse colligi obligationem, sed solam congruitatem à

perfectissima natura matrimonij expeditam, cuius oppositum, eti absque urgente causa illicitum sit, non tamen irritat matrim. cuius cum eo stat substantia, & finis primarius: nec tollitur, sed aliquantū impeditur finis secundarius. Dices, indissolubilitas matrim. colligitur ex facto, quo Deus primum matrim. cum Adamo & Eva instituit: ergo ex eodem colligi debet monogamia. Nego, ex solo facto Dei colligi matrimonij indissolubilitatem, sed tum ex illis verbis, quæ interpræte Christo, Adam nomine Dei protulit: *Quod Deus coniunxit, homo non saperet:* tum ex dispensatione ipsa, quam Deus per libelli repudium Hebræis concessit. In monogamia antem, præter factum, nihil habemus, ex quo obligationem in omni casu colligamus. Ad 2. Authorē nostrā sent. respondent, per dispensationē Pon. tificem intelligere insti&um interdum, quo ex recta ratione antiqui PP. iudicabant, sibi licitam esse polygamiam. Addo, quia sine rationabili causa hæc licita non erat, vt constat de Lamech, quoad hoc ab Ecclesia dānato, meritò necessaria fuit in antiquis Patriarchis interior aliqua Spiritualis S. illustratio, quā certiores fierent de causis polygamiam à peccato excusantibus. Vnde infideles, quia hanc illustrationē pleriq; non habebant, frequenter culpabiliter errabant, æstimantes sufficientē causam polygamia, quæ non erat.

Quod si interdum causas polygamia recte iudicantes, polygamia absq; peccato contrahebat, id

tribuendū erat peculiari motioni Dei, quā vt author naturæ infidelium mentes clariori lumine illustrabat. Proinde verū est, quod Pōtifex dicit: *Nulli unquam licuit plures insimul uxores habere, nisi cuius fuit diuinā reuelatione concessum:* id est, peculiari lumine interius instruente de sufficiente causa polygamia à peccato excusante. Nec refert, quod adulteros vocet, qui sine huiusmodi interna illustratione, plures simul uxores ducebant: quia vel accipit adulterium latē, pro flagitio commisso in polygamia sine rationabili causa contracta: vel pro adulterio putato, & quoad internum contrahentis affectum, qui dum sine rationabili causa contra conscientiam secundam uxorē ducebat, quoad effectum, & ex conscientia erronea adulteriu commitrat. Ad 3. esto polygamia aliquo modo aduersetur fini secundario matrimonij, ista mencedere debet primario, quando ob sterilitatem, vel aliam rationabilem causam, polygamiam poscit. Nec turbatio domestici regiminis, quæ propter uxorum pluralitatē, probabiliter timenda est, in casu urgentis causæ impedire debet finē primarium matrimonij: præsertim cūm huic incommodo facile obuiari possit, vt vna tantum assumatur ad domesticū regimen; siq; materfamilias, vt Bald. restatur in legem, Suprum ff. de ritu Nupt. reliquæ autē quia sine ceremoniis & solenitatibus ducebantur, cōcubinæ appellabātur. teste Henrig. l. 1. 2. de matrim. c. 6. n. 2. Cæterū jus ciuile quo ad cōcubinas variū est; nā in Authen. de Triende, vna permittit ut cohabitare cum ma- De concubi- trefam. in l. unica c. de concub. nulla: in l. finali Cod. nis. communia. de manu miss. sic legē oncludit Iustin. Hominibus uxorem habentibus, concubinas habere, nec antiqua iura, nec nostra concedunt. Quas leges Glossa in cit. legem, de concub. explicat, vt nō liceat habere plures. Ad 4. hoc incommodū non ratiālē stimandū vt in casu magnæ & urgentis utilitatis præualere debet primario fini matrimonij, vt tot antiquorū Patriarcharū exempla ostendunt. Ad 5. respōdet Scotus cit. dist. 33. q. 1. §. Hic primo, corpus

Dices.

87.

97.

Ad 2.

98.

Ad 3.

66.

Ad 4. resp.

Ad 5.

corpus viri esse maioris valoris ac virtutis. quāl mūlietis; quia vis potest plures mulieres simul fecundare, non potest autem una mulier à pluribus viris coniungere. Atque adeò ex hoc capitulo poterit absq[ue] illa iniustitia unus vir tot uxores ducere, quod simul fecundare potest. Quoad secundarium verò finem qui est remedium concupiscentiarum, et si nequeat unus vir pro eodem tempore satisfacere multis uxoris. simul per omnibus, ac proinde quoad h[oc] servari non possit perfecta iustitia ex parte viriusque coniugis; id ratiōnē fieri poterit ex consensu uxorum, quæ in hoc sāo iuti cedere possunt. Confirmatio S. Tho. solum probat perfectionem matrimonij, quod spectatā propriā naturā independenter ab omni extrinseca causa monogamiam postulat. Ad 6. neg. conseq. nam ut constat ex dictis, in lege Euang. Christus nō unum imposuit de monogamia praeceptum, quod ante non erat.

SECTIO IV.

Quomodo, à quo, ubi, & num sub principio fnerit matrimonium institutum?

100.
Matrim. in
firūm à
Deo, &c.

CONVENIVNT ottimes Scholastici cum Magistro in 4. dist. 26. matrimonium in officium naturæ institutum fuisse à Deo in ipso mundi exordio, cum primos homines masculum & feminam creauit, eisque in paradiſo copulauit. Quam Catholicam veritatem tradidit Bonifacius VIII. cap. unico de Voto ips. his verbis: Non igitur attendentes, quod uox solennitas ex sola constitutione Ecclesie est inveniā: matrimonio verò vinculum ab ipso Ecclesia capite rerum omnium Conditore, ipsum in paradiſo & in statu innocencia instituente, unionem & indissolubilitatem accepit: Eamque Christus expressit in celebri illa conclusione: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separaret: ex eo quod qui fecit hominem ab initio masculū & feminā fecit eos: Nā si queritur, inquit Augustinus, lib. 5. super Genes. ad lit. cap. 3. ad quam rem fieri oportenerit hoc adiutorium, nibil aliud probabiliter occurrit, quam propter filios procreandos: sicut adiutoriam semini terra est, ut virginatum ex utroque nascatur. Confirmant illa Adæ & Euæ dicta. Crescite & multiplicamini, & replete terram. Quid migitur non potuerint primi homines genus humanum multiplicare, nisi legitimo matrimonio copulati, generationi operarentur, si ad hoc à Deo præceptum acceperunt, simul ab eo potestatem ineundi matrimoniu[m] accepisse necesse fuit, cum alias modus genus humanum legitimè multiplicandi non sit: proinde Deus primos homines masculum & feminam creando, eisque potestatem celebrandi matrimoniu[m] concedēdo, eorum matrimonij primus author fuit. Ita S. Thomas in 4. dist. 26. q. 2. a. 2. ad 4. Dicendum, quod matrimonium ante peccatum institutum fuit à Deo in hoc, quod homini mulierem in adiutorium de costâ formans, & dixit eis, Crescite & multiplicamini. Hinc refellitor infania hæreticorum, qui dicunt, matrimonij authorum fuisse Dæmonem: quorū author, vt ex Ireneo refert Bellar. de Matrim. c. 1. Fuit Saturninus Simonis Magi discipulus.

Controversum est, quando Adam & Eva ma-

rimonium inter se inierint: non enim credendum est, eos absque proprio consensu fuisse immediate à Deo copulatos: quia cùm matrimonium connaturaliter postulet liberum conjugū consensum, quod sua corpora ad protem proignendamvisib[il]e mutuo tradane, purandū non est, primum matrimonium quod Deus instituit, instituisse contra ipsius connaturalitatē, mutuo coniugum consensu non tequico. Cuius rei dicendi modus:

a. Illud joitum fuisse, cùm Deus de Adæ costâ Euam forsanuit: 1. Cum illis benedicens Triplex dicit: Crescite & multiplicamini; 2. Cùm Adam verba illa protulit: Idc nances ex ossibus meis, & caro de carne mea. Qui postremus modus est omnium probabilissimus His enim verbis Adam accepit Euam in coniugem: quibus coetimilibus verbis credendum est, Euam Adæ respondisse. Primitus modus, cùm formatio Euæ ex Adæ costâ absque ipsius consensu facta sit, improbabilis est, scilicet primum matrimonium factum fuisse contra ipsius connaturali exigeniam: secundus potius cōtinet præceptum de usu matrimonij. Nec refert, quod hæc verba prius referantur dicta Adæ & Euæ, quād Adam protulerit illas hæc nances, &c. Nam referuntur prius dicta per anticipationem, quia mos frequens est in Scripturis, ut constat Matth. 26. de Resurrectione mortuorum, quæ narratur in ipso Christi obitu ante ipsius Anastasim.

Nonnulli scotii Magistri in 4. dist. 26. a. 2. p[ro]p[ter] Duplex ins-
tant matrimoniū institutionē, alteram ante pec-
catum in officiū naturæ, ut genus humanū multe-
pliaretur; alteram post peccatum iti remediatim
concupiscēria. Quod probat Magister autho-
ritate Augustini lib. super Genes. p[ro]p[ter] dicentis, quod sanis est ad officium, & grotis est ad remediu[m]. Ve-
tū superflua est hæc duplex matrimonij insti-
tutio; quia nullibi legitur, nec fuit necessaria: nā
admodum matrimonij institutio pro statu innocen-
tiæ fuisse in officiū naturæ; vbi, teste Aug. Tho-
mas erat immaculatus, & nuptiæ honorabiles, ex quis-
bus sine ardore cōcipierent, sine dolore parerent pro
statu verò peccati in remediu[m] concupiscentia:
nec amplius probat cit. Augusti.

Quod attinet ad præceptum, omnes Scholasti-
ci cum Magistro in 4. dist. 26. docent, vt sicut ma-
trimoniū fuisse sub præcepto, non tantum positi-
uo diuino, vt cōstat ex illis verbis Gen. 1. Crescite &
multiplicamini, sed etiam naturali. Nam sicut
naturali præcepto tenetur homo propriū in-
dividuum cibi & potius vfa conseruate; ita & fui
speciem matrimonij vfa. Constat. tenetur ho-
mo non ponere impedimentū, ne finis naturæ
frustretur, qui est multiplicatio & conservatio ge-
neris humani: sed per non vsum matrimonij ho-
mo poneret saltem negativum impedimentū,
ne genus humanum multiplicaretur & conse-
uaretur, cum de facto nox sit alius legitimus
modus multiplicandi consuetudinē: genus hu-
manum suā naturā corruptibile, quād per le-
gitimum matrimonium. Maior cōstat ex ipsa legē na-
turali, quæ dicit, conservahād e[st] tam nobis
specie, propter quam cōscia sunt hæc omnia
mundi visibilia, vt ijs p[re]s[er]vit, & fruat tanquam
legitimum Dæmonius à Deo constitutus: 2. Ex na-
turali inclinatione, quam natura ipsa hominis
indidit ad vsum matrimonij: tum demum 3. ex
diuersitate sexus, quam non aliud sine Deus con-
didit, quam vt ex legitima virtute copula ge-
nus humanū propagaretur: ne licitum est ho-
mini, hunc finem à Deo institutum irritum fa-
cere.

Atque

103.
Controver-
sia quam
duraue-
rit.

Arque hoc certum est: controvrsum verò quādū hoc præceptum durauerit, & num adhuc perseveret, aut fuerit aliquando reuocatum. Quo ad 1. certum est, illud durasse, obligans saltem circa initium mundi propter paucitatem hominum singulos, quamdiu talis hominum paucitas in mundo durauit. Quo tempore non erat licitum cætitatem vouere, neque emissum votum obligasset, quia nō fuisset de meliori bono; fuisset enim impeditiu[m] propagationis & conseruationis generis humani, quod eo tempore erat maius bonum. Quando autem potuisset homo probabiliter putare, non fuisse amplius neceſſitatem propagandi genus humanum, atque adeò ad matrim. eiusque vsum non teneri, prudentis iudicio fuisset committendum. Verūm non eo ipso; quod hoc præceptum cessauit obligare singulos, cessauit obligare communitates, penes quas semper fuit, & est potestas, vrgente publicā necessitate, obligare subditos ad usum matrimonij. Etenim si in minoribus causis ad publicum bonum spectantibus, est in quavis Republica potestas obligandi subditos ad matrimonium cōtraheñdum, vel consummandum; quādū magis in hac grauissima generis humani propagati ac conseruandi? Quod ad 2. & 3. cūm hoc præceptum sit naturale, semper durat, nec vñquam reuocatur, quamdiu lex naturalis, quæ in dictamine rationis iubentis; aut prohibentis, consistit, in nobis perseverat. perseverat autem, quādū diu naturā ipsa rationalis nobiscum manet: cūm non sit lex ista libera, sed necessaria: necessariò enim ratio dictat, in his, vel illis circumstantijs matrimonij vsum obligare, vel non obligare.

104.
An reuoca-
tum fuerit?

Fund. affir.

Centr.

105.
Legis natu-
ralis ac po-
ſitiva dis-
cretio.

Cæterū reuocatum fuisse aliquando hoc præceptum, docent *Scotus* in 4. dist. 26. quest. 1. s. A soluionem versus, sed intelligenti; Bonan. a. 1. q. 3. Richar. a. 1. q. 3. ad 2. quia præceptum de vnu matrimonij est affirmatiuum, quod non semper obligat, sed certo determinatoque tempore, quādū diu causa obligationis durat, quæ in subiecta materia est necessitas propagationis generis humani. Vnde *Scotus* putat, hoc præceptum antea sublatum, iterum fuisse post diluvium à Deo renouatum, *Genes.* 9. cūm Noë eiusque filiis dixit: Crescite & multiplicamini, & replete terram: *Richardus*; cūm Apostolus 1. Cor. 7. virginitatem matrimonio prætulit. Sed contrā: aliud est, præceptum in hac, vel illâ circumstantiâ non obligare, aliud cessare: Concedo præceptum de vnu matrimonij, genere humano sufficienter multiplicato, non obligare, cūm cesset obligationis causa; Negó verò, præceptum ipsum cessare, cūm semper perseueret hoc necessarium rationis dictamen, vrgente neceſſitate propagationis & conseruationis generis humani, vñendum esse matrimonio. Quādū diu autem, positâ circumstantiâ, sub qua præceptum latum est, suam vim obligandi retinet, non dicitur reuocatum; esto illud, sublatâ circumstantiâ non obliget: sed vt dicatur reuocatum, debet non obligare, etiam eo tempore, & sub ea circumstantia, sub qua fuit ad obligandum latum. Non enim dicitur, præceptum misericordiæ cessare, ex eo quod nullâ vrgente proximi necessitate, non obligat, cūm semper maneat necessarium rationis dictamen, subuenientum esse proximo in graui neceſſitate, sub qua tantum misericordiæ præceptum

obligat, constituto. Ex his constat discrimen inter legem naturalem & positivam. Quod si quia positiva penderet à libera voluntate legislatoris, reuocari potest; vt etiam in ea circumstantia, sub qua fuit lata, amplius non obliget. Naturalis verò, tūm non penderet à libera voluntate, sed ex necessario dictamine rationis, omnem liberum voluntatis actum præuenientis, reuocari non poterit, quādū diu ratio ipsa naturalis manet. Legendi S. Thomas in 4. dist. 26. quest. 1. art. 2. præcipue ad 2. *Paludan.* quest. 3. art. 1. conclus. 2. ad finem: *Sotus* quest. 1. art. 2. 9. *Nibolominus*, *Henriquez* lib. II. de Matrimonio cap. 1. nn. 5.

Id quod *Scotus* dicit, per illa verba Noë eius. Filii: Non que filiis dicta, testouatum fuisse præceptum non ren- ante reuocatum, negandum est, sed solūm vo- luisse Deum Noë eiusque filios monere de circumstantia, sub qua præceptum obligaret. Falsum verò est, quod *Richardus* docet, hoc præceptum cessasse, cūm Paulus virginitatem matrimonio prætulit; cūm multò ante Paulum virginitatem coluerint viri Sancti, vt de Elia, Ieremia, Iosue testatur *Henriquez* lib. II. de Matrimonio cap. 1. nn. 4.

Disputant Theologi, an in casu, quo soli Religiosi, aut ratiūn pater & filia essent in saphys. Casus me- mundo, hoc præceptum obligaret: Negant *Durandus* in 4. dist. 26. quest. 2. num. 8. *Paludan-* nus quest. 3. art. 1. conclus. 3. *Henriquez* sup. cit. num. 8. *Vasquez* de Matrimonio disp. 1. cap. 3. fine, *Mariatus* disp. 1. ad finem. Ed quod in tali casu credendum est, aduentare finem mundi, ac proinde cessare vsum matrimonij. Affirmant verò *Sotus* quest. 1. art. 2. circa finem, & *Sanchez* lib. 2. de Matrimonio disp. 3. cum alijs: Cūm non sit, inquit, nostrum iudicare; quando futurus sit finis mundi. Vnde nisi peculiari reuelatione constaret, seruandum fore in tali casu præceptum naturale de propagando & conseruando genere humano, non obstante solenni votu nuncupato Deo. Ego verò in huiusmodi casu metaphysico putarem, tutâ conscientiâ posse Religiosos iuxta vtramque sententiam operari. Cæterū, si casus mihi continget, in negati- uam partem cum Authoribus prioris sententiaz cur. apud foli. certò certius inclinarem: cūm satis probabile signum aduentantis finis mundi mihi esset ex- traordinarius ipse euēntus.

DISPUTATIO II.

De Matrimonio, vt Sacramentum est.

SECTIO I.

*An Matrimonium fit propriè Sacra-
mentum & gratiæ sanctificantis
collatum?*

VTRVMQVE negarunt multi antiqui hæretici apud Bellarm. de Matrim. cap. 1. à qui- bus non multum discrepant hæretici nostri quest. pro temporis, quin non modò expresse negant, ma- trimonium conferre gratiam, sed non magis esse Sacramentum, quādū sit agricultura, ton- trina,

etina, futoria: utrumque autem est certum fidei dogma, definitum in Conciliis, Florentino in decreto Eugenij IV. s. 5. & Tridentino sess. 24. cap. & can. 1. Matrimonium esse verè & propriè vnum ex septem legis Euangelica sacramentis à Christo Domino institutum, gratiam conferens: Idem definitur sessione 7. can. 1. 6. 7. & 8. de sacra-

Matrim. esse mentis in genere. Addit Florentinum, sacramenta sacrata fidei hæc, inter quæ matrimonium recenseret, multum dogma.

à sacramentis antiquæ legis differre. Illa enim, inquit, non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant: Hæc vero nostra & continent gratiam, & ipsam dignè sacerdicipientibus conferunt. Vnde constat, veritatem hanc orthodoxam sub praetexto fidei obligare cœpisse fideles, vel ab ipso tempore Concilij Florentini, quod inchoatum est an. 1438. & absolutum 1439. Ante quod Concilium Durand. in 4. dist. 26. q. 3. n. 5. vel inuitus fallus est, nemini extra hæresis notam licitum fuisse negare, matrimonium esse sacramentum, tum propter auctoritatem Lucij III. qui, ut refertur cap. Ad abstinentiam, de hæreticis, anathemate damnat, Universos, quis de sacramento corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, vel de Baptismo, seu de peccatorum confessione, matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere non metuant, quam sacrosancta Romana Ecclesia prædicat & obseruat: Vbi matrimonium non minus, quam reliqua à Pontifice sacramentum nuncupatur. Tum propter testimonium Apost. ad Ephes. 5. matrimonium appellantis magnum sacramen-

Contra Durand. tum, ob coniunctionem Christi cum Ecclesiâ, ad quam significandam ex institutione Christi est eiusdem. Propter hæc argum. teste Capreol. in 4. dist. 26. q. vn. 4. 3. initio, coactus fuit Durand. in poster. edit. revocare, quod in priore dixerat, scil. matrim. non esse sacramentum, solumque in hæc ult. edit. negat, illud gratiam conferre, & esse uniuocè sacramentū cum reliquis, cum de hæc veritate nulla eo tempore extaret certa. Ecclesia definitio: licet ipse fateatur, id esse contra reliquos Theologos, qui in hanc sent. ut probabiliorem eo tempore conspirabant, securus auctoritatem quorundam Canonist. qui ad hoc asserendum ducebantur, quod in matrimonio detur pecunia, quod absque simoniâ fieri non posset, si per matrimonium gratia conferretur. Quasi vero pecunia detur pro gratia & non pro onere sustentandi uxorem, quod matrimonium ut ciuilis contractus annexum habet. Quin hoc ipsum argumentum quod adversarij contra nos faciunt, contra ipsos fieri potest, qui saltē matrimon. admittunt ut sacramentum, pro quo non licet pecuniam accipere.

Nec alicuius momenti est, quod 32. quest. 2. can. connubia ex Origene refertur, nō dari præsentiam S. Spiritus ei, qui officio generationis obsequitur, sed solam vim humanam ad id sufficere: tum quia gratia non datur in ipso actu coniugali, sed in connubio, quod aeternū coniugalem, ut causa suum effectum præcedit: tum quia nullum est absurdum, per actum coniugalem dari gratiam sacram. ut cum maritim. per copulam maritalē primò contrahitur, eiusque essentia perficitur. Nam si, ut Theologi communiter docent, possunt coniuges actu coniugali ex opere operantis gratiam meteri, cur non & virtute sacramenti ex opere operato gratiam consequi? Nec refert, quod interdum talis actus exerceatur cum peccato veniali, quia potuit Christus actu-

Nulla obie-
ctio de co-
pula.

Tom. IX. De Matrimonio.

peccaminosum assumere ut instrumentum sua passionis ad gratiam sacramenti conferendam, ut de facto assumit ad gratiam regeneratiuam in baptismo, & resuscitatiuam in confessione per actum prauum baptizantis, & sacerdotis ex malâ intentione pénitentem absoluens ut tom. 7. disp. 4. sect. II. Dices: ergo etiam à Christo assumitur dolor pénitentis ex prauo mortuo elicitus ad gratiam sacram. conferendam: nam etiam dolor pénitentis integrat sacramentū pénitentia, & est instrumentum à Christo assumptum ad gratiam resuscitatiuam in confessione conferendam. Resp. neg. conseq. nam dolor non solum est pars sacramenti, sed etiā dispositio subiecti ex parte pénitentis; dispositio autem attendit secundum bonitatem actus, quam accipit ab ipso operante: vnde nisi sit ex honesto fine elicita non erit sufficiens ad subiectum disponentum.

Dices.

Duplex est fundamentum, quo solet Ecclesia nisi ad orthodoxas veritates definiendas, scri- Duplex ptura sacra, & Apostolica traditio; quæ cum fund quo pet PP. tum per peculiare ritus continuat & multi nixa duo Conclia in Ecclesiâ obseruantur, non oecum hanc Catholicam

Quoad 1. Tria affectri solent Sacra Scripturæ testimonia. Primum, quo matrim. appellatur sacramentum ad Ephes. 5. sacramentum hoc magnum est: loquitur autem Apostolos de matrimonio, de quo immediatè antea dixerat: Propter hoc relinquit homo Patrem & Matrem suam, & adhaeret uxori sue, & erunt duo in carne unâ. At ex eo quod sacramentum appelletur, non sufficienter colligitur, quod sit collatum gratia, sed ad summum alicuius tui sacram significationum.

Secundum, ex eo quod ibid. ab Apost. dicatur representativum coniunctionis Christi cum Ecclesiâ. Ego autem dico in Christo & in Ecclesiâ. Contra Hæreticos nostri temporis, qui contendunt, hic Paulum non appellare magnum sacramentum matrimonium, sed ipsam coiunctionem Christi cum Ecclesiâ, cum nullum mysterium sit, inquiunt, quod matrimonio mulier viro coniungatur. Sed esto, sit verissimum, iuxta sacros interpres & PP. explicationem rô Magnum sacramentum non cadere immediatè supra coniunctionem Christi cum Ecclesiâ, sed supra ipsum matrimonium, quatenus est signum coniunctionis Christi cum Ecclesiâ, ut constat tum ex contextu; præmisserat enim Paulus matrimonij explicationem illis verbis: Propter hoc relinquit homo &c. post quæ statim subiungit: Sacramentum hoc magnum est. Porro pronosticen Hoc demonstrativum est eius, quod antea præcessit: tum quia in Græco legitur: In Christo & in Ecclesiâ. ut claridus denotetur, Christum & Ecclesiam esse terminos, ad quos significandos & exprimendos matrimonium est à Christo eiusdem. Tum ex ipso Apostoli scopo, qui hoc symbolo intendit, coniuges adhortari ad se se mutuò diligendos, sicut Christus diligit Ecclesiam & Ecclesia Christum. Hoc autem supponit coniunctionem Christi cum Ecclesiâ ex quâ hoc documentum pro coniugibus elicere, ad matrimonium aliquo modo pertineret, alib qui frusta ex ea coniuges adhortaretur. Nec hæretorum argumentum aliquis est momenti, quia non dicitur matrimonium ab eApostol. sacramentum seu mysterium magnum subiectuè, sed terminatiuè, ratione rei, quam significat. Hoc igitur concessò, hanc inde sequitur, matrimonium esse gratia colla-

4.
Matrim. sa-
cramentum
terminatiu-

tiuum, quoniam possit esse significatum coniunctionis Christi cum Ecclesia, & nullius rei sacramentum.

Terarium testimoniū scripsimus. Tertium est i. ad Timoth. 2. Vbi Apostolus de muliere loquens: *Saluabitur inquit per filiorum generationem, si permanferit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.* Ex quo loco sic arguit Bellarm. cit. cap. 2, cum Petro Soto lect. 1. de matrim. opponit hic Apostolus quatuor bona, quae in Christiano coniugio accipit mulier, contra quatuor mala, quae contractus matrimonialis secum aducit, fidem contra adulterium, dilectionem contra odium & rixas inter coniuges oriri solitas, sanctificationem contra immunditiam & turpitudinem ex membrorum rebellione insurgentes; sobrietatem contra intemperantiam. In quibus donis permanendum ait, ut in ipsa matrimonij celebratione acceptis. Vnde & i. Cor. 7. matrimonium appellat *donum Dei*, quod sc. in eius celebratione coniuges à Deo accipiunt. Sed neque hic locus efficax est, quoniam hæc omnia saluari queant, non de peculiari aliquo dono, quod ex opere operato mulieres accipiunt in connubij celebratione, sed ex gratia, quam per opera bona & meritoria, quæ in procreatione, & sedulâ educatione filiorum, nec non in humili subiectione ad suos viros, ad quæ omnia exercenda Apostolus mulieres adhortatur, consequi possunt. Vnde Trident. sess. 24. capite vn. nullâ mentione Sacra Scriptura factâ pro fundamento sua definitionis, solum assignat Patrum autoritatem, & Ecclesiæ traditionem, his verbis: *Cum igitur matrimonium in lege Evangelicâ veterib[us] connubij per Christum gratiâ praefet. merito inter nosa legis sacramenta annumerandum Sancti PP. nostri, Concilia, & universalis Ecclesia traditio semper docuerunt.*

Hæc traditio nobis constat ex peculiari ritu, *Traditio Ecclesie officia etiam scripta.* quo semper in Ecclesia Dei matrimonium fuit celebra ab ipso Apostolorum tempore, ut testatur Evaristus Papa Epistola i. ad Episcopos Africanos, quæ habetur tom. i. Conciliorum pag. 51. inter fideles celebratum. i. ut non nisi in Ecclesia, & coram Ecclesiasticis personis: *Deceas enim, inquit, Ignatius Epistola 2. ad Polycarp. ut & ducentes uxores, & nubentes cum Episcopi arbitrio coniungantur, ut nuptia iuxta præceptum Domini, non autem ob concupiscentiam corisse videantur: quin & ipse summus Pontifex matrimonij celebritati adesse solebat, ut ex Siricio Papa probat Baronius anno Christi 57. numero 50. ita enim hic Pontifex ad Ecclesiam Mediolan. scribit: Nos sanè nupiarum vota non aspernanter accipimus, quibus velamine interfuiimus.* 2. ut in ipsa matrimonij confederatione missæ sacrificia & preces ad Deum offerantur. 3. ut contrahentes iphi Eucharistiam sumant. 4. ut velati coniungantur. Quæ omnia partim ex citato Evaristo, partim ex Tertull. alijsque PP. constant. Ita enim Tertull. ad uxorem lib. 2. fine: unde sufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonij, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, (tempe missæ sacrificium:) & obognant Angelii, hoc est sacerdotes remuniant: & de Velandis virginibus cap. 11. fine: *Ad desponsationem velantur, quia & corpore & spiritu malice mixta sunt, per osculum & dexteræ, per qua primum resignarunt pudorem spiritu &c.* 5. ut sponsæ benedicant à sacerdote, & saltem vñâ nocte antequam coēant, orationibus

vacent, ut refert cit. Evaristus, & Contil. Carthaginense IV. cui Augustinus interfuit. Quorum autem hæc, nisi quia semper in Ecclesia Dei persuasum fuit, matrimonium esse rem sacram à Christo institutam ad coniuges sanctificandos? Confirmatur: ex iisdem sacris cæmonijs colligimus, reliqua sacramenta esse res sacras à Deo institutas ad fidelium animos sanctificandos. At eodem modo, inquires, colligere possumus, templa, sacras vestes, calices, & altaria esse sacramenta, quia ab Episcopo consecrantur, inunguntur, benedicuntur. Respond. negando sequel. nam hæc non sunt à Christo instituta, vti matrimonium, seu ut res sacra, cui addidit Christus promissionem gratiæ necessariæ ad onera mattimonij ferenda. Vnde sacramentum dicitur, quod non dicitur tempulum, altare, aut alia res ab Episcopo benedicta vel consecrata.

6. Causæ matrimoniales, non ad Iudicem secularis, sed ad Ecclesiasticum spectant, ut definiunt Trident. sessione 24. Can. 12. & facto ipso docuit Christus, qui Matth. 5. & 19. de causa matrimoniali interrogantes non remisit ad Iudices seculares, vti fecit Luc. 12. Quando requisitus de hereditate inter fratres diuidendā, illis respondit: *Quis me constituit iudicem aut divisorem supra vos?* Sed ipsemet propositam de matrimonio controuersiam iudicauit ac definiuit. Idem fecit Apost. i. Cor. 7. Cùm causam matrimonij inter fidelem & infidelem cognouit, & suâ & Christi autoritatē interposita dedit.

Cæterum quod hæc traditio non sit solius Ecclesiæ Latinæ, sed etiam Græcæ, etiam in alijs à Latinâ discordet, testatur Ieremias Patriarcha Constantinopolitanus, qui, ut refert Bellarminus de matrimonio capite 4. anno 1576. nomine suo & reliquorum Græciæ præsulum censorum edidit contra confessionem Augustanam Lutheranorum, in cuius 7. cap. profitebatur, ut ipse Bellarminus se legille testatur, matrimonium diuinum esse sacramentum, & vnum ex illis 7. quæ Christus & Apostoli Ecclesiæ tradiderunt.

Eadem traditio probanda est auctoritate PP. Multos adducit Bellarminus capite 3. præcipui sunt Siricius Papa Epistola i. ad Himeric. Tarraconensem, in qua sacrilegum vocat, qui benedictionem, quam sacerdos nuptiæ impedit, transgressione violat. Porro sacrilegus dicitur, qui rem sacram violat. Innocentius i. Epistola 9. ad Prob. consultus de matrimonio, viuente priori coniuge, contracto, respondet: Statuimus fide Catholica suffragante, illud esse coniugium, quod primus erat gratiâ fundatum: Ecce quo pacto sanctissimus hic Pontifex matrimonium afferat in gratia fundari. Ambrosius libro primo de Abraham. cap. 7. Cognoscimus veluti Presulm custodemq[ue] coniugij esse Deum, qui non patitur alienum thorum pollui: & si qui fecarit, peccare cum in Deo, cuius legem violat, gratiam soluat: & quia in Deum peccat, sacramentum celestis amittit consertum. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioannem cap. 12. reddit causam, cur Christus ad nuptias Canæ Galilææ iuerit: Ut nativitatis nostra principium, quantum ad carnem accinet sanctificaret, oportebat certè, qui totam naturam hominis ad melius restaurabat, non solum natis iam hominibus benedicere, verum etiam nascitris gratiam preparare,

Ex Tertull. antiquissimo scriptore. 2. ut in ipsa matrimonij confederatione missæ sacrificia & preces ad Deum offerantur. 3. ut contrahentes iphi Eucharistiam sumant. 4. ut velati coniungantur. Quæ omnia partim ex citato Evaristo, partim ex Tertull. alijsque PP. constant. Ita enim Tertull. ad uxorem lib. 2. fine:

& aditum illorum ad hanc vitam & autoritatem miraculi, & presentia sua sanctum efficere. Præparauit autem Christus gratiam filiis nascituris, conferendo illam in ipso coniugio parentibus, ut eos pie & religiosè educant.

Non leuis de Augustino intel. Recent. concertatio est, an alicubi pro sacramento intellexerit signum sanctificantis gratiæ, an tantum symbolum coniunctionis Christi cum Ecclesiâ. Negat Vasquez disp. 2. de matrim. cap. 5. id vñquam Augustinum explicasse. Affirmant Bellarm. cap. 3. & Maracius disp. 2. secl. 2. Ego vix locum repetio, in quo expresse id significauerit: nam qui assertur ex 18. cap. de bono coniug. in fine, vbi discrimen assignat inter nuprias Christianorum & Romanorum: *In nostrarum nuprijs plus valet sanctitas sacramenti, quam fecunditas vteri; efficax non est: Nam cap. 24. lib. eius. explicans, quid per sanctitatem sacramenti intellexerit, ita scribit: In sanctitate sacramenti, per quam nefas est, etiam repudio discedentem alteri nubere, dum vir eius visuit, nec saltem ipsa causa pariendi: vbi per sacramenti sanctitatem nil aliud intelligit, quam matrimonij indissolubilitatem, quam Christianorum matrimonium reliquorum matrimonii excellit.* Idem repetit infra his verbis: *At sacramenti sanctitatem illud, uxorem à viro non discedere. In lib. de fide & operibus cap. 7. hanc rationem sacramenti in matrimonio declarat esse, ut non liceat viro uxorem suam alteri tradere.* Cæterum metu putem, ex nullo Augustini testimonio sufficienter colligi, matrimonium esse sacramentum gratiæ collatum, id tamen Augustinus ignorasse, nefas est credere, præsertim cum ipse interfuerit Concilio Catthag. IV. ex quo supra hanc veritatem deduxi: sed ideo nullibi Augustinum hanc veritatem expressisse, sed potius nomine sacramenti, & sanctitatis sacramenti, coniugum inseparabilitatem intellexisse, quia de hac erat inter ipsum & eos, quibuscum disputabat controversia, ut constat ex duob. lib. de adulterij coniugij ad Pollent. qui putabat validè matrim. causa fornicationis dissolui posse: Cuius fundatum lib. 1. cap. 9. referens, quod erat: *Cur interposuit Dominus causam fornicationis, & non posuisse generaliter ait: Quicunque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, machatur, si & ille machus est, qui dimisssâ fornicante muliere alteram ducit? Ita illud dissoluit: Credo, quia illud, quod maius est, hoc Dominus commemorare voluit: maius enim adulterium esse quis negat, uxore non fornicante dimissa, alteram ducere, quam si fornicantem quis dimiserit, & tunc alteram duxerit: non quia & hoc adulterium non est, sed quia minus est, ubi fornicante dimissa, altera ducitur.* Quod confirmat ex confimiliacione Iacobi 4. Scienti bonum facere, & non facienti peccatum est Alii: Nunquid, inquit, ideo non peccatum est illi, qui nescit bonum facere, & ideo non facit & utique peccatum est, sed hoc gravis, si etiam sciat & non faciat: nec illud ideo nullum, quia minus. Atque hac de mente Augustini.

Vltimò hanc veritatem confirmant PP. Concilij Senonensis sub Clemente VII. anno 1528. cap. 39. his verbis: *Sanè cùm matrimonium à Deo rerum omnium conditore in Paradiso & in statu innocencia institutum fuerit, si que teste Apostolo sacramentum, proinde cum magnâ reverentia ac devotione suscipendum, ut pote in quo sicut & in reliquo sacramentis gratia conferatur.*

Accedit ratio: Aliquid Christus matrimo-

nio addidit in bonum coniugum, quod in vñiversaliter non habebat: hec aliud esse non potest, traditione quā promissio gratiæ ad onera matrimonij patienter sustinenda: igitur matrimonium in nouâ legi est sacramentum gratiæ collatum. Major constat, nam iuxta probabilem sententiam, addita est in lege Euangelicâ à Christo matrimonio significatio coniunctionis sui cum naturâ humanâ & Ecclesiâ; & iuxta omnes omnimoda indissolubilitas, abrogata lege repudijs, & polygamiâ, apud antiquos PP. licita. Minor probatur: mystica significatio coniunctionis Verbi cum naturâ humanâ, & Christi cum Ecclesiâ, etiâ grandis sit dignitas, propter quod Paulus dixit Ephes. 5. *Sacramentum hoc magnum est;* in nullum tamen bonum coniugum cedit, cum sit purè speculativa, nihil in eorum animis practicè operans. omnimoda autem indissolubilitas, quâ nouâ Christi lege matrimonium formatum est potius reddit illud difficultius, ac toleratu molestius: nam per eam truncatur omnis omnino coniugi spes liberandi se à quotidianis iurgijs & molestijs, si forte, vt non raro accidit, in fixosam mulierem inciderit. Vnde longè intolerabilius foret in hoc statu legis Euangelicæ matrimonium, quam fuerit antiquitus, quando ad compescendos effrænes uxoris mores, licitum erat, illam vel per libellum repudij dimittere, vel aliam simul cum cæducere.

Confirmatur: cum videamus in reliquis suâ Conf. passione & meritis Christum legem Euangeliæ longè faciliorem reddidisse lege Mosaicâ, quæ teste Paulo ad Hebreos 7. *Nihil ad perfectum adduxit;* Cur hæc major facilitas neganda erit legi matrimoniali, cum sit tam communis & necessaria generi humano? Vnde si ad gignendos filios spirituales peculiarem gratiam Christus contulit sacerdotibus nouæ legis, quam Deus non contulerat sacerdotibus legis antiquæ, cur persimilem negabimus collatam esse coniugibus ad filios carnales gignendos pièque educandos?

Cæterum duplēm gratiam confert matrimonium, habitualem vnam, quæ communis est cum reliquis sacramentis; sacramentalem alteram, quæ in peculiaribus auxilijs ad onera matrimonij toleranda consistit. Prior confertur, vbi primum matrimonium per reciprocum utriusque coniugis consensum perfectum fuerit, & subiectum capax; posterior opportuno tempore, occasione poscente. Dixi, & subiectum capax: quia cum sit sacramentum viuorum, gratiam non confert, nisi vitâ gratiæ viuentibus: vnde non dicitur primam, sed secundam gratiam conferre. An autem aliquando per accidentem conferat primam, vitâ gratiæ destitutis, pender ex illâ vñiversaliter quæst. An sacramenta viuorum ex secundariâ institutione Christi habeant vim conferendi primam gratiam, quando subiectum bonâ fide ad sacramentum accedit cum obice aliquius peccati inuincibiliter ignorati, aut cum attritione probabiliter purata contritione: Cuius affirmans pars probabilior visa 10. 7. disp. 6. secl. 5. Etiam pri-
matrim. recedente fictione, gratia habitualis ma-

*Quid de
Augustino?*

*Testimonie
inff: ax.*

*Certior mēs
Aug.*

*Concilium
Senon.*

10.

Tom. IX. De Matrimonio.

C2

conferatur, sc. quando unus tantum ad illud a^ccedit dispositus.

Contrà hanc catholicam doctrinam multa ob*ijciunt hæretici nostri temporis, partim falsa, partim futile; leg. Bellarm. de matrim. cap. 5.*

Infertur I. Matrimonium à primâ suâ institutio-
nē non fuisse propriè sacramentum gratiæ collatiuum, contra nonnullos Recentiores apud Vasquez disp. 2. de matrim. cap. 2. putantes, illud fuisse proprium sacramentum gratiæ causatiuum ab ipso mundi exordio: Idque colligunt tum ex benedictione, quam Deus primis hominibus, dum eos matrimonio copulauit, impertij: nam cùm Dei benedictio fæcunda sit, aliquid in illis operata est, non aliud, quæm gratiam: Ergo tum quia Christus Matth. 19. Matrimonium non tam instituit, quæm confirmauit antea institutum, ut constat ex eius verbis: *Quod Deus coniunxit, homo non separat.* tum ex Paulo Eph. 5. vbi matrimonium appellat sacramentum, non solum quod tunc erat, sed quod antea fuerat; præmisserat enim verba ab Adamo Dei nomine prolatæ, post quæ statim subiungit: *Sacram. hoc magnum est.* Verum nostrum coroll. commune est Scholast. in 4. dist. 26. ex cit. Florent. & Trident. in quibus definitur, matrimonium esse à Christo in lege Euang. cum reliquis sacramentis institutum, & ab antiquis connubijs gratiæ differre. Quam doctrinam saluare non possunt qui dicunt, illud fuisse à Deo institutum in statu innocentia, & ex tunc vim gratiam conferendi accepisse. Quapropter Vasquez cap. 3. non dubitat assertere, Aduersariam sententiam esse in his concilijs expresse damnatam.

Nec allatæ rationes euincunt: Non prima;
quia benedictio illa non fuit ad gratiam producendam; sed vt Perierius, Cornelius à lapide, & reliqui ferè docent, ad valorem numerosamque fæcunditatem filios progignendi impatiendam. Non secunda; nam et si Christus antequam matrimonium in sacramentum cœxisset, supponebat illud in officium naturæ institutum, haud tamen ut sacramentum gratiæ collatiuum, sub qua ratione ipse fuit primus institutor. Et sane decebat, ut cum Cyrillo cit. loquar, vt ipse, qui ad totam naturam hominis restaurandam venerat, matrimonio antea in officium tantum naturæ instituto, promissionem gratiæ ad fideles coniuges sanctificandos adderet. Non tertia; tum quia, vt Bellar. aduertit, non dixit Apost. *Hoc sacramentum magnum fuit,* sed est: vt denotaret, granditatem hanc matrimonium accepisse à Christo, cùm illud euexit ad gratiam causandam. Tum quia sacramentum appellauit, ratione indissolubilis vinculi, quod matrimonium à Deo accepit, cùm primū in officium naturæ in statu innocentia fuit institutum, ut Trid. declarauit sef. 24. cap. vn. *Quam vinculi indissolubilitatem Christus, Sacmentorum institutor, perfecit & confirmauit, cùm gratiam coniugum sanctificatiuam sua passione promeruit.*

Reperiuntur in hoc sacramento illa tria,
quæ in reliquis assignari solent; sacramentum tantum, qui sunt actus exteriore; res & sacramentum simul, quod est vinculum coniugale, quod ex reciproco coniugum consensu resulat; & res sacramenti, quæ ex S. Thom. in 4. dist. 26. quest. 2. art. 1. ad 5. duplex est, Altera contenta, est que gratia ipsa sacram. quam confert: Altera non contenta, quæ est unio

Christi cum Ecclesia, quam non continet, quia non causat, sed tantum significat, ut purum terminum.

Indagandum supereft, quando fuit matrimonium in sacramentum à Christo euctum. Sententiae 4. sunt. 1. affirmat Joan. 2. cùm Christus suā præsentia, & primo, quod in mundo edidit, miraculo, nuptias in Cana Galilæa honestauit. 2. Matt. 19. cùm lege repudij abrogata, eius unitatem & indissolubilitatem, ut Trident. cit. loquitur, per gratiam perfecit & confirmauit. 3. post resurrectionem intra 40. illos dies, quibus frequenter discipulos suos alloquebatur de regno Deo, hoc est de statu militantis Ecclesiæ, quæ, ex Gregorio homiliâ 12. in Euang. Regnum Dei nuncupatur; instruendo illos de omnibus & singulis sacramentis conficiendis tractandisque. 4. Sotii in 4. dist. 26. quest. 2. art. 2. & Henriquez lib. 11. cap. 2. num. 1. affirmantium, institutum fuisse tum Matt. 19. tum in nuptijs Canæ Galilææ, vbi Christus convertendo aquam in vinum, designauit matrimonium, quod haecenus velut aqua in officium tantum naturæ deservierat, deinceps in sacramentum collatiuum gratiæ coniugum sanctificativa, per vinum significatae, euhendum. Ex his secunda sent. vei communior, ita verior. Nam sicut Matt. 19. abrogato repudio, maritim. redidit indissoluble & monogamum, ut ab initio fuit: ita congruum fuit, ut ex tunc gratia ad iungeretur ad superandas difficultates, quæ ex omnimoda indissolubilitate, & perpetua monogamia nascerentur. Quare Joan. 2. suā præsentia & miraculo nuptias tantum approbavit ut bonas, & generi humano necessarias, contra Hæreticos, qui eas erant damnaturi.

SECTIO II.

An matrimonium inter baptizatos possit esse validum in ratione contra-
etus, & non in ratione sacramenti.

Asus est, An dum coniuges Christiani ma-
trimonium contrahentes intendunt illud so-
lum contrahere in ratione contractus, & non plicatur.
Casus ex.
in ratione sacramenti, validè illud contrahant in ratione contractus. Nam quod non validè in ratione sacramenti, res est manifesta, cùm desit intentio ministri, quæ ad sacramenti validitatem necessaria est. Cùm igitur ministri huius sacramenti, vt paretur, sint ipsi contrahentes, si eorum intentio ad rationem sacram. desit, ipsum deficere necesse erit.

Negant suppl. Gabrialis in 4. dist. 27. qu. 1. ar. Negantum,
3. dub. 2. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 10. num. 6.
Petrus Ledesma apud ipsum, Koninck disput. 24.
dub. 2. *Quia ex institutione Christi rationes contractus & sacramenti in matrimonio sunt inseparabiles:* ergo qui intendit unam sine aliâ, nihil efficit, cùm veraque spectet ad substantiam sacramenti. Antecedens probant 1. ex Florentino & Tridentino quæ absolute definiunt, matrimonium esse sacramentum: ergo absque fundamento ab hac definitione excipitur aliquod matrimonium, quod sacramentum non sit.
2. Sequeretur, quod ante Trident. matrimonia clandestina pleraq; fuerint puri tantum contractus, &

¶ non sacramenta: quia tales contrahentes non intendebant celebrare sacram. Nam vel ad rationem sacramenti se non reflectebant, vel etiam si se reflecterent, illam exclusissens, ne illud indigetractarent. 3. Si potest separari contractus à ratione sacramenti, sequitur etiam nunc licet posse separari, cum nulla sit lex diuina, vel humana, quæ præcipiat, matrimonium esse in ratione sacramenti celebrandum. 4. Nequit ratio sacramenti separari à ratione contractus: ergo nec ratio contractus à ratione sacramenti. 5. Iuxta probabilitatem sent. quam Card. de Lugo de sacramento Euchar. disp. 19. sect. 8. sum. 103. veram putat, non potest in Eucharistiâ consecratio vnius speciei separari à consecratione alterius; eo quod hoc sacramentum est à Christo institutum ut representativum & expressivum sua passionis, ad quam exprimendam requiritur utramq; speciem. Vnde si quis intenderet unam tantum speciem consecrare, aliâ efficaciter exclusâ, nihil efficeret: quia Christus non dedit potestatem ministris efficiendi hoc ut sacramentum tantum, sed simul ut sacrificium. Ita Christus non dedit contrahentibus potestatem celebrandi matrimonium ut pùnum contractum, sed simul ut sacramentum.

6. Non potest qui baptizat, confirmat, vel ordinat, velle conferre sacramentum ut causatum characteris, & non gratiæ: ergo nec qui matrimonium contrahunt, velle matrimonium ut contractum, & non ut sacramentum.

7. Nullus autem inter Christianos casus, quo matrimonium licet possit esse validum in ratione contractus, & non in ratione sacramenti: ergo de facto ratio contractus non est separabilis à ratione sacramenti. Quia nulla voluntas ponenda est in Christo, nisi in ordine ad aliquem effectum: Ergo si matrim. inter Christianos celebratum nullum licitum effectum habere potest ut contractus, manifestum signum est, illum non fuisse relictum in suâ naturâ sed inseparabiliter consummatum in sacramentum: frustrâ enim relictum fuisse in suâ naturâ, si nullo unquam casu licet exire posset in rationem contractus, & non in rationem sacramenti.

Ostensio. 8. Sequeretur, tale matrim. validum tantum in ratione contractus, non fore tam indissoluble ut validum etiam in ratione sacramenti. Vnde posset virgente causa, etiam carnali copula consummatum, à Pontifice dissoluti, quia ut constat ex cap. Quanto, de diuortijs, matrimonium est ratum, hoc est indissoluble, ut Glossa & DD. explicant, ratione sacramenti: defectu cuius matrimonium infidelium non est ratum, ut ibid. dicitur, ideoque solubile per alterius coniugis ad fidem conversionem.

17. Sent. Affirmans. Ad solut. versu si etiam determinauit, & versu, si autem stringendo: Vbi nullum reputat absurdum, quod in lege Euangelica aliquando fiat contractus matrimonialis, & non sacramentum: ut si sint aliqua verba aut signa à Christo instituta, eaque à contrahentibus non exhibeantur, sicut contractus & non sacramentum, defectu formæ ad rationem sacramenti à Christo requirito. Vasquez 3. p. disp. 1. 38. cap. 5. n. 63. Rebellosto. 1. de obligat. Ius. p. 2 lib. 2. qu. 5. conclus. 1. Sylvius in 3. p. q. 42. ar. 1. qu. 3. ad 1. Pontius lib. 1. de matrim. cap. 9. Hurtad. de matrim. disp. 3. difficult. 19. Merati. de matrim. disp. 2. sect. 8. Sequiturque ex sent. quæ negat, post Trident. mar-

trim. per procuratorem initum esse validum; qui tamen non negant illud esse validum in ratione contractus ciuilis, sed solum in ratione sacramenti, ut infra.

Hæc sent. est communior & probabilior. Fundam. Christus cum matrimonio in sacramentum euerit, non abstulit ab eo naturalem ciuilemque obligationem, quam ut contraetus ex reciproco consensu pacientium haecenus habuerat, sed reliquit illud in sua natura, scilicet, solumq; illi adiunxit rationem sacramenti, hoc est viam collatiuam gratiæ coiuges sanctificantis. Quod insinuasse videatur Trident. sess. 24. cap. 1. ubi dicitur Christus matrimonio suâ passione gratiam prometuisse, ut naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem unitatem confirmaret, coniugelque sanctificaret. Quæ verba tantum abest, ut secundum aduers. significant, Christum naturalem obligationem contractus obtulisse, ut potius insinuaret, eo in pristina sua natura relicto gratiam adiunxisse, ad firmorem stabilioremque unitatem. Confirmatur paritate aliorum sacram. in quibus dum Christus res naturales elevar in sacramentum, nihil de physica, aut morali naturâ earum debeat, aut mutat, sed in sua naturæ relinquat in pristina suâ naturâ & virtute, res physica quam anteâ habebant, ita ut si contingat factum ex eis non fieri, nihil de physica, aut morali earum naturâ aut virtute tollatur, aut impediatur. Igitur nisi expressam in contrarium habeant Ecclesiaz, aut PP. autoritatem vel communem DD. conspirationem, non debemus ab hoc communi modo agendi in reliquis sacram. nobis manifestato, excipere matrimonium. Quin potius non obscurè nostræ sententia faciat Ecclesia, quæ causam matrimonij ait esse favorabilem, cap. videtur. Vnde in dubio semper standum est pro matrimonio: immo de omni contractu in utroque iure universalis regula statuitur, ut semper in dubio standum sit pro validitate actus & contractus. Fauent DD. qui argent, matrimonium per procuratorem initum, esse validum in ratione sacramenti, secus in ratione contractus.

In confirmationem huius sententiae refert Pontius eos, qui in Hispaniâ baptizati transierunt in Iudaismum, & postea clandestinum matrimonium in priuatis domibus contractum, iterum Ecclesiastica potestate coacti, illud in facie Ecclesiaz contrahunt, absque ullâ intentione faciendo sacram, nunquam fuisse à sacris Inquisitoribus de matrim. nullitate dñatos aut iudicatos. Verum huic argum. facile resp. sacros inquisidores tale matrim. non damnare ut invalidum, quia cum ipsius invaliditas oriatur ex actu mere interno, supra quem potestarem non habent, & alioqui in facie Ecclesiaz scrivent omnes ceremonias externas ab ipsâ præscriptas, nullum habent fundam. tale matrim. ut invalidum damnandi. Nec præsumi potest, eos internum consummum non adhibitos, dum à sacra inquisitione coacti illud cum reliquis cærementijs celebrant in facie Ecclesiaz, cum id nec in externo foro probari possit, nec ab Ecclesia, cum peccatum sit, præsumi.

Infertus 1. Si matrimonium haberet certa determinata verba, aut signa à Christo instituta, sub quibus celebrandum esset, iis vel ignorantibus vel malitiosè à contrahentibus omissis, modò alia verba aut signa exhiberent ad ciuilem contractum sufficientia, fore validum matrim. in ratione contractus,

contractus, non in ratione sacramenti. Ita *Socratus* cit.

Secundum. 2. Si essent duo baptizati, & perpetuo inter infideles enutriti, nullam legis Euang. notitiam habentes, & cum haec ignorantia matrim. contraherent, eos validè contracturos in ratione contractus, non secus ac reliquos infideles, cum quibus cohabitarent, non autem in ratione sacramenti: nam ad hoc requiritur implicita saltem aut confusa voluntas illud celebrandi ut rem sacram, quam voluntatem habere non potest, qui omni plane caret legis Euang. notitia.

Ad fundam. oppositæ, neg. anteced. cum nullum sit huius dominice institutionis vestigium, vel apud Concilia, vel apud PP. Vnde ad 1. prob. cum Concilia absolute definiunt, matrim. inter Christianos celebratum esse sacram. supponunt illud celebrari iuxta conditiones à Christo, & Ecclesiâ statutas, inter quas una est intentio illud celebrandi ut sacramentum. Ad 2. neg. sequel.

Ad 2. Nam ad celebrandum matrim. ut sacramentum, necessaria non est explicita & expressa intention, sed sufficit confusa & implicita faciendo, quod iuxta ritum Ecclesiæ faciendum esset. Quam intentionem præsumuntur habuisse, qui ante Tridem. clandestina matrim. inibant. nam licet illi contraxissent iuxta publicum ritum ab Ecclesiâ magis probatum, quia tamen priuatus nondum erat ab Ecclesiâ damnatus, clandestinè contrahentes, et si graui causa non urgente, peccare potuissent, haud sequitur, quin implicitam intentionem habuerint huiusmodi matrimonia contrahendi secundum omnem validitatem, quam matrimonia Christianorum requirunt. Nec facile admittenda est illa conditio, si venisset in mentem, rationem sacramenti à matrim. exclusissent, sed potius contraria supponenda est; Cùm præsupponendum sit, eos voluntatem habuisse matrim. contrahendi omni meliori modo, quo potuissent.

Ad 3. neg. Sequel. nā positâ institutione Christi de eleuatione matrimoniij in sacramentum, lex naturalis obligat, ut irreuerentiam sacramento non irrogemus, illud frustrando: sicut non licet confirmando, aut ordinando, Confirmationem, vel Ordinem nolle suscipere ut gratia causatiuum, ob eandem rationem, quia iniuria irrogaretur sacramento. Ad 4. neg. conseq. nam ratio sacramenti essentialiter supponit contractum, sicut relatio fundamentum: proinde eo non subsistente, non subsistit sacramentum: ratio vero contractus non supponit sacramentum, sed potius ut fundamentum præsupponitur. Ad 5. quidquid sit de civitâ sent. dispar est ratio: nam Eucharistia in prima institutione fuit à Christo ordinata simul in sacramentum & sacrificium: matrimoniū vero non fuit à Christo primò institutum in contractum simul & sacram. sed suppositâ naturâ contractus, illud euexit in sacramentū. vnde voluntas Christi accessit ad naturam contractus, quæ anteā erat & obligabat indepedenter à volūtate Christi, ex prima intentione Dei. At in Eucharistia voluntas instituendi illam in sacrificium non accessit ad rationem sacramenti, sed eadē indiuisibili voluntate, quâ illam instituit in sacramentum, instituit in sacrificium. Quocirca in Euchar. non habemus fundamentum separandi sacram. à sacrificio, sicut in matrim. contractum à sacramento: quia in illa sacramentum nunquam fuit institutum ante sacrificium, sicut in hoc contractus ante

sacramentum. Eodem modo responderi potest ad 6. non posse in sacramentis Baptismi. Confirmationis, & Ordinis, vim impressuam characteris separati à vi collatiuâ gratia, quia haec Sacra- menta fuerunt vna indiuisibili voluntate Christi instituta ut impressua characteris, & collatiua gratia.

Dic s. Qui ad haec sacramenta accedit cum peccato, suscipit illa ut impressua characteris, & non ut collatiua gratia: ergo virtus impressua characteris separatur à virtute collatiua gratia. Nego conseq. aliud quippe est, non accipere effectum sacramenti, aliud ipsum sacram. Qui cum peccato accidit ad huc sacramen. ipsam accipit, quod essentialiter consistit in ipso signo sensibili collatiuo gratia, cum debitâ intentione à Ministerio applicato. Quid autem gratiam non conferat propter obicem, quem in subiecto reperit, non tollit, quin sit sacramentum, quod in solâ virtute collatiua gratia consistit. Qui autem matrimonium contrahunt absque intentione faciendi sacram. non solùm frustrant illud effectu gratia, sed ipsum sacram. quod essentialiter constat ex mutuo consensu-contrahentium, cum debitâ intentione efficiendi sacram. quodlibet enim sacram. in ratione sacram. essentialiter pender ex intentione ministri, & quia ministri matrimonij sunt ipsi coniuges, si non contrahunt cum intentione efficiendi sacram. non solùm illud frustrant effectu gratia, quo illud frustrarent, etiam efficerent verum sacram. cum obiecto peccati accidentes, sed ipsa ratione sacramentum.

Ad 7. neg. conseq. eiusque prob. nam quod matrim. validè contrahi possit in ratione contractus, non fuit à Christo institutum, sed præsuppositum, & sola illi adiuncta ratio sacramenti collatiua gratia: vnde dici non potest Christi voluntas frustanea, cum illud in ratione contractus non instituerit. Quod autem hanc rationem non abstulerit, etiam si ea nunquam licet posse à matrimonio inter Christianos contracto separari, causa fuit, ne libertatem auferret à contrahentibus cùm tendi, quam alij ante habuerunt, esto illi licet, hi illicite veterentur.

Ad 8. neg. sequel. ad prob. nego, consummatum matrim. fidelium esse ratum & indissolubile, quatenus sacramentum collatiuum gratia est, alioqui etiam ratum & non consummatum esse indissolubile, ac proinde contra Trident. sess. 24. can. 6. dissolui non posset solenni professione, cum etiam ratum fidelium sit sacramentum gratia collatiuum; sed esse ratum & indissolubile quatenus est expressuum ynonis Verbi cum naturâ humanâ, & Christi cum Ecclesiâ, quam significationem non habet matrim. fidelium ut ratum tantum, sed ut consummatum, ut ex disp. 1. sess. 2. constat. Ad quam significationem eleuator consummatum fidelium, etiam si tantum validum in ratione contractus; nam ad hoc tantum requiritur, ut sit contractum inter membra Ecclesiæ: cum sicut ratione characteris baptismatis mysticè copulantur, ita & cum ipsius capite Christo, ac proinde idoneum efficitur ad experimentam ipsam coniunctionem Christi cum Ecclesia.

An matrimonium inter fidem & infidem cum dispensatione Pontificis possit esse sacramentum, saltem ex parte fidelis. Affirmant Socratus in 4. dist. 26. qu. 2. ar. 3. fine & Eckius apud San. nechez lib. 2. de matrim. disp. 8. Negant Henr. lib. II. de matrim. cap. 2. fine, & lib. 12. cap. 13. n. 3. Sanchez cit.

cit. Pontificis li. 7. De matrim. cap. 47. n. 8. M. etat. disp.
Probabiliter 9. de matrim. le. 3. n. 6. quæ probabilius est: cuius
sens negantur. tamen difficile redditur ratio, cùm nulla appa-
reat, cur ex parte fidelis, qui Sacramenti capax
est, si adhibeat omnia ad Sacramentum requiata,
id non efficiat. Quòd si dicas, requiri intentionem
vtriusque coniugis; & quia infidelis non est
idoneus minister Sacram. id non efficit: Occurri-
poteat, quia poterit infidelis habere intentionem
facieadi, quod alter coniux, vel Ecclesia facit.

Ratio 2. ne-
gande. nullus non baptizatus validè
poteat vñnum Sacram. præter solum Baptismum
confidere: ergo inter fidelem & infidelem nequit
contrahi matrim. validum ratione Sacramenti,
quis cùm matrim. sit vñnum numero constans ex
mutuo consensu vtriusq; cōiugis, vt sit validum
in ratione Sacramenti, requirit legitimam inten-
tionem vtriusque: sicut vt sit validum in ratione
contractus, requirit liberum consensum ex par-
te vtriusque: Ergo si infidelis nequit esse legitimi-
nus minister matrimonij vt Sacramenti, nequit
inter eos contractum sortiri ratione Sacramenti.
Antec. prob. baptismus est ianua ad reliqua om-
nia Sacra menta, non tantum passiuè ad eorum
efficiētus recipiendos, sed etiam actiū ad ea validè
conficienda: cùm non minus Sacramenti effi-
cio, quām suscep̄tio, ad sui validitatem baptis-
malem requirat characterem. 2. Si coniux infide-
lis esset legitimus minister matrimonij in ratione
Sacramenti possint ambo coniuges infideles
efficere validum matrimonium in ratione sa-
cramenti. Nec obstat, quòd non sint capaces
recipiendi effectum ip̄sus, quia vt Sacramentum,
sit, non pendas à capacitate subiecti, in quo possit
suum effectum producere, alioqui nec duo coniuges
fideles existentes in peccato, validum effi-
cient matrimon. in ratione Sacramenti, sed à suis
causis essentialibus, quæ sunt materia, formâ &
legitima intentione contrahentium. Igitur si infi-
deles sunt legiti mi ministri matrimonij vt Sa-
cramenti, efficiunt illud, esto non sint illius effi-
cus capaces: ex Floren, in quo dicitur Sacra men-
tum perfici materia, formâ & intentione ministri,
procul dubio idonei ac legitimis: sunt autem coniuges
idonei ac legitimis ministri sacramenti ma-
trimonij per characterem baptismalem, sicut
sacerdos fit legitimus & idoneus minister Eucha-
ristiæ per characterem presbyteratus. Confir. Sa-
cramenta non solidi sunt à Christo instituta, vt
conferant gratiam, & suscipientes sanctificant,
sed vt nota veræ Ecclesiæ illam à falsa discernat:
ergo ita sunt propriæ Christianæ Ecclesiæ, vt non
possint esse communia aliis falsis sectis: esset au-
tem sacramentum matr. commune cum sectâ in-
fidelium, si ab ipsis contractus esset validum in
ratione sacramenti. At hoc ipso, quòd infideles
cohiuges essent idonei ministri, contrahendo ve-
rūm ac validum efficerent sacram. quia vt sit ve-
rūm sacram, necesse non est, vt actu conferat
gratiam, sed sat est, vt habeat essentialia requisita
ad sacram. nempe materiam, formam & inten-
tionem idonei ministri. Neque dicas, requiri
intentionem saltem implicitam efficiendi illud
vt sacram. quia possint infideles saltem, qui ali-
quam notitiam habent legis Euang. hanc impli-
citam & confusam intentionem habere: ergo sal-
tem apud illos celebrari posset matrim. vt sacra-
mentum.

Obiectio. 22. Obiectio: Infideles sunt idonei ministri ba-
 ptismi; ergo & matrimonij. Neg. conseq. quia
 baptismus, cùm sit ad salutē necessarius, & prima

iāua cæterorum sacram. debuit posse à quo- *Resp.*
 cunque validè conferreri: 2. qui suscipit baptis-
 mum, non manet amplius sub infidelitate, sed fit
 membrum Ecclesiæ; proinde baptismus ab infideli
 suscep̄tus nō mal. et nota falsa secta, cùm statim
 eximat suscipientem à falsa secta, cumque incor-
 poreret veræ Religioni. At matrim. non eximit
 cocontrahentes à falsa secta: consequenter hoc sa-
 cramentum non foret propria & protestativa
 nota Ecclesiæ, sed communis cum falsa sectâ in-
 fidelium. Confir. Sicut infidelis potest à quocum-
 que baptismi effectus suscipere, à nullo autem ef-
 fectus aliorum sacram. ita qui quis infidelis potest
 verum baptismum conferre, & præter hunc nul-
 lum aliud sacram. validè confidere.

Infertur 1. Nec validè contrahi posse matrim. *Coroll. 1.*
in ratione sacramentum cætachymenâ, quia li-
cet hæc habeat fidem & gratiam sanctificantem,
caret tamen charactere baptismali, ratione cuius
fit habilis ad sacramenta. 2. hoc matrim. non fore *Secundum*
omnino indissolubile, sicut contractum inter
vtrumque coniugem fidelem. Ratio: cùm non sit
contractum inter vtrumque n̄mbrum, per sacra-
mentum baptismi Ecclesiæ copulatum, non est
idoneum exprimere vñionem inter Christum &
Ecclesiam: nam sicut Christus non est copulatus
Ecclesiæ infideli, vt nec Ecclesia infidelis Chri-
sto: ita nec matrimonium contractum inter vñū
coniugem fidelem, & alterum infidelem, aptum
est representare coniunctionem Christicun Eccle-
sia, ac proinde non habet omnimodam indi-
solvabilitatem, quam formaliter sortitur ex signi-
catione coniunctionis Christi cum Ecclesiâ. Un-
de posset aliquo casu tale matr. dissolui, vt si coni-
ux fideles transiret ad infidelitatem, vel contrà
infidelis ad fidem: quo euentu posset in favorem
fidei, accedente Pontificis autoritate, tale matr.
dissolui ex cap. quanto, de diuorciis. 3. Gur matr. *Tertium.*
in ratione sacramenti sit validum, esto contra-
entes non sint capaces sacramenti; non sit au-
tem validum si contrahentes non sint leg. ini. ja-
uistri: sc. quia in ratione sacramenti non pendet à
capacitate subiecti, pendet autem à legitimitate
ministri, cuius intentione perficitur. 4. Non effici *Quartum.*
matr. in ratione sacramenti, sed solum in ratione
contractus, etiamsi ambo coniuges sint fideles, si
vñus tantum contrahat cum intentione efficien-
di sacram. ob eandem rationem, quia cùm sit vñū
sacram. nec posse claudicare, debet ab vtroque
intendi vt sacramentum.

5. Matrimonia clandestina post Triden. in- *Quintum.*
valida esse etiam in ratione contractus: Suff.
24. cap. 1. de reform. vbi hæc matrimonia
declarantur irrita & nulla, ac personæ ipsæ ad
sic contrahendum omnino inhabiles pronuntia-
tur, alioqui non deberent separari, cùm eriam
matrim. in ratione tantum contractus validum;
liget coniuges ad maritale vinculum perpetuū *Ratio.*
seruandum. Ratio: si tale matrim. esset validum
in ratione contractus, esset etiam validum in ra-
tione sacramenti: nam Christus in sacramentum
evexit omne matrim. inter coniuges fideles vali-
*dum in ratione contractus: nec est in potestate Ec-*clesiæ, posito valido inter coniuges contractu, ra-*
tionem sacramenti impedire, cùm hoc non pen-
deat ab Ecclesia, sed à sola voluntate Christi. Si-
eut nec est in potestate Ecclesiæ, impedire rati-
onem Pœnitentia, vel Euchar. aut cuiuscunque
alterius sacramenti, positis omnibus ex Christi
*institutione ad sacramentum requisitis,**

SECTIO III.

An matrimonium infidelium fiat sacramentorum per susceptionem baptismi veriusque coniugis?

Dixi, *Vtriusque coniugis*: quia unius tantum ad fidem conuersio non sat est, ut matrim. fiat sacram. collatiuum gratiae, aut expressuum coniunctionis Christi cum Ecclesiâ, ex preced. scilicet. A firmat Palud. in 4. dist. 26. q. 4. a. 3. ad 5. Cap. preol. q. un. a. 3. ad 5. Bellar. de matr. cap. 5. fine. Henr. lib. 11. de matr. cap. 8. n. 1. & cap. 15. n. 3. Sanchez lib. 2. disp. 9. & alij apud ipsam. Quorum aliqui cœsent, nullum requiri nouum consensum formalē, sed sufficere virtualem, per ipsam explicitam voluntatem suscipiendi baptismi, & implicitam seruandi omnia Ecclesiæ præcepta: ita Palud. quem sequitur Sanchez. Ceterum putat Palud. omnia essentialia sacramenti concurrere in matrimonio infidelium in statu infidelitatis contracto, & ex eo tantum non esse sacramentum, quia subiectum non est sacramenti capax: sicut inquit ordinatio vel confirmatio facta non baptizato, habet omnia ad sacram. confirmationis, & ordinis requisita & ex eo tantum non sunt sacramenta, characteremque non imprimit, quia subiectum non est sacramenti capax. Ergo statim ac coiuges infideles sunt, per susceptionem baptismi, sacramenti capaces, eorum matri, in infidelitate ante contractum imprimit in eorum animis ornatu quendam, qui ad gratiam disponit, gratiamque confert, si obicem non inueniat. Negant Durand. in dist. 26. q. 3. n. 14. *Vasquez* disp. 2. de matr. cap. 10. Konin. disp. 24. circa conclus. 7. Prepositus de matr. q. 2. dub. 5. Hurtad. de matr. disp. 3. diffic. 16. Pontius lib. 1. de matr. cap. 9. Maratti. disp. 2. de matr. scilicet. 9. Fundam. ratio sacramenti in matrimonio est annexa in fieri ipsis matrimonij; consistit enim, ut reliqua sacramenta, vna excepta Eucharistiâ, in fieti, non in facto esse. At per susceptionem baptismi nulla sit noua actio, quæ sit fieri ipsis matrimonij, cum illud supponatur iam factum. Nec noua verba, nouisque consensus fate- se possunt nouum matrim. quia repetitus consensus non assert nouam materiam, nouamque formam, sed ratificat tam priorem, ergo nec nouum sacram. quod necessariò nouum supponit contratum. Confir. fieri potest, ut ita coniuges ad fidem conuertantur, ut neuter sciat de conuersione alterius. In quo casu non modò nullu habere possunt ratificatum consensum prioris matrimonij; verum nec expressam voluntatem nolendi permanere cum altera coniuge, quam quisq; putat in sua fidelitate permansuram. Distinguenda ratio sacramenti in matrimonio, altera, quæ consistit in representatione coniunctione Christi cum Ecclesiâ; altera in virtute collatiua gratiae coniuges sanctificantis.

Ratio concl. Dico 1. matrimonium infidelium per solam baptismi susceptionem ante villam maritalē copulam, non sit expressuum coniunctionis Christi cum Ecclesiâ, quia nullum matri. neque baptizatorū est expressuum coiunctionis Christi cum Ecclesiâ, carnali copula consummatum, cùm per eam solam fiat aptum exprimere spiritualem coniunctionem, quam Christus ut sponsus habet cum Ecclesia, ut communiter DD. & definit Inno-

cent. III. cap. debitum, de bigamis; *Coniugium illud*, quod non est commissione corporum consummatum, non pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum & Ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum. nam ante maritalem copulam nullum matri. est omnino indissoluble: habet autem matrimonium omnimodam indissolubilitatem, eo quod est symbolum indissolubilis unitatis Christi cum Ecclesia. igitur nec matrim. infidelium per baptismum ante copulam sit expressuum coniunctionis Christi cum Ecclesia: quia cum copula carnalis ante baptismum non fuerit facta inter membra Ecclesiæ, non est apta exprimere copulam spiritualem Christi cum Ecclesia: nam sicut copula carnalis euhitur ad significandam copulam spiritualem Christi cum Ecclesia, ita supponi debeat facta inter ipsa membra Ecclesiæ, ut apta sit ad spiritualem representandam. Quo sit, ut nullo pacto possit Pontifex tale matri. post baptismum consummatum dissoluere, aut per solemnam Religionis professionem, aut per quameumque aliam urgentissimam causam, esto illud possit ante consummationem post baptismum securum:

Dico 2. Securâ temel post baptismum maritali copulâ, statim absque nouo coniugum consensu matrimonium sit representativum coiunctionis Christi cum Ecclesia: ex S. Thos. in 4. dist. 39. q. un. a. 2. ad 1. vbi ait, matr. infidelium esse habitu tantum sacramentum, fieri autem actu per susceptionem baptismi. Quod vero intelligat de sacramento, ut expressuum est coniunctionis Christi cum Ecclesia, non autem ut collatiuum est gratiae coniuges sanctificantis, constat ex ead. dist. 26. q. a. 2. Cor. 4. idem docet Argent. in 4. dist. 39. q. 1. a. 1. ad 1. Fundam. ut matrimonium sit representativum coiunctionis Christi cum Ecclesia nil aliud requirit, quam ut sit maritali copulâ consummatum inter membra per baptismi characterem Ecclesie incorporata. Nam hoc ipso quod tale matri. post susceptum baptismum consummatur, independenter ab omni coniugum consensu sit omnino indissolubile: sed hanc omnimodam indissolubilitatem non habet, nisi ut symbolum coniunctionis Christi cum Ecclesia. Ratio est ipsa Christi institutio, qui in matrimonio dignitatem voluit illud eleuare ad sui cum Ecclesiâ coniunctionem representandam, hoc ipso quod esset inter Ecclesie membra consummatum.

Dico 3. matrimonium infidelium nullo pacto per baptismi susceptionem fieri potest sacramentum gratiae collatiuum, etiamsi accedat nouus coniugum consensus pristinum matri. ratificans. Fundam. ad validitatem sacram. requiritur idonei ministri legitimatio: at matri. in infidelitate illam non habet ex præc. scilicet in qua ostendit ad validitatem sacram. requiri intentionem legitimè ministri; nullus autem non baptizatus, si vnum excipias baptismum, est legitimus minister sacram. Cum ergo coniuges ipsi sint ministri, non potuerunt tempore infidelitatis habere legitimam intentionem conficiendi hoc sacram. at nouus consensus ratificate non potest sacramentum, quod de se fuit invalidum: supponit enim ratificationem actum, in quem cadit, fuisse validum, cumq; solum confirmat sub ea conditione, sub qua illum reperit. Nec possunt coniuges nouum post baptismum per repetitum consensum contrahere matri. cum desit materia ad id incundum habilis, quæ est libera potestas, quam coniuges habent ad transferendum mutuò sibi sui corporis dominium; quæ

quā potestate carent coniuges, qui semel validē sui corporis dominium sibi transtulerunt. Ut si si quis tentaret nouum contractum venditionis facere circa materiam vali: è alteri venditam ac traditam, nihil efficeret, defectu materiae ad novam venditionem & emptionem habilis. Nihil efficeret sacerdos, si hostiam semel validē consecrata, iterum veller consecrare, defectu materiae ad consecrationem habilis. Cū igitur uterque coniux dominium sui corporis in alterum perfectè transtulerit, ac reipsa illud maritali copula tradiderit; non poterit circa eadem corpora nouus fieri contractus, qui noui sacramenti sit fundamentum. Confir. implicat nouum sacramentum matrimonij absque novo contractu: sed ubi deest noua materia ad contrahendum habilis, nequit esse nouus contractus; ergo nec nouum sacram. Maior constat; nam sacram. nouum requirit contractum. Neque dicas, posse nouum sacram. fundari in antiquo contractu: quia cū illi defuerit legitima intentio idonei ministri, non poterit esse fundamentum noui sacram. neq; noua intentio ministri accedens, potest illum revalidare; cū nec possit illum revalidare, ratificando, nec nouum contractum efficiendo: neutro autem modo revalidare potest, vt ostensum est: ergo.

^{30.} *Quomodo fieri possit gratiae collatum ad matrim.* Ceterum postea sent. quod coniuges ad fidem conuersi, antequam in statu fidelitatis matrim. consummum, possint illud in statu infidelitatis antea consummatum solemnis Religionis professione dissoluere, nouum possunt inire contractu, atque adeo sacramentum efficere: quod sic ostendo. In hac sent. uterque coniux habet aliquid in sua potestate super suum corpus, quod licet ac validē in alterū transferre possit: ergo in hac sent. possunt coniuges ad fidē conuersi, antequā in statu fidelitatis consummum matrim. sacramentum efficere. nam ratio, cur nequeant est, quia nequeant sacramentum efficere sine novo contractu; cū ratio sacramenti sit essentialiter addicta fieri ipsius contractus: nequit autem nouus contractus iniri, ubi deest materia habilis ad contrahendum, quæ est mutua potestas transferendi aliquod ius sui corporis in alterum. In hac autem sent. in utroque coniuge est mutua potestas transferendi aliquod ius sui corporis in alterum: sc. uterque habet potestatem permanendi in eodem matri. seu habet liberum ius efficiendi coniugale vinculum antea contractum ex solibili omnino indissolubile: ergo uterque habilem ac sufficientem habet materiam ad nouum contractum efficiendum, ac proinde ad sacramentum.

^{31.} *En. habili materia ad nouum contractum in eundum.* Confir. est hic contractus non sit, nec dici possit nouum matri. nam hoc nouam importat corporis traditionem. Negari tamen non potest, quin sit ac dici possit nouus contractus, aliquid addens matrimonio, quod ante non habebat, omnimodam sc. indissolubilitatem: ergo in hoc nouo contractu fundari poterit ratio sacramenti gratiæ collatiui, quo cumque tandem nomine hic contractus appelletur: solum enim hic contendit, posse assignari nouum fundam. in quo tale sacram. gratiæ collatiuum fundari possit. Quod si tale fundam. assignari possit, non est, cur de facto negetur, illud statim à Deo eleuari in sacramentum gratiæ collatiuum, ne tales coniuges perpetuo careant gratiæ sacramenti, præsertim cū onera ipsa matrimonij, ad quæ patienter toleranda per hoc sacram. gratia datur, per hunc nouum contractum, propter om-

nimodam indissolubilitatem, reddantur grauiora ac molestiora. Nota, hunc nouum contra-^{Nostandum} tamen est. Cū fieri non posse potest consummatum matrimonium in statu fidelitatis: eo quod statim consummatum ex institutione Christi independenter ab ullo coniugum consensu fit symbolum coniunctionis Christi cum Ecclesiâ, ac proinde omnino indissoluble, adeoque incapax fundandi nouum contractum.

Ex his constat, quodnam iudicium ferendum si de aliis sentent. affirmans, sacramentum fieri ^{Ex anima} per solam susceptionem baptismi, quatenus in ^{opinionem} cludit voluntatem secundi omnia Ecclesiæ præcepta, improbabilis est ob assignatas rationes. quæ vero affirmat, fieri per nouum consensum ratificationum prioris contractus, nisi intelligatur iuxta nostram sentent. de novo contractu explicato, est refutata.

Ceterum falsum est, quod Palud. docet, Matrimonio ni infidelitate cōtracto à contrahentibus adhibita esse omnia essentialia sacramenti, cū non sit adhibita intentio legitimæ ministri, quæ essentialis est sacramento. Neque est par ratio de ordinatione & confirmatione facta à legitimæ ministro subiecto non baptizato: nam hæc potuit ex parte legitimæ ministri habere debitam intentionem, ac proinde ex parte sui habere omnia requisita ad essentiam sacramenti: solum defuit subiectum capax recipiendi sacram. eiusque effectus. Vnde si singatur in ultimo instanti collationis ordinis aut confirmationis, subiectum fieri capax per characterem baptismi. Statim hæc sacramenta conferrent suos effectus, cū ex parte sui habeant omnia ad sacramenta requisita. Contra vero, si hæc eadem conferantur à non legitimæ ministro, etiam si subiectum sit, vel fiat capax, non erunt sacramenta, quia defectu intentionis legitimæ ministri, carent essentia sacramenti.

Inferatur: 1. discriben, cur quando matrim. ^{33.} ex occulto aliquo impedimento fuit invalidum in ratione contractus & sacram. potest fieri validū in ratione utriusque, iterum validē contrahendo: quando autem fuit validum tantum in ratione contractus, ut quando quis contraxit non habens intentionem faciendi sacram. non potest fieri sacramentum, quia cum sacram. pendeat ab ipso fieri contractus, & in 2. casu non sit fieri contractus, cū iam supponatur factus, non poterit esse ratio sacramenti: in 1. vero cū sit ipsum fieri contractu, quippe cū prior fuerit nullus, erit sacramentum.

2. Matrimonium catechumenorum in fide & gratiæ consummatum, nondum habere ^{Secundum} omnimodam indissolubilitatem, adeoque fieri possit nouum contractum. Ratio: homo non sit membrum Ecclesiæ per fidem internam sed per ipsius externam professionem: visibili enim Ecclesiæ visibili debet signo incorporari.

3. Cur, ut matrim. fiat sacram. collatum gratiæ, requirit consensum coniugum, non autem ut fiat symbolum expressum coniunctionis Christi cum Ecclesiâ: Sc. ratio sacramenti collatiui gratiæ, est addicta fieri matrimonij in quo proximè fundatur: fieri autem matrimonij requirit liberum consensum coniugum: ratio autem significationis coniunctionis Christi cum Ecclesiâ solum requirit matrimonium maritali copula inter membra Ecclesiæ consummatum; quod statim ex institutione Christi ad eam representandam eleuatur.

4. Discri-

Quartum.

4. Discrimen, cur baptismus recedente fictione conferat gratiam baptismalem, non autem matrimonium in infidelitate contractum, suscepto baptismo, gratiam coniugalem; quia se supponitur baptismus habuisse omnia, quae ad essentiam baptismi requiruntur, solumque ratione obicis non contulisse gratiam subiecto, cui remoto obice poterit idem baptismus validè ante confectus gratiam conferre. Matrimonium vero ab infidelibus in infidelitate contractum, non habuit omnia ad essentiam sacramenti requisita, cum non fuerit cum intentione legitimi ministri contractum; proinde cum numquam fuerit in ratione sacramenti validum, numquam poterit suos effectus conferre. Eadem est ratio de coniugali vinculo ex matrimonio resultante: quia cum hoc sit effectus matrimonij, sequitur naturam ipsius: unde si id non fuit validum in ratione sacramenti, esto fuerit validum in ratione contractus, neque vinculum ex eo secutum erit in ratione sacramenti validum, sed solum in ratione contractus, cum non possit a causa accipere, quod ipsa non habet.

Quintum.

5. Matrimonium respectu unionis Christi cum Ecclesia esse signum tantum speculatum, cum illam non efficiat; unde nec dicitur eam continere, sed tantum significare: respectu verò gratiae esse signum practicum, cum illam non modò significet, verum etiam causet omnibus obicem non ponentibus. Unde non solum dicitur eam significare, sed etiam continere, non secus ac reliquā sacramenta, quae ex Concil. Florentino in decreto Eugenij VI. §. 5. & Tridentino sef. 7. Can. 6. de sacramenti in genere, non solum significant, sed etiam continent gratiam. Legendus S. Thomas in 4. dist. 26. q. 2. a. 1. Contra hanc dictam.

Obiectio cōtra noſtra d. R. s.

Obiectio cōtra noſtra d. R. s.
34. Obiectio cōtra noſtra d. R. s.
resp. diſting. duplex ratio contractus in matrimonio.

Obijcies. Ut matrimonium euclatur in sacramentum, nil aliud requirit, quam ut sit validum in ratione contractus ciuilis: ad hoc autem non est necesse, ut contrahatur inter baptizatos, aut cum intentione efficiendi sacramentum: nam etiam contractum inter infideles habet rationem contractus ciuilis. Maior probatur: Christus in sacramentum euexit matrimonium, ut ciuilis contractus est: ergo ut sit collatum gratiae, nil aliud requirit, quam ut sit validum in ratione contractus, cui statim ex institutione Christi accedit ratio sacramenti, elevantis illud ad vim collatiuam gratiae. Resp. Ratio contractus in matrimonio, altera est remota, proxima altera illam habet matrim. hoc ipso quod contrahitur inter personas legitimas, cum mutuo utriusque coniugis legitimo consensu, & solemnitate iure praescripta. Hanc non habet, nisi a legitimis & idoneis ministris, cum intentione conficiendi matrimonium ut rem sacram, saltem implicite & confusè. Idque constat primò: alioqui matrimonium inter fideles celebratum, statim esset sacramentum, vimque collatiuam gratiae haberet; nam ut sit sacramentum gratiae collatum, necesse non est, ut actu illam conferat, sed sufficit, ut quantum est ex se, illam conferre possit, esto obiecti incapacitatem eam non conferat. Secundò a paritate aliorum sacramentorum: quae ut eleuentur in sacramentum gratiae collatum, requirunt intentionem ministri conficiendi illa ut rem sacram, quam intentione deficiente, sola a-

tio ministri cum intentione efficiendi illam, ut talis actio materialis est, idonea non est, ut in sacramentum eleuetur. Etenim nisi baptizans simul cum externa ablutione & prolatione verborum intentionem habeat efficiendi rem sacram, non erit talis ablution idonea, ut in sacramentum eleuetur regeneratione gratiae collatum. Cum autem contrahentes ipsi sint huius sacramenti ministri, debent ipsi hanc intentionem habere, ut contractum faciant ad gratiam conferendam idoneum. Ratio est: *vo. R. luntas Christi, quae hæc sacramenta instituit prius.* ut instrumenta gratiae propter sua marita conferenda. Ergo congruum fuit, ut ipsum sacramentale symbolum, ut possit ad gratiam propter Christi merita conferendam eleuari, procedat ex aliqua voluntate saltem implicita & confusa in Christi fide redemptoris fundata; quam voluntatem habet baptizans hoc ipso quod intendit per externam ablutionem facere, quod Christus fecit, vel Ecclesia per illam intendit facere.

SECTIO IV.

An sit validum matrimonium per procuratorem contractum?

Omnis conueniunt, valere in ratione naturalis contractus, quod videtur in utroque iure certum, cap. finali, de Procuratoribus in 6. I. sufficit, & I. finali, de sponsalibus, vbi definitor, inter absentes & que ac praesentes matrimonium contrahi posse. Neque hoc ius est correctum per decretum Trident. clandestina matrimonia irritant, ut censet Barthol. à Ledes apud Henrig. lib. II. de matrimonio, cap. 2. n. 2. in comment. lit. B. Ratio: Tridentinum solum irritat matrimonia clandestina, quae sine testibus & Parocho contrahuntur, ut constat ex ipsius decreto. At per procuratorem initum, contrahitur coram parocho & testibus: igitur vitaless decreti non irritatur. Confirm. cum passim inter Principes Christianos matrimonia per procuratorem celebrentur, intolerabilis esset error, ea ab Ecclesia permitti, si ab ea iudicarentur invalida. Unde merito Henrig. Ledesma sententiam erroris insimulat: siquidem iuxta hanc sent. hæc matrimonia non solum essent invalida ut sacramenta, sed etiam ut contractus; ac proinde nullam haberent vim obligandi, possentque contrahentes ad alia connubia absque dispensatione transire.

Obijcies 1. Tridentinum in suo decreto requirit ut parochus, vel alius sacerdos de licentia parochi, vel ordinarij, viro & muliere interrogatis, eorumque mutuo consensu intellecto, eos in matrimonium coniungat. At hoc non fit in matrimonio, quod per procuratorem contrahitur, in quo non contrahentes, sed procurator fit parocho praesens; non contrahentium, sed procuratoris consensus in praesentiâ parocho exprimitur. At cum pro forma contractus matrimonialis concilium requirat praesentiam contrahentium, non satis fit huic formâ per fidem procuratoris praesentiam: sicut quia lex, in negotijs pupilli requirit praesentiam tutoris non satis fit per fidem alterius, ut habetur l.

Obli-

Reff.
Obligari §. Tutor statim digest. de Authenticâ & consensu tutorum, & §. Tutor, instit. eodem tit. Resp. sat esse, si fiat per alium, qui repræsenter personas & consensum principium contrahentium: nam ut habetur in regula 68. Iuris in 6. Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum: vbi Glossa explicat de procuratore in causa matrimonij: nam, ut dicitur in regula 72. Qui facit per alium, est perinde, ac si facias per se ipsum. Nec est eadem ratio de tutore, cui soli pupilli negotia iura committuntur, ob singularem industriam, quam tenetur de pupillo habere. ergo sola difficultas inter DD: est, an valeat in ratione sacramenti.

37.
Valerius in ratione sacramentorum negat.

Probant. 1.
Negant Durandus in 4. dist. 26. q. 3. n. 11. Caietanus tom. 1. opusculorum tract. 12. de contractu Matrimonij q. 1. Canus lib. 8. de locis Theologicis cap. 5. ad 3. Sylvius in 3. part. qu. 42. a. 1. qu. 1. & alij apud Sanchez lib. 2. de matrimonio, dispn. 11. nn. 26. Probat. 1. Durandus. Nequeunt reliqua sacramenta conferri absentibus; ergo nec matrimonium. Probat 2. Caietanus. Nullus potest per alium sacramentum suscipere; cum sit actio personalis requiriens subiectum, in quo recipiatur. Confirmat primò. Sicut matrimonium constituit in contractu, ita sacramentum poenitentiae in actibus iudicibus: at esto possit quis absens iudicari, ligari, absolvi, haud tamen potest sacramentaliter: ita esto possint absentes matrimonium in ratione contractus inire, non tamen in ratione sacramenti. Confir. secundò: sequeretur, posse contrahentes dormientes vel gratiam accipere, si matrimonium per procuratorem perficiatur tempore, quo dormiunt; vel lethaliter peccate, si eo tempore existant in peccato, quippe cum teneantur sacramentum suscipientes esse in gratia. Hæc autem sunt absurdia. Ex quo infert, facilius posse matrimonium per procuratorem contractum, de consensu partium, auctoritate apostolicâ dissolui, quam contractum per ipsos coniuges; quia primum est tantum contractus ciuilis, secundum est sacramentum, quod maiorem addit firmatatem & indissolubilitatem.

Probat. 3.
Probat 3. Canus. Sacraenta; ut definit Florentinum in decreto Engenij IV. §. 5. Ecclesiast. corum, tribus perficiuntur, rebus tanquam materia, verbis tanquam formâ, & personâ ministri confentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, quorum si aliquid defit, non perficitur sacramentum: sed in matrimonio, quatenus contractus est, nulla sunt necessaria verba ex parte contrahentium, cum ministris suos consensus alijs signis sufficenter exprimere possint: ergo ea solum necessaria etunt, ut sacramentum est: ea autem sunt, quæ à sacerdote proferuntur, dum eos benedicendo coniungit his verbis: Coniungo vos in matrimonium in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. At hæc verba requirunt contrahentes praesentes, non minus quam illa. Ego te baptizo &c. Ego te absolu &c. nequit igitur mattim. inter abentes per procuratorem in ratione sacramenti perfici, esto possit in ratione contractus. Ex quo infert, matrimonia clandestina, qua ante Trident. in absentia ministri Ecclesiæ contrahebantur, fuisse tantum validia in ratione contractus, quippe quibus determinata forma ab Ecclesiastico ministro prolata.

38.
Affirmant. Affirmant Setus in 4. dist. 27. qu. 1. a. 3. quam-

uis oppositam utrumque probabilem appellat, non nihil tamen habere temeritatis: *Palatius* in 4. dist. 26. disp. 1. §. 4. respondebis: *Couarruus* 4. decret. p. 2. cap. 4. à n. 8. *Vasquez* disp. 2. de matrimonio cap. 3. & 4. *Bellar.* de matrimonio cap. 5. ad 11. & cap. 7. & 8. vbi Canis sententiam fusè impugnat: *Henriquez* lib. 11. de matrimonio cap. 2. n. 2. Sà verbo matrimonio n. 13. *Koninck* disp. 24. n. 67. *Prepositus* qu. 2. de matrimonio dub. 9. & 10. *Sanchez* lib. 2. de matrimonio disp. 11. & 12. *Pontius* lib. 1. de matrimonio cap. 10. *Marcarius* disp. 2. de matrimonio sett. 8. *Hurtad.* disp. 3. de matrimonio difficult. 17. ac reliqui ferè omnes Recent. Quam senteo. Sa certam, contraria falsam appellat *Henriquez*; *Vasquez* cit. cap. 4. cum nonnullis Recent. quos suppresso nomine citat, aliquâ censurâ dignam.

Proabant aliqui ex eo, quod tale matrimonium sit ratum & indissoluble, non esset autem, nisi esset sacramentum, ut constat de matrimonio infidelium, c. quanto de diuortijs. Verum respondebit aduers. ut matrimonium sit ratum & indissoluble, sufficere, ut sit expressum coniunctionis Christi Ecclesiæ: & ad hoc sat esse, si sit, contractum inter fideles, esto non sit gratia collatum: sicut plurimi censem matrimonium ante Christi aduentum fuisse representativum futuræ coniunctionis Christi cum Ecclesiæ, & tamen non etat collatum gratia: & esto non fiat expressum coniunctionis Christi cum Ecclesiæ, ac proinde indissoluble, nisi post consummationem, tamen ante consummationem non potest dici omnino ratum & indissoluble, cum possit vel solemnis Religionis professione, vel Pontificis auctoritate dissolui.

Probant alij secundò: si tale matrimonium non esset sacramentum, illius iudicium non pertinet ad iudices Ecclesiasticos, sed ad Politicos: nam catenus ex S. Thome 4. contra Gent. & Tridentino eff. 4. can. 12. iudicium de matrimonio pertinet ad Ecclesiasticos, quatenus est sacramentum. At eodem modo respôdebit aduersarii, sufficere, ut sit sacramentum, non collatum gratia, dè quo tantum est præsens questio, sed expressum coniunctionis Christi cum Ecclesiæ, saltem inchoatiu, cuiusmodi est matrimonium ratum & nondum consummatum.

Ratio igitur desumenda est ex eo, quod tale matrimonium habet omnia, quæ ad verum sacramentum ex Concilijs requiruntur. Nec aliud à Florenti. requiritur quam ut sit mutuus consensus per verba de præsenti expressus, quem effectricem causam matrimonij Concil. appellat. Vn. gentes de, cum supra dixisset, sacramenta tribus perfici, materiâ, formâ, & personâ ministri, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia; cum singulis postea sacramentis propriam personam ut ministrum assignauerit, huic sacramento nullam aliam distinctam ab ipsis contrahentibus ut proprium ministrum assignavit, sed solum dixit: Causa efficiens matrimonij regulariter est mutuus consensus per verba de præsenti expressus. Vnde rò Regulariter non denotat, posse matrimonium aliam causam efficientem ministeriam habere, quam ipsis contrahentes: cum quia id debuisset exprimi, ne manca esset de sacramento matrimonij doctrina: cum maxime, si sacerdos ad hoc sacramentum conficiendum requiritur ut essentialis minister, non potuit dici, regulariter requiri ut causam efficientem ministeriam habere.

Probatur ab aliquo:

Note recte

Nec recte.

32.
Veritas.

Note de le.

mutuum consensum contrahentium de praesenti expressum. Addita est igitur predicta particula ad denotandum, quod non tantum verbis, sed etiam nutu, scripto, aliove quoquis externo signo possit huiusmodi consensus, matrimonij effectius exprimi.

^{40.} *N. si clausum.* Præter hæc requiritur à Trid. ne matrimonium sit clandestinum, ut in facie Ecclesie celebretur, coram duobus vel tribus testibus, & parocho, qui viro & muliere interrogatis, eorumque consensu intellecto, eos benedicendo in matrimonium coniungat. At hæc omnia prestari possunt per procuratorem ad id specialiter designatum. Quia potest procurator coram testibus & parocho exprimere consensum contrahentium, eorumque mutuum consensum per procuratorem parochus intelligere. Confirmat, per hoc non aliud intendit Concil. quām ut constet Ecclesia mutuum consensum contrahentium: hoc autem non minus per procuratorem, quām per ipsos contrahentes constare potest.

^{41.} *Benedictio non est forma sacram.* Nec benedictio, quæ à sacerdote sponsis datur, à Concil. assignatur ut forma sacramenti, ut *Canas* contendit, sed ut sacra quædam cæmeronia, sicut nec parochus ut sacramenti minister, sed ut principalis testis huius sacramenti ab Ecclesiâ constitutus: tum quia ut ex *Florent.* ostendimus, minister huius sacramenti non est distinctus ab ipsis contrahentibus: Ecclesia autem non potest mutare ministrum sacramentorum à Christo institutum, & alium substituere: igitur sex *Florent.* minister sint ipsi contrahentes, nec possit Concilium generale auctoritate Pontificis approbatum errare; non potuit à Tridentino alius minister substirui: tum quia benedictio danda sponsis non assignatur sub certis verbis, sed committitur arbitrio parochi, ut vel his, vel aliis iuxta receptum cuiusque prouinciarum. Tum quia *Can. II.* benedictionem recenser inter ceremonias, quas Ecclesia in celebratione matrimonij adhibere solet. Demum, benedictio hæc non adhibetur in secundis nuptiis, teste *Bellarmin. de matrimonio cap. 8. §. Sic de priore, & Henrquez lib. II. cap. 2. n. 3.* cùm non minus hæc, quām primæ verum sacram. sit. Quin etiam in primis absque graui peccato omitti posset, ut habetur *Can. nosfrates, 30. q. 5.* quæ tamen sine sacrilegio, si ad sacramentum essentialiter concurreret, omitti non posset.

^{42.} *Aliera ratio.* Probatur 2. Christus euehit in sacramentum omnem contractum matrimonialem inter baptizatos validè celebratum: sed per procuratorem celebratus validus est, aduersariis etiam farentibus: ergo. Maior probatur. Christus cùm matrimonium in Sacramentum euexit, non mutauit naturā contractus, sed eo supposito ex intrinsecis & extrinsecis causis valido, illi adiunxit in bonū coniugum, ad onera matrimonij patienter toleranda, peculiarem gratiam. Igitur si per procuratorem intus validus est, tum ex causis intrinsecis, quæ sunt ipsi coniugum consensus ex terno signo sufficienter manifestati; tum ex causis extrinsecis, quæ sunt personæ baptizatae, nullo canonico impedimento prohibite, statim vi institutionis Christi euehit in sacramentum.

^{43.} *Ad primum primum sent.* Ad primum oppositæ, neg. consequentiâ nam id haber hoc sacramentum præ aliis peculiare, quod cùm sit simul ciuilis contractus, in quo fundatur, sequitur naturam ipsius: & quia ciuilis contractus æquè in absentes ac præsentes validè iniiri potest, etiam sacramentum, quod in eo fundatur,

validum erit. Nec valet instantia de penitentia, quod etsi in iudicibus consistat, naturam talis publici iudicij non sequitur: quia penitentia non fundatur in iudicio publico fori, sed secreto privati: contrà verò matrimonium fundatur in contractu publico contrahentium: proinde illud non potest, nisi inter ipsum confessarium & penitentem transigi: vnde nullam tertiam personam, aut publicas literas admittit, nam hoc ipso fieret publicum contra naturam sacri iudicij.

Ad secundum neg. conseq. nam alia sacram. in ^{42.} mutuo contractu non consistunt: qui æquè per se ac per alium celebrari potest, sed vel in secreto iudicio inter iudicem & reum, vel in applicacione alicuius externi signi à ministro in suscipiente facta, idque ex Christi institutione. Quanquam si sermo lit non de ipsa celebratione contractus, sed de susceptione sacramenti, hæc non exercetur per procuratorem, quia non recipitur in persona procuratoris, sed contrahentium, qui simul sunt principales ministri, & subiecta huius sacramenti. Solùm igitur per procuratorem, nomine contrahentum exercetur actio celebrativa contractus, quæ est fundamentum sacramenti: passio vero sacramenti non in procuratore, sed in ipsis recipitur contrahentibus.

Prima Confir. soluta est. Ad secundam Resp. nullū esse absurdum, quod quis dormiens gratiam recipiat: quæmadmodum, ut *Palatini* & ipse confir. Caiet. concedere debet, imò necessariò fatendum, quod quis in statu amentia gratiam sacramentalem recipiat, si immediate antè fuit confessus, & poste in amentiam prolapsus absoluantur: vel qui voluntatem habuit suscipiendi baptismum, in somno baptizetur. Etiam de peccato aliqui concedunt sequelam, quod possit contrahens in somno peccare, si tunc sacramentum perficiatur, & ipse omiserit per gratiam se ad illud recipiendum disponere. Sed verius dico, tunc contrahentes peccare, cùm probabiliter præudentes sacramentum perficiendum tempore somni, ante somnum non se præpararunt: quia cùm ipsi contrahentes sint simul ministri, & subiecta huius sacramenti, tenentur illud dignè ministrare & suscipere.

Dices: sacramentum non est ipsa gratia, quam coniuges recipiunt, sed signum, quod extrinsecus obijctus.

adhibetur gratia collatum: at nullum signum extrinsecus adhibetur spolis, quando matrimonium per procuratorem contrahitur. Resp. Signum collatum gratia in sacramento matrim. non esse aliquid distinctum ab ipso mutuo cōsensu cōiugū, maritum &c. verbis procuratoris coram parocho & testibus expresso. Statim igitur ac mutuus coniugum consensus per verba procuratoris, nomine contrahentium, coram parocho & testibus exprimitur, perficitur sacramentum; quia statim ex institutione Christi, mutuus contrahentium consensus, procuratoris verbis declaratus, eleuatur ad causandam gratiam sponsis. Nec est necesse, ut physicè simul sint contrahentium consensus, & verba procuratoris, ut faciant unum symbolum interioris gratia collatum. Nam sicur non est necesse, ut faciant unum contractum ciuilē ut physicè simul coexistente, sed sufficit si tantum moraliter; ita nec ut faciant unum symbolum gratia collatum, cùm hoc nō sit distinctum ab ipso contractu ciuilī, cùm debitâ intentione inter baptizatos celebrato. Laborant hinc qui putant, sacramenta physicè gratiam causare, quo pacto ^{Moralis} caufa sufficerat mutuus contrahentium consensus, qui iam cit. præ-

præteriit, quando per verbâ procuratoris compleatur in ratione sacramenti, gratiam physicè causare. Mihi qui moralē dumtaxat causalitatē in sacramentis agnoscō; nullum negotiū; quippe cām solus Deus gratiā physicè producat intuitu mutui cōsensūs procuratoris verbis explicati: qui vt moraliter causet, necesse non est, vt physicè existat tunc, quando Deus gratiam confert, vt constat de gratia collata, tum antiquis PP. intuitu meritorum futurorum Christi, tum nobis intuitu eorundem meritorū præteriorū.

^{46.} Ad primum. *Cani* nego, verba, quā sacerdos pronuntiat, cūm sponsos benedicendo coniungit, esse formam sacram. matrim. sed ipsum mutuum coniugum consensum, procuratoris verbis expressum. Nec sola verba esse formam determinat huius sacram. sed quodcumq; signū externū interioris consensū sufficiat expressum, ex illa partic. à Florent. additā reglariter, quā, ut sup. non potest cadere, nisi in verbā, alioqui mutus non esset huius sacramenti capax.

^{47.} Corollaria. *Divers.* Infertur, valere matrim. per procuratōrem in quacunque locorum distanciā contrāctū: quia adhiberi possunt omnia ad contractū matrim. requisita. Ratio: cūm non sit necesse, contrahentes esse simul loco præsentes, nulla poterit assignari certa distantia, quā illos à contractū celebrando impediatur: vnde poterit vir existens in Europa contrahere cum fœmina existente in India.

Resp. 1. cum *Nauar.* in *Sym. c. 12. n. 30. Maiore* in *4. d. 27. q. 1. &c. apud ipsum.* Neg. antecēd. Nam quodcumq; tempus intercedat inter consensū vnius & alterius, modò qui prius consensit, consensum non reuocet, valebit matrim. statim ac alter consensum præbebit: quod etiam verum putat *Henrig. l. II. de matrim. c. 3. n. 6. lit. G.* ed quod procuratoris cōsensus vice alterius datus semper maneat virtualiter. *2.* Neg. conseq. nam cūm consensus vnius coniugis debeat facere vnu moraliter cum consensu alterius, in ordine ad vnum contractū & factam. & longa temporis distanciā hanc moralem coniunctionē interrumpat. *l. 1. §. 2. ff. de verb. obli.* nō valebit illud matrim. quod longo tempore post cōsensum vnius securū est. At quando matrim. per procuratōrem contrahitur, licet contrahentes distent, eorū consensus moraliter sunt simul per procuratōrem expressi.

48. Procuratōris conditibes quatuor. Ceterū not. Procuratōrem ad matrim. destinatum (qui aequē vir ac fœmina esse potest) quatuor requiriēt conditions. *1.* Ut habeat speciale mandatum de matrim. contrahēdo, nec sufficere mandatum generale ad omnia omnino mandantis negotia peragenda. *2.* Ut mandatū sit contrahēdi cum certa & indiūdua persona. Non est tamen necessariū, vt persona, cūm qua per procuratōrem contrahendū est, sit ab ipso mandatē specialiter designata: cūm possit eius elec̄tio procuratōris arbitrio committi, vt disp. 9. sect. 1. Vnde nec cōsequenter necessaria erit in principali cōtrahēte specialis notitia de persona ducenda, vt *ibid. contra Gloss. in Cano.* *Nec illud 30. q. 5.* Nec est necesse, vt cū *Angelo* aduertit *Sanch. n. 4. fine.* vt hāc exprimantur in mandato, sed sufficere, si oretenus tantū, vel per literas significetur. *3.* Ut non liceat procuratōri, aliū loco sui ad matrim. contrahendū substituere: nisi, ut *Sanch. n. 5. adnotat.* id expressē habuerit in mādatis. *4.* Ut nō sit

procuratori reuocata potestas, antequā matrim. contahatur. Neq; enim hīc valet regula tradita in *Clem. de renuntiat.* vt valida sint acta procuratōris, etiam post ipsius potestatis reuocationem, quamdiu ad eius notitiā reuocatio nō peruenit, nisi forte per ipsum steterit, quād minus talis notitia ad eius aures peruenierit: sed statim reuocatione, vel tācū internā factā, matrimoniū, quod sequitur post talē reuocationē, erit nullū, idq; propter consensū, qui ad matrim. essentia-liter requiritur. Non censemur autem mandans consensū reuocare, si ante contractū matrim. in amentiā incidat, quia semper cēsetur virtualiter manere in 1. cōsensū, quād diu illū positivo actū non reuocat, alioqui etiā per somnū illum censemur reuocare. *His omnes conditiones præscribit Bonif. VIII. c. fin. de Procurat. in 6. iuncta Gloss.*

Infertur *1.* validū esse matrim. si post semel reuocatā potestatem, iterum illa restituatur, modò perseveret usq; ad tempus cōtractū. *2.* Si à principio mandans vel fixit, vel nō habuit consensū, modò illum habeat tempore, quo cōtrahitur. *3.* Teneri procuratōrem seruare in contractū omnia, quā mandatē sibi præscrībuntur, nisi forte aliqua ex ipsis circumstantijs nō intelligantur præcepta, vt necessariō exequenda, vt si mādans dicat, celebrandū esse contractū iuxta formam *Trid.* non erit inualidus, si denuntiationes omittantur: nam ex circumstantijs colliguntur, noluisse mandantē nouā obligationē procuratori imponere, sed monitionē dūntaxat dare, vt ius à *Trid.* servetur. *4.* Celebrandū esse contractū corā testibus & parocho, qui tenetur per procuratōrem mōrūm contrahētū consensū intelligere.

Porro verba, quibus Procurator nomine mādantis contrahit, sunt hēc: aut similia: *Ego te accipio in uxore nomine Pauli:* cui mulier respōdet: *Ego te mediantē accipio Paulū in virū.* Si neuter adsit, sed ipsorum vice procuratōres, dicat vnu: *Ego nomine Petri mediante te accipio Petru in virū.* *5.* Verba Procuratoris vt experimentia con-

Vltimum.

sensum ipsius mandatē suum corpus coniugi tradentis, esse partialē materiam, quā simul cum consensu alterius coniugis, traditionē sui corporis experimentis, integrant totalē materiam matrimonij: & contrā, verba experimentia consensum mandatē, traditionē ab altero cōinge sibi factā acceptantis, esse partialē formā, quā simul cum verbis alterius coniugis, mutuā traditionē sibi per procuratōrem factā acceptantis, cōstituere integrā formam matrimonij, vt seq. disp. sect. 2.

SECTIO V.

An validum fit matrimonium per literas contractū?

*M*aior est hīc dubitandi ratio; nam per literas non videtur, quo pacto possit mutualius vniusque coniugis consensus coram testibus & parocho exprimi. Ut enim matrim. nūm sit ex vtraque parte perfectum, non sat est, vt vtrique coniugi sit alterius voluntas perspecta, quod velit se in coniugem accipere, sed etiam accepere: qui autem literas accipit, et si certus esse possit de consensu scribēris, quod velit se in coniugē accipere, suumq; corpus sibi in cōiugiu tradere, nondū tamen certus est, quod ille vicissim sui corporis traditionem acceptauerit, cūm nondum illi sui corporis traditio innoverit. Quod non accidit in matrim. per procuratōrem contracto; nam procurator ipse & consensum

Dubitandi ratio mā-
so.

mandantis exprimit, & alterius cōiugis consensum acceptat, nō secus ac si ipse principalis contrahens præsens esset. Idem est, quando nullus coniux adest, sed procuratores duntaxat ex parte vtriusque. Quia cūm procuratores sint loco principalium cum plena potestate contrahendi, quod ipsi faciunt, facere tēsentur principales cōtrahentes: vnde sicut ex mutuo cōsensu vtriusque cōiugis resultat perfectus matrimonij contractus, ita ex mutuo consensu vtriusq; procuratoris. Prima sent. negat, sicutem post Trid. matrimonium per literas contractū esse validum, non solum in ratione sacram. sed etiā in ratione dub. assignatam, eō quod in tali matrim. nequeat seruari forma à Trid. prescripta: ita *Ledesma apud Sanch. d. 12.*

Secunda longè probabilior affirmat, valere & in ratione contractū, & in ratione sacramenti, non solum ante, sed etiam post Trid. Quod valuerit ante in ratione contractū definit jus ciuiile. *Mulieres ff. de ritu nupt. mulieriem,* inquit, absenti per literas eius, vel nuntiū posse nubere placet. Et quamvis hæc lex cum Glossa hoc priuilegium contrahendi per literas concedat soli viro respectum mulieris, non autem mulieri respectu viri, eō quod, vt cit. *lex & Glossa censem*, mulier per literas, vel nuntium deduci debet in domū viri, non autem vir in domum mulieris; eadem tamen ratio est de veteroque. Nec impeditur, (etsi ad contractum matrim. necessarium non sit) quod minus post literas à muliere missas vito, mulier duceatur in domum viri. Quia reliqui omnes contractus validè celebrari possunt per literas; ergo & matrimonialis. Quod autem ante Trid. valuerit etiam in ratione sacramenti, colligitur ex *Glossa in can. Nec illud 30. q. 5. & docuerunt Scotti in 4. diff. 27. fine iunctis*, quæ suprà dixerat diff. 26. 5. *Ad solut. in prob. 3. concl. & Scotti d. 27. q. 1. art. 3. 5.* At verò, qui quamvis ipse Concilio ut Theologus interfuerit, non videtur Concilij definitiōnem de matrim. reform. legisse, nondum editam

& à Pontifice approbatam, qui fuit Pius IV. qui Concilio finem imposuit, defunctusq; est anno 1563. cūm Sotus è viuis discessisset anno 1560. idque manifestè colligitur ex i. 3, quæ scribit l. 7. de jure & just. q. 1. a. 2. 5. *Hac autem sent. Post Coccil. verò illam docent Henrig. l. 11. de matrim. c. 2. nn. 6. Sanchez l. 2. disp. 12. Koninck disp. 24. nn. 18. Propositus de matrim. q. 2. dub. 10. Pontius l. 1. c. 10. nn. 6.* *Maracius disp. 2. scilicet 8. Hartadus disp. 3. diffic. 15. & alij Recent. passim. Prob. assignando variis modos, quibus possit matrim. coram parocho & testibus per literas celebrari.* 1. A signat *Henrig.* si vir fœminæ scribat, se non modo sui corporis dominium de præsentie tradere, sed ex tunc simul fœminæ corporis traditionem, cūm primū coram parocho & testibus facta fuerit, acceptare. Vnde accedente postea mulieris consensu, sibi à viro corporis traditionem factam acceptantis, & vicissim sui corporis in illum dominium transferentis, absque alio rescripto coram parocho & testibus concluditur matrimonium, cūm ex parte vtriusque coniugis sufficienter sit consensus, alter per literas, alter per verba de præsenti expressus. 2. *Sanchez:* si vir scribat fœminæ, se velle illum in uxorem, & fœmina viro rescribat, se vicissim velle illum in maritum: statim ac hoc re scriptum coram parocho & testibus lectum fuerit, matrim. concludetur. Addi potest tertius, si uterque coniux diversis literis suum consensum exprimat: tunc letis

vtriusque conjugis literis coram parocho & testibus, concluditur matrim. in absentia vtriusque coniugis: nam sicut potest parochus per literas vtriusque certior fieri de consensu eius, ita & per literas alterius de alterius consensu: in eo enim casu literæ succedunt loco contrahentiu, vti & procuratores.

Insertur 1. discriminē inter procuratorem & literas. Procurator, quia habet plenā potestatem

Primum discrimen.

sibi à mandante communicatam, simul offert & acceptat nō mine mandantis, proinde necesse est ad mandantem rescribere de ipsis vel traditio-

be, vel acceptatione, cūm vtrumque præstare possit vi potestatis sibi communicatæ. Literæ autē præstare non possunt, nisi quātūm expresse continent: vnde si solum continent traditionem scribentis, regulariter matrim. non concluditur, donec per alias literas exprimatur consensus acceptantis. Dixi regulariter: nam iuxta 1. modum absq; literatis literis matrim. cōcludi potest: quin

vt in oī dicam, in ipsa sui corporis traditione includitur alterius corporis acceptatio, eum nequeat matrim. claudicare. 2. Discrimen inter Secundum,

procuratorem & nuntium: quod nuntius sit primum instrumentum, vnde nihil potest, nisi quantum literæ sonant: neque necesse est, vt ipse sciat, quid literæ cōtineant. At procurator non est primum instrumentum, sed auctor loco mandantis, qui

& scire debet, quid literæ contineant, & sine literis principalis consensum exprimere, eaq; omnia agere, quæ ad matrim. concludendum requi- Tertiū,

runtur. 3. Necesse non est, vt literæ ostendantur parocho & testibus loci, vnde sunt mittendæ, sed sat esse, & requiri, vt præsententur parocho & testibus loci, vbi matrim. concludendū est: nam ibi tantum ostendendæ sunt literæ, vbi parochus & testes, qui matrimonio int̄erlunt, de cōsensu con-

trahentiu, sunt certiores faciendi. 4. Non valere matrim. si antequam coram parocho & testibus concludatur, scribens cōsensum reuocet; valere autem, si in amentiā incidat, & in literis sui corporis traditionē exp̄ressit: cui accedente alterius acceptatione, perficitur matrim. antequā mandans per rescriptum sciat & acceptet suā traditionem acceptantis. Ratio: sicut in acceptatione

includitur reciproca sui in alterum traditio, ita in sui corporis traditione alterius traditionis acceptatio. Statim igitur ac per literas, vel nuntium alter coniux coram parocho & testibus acceptat traditionem, ab absente sibi factam, perficitur matrim. & in ratione contractū, & in ratione sacramenti. Quia nequit corporis traditio

fieri, nisi animo vicissim alterius traditionē acceptādi; nec acceptatio, nisi animo simul sui corporis dominii alteri tradendī: cūm nequeat neq; qui tradit, neq; qui acceptat, aliter tradere, ac acceptate, quātūm natura matrim. postulat, quod ex neutra parte claudicare potest. Confirm. verba in contractū intelligenda & accipienda sunt iuxta naturam contractū: ergo tam verba exprimentia traditionem, quātūm acceptationem, intellegēda & accipiēda sunt, vt explicatiua vtriusq;

Cæterū monēt DD. debetē matrim. per procuratorem, vel literas contractū, iterum in præsentia vtriusq; coniugis coram parocho & testibus celebrari. Quam monitionē vt piam & laudabilem approbo: quia si fortè matrim. non fuit in ratione contractū validum, vi præsentis celebritatis fit validum & in ratione contractū,

Ad maiorem ratiōnē.

& in ratione sacramenti: non quod antiquum renalescat, cūm non possit reualescere quod nun-

quam

Ratio.

Autoritas.

Modus primus.

Secundus.

Tertius.

quam fuit validum, sed quod dē nouo fuit, quod autē non fuit. At si matrim. fuit validum in ratione contractū, inuaidum in ratione Sacram. non poterit, vt seſt. 3. fieri validum nū modo ibi explicato, non per nouum contractū simpliciter, cūm defit materia habilis, quæ est libera potestas sua corpora mutare sibi transferendi, cūm hæc sint vi prioris cōtractus in alterum translata: sed per nouum dūtaxat contractū reddendi eundem contractū anteā validē initium, omnino indissolubile, quia saltē hic pōterat solenni Religionis professione dissolui. Neque enim potest, vt ibi ostēdi, nouum matrim. Sacram. fieri, nisi nouus fuit cōtractus, in quo ratio Sacramenti fundatur.

DISPUTATIO III.

De materia, forma, & ministro matrimonij.

Cur Concilia de bis nullis certi dicunt?

NIHL in hac re à Conciliis certi habemus, nec à Trident. à quo exactissime cōtra nostri temporis hæreticos huius Sacram. natura & proprietates declarantur, nec à Florent. à quo accuratissime, assignatis & in communi, & in particulari, materia, forma, & ministro singulorū Sacram. cūm ad hoc explicandū accedit, nihil ei assignat, sed tantū defit, causam efficientem ipsius regulariter esse mutuū consensum per verba de præsenti expressum. Cuius rei causa esse potuit dissensio Doctorum, qui et si quoad ministerum omnes ferē conueniebant, esse ipsos contrahentes, tamen quoad materiam & formam multū inter se discepant, vti & hunc, vt infra. Concilia autem, cūm in rebus fidei de finiendis Doctores consulere debeant, nec soleant, quando multi in aliqua veritate discepant, illā contra sent. multorum definire, consulto ab hac veritate definienda abstinuerunt. Adde, quod cūm hæc controu. nō tam sit de re, quād de modo loquendi, vt recte annotavit *Suar. 10. 3. de Sacram.* d. 2. seſt. 1. Siquidē quoad rem omnes conueniunt, ad hunc cōtractū perficiendum necessariās esse personas ad contrahendum habiles, & mutuum utriusq; contrahentis consensum, verbis, aut signis de præsenti expressum. Quod autē hoc, vel illud assignari debeat pro materia vel forma, pertinet ad modū loquendi. Quare prius hīc de ministro, à quo pendet matrimonij. validitas, quæ Sacramētum.

SECTIO I.

Quis huius Sacramenti minister fit?

2. Sacerdotem effe ministru matrimonij.

Canus l. 8. de locis Theol. c. 5. Syluius in addit. ad 3. p. S. Tho. q. 42. a. 1. q. r. & ante hos Guillel. Patr. l. de Sacram. tract. de Matrim. c. 9. q. 2. affirmant, Sacerdotem verba proferentem, quibus sponsos benedicendo in matrimonium copulat, esse ministerum matrimonij, quatenus Sacramētum est, sine quo poterit idem matrimonium esse validum in ratione contractū, non autem in ratione Sacramenti. Neque huic sent. fauerit *Toletus l. 7. c. 6.* vt falsò illi imponit *Pontius l. 1. de Matrim. c. 8.* dum docet, post Trident. ministerum huius Sacramenti esse Sacerdotem, id que ad ipsius essentiam pertinere: non enim negat, contrahente esse ministros, sed præter contrahentes, ex decreto Trident. requirit etiam Sacerdotē cum testibus, vt validē celebretur, cūm

Tom. IX. De e Matrimonio.

tamen ante Trident. vt ipse fatetur, non fuerit neccessarius Sacerdos. Ergo cum expresse dicat, ante Trident. ad validitatem huius Sacram. non fuisse necessarium sacerd. sed post, intelligi non potest de ministero Sacramētum cōfidente; alioqui nec anteā fuisset. Ita Sacerdotē ministratē validum, cum talis minister nequeat ab Ecclesia instauri, sed de ministerio dūtaxat assistente & serificante.

Probant i. auth. Concilij Colon. celebrati anno 1536. sub Paulō III. In quo 40. c. Sept. p. hæc habentur? Quod Sacramētum intellige matrimonij, si quis sicut docet, acceperit, accedente Sacerdotali preicatione, confert donum Spiritus,

quo vir diligit uxorem amore casto, sicut Christus dilexit Ecclesiam: mulier vicitissim propter Christum amet reverentur q̄ virum suum ut Dominum. His enim verbis, vt patet, significatur, gratia in hoc Sacram. conferrī per sacerdotis preicationem,

nō secus ac per Sacerdotis verba cōfertur gratia absolutionis in Sacram. Pœnitentia. 2. Auth. Secundo.

*PP. qui docent, matrim. esse Sacram. si Sacerdotis ministerium interueniat. Eustathius proximus Apostolis, quintus à Petro P̄ofessor Ep. ad Episc. Afric. & refertur 3. o. 5. C. 3. 1. cōiugia absque Sacerdotis ministerio, & benedictione cōtracta, appellat adulteria, contubernalia, supra fornicationes 3. Florent. & Theologorum placi-
cito, Sacraenta omnia constant verbis ut fōrmā, quā actio Sacram. perficitur: credibile autem non est, Sacramētum perfici formā, quæ lacra non est. At in matrim. vt ciuilis cōtractus est, nulla sunt verba sacra: ergo nisi accedant lacra verba Sacerdotis nullum exit Sacramētum, sed purus merusque cōtractus. 4. Auth. 5. T. b. in p. Quarid.*

d. 1. q. 1. ad 3. ad 5. vbi sic scribit: Matrimonium secundum quod est in officium, & p̄missitia secundum quod est virtus, non habent aliquam formam verborum, sed secundum utrumque est Sacramētum, in dispensatione ministeriorū Ecclesiæ consistens, utrumque habebit aliqua verba: & 4. cent. Gentes c. 7. docet, eatenus matrim. dici Sacram. quatenus per ministros Ecclesiæ dispensatur: unde benedictio, inquit, nubentibus per ministros Ecclesia adhibetur.

5. Probant à paritate reliquorū Sacram. quæ Sacraenta nō sunt, nisi ab Ecclesiæ minister sub certa verborum forma collata: nec ad ea validē cōferenda sufficere nutus, qui solum ad matrim.

vt cōtractū sacris sunt: alioqui Sacerdos mutus nutu posset pœnitētē à peccatis absoluere. 6. In omni Sacram. est aliquid exterius, quod est significatiuum interioris sanctificationis: at in matrim.

vt est profanus contactus, nullū est signū extēnum interioris sanctitatis expressum: ergo nisi accedant Sacerdotis verba, nullum erit Sacram. Alia argum. affert Syluius petita ex PP.

*& Conc. quæ pro ministero matrim. semper assi-
gnant Sacerdotem. Quorum solutio ex dicendis:*

*Ambr. Cathar. opusc. de Matrim. q. 2. censet, mi-
nistrū matrimonij, quæ Sacramētum est, esse D̄cū: Catharinæ*

*ipsum, formā, verba illa, propter hoc relinquet hor-
mo patrem & matrem, & adhæredit uxori/sue: qua-*

semel à Deo in paradiſo prolatā, & à Christo cō-

*firmata, cōiugia continuo sanctificant: nec est
necessit, ea ab aliquo ministero proferti, nam si*

cū lex scripta semper loquitur ad omnes, ita &

*forma matrimonij per modū legis à Deo sancita,
semper loquitur ad omnes matrim. contrahentes.*

*At certa reliquorū sent. est ministerum ma-
trimonij, etiam vt Sacramētum est, esse ipsos coſtans*

*contrahentes nec ad diuis essentiam requiri ver-
ba vlla ab alio ministero prolatā: ita Recent. om-*

nes, qui exaudiūs hanc controu. pertrauant: Ex antiquis S. Tho. in 4. diff. 27. q. 1. ad 2. ad q. 1. ad 1. vbi duplēcē tantū in matrimonio agnoscit virtutem gratiæ collatiā, principalem in Deo, & instrumentalem in actib⁹ coniugum: Prima causa, inquit, est dīxīna virtus, que in eis (id est nubentibus:) operatur salutem: sed causa secunda instrumentales sunt materiales operationes ex dīxi- na insufficiētē efficaciam habentes: Et suprā dist. 26. q. 2. a. 1. ad 1. Verba, inquit, quibus consensus ma- trimonialis exprimitur, sunt forma huius sacramēti, non autē benedictio sacerdotis; qua est quoddā sacra- mentale. Igitur si ex fent. S. Tho. effectrix causa gratiæ est mutuus consensus contrahentium, sa- cerdos noū erit essentialis sacramenti minister, cum non alio sine minister requiratur, quām ad conferendam gratiam: ergo si iuxta ipsius sent. solus cōsensus contrahentium confert gratiam, & benedictio sacerdotis, eiusque verba sunt ali- quod tantū sacramentale, integra huius sacra- menti essentia sine ministro à contrahentibus di- stincto saluabitur. Clariū hoc ipsum expressit dist. 28. q. vn. 4. 3. his verbis: Quādam sunt de es- sentia sacramēti, quibus omisſis, verum perficitur sa- cramentū, quamvis peccet qui omisit: ita etiam con- sensus expressus per verba de presenti inter personas legitimas ad contrahendum matrimonij facit, quia hoc dū sunt de essentia sacramēti; alia autem om- nia sunt de solemnitate sacramēti; quia ad hoc ad- hibentur, ut matrimonium conuenienter fiat. Vbi vi- deo, solum consensum per verba de præsentī ex- pressum inter personas legitimas juxta S. Docto- ris sent. pertinere ad essentiam matrimonij. non so- lū ut contrāetus est, sed etiam ut sacramētu est. Vnde hoc ipsum magis explicans ad 2. dicit, benedictionē sacerdotis ad matrimonij. non requiri quasi de essentia sacramēti: Et ad 4. ait, marri- monij clādestina (quæ sine sac̄dote contrahuntur) non esse prohibita quasi contra essentiam ma- trimonij, sicut sunt prohibita matrimonia ille- gitimaru personarū, quæ sunt materia indebita huic sacram: Eandē veritatē tradiditū Scotorū in 4. d. 2. 6. ad solut. in prob. 3. concil. versū de ministro: Ricbar. q. 2. ad 4. Palud. q. 4. a. 3. ad 1. Capreol. q. vn. art. 3. ad 6. & alij. Ratio ex Conc. Floren. in quo Ponifex nullā aliam huius sacramēti effe- tricē causam agnoscit, quām mutuum coniugum consensum per verba de præsentī expressum: sc. cūm vnicuique sacramento exactissimē assignat suam propriam materiam, formam, & ministrū, non solum ordinariū, sed etiam extraordinariū, cum postremo loco ad hoc sacram. explicandum accedit, nullum illi assignat ministrū, hāc solā definitione contentum: Causa efficiens matrimonij regulariter est mutuus cōsensus per verba de pre- senti expressus. At si matrimonium non modū in ratione contraētū, sed etiam in ratione sacra- menti (de qua potissimum pro instruētione Armen. Concilium agebat, dum omnium ac singu- lorū sacram. à Christo institutorū breuem for- mulam ab omnibus credendā, sequendamq; tra- debat) solo contrahentium consensu perficitur, non erit aliis minister ad illud perficiendū ne- cessarius. Repugnat enim solo contrahentiu consensu perfici, si ad ipsius validitatem necessarius est minister à contrahentibus distinctus, cūm ex doctrina eiusdem Concilij, ut sacramētu perficiatur, tria requirat, res ut materiam, verba ut formam, & personā ministri conferentis sacram. cūm intētione faciendi, quod facit Ecclesia: quo- rum si aliquod desit, non perficitur sacram. ergo

si necessarius est sacerdos ut minister, si ipse de- sit, non cōficitur sacram. proinde contra Con- ciliij definitionē, non solo contrahentiu consen- su perficitur matrimonij ut sacramētum. Nec referti, quod Concilium in definitione huius sa- cramenti expressē non ponat particulam *solum*, quippe quæ necessariō subintelligitur, alioqui per sufficiētē suas causas illud non definitiū. Quis enim dicat, sufficienter definitiū hominem, aliquā patte, ad eius essentiam requiritā, omisssā; præsertim cūm in ceteris sacram. nihil, quod ad completam eorum essentiā pertinet, omittat?

Primum effugium: Concilium assignasse tan- 6. tūdū causam effectricē sacramēti matrimonij, Primum ef- sacerdotē autem nō requiri ut causam effectricē, *sugium con- se: ut dispensatorē huius sacram. sic. n. illum ap- pellat cōt. cont. Gent. Sed contra: hāc resp. non est resp. 1.*

ad mentē Aduers. qui sacerdotem requirunt vñdū cum verbis, quæ in cōtrahentes p̄ficerit, ut cau- sam effectricē sacramēti: dicunt .n. non esse sacramētu, nisi sacramētū actione perficiatur: sit autē per ipsos matrimonij. sacramētu, non coniugū consen- su, qui profanu⁹ est, sed sacerdotis actione: 2. quomodo cunq; requiratur, si essentialiter ad ra- tionē sacram. requiritur, sine illo non perficitur: debuit igitur hoc necessariō exprimi, alioqui nō sufficiētē explicata fuisset natura huius sacramēti. Confirm. Conferm. non sufficienter explicatur natura ma- trimonij post Trident. si non exprimatur præsen- tia parochi cūtē testimoniis, esto nec parochus nec testes à Cōcilio requirātur ut causa efficiens sa- cram. sed solum ut assistētes & testimoniates. 3. Vel sacerdos, requiritur ut purus dispensator Eucha- ristia: & sic contra Aduers. sacerdos non requiri- tur ad essentiam sacramēti, cūm illud ante vñlū ver- bum, vel actionē sacerdotis, supponatur perfectū mutuo coniugū cōsensu: vñdū statim elevarū ad gratiā sponsis conferendū: quod sit, ut etiam sacerdos expiraret, antequā vñlū verbū p̄ficeret, vel actionē in spōlos exerceret, adhuc perfectū foret sacramētū. Nisi dicant, mutuum conjugū con- sensum hoc sacramētu, nō efficere, nisi in præsentia sacerdotis ut legitimi ministri. Sed contra: non sufficiētē de sacramētu matrimonij. definitionē Con- cilium tradidisset, non expressā personā sacerdo- tis, quæ ut terminus essentialis ad huius sacra- menti effectiōnē requiritur. Vel requiritur ut coēffector, simul cōm ipso coniugū consensu: & iam contra Conc. sequitur, non solum coniugū consensum esse causam effectricē huius sacramēti, proinde exprimi necessariō debuisse, ut in re est. 4. Si sacerdos est minister huius sacramēti. ipse solus erit efficiens causa, cūm solus ipse possit sa- cramētū actionē, quā formaliter sacramētū perficitur, matrimonio adhibere. Vnde sequeretur contra Conciliū, coniuges nullo pacto esse causam effectricē huius sacramēti. Neque dicas esse causam effectricē contrāetus, qui ad sacramētu essentialiter supponitur: loquitur. n. de matrimonij. ut sacramētu causamq; illius assignat ut sacramētum est.

2. Effugium est, Conciliū in sacramētu matrimonij nō expresisse ministrū distinctū à contrahentibus, *secundam* sed illum supposuisse ex ijs, quæ anteā dixerat, effugium nempe sacramētū perfici rebus ut materiam, verbis ut formā, & personā ministri cōfidentis sacramētu. Sed contra: non obstante hāc vniuersali doctrinā de *occluditnr.* omnib⁹ sacramētū traditā, singulis suum tam pro- priū & ex officio, quām extraordin. & ex necessi- tate dat ministrū. Et cūm nō idem sit omnium Sacramētu necessarius, debuit fūglorū exprimi, ut de reliquis sacramētis fecit. Cūm igi- tur

Advers.

Qno qnid clārus, vbi expreſſe loquitor de matrimonij. in ratione sa- cramenti.

3. Ratio fun-
damentalis

Solo contra-
henſiū con-
ſenſu perfi-
ciunt marri-
monium.

**Declaratio
Cardinalis
interpretanda
de Erenac.
et iij. Prepos.
torum.**

**Colligimus
ex Concil.**

Territorium.
tur huius Sacramenti nullum peculiarem afflignet ministerium, & alioqui ex vniuersali doctrinâ *spræ traditâ*, necessaria sis in hoc Sacramento persona aliqua, quæ illum conficiat, reæ huius Sacramenti personæ intelliguntur ipsi contrahentes, comprehensi in ipso mutuo coniugum consensu. 3. Effugium est, Concilium non simpliciter dixisse, mutuum coniugum consensum esse causam effectricem huius Sacramenti, sed addidit, regulariter: quasi diceret, non solum coniuges, sed alia etiam personæ esse possunt causæ ministeriales matrimonij. Sed multò minus hoc sustineri potest: quia si tò regulariter cadat supra ministerium, & non suprà verba, vice quorum interdum ponunt possunt natus, vel alia externa signa, sequitur, Sacerdotem non necessariò esse huius Sacramenti ministerum, quia quod necessariò requiritur, nunquam potest absente: si autem huius Sacramenti minister regulariter sunt contrahentes: ergò potest hoc Sacramentum confici sine Sacerdote; proinde Sacerdos non erit huius Sacramenti necessarius minister.

Prob. 1.
3.
vbi docet, matrimonia clandestina, quām diu illa Ecclesia irrita non fecit, vera & rata fuisse; damnatq; anathematē eos, qui ea vera & rata negant: sed clādestina matrimonia cōtrahebātur sine Ecclesiæ ministro: nō igitur hic est ad hoc Sacram. conficiendum necessarius. At negant aduersi. Conciliū definire, clandestina matrimonia fuisse vera & rata in ratione Sacram. sed solum in ratione cōtractū. Hoc resp. impugnatur, eò quòd Conciliū non tantū dixerit, matrimonia clādestina fuisse vera, sed etiam rata: sunt autem rata, non vt cōtractus, sed vt Sacraenta, cùm matrimonia infidelium sint vera & legitima, non tamē rata, eò quòd Sacraenta non sunt. Ad hoc responderē possunt, fuisse rata, non vt collatiua gratiæ, sed vt expressua coniunctionis Christi cum Ecclesia, quām significationē ex institutione Christi habet omne matrim. inter fideles cōtractū, esto defēctu alicuius requisiti, non sit gratiæ collatiuum. Alià igitur viā hoc resp. impugnandū erit: sc. quāla Concilium eodem modo, & sub eadem ratione loquitur de matrim. clādestinis, antequam ab Ecclesia irrita facta essent, ac de contractis iuxta solemnitatem à Concilio præscriptam: at hæc ex Cōcilio nō tantū sunt vera & rata in ratione coniugum, sed etiam in ratione Sacramenti. Nam de hoc præcipue est Conciliū mens, vt constat ex cap. & Can. 1. vbi de matrim. loquitur, quatenus Sacramentū est gratiæ collatiuum, à Christo inter septē Euang. legis Sacraenta institutum. Maior prob. 1. paro modo vocat matrimonia vera & rata celebrata cum præcripta Ecclesiæ solennitate, ac clādestina. Quis autem non videt, turpem Concilium commissæ & quiuocationem, si sub diuersa significatio sumptuosit verum & ratū in matrim. clādestino, antequam ab Ecclesia irritatū fuisse, ac in matrim. Ecclesiastica solennitate celebrato? Manifesta. n. dedisset hæreticis ansam, eodem modo accipiēdi matrim. verum & ratū cum solennitate à Conc. præcripta celebratū, ac clādestinū; sc. pariter utrumque verū esse & ratū in ratione tantū cōtractū, nō Sacram. 2. Cūm hīc Concilium non aliter de matrimonio agat, quām vt à Christo instituto, dum definit, clādestinum fuisse verum & ratum, antequam fuisse ab Ecclesia irritum, circa dubium de illo loquitur, vt fuit à Christo institutum, & consequenter vt

fuit validum non modò, in ratione contractus, verū etiam in ratione Sacramenti, cùm hoc tantū explicandum definiendumque suscepit. 3. Ad validitatem matrim. parochum Concilium non requirit ut Sacramenti ministerium, sed ut publicum Ecclesiæ testem, ut possit de contracto matrim. vñā cum alijs duobus aut tribus testibus in iudicio Eccles. publicè testari. Quid inde constat, quia non adhibetur, nisi vt exploret & intelligat mutuum coniugum consensum: vndē etiam nullum verbum proferat, validum erit matrim. ut habet declaratio Cardinalium: hæc sunt verba: *Non perinet ad substantiam matrimonij, ut parochus aliqua verba proferat: ideo valet matrimonij, quamvis verba experimentia consensum proleta sint tantum à contrahentibus, dummodò parochus sit præsens, & intelligat id, quod agitur, licet dissentiat & contradicat: adhibitus verò parochus intelligitur, etiam si ex alia causa principeliter effet vocatus, dummodò sit adhibitus etiam ad illum attul. Quæ doctrina consonat cum doctrina Florent. quæ docet, sola verba mutuum coniugum consensum experimentia, ut effetricem Sacramenti causam requiri. Loquuntur autem Cardinales de matrim. in eodem sensu, quo Concilium, nō solum vt cōtractus est, sed etiam ut Sacramentum est. Quin hæc eadem Cardin. declaratio non obscurè colligitur ex Concilio, à quo nulla certa verba à parochio proferenda assignantur, sed relinquuntur ipsius arbitrio, ut his vel illis verbis iuxta receptū vniuersusq; Provincia ritum. Vnde paulò post, hanc totam matrimonij solennitatē breuiter definiens, sic concludit: Qui aliter, quām presente parochio, vel alio Sacerdoce de ipsis parochi, seu Ordinarij licentiā, & duobus vel tribus testibus Matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit: in qua definitione nulla mentio sit, nec alicuius verbi à parochio proferendi, sicut nec denuntiationū, quæ præcedere matrim. solent; cùm neque hæc pertinent ad substantiam matrimonij; neque Sacerdotalis benedictionis, quæ per antiqua verba datur, quin etiam inter ceremonias ab Ecclesia adhiberi solitas recenseret Can. 11. vnde Sotus in 4. dist. 26. quest. 2. art. 3. §. Arguitur demum, temerarium ait, negare omnia matrim. clādestina fuisse invalida ut Sacraenta.*

Prob. 3. Christus hoc Sacram. instituens, nil Prob. 3. ratione. aliud fecit, quām contractum matrim. naturali ac civili jure validum, in Sacram. gratiæ collatiuum euehere: ergò hoc ipso, quòd validū est in ratione contractū inter baptizatos celebratum, validum erit in ratione Sacramenti. Antec. prob. quia nihil aliud ex Conciliis habemus, præser-tim Florentino, in quo exæt omnia, & singulorum Sacram. nouæ legis natura, causæ, & effectus explicantur, quām, vt sit cōtractus in mutuo coniugum consensu per verbade præsenti expresso fundatus. 2. Ut euehatut in Sacram. representatiuum coniunctionis Christicum Ecclesia, nil aliud requiritur, quām vt sit contractus in mutuo coniugum Christianorum consensu fundatus: ergò vt euehatut in Sacram. collatiuum gratiæ nihil aliud requiritur, quām vt sit cōtractus inter baptizatos validè celebratus. Vnde Can. sent. V. sq. cum alijs suppresso nomine cit. notā aliquā dignā censeret, eo præser-tim nomine, quòd hoc tempore tota schola Theol. ei aduersatur. Et vt refert Card. de Lugo disp. 8. sett. 4. de Sacram.

42 Disput. III. De Materia, Forma, & Ministro matrimonij. Sectio I.

in genere, nouissimus index expurgatorius Cardinalis supremi inquisitoris in Hispania, editus anno 1630. temeritatis notam videtur Canis sententiaz inurere, dum præcipit cautionem adhibendam esse in margine de quodam authore, qui eam ut probabilem referebat. Et *Sotus* in 4. dist. 26. q. 2. a. 3. appellat singularem & à nullo assertam, & *dist. 27. q. 1. a. 3. S.* Non prorsus diffiteor, eam aliquam temeritatis notum sapere, ait. Et *Nauar.* in Sum. c. 22. n. 20. monet; cauenda, aut cautè legenda, quæ *Canus* de hoc Sacramento docet.

21. Infertur 1. verba illa, quæ Sacerdos in coniuges profert: *Ego vos in matrimonio coniungo: supponere matrimonium iam perfectum, tam in ratione contractus, quād in ratione Sacram. cū supponant mutuum consensum coniugum per verba de præsenti coram parocho & testibus intelligentibus expressum, quæ sola pertinent ad substantiam matrimonij. Vnde sensus horum est, vt docet *Henriquez lib. 11. de Matrimonio cap. 2. num. 7.* Ego vos declaro authenticè esse coniunctos. Quare etiamsi parochus dicat, *Ego vos posse à coniungam*, non impeditur effectus Sacramenti, cū ab his verbis non pendeat essentia huius Sacramenti, & consequenter nec eius effectus, qui posita essentiæ Sacramenti, necessariò sequitur, si subiectum sit capax. 2. Quando matrimonia clandestina erant tantum prohibita, & non irrita, fuisse & in ratione contractus, & in ratione Sacram. valida, corum tamen effectum impeditū fuisse propter obicem subiecti. Quando vero fuerunt irrita, fuisse & in ratione contractus, & in ratione Sacram. invalida. Vnde priora repetenda non erant, sed tollendus solum obex; posteriora vero & repetenda coram parocho & testibus, & obex tollendus, vt gratiam conferant. 3. Etiam post Trident. posse coniuges coram parocho & testibus validè matrimonium contrahere in ratione contractus, & non in ratione Sacramenti: quia possunt coniuges habere intentionem contrahendi matrim. solum in ratione contractus, & non in ratione Sacram. Quo eventu, quia nihil omittitur ab Ecclesia præscriptum, matrim. erit validum in ratione contractus; invalidum in ratione Sacram. defœtu intentionis contrahentium, quæ necessaria est ad Sacram. quā tamen deficiente non deficit matrim. in ratione contractus, cū in eo seruentur omnia à Trident. præscripta: intentio autem perficiendi matrim. vt Sacramentum, cū merè interna sit, non cadit sub iudicium Ecclesiaz, proinde non pertinet ad solemnitatem ab Ecclesia præscriptam, sed ad valorem Sacramenti à Christo requisitam. à fortiori sequitur, ininvalidum fore matrimonium, & in ratione contractus, & in ratione Sacramenti siquæ coram parocho & testibus celebratum.*

22. Ad 1. oppositæ resp. quidquid sit de autoritate Concilij Colon. quod tantum prouinciale fuit, certè illud correctum est per Trident. à quo nulla verba iuxta declarat. Cardin. requiruntur ex parte Sacerdotis, qui solum ut testis ad solemnitatem matrim. contractus à Concilio adhibetur; eiusque benedictio per verba data inter cæmonias ab Ecclesia adhiberi solitas recēsetur.

23. Ad 2. dico, PP. requirere in administratione huius Sacram. Sacerdotem coniuges velantem ac benedicentem, non ut ministrum à Christo institutum, sed ut testem ab Ecclesia adhibitum. Quare semper fuit Sacerdos ab Ecclesia requisitus, vel sub præcepto, sine quo tantum illicite;

vel sub forma solennitatis, sine quo nec validè matrim. contrahitur: idque non ex vi institutionis Christi, alioqui sine illo nunquam fuisse validum, sed ex particulari lege Ecclesiaz, potestatibus habentis certam formam huic contractui præscribere, quā non conservatā, invalidum est & in ratione Sacramenti, & in ratione contractus, non defœtu ministri, sed solemnitatis a jure præscriptæ. Vocat autem *Eueristus* coniugia sine Sacerdote celebrata, adulteria & fornicationes: vel iuxta probabilem sent. de qua infra, clandestina matrim. sine Sacerdote tempore *Eueristi* inita, non solum fuisse illicita, sed etiam ininvalida. Quod argum. soluendum est ab ipsis aduers. qui saltē ea matrim. admittunt valida in ratione ciuilis contractus, proinde neque per ipsos possunt adulteria vocari, cū hæc supponant matrim. nullū etiam in ratione ciuilis contractus. Ad 3. constat, Doctorum S. à nostra state sent. Nec testimonium sententiaz *Canis* facit. Nam postquam *S. Tho.* dixit, matrim. prout est in officium, non habere aliquam formam verborum, sicut nec poenitentiam prout virtus est: statim subnecit: *Vtrumque secundum quod est Sacramentum in dispensatione Ministerorum Ecclesia consenserit, habet aliqua verba, sicuti in matrimonio sunt verba exprimentia consensum, & iterum benedictiones ab Ecclesia institute.* Non igitur verba Sacerdotis, vt falsò *Canus*, sed verba coniugum consensum exprimentia *S. Thomas* assignat formam matrimonij, vt Sacramentum est, ipsique benedictiones, quas Sacerdos coniugibus dat, non à Christo, sed ab Ecclesia ait institutas, proinde matrimonio non essentiales, sed accidentales, vt expressè dicit *dist. 26. quæst. 2. art. 1. ad 1.* Postò *S. Tho.* videtur fuisse eius sententia, quod ad matrimonium, quā Sacramentum est, requiratur certa verborum forma à Christo instituta, de qua *Scotus loc. sup. cit.* pro vtraque parte dubitatu disputat. Quā sent. vt verā posita, infert *Scotus*, fieri matrimonium in ratione contractus, & non in ratione Sacramenti. Nec fauet secundus locus *4. contra Gentes*, nam, vt *ibid. Ferrarensis* explicat *5. aduertendum secundò*, non eo fine *S. Doctor* dixit, matrimonium per Ecclesiaz ministros dispensari, quod putauerit, ipsius ministerum esse Sacerdotem, *Nullus enim actus ministri Ecclesia*, inquit *Ferrarensis*, *est de essentia matrimoni*, *sed tantum actus contrahentium secundum S. Thomam*, sed ut ex hoc tanquam ex signo probaret, matrimonium non esse purum contractum, sed Sacramentum à Christo institutum. Ad 4. patet, ex dictis, formam Sacramenti matrimonij ex Concilio Florentino regulariter esse verba mutuum conjugum consensum exprimentia, quæ non debent supponi sacra, sed sunt formaliter sacra eo ipso, quod ex Christi institutione eleuantur ad significantiam gratiam, & coniunctionem Christi cum Ecclesia. Ad 5. dispar est ratio de matrimonio & reliquis Sacramentis, nā reliqua fuerunt à Christo primò instituta, & quoad materiam, & quoad formam. Matrimoniū autem non fuit à Christo primò institutum quoad materiam & formam, quam vt ciuilis contractus habet; sed illud quoad materiam & formam, quæ sunt ipsi contractuum actus, & verba mutuum consensum exprimentia suppositum, in Sacramentum euexit. Ad 6. ipse mutuum coniugum consensus per verba de præsenti expressus, est externum symbolum interioris sanctificationis significatiuum. Idem quippe

Coroll. 1.

Secundum.

Tertium.

**Ad primum
opposita.**

**Ad secundum
dubitum
ab auto.
PP.**

*Ad tertium,
luce clariss.
Doctor S. pro
nobis fecit.*

Ad 4.

Ad 5.

Ad 6.

quippe symbolum est & significatiuum interioris sanctitatis, & causatiuum Sacramentorum, cum Sacra menta nouae legis efficiant quod significant. At ex Florent. mutuus coniugum consensus per verba de praesenti expressus, est causa efficiens matrimonij; ut supra. Ergo idem erit symbolum interioris sanctitatis. Nec refert, quod Canis obiicit, quod hoc symbolum non sit sacramentum; nam non debet supponi, sed fieri ipsa elevatione in Sacramentum, sacram.

Nec minus improbabilis est Catharini sent.
14. Falsa est sent. Catharini. cum ministro confundit. Est igitur Deus matrimonij author & institutor, tum in ratione contractus & officiis naturae ab Exordio mundi; tum in ratione Sacramenti & Symboli gratiam conferentis in lege Euang. Ministri autem & in ratione contractus, & in ratione Sacramenti sunt soli contrahentes. Vnde primi matrimoni, ministri fuerunt nostri Protoparentes, qui illud sibi in paradi so ministrarunt, cum vir dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea*: Cui credendum est, aequivalentibus verbis Euam respondisse. Prorsus improbabile est, quod idem author dicit, formam huius Sacram. esse verba illa semel ab Adamo auctoritate Dei prolati: *Propter hoc relinquet homo Patrem & Matrem, & adharet uxori sua*: tum quia est contra eit. Florent. in quo praeter mutuum coniugum consensum per verba de praesenti expressum, nulla alia assignatur forma: tum quia inter materiam & formam Sacram. debet esse moralis coniunctio, quae non est inter dicta verba ab initio mundi prolati, & actus contrahentium, qui ut materia hodierni matrimonij hodie a coniugibus subministratur. Nec sat est, quod haec verba sint scripta: tum quia etiam si scripta non essent, adhuc valuerint tot matrimonia inter legitimas personas ab exordio mundi ad hanc usque diem celebrata: tum quia sicut, ut verba reliquorum sacram cum praesenti materia concurrant ad Sacram. confidendum, non sat est, quod semel fuerint a Christo prolati, & Scripturam mandata, sed debent tories a ministro proferri, quoties Sacram. conficitur: ita ad Sacram. matrimoniū confidendum, non sat est, ut eius forma semel fuerit a Deo prolati, ac postea scripto mandata; sed debent tories a ministris proferri, quoties nouum matrimonij Sacram. conficitur.

S E C T I O . I I .

Quo fit materia & forma Sacramenti matrimonij?

15. Duplex materia in contractibus distinguuntur. **E**X præced. sent. confutata manet utraque sent. Cani, & Cathari. quoad materiam & formam Sacram. matrimoniū quorum uterque materiam quidem in actibus coniugum, formam vero ille in verbis Sacerdotis coniuges copulantis, hic in verbis a Deo semel prolati, & scripto mandatis, collocat. In hac sent. reliquorum DD. sententiae examinandæ sunt. In contractibus distinguitur materia, altera circa quam, & assignari solent res ipsa de quibus contrahitur, & sunt obiectū, in quod cadit consensus contrahentium: altera ex qua, dicitur illa, ex qua componitur & constat contractus. Vnde prior constitutionem contractus non intrat, sed est tantum obiectum ipsius: Posterior contractum ingreditur ut pars intrinseca, ex qua & formam constituitur unum compo-

situm morale, obligationem partens utriusque contrahenti. Difficultas est de materia ex qua, & Potissimum formam, quibus constat matrim. tam ut contractus, difficult. in quam ut Sacramentum. Quod adhuc ut Sacra- proposita mentum considerari potest 1. metaphysicè, quo pacto materia ipsius, est totus contractus suis omnibus causis perfectus; forma vero, significatio gratiæ sanctificantis, & coniunctionis Christi cum Ecclesiâ, illi ex institutione Christi adueniens: 2. Physicè, quæ ratione materia & forma Sacram. recurrit cum materiali & forma contractus: nam eadem, quæ assignantur materia & forma contractus, sunt etiam physica materia & forma Sacra. cùm non alio iuxta communem sent. materia & formam habeat matrim. ut contractus, quam ut Sacramentum. Quod ipsum videre est in aliis Sacram. Baptisma enim metaphysicè consideratum, constituitur ut ex subiecto externo ipso symbolo conflato ex ablutione & verbis, & ex significacione interioris regenerationis, ut ex formam: Consideratum vero physicè, cōponitur ex ablutione ut materia, & verbis ut formam. Praesens contractus non est de materia & forma metaphysicè, sed physica.

Prima sent. docet, materiam esse internū coniugum consensum; formam vero verba ipsa, aut quæcunque alia externa signa internum consensum exprimentia: ita *Glossa in cap. Eva, de sponsal. verbo, Nec forma, quam sequitur Nauar. in sum. cap. 22. nn. 20.* idque probat ex l. i. ff. de verb. obligat, in qua dicitur stipulatio perfici ex consensu interrogantis & respondentis ut materia, & verbis ubi usq; ut formam, nisi quod ad stipulationem pro forma necessaria sunt verba, ad matrim. loco verborum succedere possunt nutus, scriptura, aut alia signa externa; imò ipsa taciturnitas & non contradicatio sponsæ sufficit ad matrimonij formam. Ex Scholast. hanc sent. docuit *Capro. in 4. dist. 26. qu. vn. art. 3. ad 7. & Deleg. 1. art. 3. nos. 2.* Sed contraria in omni Sacram. & contractu humano totalis materia debet esse sensibilis: At interior consensus sensibilis non est: non igitur potest esse totalis materia matrimonij, neque ut contractus, neque ut Sacramentum est. Dixi, *Totalis*: quia non est inconveniens, ut materia partialis sit insensibilis, quæ fiat sensibilis per aliam materiam partiale, ut in Sacram. Pœnitentia interior attrito, quæ est materia partialis, sit sensibilis per Confessionem, quæ integrat unam materiam totalem cum interno dolore: 2. cùm materia & forma Sacram. proportionari debeat materiæ & formæ physicorum compositorum, per quorum analogiam assignantur in Sacram. materia autem in physicis comppositis semper sit aliquid commune & indifferens ad plura; forma autem determinata ad unum; cùmque internus coniugum consensus non sit respondebit verborum aliquid commune & indifferens ad plura, cùm sit actus determinatus ad suum tantum obiectum exprimendum, vnde non accipit a verbis determinationem, sed sensibilitatem duntaxat, non poterit esse conueniens & proportionata materia matrimonij. Ad cit. legem, nego ibi assignari materiam stipulationis, sed præscribi tantum modum, quo, & quando stipulatio, quæ ex interrogatione unius & responsione alterius constat, valida sit: vnde nec inter surdos & mutos, aut absentes, qui se inuicem alloqui & exaudire non possunt, stipulatio esse potest.

Vt autem *Caprolius*, & *Deleg.* sensibilitatem in materia matrimonij defendant, recurrent ad

44 Disput. III. De materia, forma, ministro matrimonii. Sectio I.

actionem proferendi verba, quam dicunt esse materiam, formam vero verba ipsa prolata in facto esse. Contrà hanc explicat. militat ratio adducta, quia prolatio verborum, quae pro materia in matrimonio assignatur, non est indifferens, sed determinata ad hunc verborum sonum exprimendum, sicut omnis actio ad suum terminum. 2. in reliquis Sacram. quae in fieri consistunt, cuiusmodi est matrimonio. non distinguitur actio a termino, sed utrumque assignatur pro materia.

Secunda sent. materia assignat verba, aut alia signa externa; formam vero consensum internum. Ita Joan. Major. in 4. dist. 26. qu. 1. Fundam. consensus habet vim determinandi verba: determinat enim illa, ut sint efficacia & significativa huius consensus; verba autem rationem determinabilis ab ipso consensu. Sed contrà; 1. in hac sent. totalis forma matrimonij est insensibilis ac mere spiritualis: 2. neutrum respectu alterius habet rationem determinantis, vel determinabilis: nam nec consensus determinat verba, cum haec sint antecedenter determinata ad significandum consensum: Nec verba consensum, quia licet illum reddant sensibile, non tamen determinant quod significationem: ex se enim hic consensus est determinatus ad hoc, & non aliud obiectum exprimendum.

Tertia sent. materia assignat actus coniugum matrimoniale consensum praecedentes, formam vero consensum matrimonio. verbis, aut aliquivalentibus signis expressum. Sed contrà; neque sunt assignari, quinam sint isti actus coniugalem consensum praecedentes. Nam vel necessarium praecedunt, habentque necessariam connexionem cum hoc consensu determinato; & sic non habent assignatam conditionem materiarum, quae est, ut sit indifferens ad plura: vel non necessarium, sed contingenter praecedunt, possuntque non praecedere; & tunc posset esse mutuus coniugum consensus, verbis, aut signis de presenti expressus, & consequenter matrimonium, sine materia.

Quarta sent. affirmit, materiam matrimonij esse verba aut signa experientia consensum eius coniugis, qui in contrahendo praecedit; formam autem esse verba aut signa experientia consensum eius coniugis, qui in contrahendo subsequitur. Nam ut in numero unitas postremo adueniens determinat reliquias unitates praecedentes, ut forma ad certam speciem numeri; ita in matrimonio verba aut signa posterioris coniugis, ut forma determinant verba & signa prioris coniugis: est Richar. in 4. dist. 26. a. 4. q. 2. ad 1. Henr. lib. 11. de matri. cap. 2. nu. 5. Quam ut probabilem assert Capreol. cit. Sed contrà; ut Vasquez disp. 3. de matri. cap. 2. Si contingeret, verba utriusque coniugis simul proferri, circa dubium fieret matrimonio. & tamen eo casu nulla foret materia, cum neutra verba essent priora aliis, à quibus ut à formâ determinarentur. Neque exemplum de postrema unitate numerum specificante, est ad rem: nam postrema unitas non ex naturâ suâ, sed ad libitum numerantis additur ultima: poterat enim, quam primam posuit, ultimam ponere: matrimonium autem, cum sit contractus realis, habere debet materiam, quae ex se postuleretur determinari; & formam, quae ex se postuleretur determinare.

Quinta sent. assertit, corpora ipsa contrahentiam esse materiam, formam vero consensum verbis, aliisve legitimis signis sufficienter expressum. Huius sent. est Palud. in 4. dist. 26. qu. 4. ar. 3. ad 2. Palati. in 4. dist. 1. disp. 3. Couarr. lib. 4. Decret. p. 2.

cap. 1. 5. vn. nu. 8. Vasquez disp. 3. sect. 3. Maresi. disp. 3. de matri. sect. 3. Hurtad. disp. 3. de matri. dif. sc. 21. Pontius lib. 1. de matri. ca. 7. n. 12. quam etiam probabilem cœlent Capreolus, Propositus, & multi Recent. Probat illam Vasquez à paritate alio. Probat Vas.

rum contractuum, qui pro materia habent res, de quibus contrahit, ut in emptione & venditione, materia sunt res, quae emuntur & venduntur, in commodato res, quae commodantur, & sic de reliquis: forma vero sunt verba aut signa, quibus mutuus contrahentium consensus exprimitur. Cùm igitur matrimonio sit contractus consistens in mutua corporum viri & foeminae cōmutatione, quae inuicem traduntur & acceptantur, materiarum erunt corpora ipsa viri & foeminae, nullâ naturali; aut ciuiili lege impedita; forma vero verba vel signa, quibus mutuus cōiugū cōsensus exprimitur: & cùm in matrimonio, materia & forma contractus non sit diuersa à materia & formâ Sacram. eudem quippe, qui ante erat pustus contractus ciuilis, Christus euerit in Sacram. collatum gratia coniuges sanctificantis, sequitur, eandem esse materiam & formam matrimonij, ut contractus, & Sacramenti simul. Contra: in hac sent. Displicer, quod materiam remotam & circa Hec sent. quam cōfundat cum materia proximâ & ex qua. allatis probabilitor. Nullus enim Iurisconsultus haecenus contractu Displicer definiuit per res, circa quas contractus versatur, tamē.

sed vel per mutuum contrahentium consensum, verbo aliisve signis expressum, vel per mutuum obligationem, ut per proprietatem consequentem, sic vn. institut. de obligat. & consensu, contractus emptione, venditionis, locationis, conduktionis, societatis, solo consensu dicantur perfici, nullâ mentione factâ rerum, quae emuntur, venduntur, locantur, conductuntur, in societate trahuntur. Quod etiam ratione prob. In eo formaliter constituendus est contractus, ex quo proximè & immediatè sequitur mutua cōtrahentium obligatio: at haec non ex rebus, quae venduntur, emuntur, locantur, commutantur, sed ex mutuo pacientium consensu & conventione nascitur: ergo in eo potius constituenda est natura contractus. Vnde Vlpia. l. Labes 19. ff. de Verb. significa: contractum definit, per mutuum contrahentium obligationem, ut per proprietatem immediatè consequentem naturam contractus.

Sexta igitur probabilissima sent. docet, materiam contractus matrimonij esse actus ipsos contrahentium, verbis aliisve signis expressos, quibus mutuò sua corpora in cibum sibi tradunt; formam vero esse earudem actus, quibus corporum traditionem sibi mutuò factam acceptant: ita Sotius in 4. dist. 1. q. 1. a. 6. §. At vero ad 1. & dist. 26. q. 2. a. 3. Suarez 10. 3. de Sacram. disp. 2. sect. 1. Bellar. de matri. c. 6. Sanchez l. 2. de matri. disp. 5. Konink de Sacram. disput. 2. 4. dub. 3. & alij Recent.

Prob. opposito fundam. in reliquis contractibus sola traditio rei, sensibili signo facta, habet rationem materiarum; acceptatio vero verbis expressa rationem formæ: Ergo etiam in contractu matrimonio. nam in ratione contractus matrimonium non differt à reliquis ciuilibus contractibus; neque vt Sacramentum est, diuersam habet materiam & formam à se ipso, ut contractus est. Antec. prob. traditio est quid informe, per ea quippe inchoatur contractus, manetque suspensa, quādiu non accedit acceptatio, quae compleat & perfectit contractum. Hanc sent. non obscurè indicat Florent. dum efficientem causam Sacramenti matrimonij assignat mutuum consensum per verba

17.
2. Sent.

Contrà.

2.

18.
3. Sent.

Contra.

19.
4. Sent.

Contra.
Optime
Vasquez.

20.
5. Sent.

1.
Probabilissima sent. 6.

Ex Concil.

Floren.

Disp. IV. De consensu ad Matrimonium requisito. Sectio IV.

45

verba de presenti expressum, nulla alia materia-
li, aut formalis causa assignata, cum tamen in reli-
quis suam cuique materiam & formam assignet.
Sensit igitur Concilium, in hoc Sacramento non
aliam esse causam materialē & formalem, quam
ipsam, quae est efficiens, aliā illam expressissimē,
ut fecit in reliquis Sacram. Nec latuit Concili-
lum, in Sacrementis causam efficiētē non
distingui à materiali & formalī, ablūtio enim, &
& verba à baptizante prolatā, sunt materia &
forma Baptismi, & simile effectrix causa gratiæ
& characteris, quem imprimunt: ita mutuus con-
sensus coniugum per verba de presenti expre-
sus, respectu contractū sunt causa materialis &
formalis, respectu vero gratiæ, quam confert, &
nexus coniugalis, quem causat, effectrix causa.

Duplex hic diffic. 1. quod in hac sent. non
recte distinguitur iuxta mentem Conciliorum,
materiam & formam: nam in Florent. cit. & Trident.
sess. 14. cap. 3. materia Sacram. sunt res, forma ve-
ro sunt tantum verba: Hæc autem sent. pro ma-
teria non solum assignat res, quae sunt aactus con-
iugum, sed etiam verba, quibus mutuam sua-
rum corporum traditionem exprimit; & pro
formā non solum assignat verba, quibus tradi-
tionis acceptationem explicant, sed etiam res;
ipso videlicet consensus, quibus oblatam sibi
traditionem acceptant. 2. quod non semper tra-
ditio, ut quid in forme præcedit & inchoat contra-
ctum, sed aliquando subsequitur, & comple-
at perficit illum. constat in contractu donatio-
nis, in quo potest acceptatio præcedere, si do-
natarius antecedenter petat, rem sibi à donatore
tradi: quo casu traditio non inchoat, sed com-
pletat ac perficit donationis contractum.

Resp. ad 1. in assignandā materiā & forma Sa-
cram. non tam attendi ad res & verba materia-
liter, quād ad res & verba formaliter, sc. quare-
nus habent conditionem materiæ & formæ. Quo
fit, ut situt aliquando verba habent conditionem
materiæ, ut confessio peccatorum in Sacra. pœ-
nit. Ita aliquando res verbis explicatæ condi-
tionem formæ, ut in matrimonio. Cum enim
materiā & forma in Sacrementis assignanda sit
per analogiam ad materiam & formam physi-
cam, illud assignandum erit ut materia, quod
cumque tandem sit, quod imitatut materiæ phy-
sicam; illud ut forma, quod imitatut formam
physicam. Quia igitur non tantum actus ipsi mu-
tuæ traditionis, sed etiam verba, quibus hæc mu-
tuæ corporum traditio exprimitur, imitantur
conditionem materiæ, inchoando contractum,
non solum actus, sed etiam verba assignatur pro
materiâ huius Sacram. Contrà vero, quia non
solum verba, quibus exprimitur acceptatio, sed
acceptatio ipsa imitatut conditionem formæ,
complendo & perficiendo contractum, tam ver-
ba, quam actus assignantur forma matrimonij.

Ad 2. Resp. 1. in contractibus non attendi,
quid per accidens, & in uno vel altero casu fiat,
sed quid regulariter & per se: & quia regulati-
ter & per se traditio præcedit & inchoat contra-
ctum, acceptatio subsequitur & perficit, recte
illa ponitur ut materia, hæc ut forma contractū.
2. etiam eo casu, quo acceptatio tempore præce-
dit traditionem, traditio habet rationem mate-
riæ, acceptatio rationem formæ, complentis &
perficiens contractum; nam licet acceptatio
duratione sit prior traditione, causalitate tamen
est posterior: quia in instanti, quo exprimitur
consensus traditionis à donante, acceptatio à

donatario prius tempore facta, ut contractum
perficiat & compleat, debet per modum auctiū
moraliter perseverantis, ratificare traditionem
sibi à donatōte factam, & consequenter suppo-
nere illam prius naturā ut determinabilem. Cum
enim possit donatarius suam petitionē à se prius
factam reuocare, ut sit efficax ad contractum
efficiendum, debet supponi moraliter perseve-
rans usque ad ipsam traditionem, sibi à donatore
factam, illam ratificando. Nec refert, quod po-
tuerit donatarius sub hac conditione antecedenter
petere, ut ex tunc censeatur traditio accepta-
ta: nam per hoc potestatem sibi non abstulit fa-
ctam à se petitionē reuocandi, ac proinde cum
adhuc posse illam reuocare, supponi debet tem-
pore traditionis non reuocata. sed moraliter
perseverans, per modum actus ratificantis tra-
ditionem sibi à donatōte factam. Infertur, ma-
teriam Sacram. matrim. ad æquatè sumptam con-
stante traditione utriusque coniugis, sufficiēti
signo explicatam; uti formam, acceptationē ut-
riusque signo aliquo sufficiēter expressā; ne-
que vñ sine alterā ad contractum matrim. suffi-
cere; proinde utriusque coniugem mutuā sibi
materiā & formam in hoc Sacra. subministrare.

Corollaria.

DISPUTATIO IV.

De consensu ad matrimonii requisito.

SECTIO I.

An consensus coniugum sit necessarius ad
matrimonium, & an præter hunc re-
quiratur parentum consensus?

Q Voad 1. utriusque coniugis consensum ad
verum & legitimum matrim. esse necessariū
rium, ut fidei dogma definitum est ab Eugenio, utriusque
IV. in Conc. Florent. in instrukt. pro Arme. g. Sep-
timum est, his verbis: Causa efficiens matrimonij re-
gulariter est mutuus consensus per verba de presenti
expressis, ubi particula regulariter non est addita
ad significandum; quod aliud, quād mutuus con-
iugum consensus causa matrimonij esse possit;
sed, ut definit Innocentius III. cap. Cū apud de-
sponsalib. ad denotandum, quod non solum ver-
bis, sed aliis etiam signis valent coniuges mu-
tuum suum consensus exprimere, alioquin nec
muti, nec surdi matrimonij contrahere possent,
cuia oppositum in utroque Iure sanctum est l.
mutus. 76. ff. de iure dotum, & cap. cit. & cap. T. n. 1.
de spousalib. Qui consensus, inquit Nicolaus Papa ad
consulta Bulgar. & refertur can. sufficiat 27. q. 2.
si solus in nuptiis defuerit, cetera omnia frustra-
tur. Idque ratio evidenter demonstrat: quia cū
matrim. sit contractus ex utrāque parte obligans,
nemoque possit absque propriā voluntate se al-
teri obligare, neque sine reciprocō coniugum
consensu matrimonium contrahi. Nec solum
requirit consensus matrimonium, quā contra-
dictus, sed etiam quā Sacramentum est, i. quā Sacri-
men-
to hoc Sacram. in contractu fundatur, unde ipse tum est.
consensus, qui necessarius est ad contractum, ne-
cessarius est ad Sacram. 2. quia nullum Sacram.
perficitur absque propriā voluntate & inten-
tione ministri; cum igitur coactantes sint
ministri, non solum contractus, sed etiam
Sacra-

22.
Super. &
solvenda
diffic. 1.

23.
Resp. ad
præmissam.

24.
Ad secundā.
Resp. 1.

Resp. 2.

Sacramenti debent, ut Sacram. cōficiunt, intentionem habere celebrandi, non solum contractū, sed etiam Sacram. vnde qui solum voluntatem haberent ineundi contractū, non conficiendi Sacram. contractū quidem validē inirent, Sacramentum minimē.

Nota. mutuum coniugum consensum ad matrim. cōcurrere, uno modo formaliter, quā contractus est; hic n. essentialiter coalescit ex reciprocō vniuersq; coniugis consensu, exerno signo sufficienter expresso; alio efficienter, quā vinculum est ex præcedenti contraetu relictum. Quippe non solum matrim. est, dum contractus fit, sed etiam eo præterito: nam etiā præterito ac transactio contractū, nominantur coniuges à vinculo relicto à præterito contractū.

Dices. Ergo etiam matrim. quā Sacramentum, non solum est in fieri, sed etiam in facto esse; nam tam diu est Sacram. quā diu est matrim. in quo ratio Sacramenti suodatur. Hinc autem sequeretur, matrimonium, quā Sacramentum, non modò gratiam conferre dum fit, sed etiam dum coniuges matrimonio vñuntur: sicut Eucharistia, quia non solum est Sacram. in fieri, sed etiam in facto esse, gratiam conferit eo-vtentiibus.

Nego conseq. si iurmo sit de Sacramento, ut collatiuo gratiæ, quia hoc nqn est, nisi dum contractus matrim. fit, nam solum dum fit, ex institutione Christi eleuator ad gratiā conferendam: eo autem transeunte, et si maneat matrim. in ratione maritalis vinculi, vt etiā coniugē obligantis ad indissolubilitatem perpetuō, haud tamen manet in ratione Sacramenti, cūm non maneat amplius collatiuum gratiæ sanctificantis. Et licet opportunis temporib; detur gratia auxilians coniugib; ad onera matrimonij subeūda, ea tamen non datur vi coniugalis vinculi, ex trascendo contractu matrim. relicti; sed vi præcedentis contractū, qui conferendo gratiam habitualem, in eā ut in radice simul contulit auxilia opportuno tempore à Deo cōferenda, intuitu contractū matrim. semel inter Christianos validē celebrati; non secus ac reliqua Sacram. dum sunt & suscipiuntur, primū gratiam, aut eius incrementum conferendo; simul in eā ut in radice conferunt auxilia ad proprios fines, ad quos sunt ordinata, opportuno tempore facile cōsequendos.

Dixi, si iurmo sit de Sacramento ut collatiuo gratiæ expressæ: nam ut expressuum coniunctionis Christi cum cōiunct. cum Ecclesiā, manet etiam in facto esse; cūm hoc manet etiā in facto esse.

nam ut expressum coniunctionis Christi cum cōiunct. cum Ecclesiā, manet etiam in facto esse; cūm hoc manet etiā in facto esse.

immediatè fundetur in ipsā indissolubilitate vinculi coniugalis per carnalem copulam consummati. Est igitur mutuum coniugū consensus formalis causa respectu contractū, & simul moralis efficiens tum gratiæ sanctificantis, & auxiliorum opportuno tempore conferendorum; tum vinculi coniugalis, quod transactio contractū perseverat inter coniuges.

Quoad 2. an præter cōsensum coniugum, ad matrimonij validitatem requiratur etiam parentum consensus, aut eorum, sub quorum curā & potestate sponsi sunt, communis sent. est, Iure Ciuii talē cōsensum esse necessarium, si contrahentes non sint sui iuris; secus si sui iuris sint. primum constat ex l.7. ff. de sponsal. In sponsaliis, inquit, etiam cōsensus eorum exigendus est, quorum in nuptiis desideratur: addit autem lex, intelligit tamen semper filia Patrem consentire, nisi enidenter dissentias: & l.2. ff. de iure Nupt. que sic loquitur: *Nuptia consistere non possunt, nisi consentiant omnes, qui coēunt, quorumque in potestate sunt.*

3.
Pro maiori
hunc rei
claritate
notas.

Dices.

4.
Res p. g. de
Sacram. ut
collatiuo
gratiæ.

5.
Quoad se-
cundum.

Idque honesta ex causā leges statuerūt, ne huij aut filiæ familias incōsiderare cum illis matrimonia inirent, qui notam aliquā possent auītæ familie inferte. Cūm n. ad parentes redūdet nota filiorum, ex indigno matrim. contracta, ad eosdem pertinere debuit prospicere, ne per huiusmodi connubia tota soboles denigraretur.

Secundum habetur l. *Filiis emancip. 25. ff. de iure Nupt.* Filiis, inquit, emancipatu triam fine consensu Patris uxorem ducere posset. Nec cōtrarium decernit l. *Vidas 18. cap. de Nupt.* in quā dicitur, quod Vidas intra 25. annum degentes, estasi emancipationis libertate gaudet, tamen in securitate Nuprias sine patris sententiā non conueniunt. Nam, ut Baldi *Glossa* explicat, hoc non facit ad fōtimam substancialē matrimonij, sed ad iustitiam quādam publicę honestatis: huc, ut *Glossa* communis ait, hoc tantum esse cōsilio, vnde prōsentina. ria le. it sciencia.

Gravior diffic. An de iure Eccles. aliquando parentum cōsensus fuerit ad validitatē matrim. necessarius. Affirmant aliqui apud Couarr. lib. 4. Decret. p. 2. §. 8. n. 1. Basilius Pontius lib. 2. de matrim. cap. 1. à n. 5. Fundam. est authoritas Euāristi Pape, qui epist. 1. ad Episc. Afric. to. 1. Concil. pag. 51. & can. 1. 30. qu. 5. adulteria, ilupra, & fornicationes appellat ea connubia, quæ sine parentum consensu sunt contracta; idque affirmat ab ipsis Apostolis fuisse traditum. Opposita tamē sent. quam receptissimam appellat cit. Co-

Nec de iure marri. docet, nunquam ad validitatem matrim. Eccles. unij parentum cōsensum fuisse ab Ecclesia requiredum, sed solum ad quandam honestatem. Id quod prob. ex cap. cūm verūm, deregular. vbi Clemens III. *Piella*, inquit, in etate nubili cōstituta, quia liberum habet arbitrium in electione propositi, sequi parentum non cogitur voluntatem: & can. sufficiat 27. qu. 2. Solus secundum leges eorum consensus, de quorum coniunctionis agitur, sufficiat. Et quidē post Trident. de fide est, illum non requiri; cūm id expresse definiat se. 24. in Decreto de form. matrim. cap. 1. Quo decreto cōsententur contractæ & abrogatæ omnes leges Ciuiiles, quæ huiusmodi cōsensum requirebant. Ad author. *Euaristi* communiter respondet, illum locutum tamē. fuisse non de validitatē, sed de honestate: ita Couarr. & Bellar. lib. de matrim. cap. 19. & 20. vbi ad ducit exempla veteris legis, in qua multa matrim. absque parentū voluntate validē celebrata sunt. Ceterū etiā vi validitatis matrim. contractū filij non teneantur parentum cōsensum exquirere, tenentur tamen vi obseruantæ & pietatis Progenitoribus debitæ: vnde grauitate peccant, qui absque iusta causa, contra voluntatem suorum parentum, maximē si emancipati non sunt, matrimonium contrahunt.

SECTIO II.

An ita sit necessarius proprius coniugum cōsensus, ut nullā autoritate valeat sine eo validum matrimonium celebrari?

Sensus quæ sit est; An aliquos duos inscios, aut etiam reluctantē possit aliqua suprema potestas, sive diuina, sive humana, ita matrim. copulare, ut maneant inter se perpetuō copulati, cum mutuo ac legitimo iure exigendi, & obligatione sibi

sibi coniugalem actum reddendi, non secus ac si ipsum sit lege in matrimonio proprio consensu copulassent. Ut autem puctus difficultatis percipiatur, quæstio nostra est de contractu ipso matrimoniali, qui ex reciproco consensu viriusq; coniugis coalescit: nam cum hinc proprium viriusq; coniugis consensum includat formaliter, & causa formalis nulla vi possit ab extrinsecâ causâ suppleri; alioqui cum causa formalis constituant ipsam rei essentiâ, si posset sine eâ existere, posset sine suâ essentiâ existere; nequit per illâ virtutem vel autoritatem suppleri; sed de vinculo coniugali à contractu relitto, quo coniuges in facto esse copulati & astriciti manent ad perpetuam matrimonij indissolubilitatem.

10. Quoad potestatē humanā, cōm̄pnis sent. est, id non posse. Verūm quād hāc est autoritatē humana te. Dicitur certior, adeo ut oppositum alterere, nō moratorium efficiat. dō, teste Soto in 4. dist. 27. q. 1 art. 2. §. ob hanc esset nouum, sed etiam temerarium, tanto est probatum difficultior. Nam quodd aliqui probant 1. inde sequi, posse talia matrimonio dissolui ab iis, quorū auctoritate fuerunt cōtracta; non tec̄e ratiocinatur; quia possunt habere potestatē copulādi, & non dissoluendi, vti habent ipsi coniuges. 2. De ratione matrimonij est mutuus amor, qui absq; proprio coniugum consensu esse nequit: At hāc ratio probat, neq; diuinā auctoritatē id fieri posse, quod infrā ostendam falsum. 3. Sequeretur, quodd posset quis humanā potestatē inscius cum una copulatus, valide cum aliâ contrahere. At & hāc quoque sequela neg. nā si supponimus, principem vel Rēpubl. habere legitimā potestatē eos copulādi, non poterū validē cum aliis contrahere; sicut nec à Deo cum una copulatus, vñlīdē potest cū aliâ contrahere. 4. dum Trident. sess. 24. c. 9. anathematis pœnā fecit Principes, qui inuitos suos subditos ad matrimonio cōpellunt, supponit eos potestatē non habere illos copulādi. At ex eo quodd Ecclesia prohibeat, ne Principes sacerdotiales suos subditos inuitos cōpellant ad matrimonio. ineundū, non sequitur, eos non habere potestatē: sicut ex eo quodd inhibeat, ne iidem impedimenta dirimentia matrimonio statuant, non sequitur eos talē potestatē nō habere; sed tantum sequitur, temporalē ac politicam potestatē Principum subordinari Ecclesiasticæ, in ordine ad finem spiritualem animarū, quale est matrimonio, quod inter Christianos non est purus cōtraetus, sed Sacramētum ex institutione Christi ordinatum ad finem spiritualem. 5. Probat Mēracc. disp. 7. de Matrim. sect. 2. vt possit princeps aut respub. duos absque eorū consensu in matrimonio cōiungere, debet posse illis cōferre ius strictræ iustitiae in corpus alterius ad actum generationis. At nulla Rēpubl. nec Politica, nec Eccles. hāc potestatē habet, aliā fuisse de facto illā aliquando vñsa, propter maxima & ingentia bona, quæ ex huiusmodi coniugiis Rēpubl. prouenire possent. Verūm probandum erat, nullam Rēpubl. potestatē habere conferendi ius iustitiae in corpus alterius ad actum generationis, quod Author non probat, nisi auctoritate negatiā, quod haec nōnulla nulla Respubl. tali potestatē sit vñsa. Quod argu, infirmum est, quia potuit illā non vñti, non quod illam non habeat, sed quod non expedit. Confir. Potest Respubl. conferre ius vni supra libertatem alterius, constitudo vnum seruum, alterum dominum. Cur igitur non poterit ius corporis vniuersi transferre in alterum, & vice versa, ac proinde eos matrimonio copulare?

Ratio igitur sit: Nulla potestas humana est potest, quæ vergat in destructionē boni cōmuni: nam omnis humana potestas est propriæ bonum commune: aut sponte à populo trāstat in Princidem, aut immediatè coliat à Deo: nec potest, ut p̄sumatur transferre potestatē in principem,

*Liberatus
omnibus hac
ratio occurrit.*

quæ ipsorum cōmuni bono aduersetur, nec Deus cā cōcedere, ut huiusmodi potestas esset destructione boni cōmuni: nam plerūq; talia matrimonia inter inuitos & repugnantes facta, futura esset causa adulteriorū, fornicationū, homicidiorū, diuinatorū, aut perpetuorū iugitorum, quæ ex defectu mutui amoris & spontaneæ copulationis perpetuū inter eos vigent: vbi enim non est mutua animorū coniunctio, quæ est effectus coniugalis consensus, pax & cōcordia esse nequit: ergo nulla huiusmodi potestas. Dicas: Principes potestatē habet in aliquibus casib⁹ præcepto suos subditos obligandi ad matrimonio contrahendū: at ex eo eadē data sunt sequi in cōmodo: nā qui præcepto adigitur ad matrimonio. ineundū, non sponte, sed coacte in illud consentit. Nego minor. nā præceptū non imponit, ut inuiti & coacti matrimonio incaet: tale enim præceptū destrueret naturā matrimonij, quod maximē spontaneū ac liberū esse debet: sed ut inducantur ad liberdē & spontaneū matrimonio contrahendū. Vnde magnū est discrimē inter hoc matrimonio & solā Principis voluntate factū: nam hoc fit spontaneo & libero coniugū cōsensus; & præceptū solū est causa extrinseca impulsu sua ad talē cōsensum præstandū, qui dū præstatur, liberē & spontaneū præstatur. Quod autē solā Principis auctoritatē, obstante voluntate contrahentium sit, nequit esse spontaneū & liberū, cum nequeat liberum & spontaneū esse, quod solā extrinseca voluntate alterius sit.

Instabis: Cōditiones impossibiles & turpes appositas matrimonio, habetur pro non adiectis ea. Conditions finalis de condit. ergo Ecclesia habet potestatē voluntate validerū faciendi matrimonio. absq; cōsensu contrahentiū, nā qui cōtrahit sub cōditione impossibili aut turpi, non habet animū adhibēdi cōsensū, nisi cōditione verificetur: Cū ergo nec cōditione impossibilis possit, nec turpis debeat verificari, si nihilominus Ecclesia in favorem matrimonij tales cōditiones vult esse tanquam non adiectas, & ipsū admittit ut validū, sua auctoritate absq; contrahentis cōsensu facit illud validū. Resp. Quād supponuntur do Ecclesia huiusmodi conditions vult ut non adiectas, & matri. admittit ut validū, non supplet adiectas.

consensū, si re ipsā adhibitus non est, sed supponit, tales conditions non fuisse seriō à contrahētibus appositas, sed vel ioco, vel sub modo & patetōrū. Alioqui si certō sciret, eas appositas fuisse animo sub illis contrahendi, nunquam tale matri. admitteret ut validū. Solūm igitur Ecclesia tale matrimonio præsumit ut validū, quia p̄mitat, talē conditionē vel non fuisse seriō apposita, vel per modū paci, quod quāuis seruēti non possit, matrimonio non irritat, ut de cōsensu conditionato constabit. Quoad auctoritatē diuinam controversum est, an validē fieri possit trullo coniugum cōsensu requisito. Negat Sanchez l. 2. de matrim. disp. 26. Pontius l. 2. c. 3. Filluc. tract. 10. de matrim. p. 1. c. 3. n. 68. aliiq; S. Tho. discipuli, teste Petro Ledesma apud Sánchez, qui etiam citat Suppl. Gabr. in 4. dist. 27. q. 1. a. 1. & Adrianū, qui solū loquuntur de contractu, non de mutuo vinculo ex contractu resultante. Probant 1. matrimonio est vinculum mutui amoris: implicat autē vinculum mutui amoris fieri sine cōsensu amantiū, cum nil tam repugnet

Confirm.

repugnat amori, quam fieri ex extrinsecâ causâ. Confir. matrim. non est sola corporum, sed etiam animorum coniunctio, quæ sine proprio consensu fieri nequit. 2. Sicut vorum solemne est traditio ad statum religiosum, ita matrim. ad statum coniugalem: sed nequit illud esse absque vocationis consensu; ergo neque hoc. 3. Mutua animorum copulatio non tantum efficienter, sed etiam formaliter pender à propria voluntate contrahentium, non secus ac visio à potentia visiva, & coniunctio affectiva amantis & amati à mutua voluntate amantium. 4. Nequit Deus ponere in subiecto relationem absque fundamento; nequit enim ponere paternitatem absque actu generativo: sed matrim. est mutua relatio inter coniuges, fondata in eorum reciproco consensu: ergo nequit sine mutuo eorum consensu ponи. 5. Nullum ius potest alicui acquiri, licet possit auferri, ipso invito: implicat. n. vt aliquid incipiat esse meum sine meo consensu: ergo nequit Deus mutuum ius in corpora transferre ad actum generationis, inuitis coniugibus. 6. Esto possit aliquid inuito acquiri, adhuc repugnat, Deum absque coniugum consensu, eos in matrim. copulare: tum quia nequit mutuum ius iis nescientibus in corpora tradere: nam hoc ipso quod scirent mutuam corporum traditionem sibi factam, illa accedit. Major prob. vt possit absque peccato unus coniux ad alterum accedere, debet tanquam ad suum accedere: ergo ut tales sint à Deo licite copulati, debent ipsi scire factam sibi esse à Deo mutuam corporum traditione. Minor ostend. nequit esse, aut intelligi traditio absq; acceptatione: ergo hoc ipso quod fit traditio unius in alterum, acceptatur. Tum quia esto traditio flat nolentibus reluctantibusq; coniugibus, adhuc talis voluntas reluctans non opponitur traditioni, sed usui duntaxat matrimonij; cuius signum est, quia si voluntarie coirent, non accederent ad alienum: ergo supponerentur consensum habuisse in traditionem sibi factam, esto non supponerentur concessum habuisse in matrimonij usum.

16.

Sent. affirm. in 4. dist. 27. q. 1. a. 2. concl. i. quam, vt ipse ait, in dubiu reuocare non licet: *Henr. li. 11. de matri. c. i. n. 3. Valen. to. 4. disp. 7. q. 3. de matri. punt. 1. Tanner. 10. 4. disp. 8. de matrim. qu. 3. dub. 7. Coninck. disp. 24. dnb. 5. Hurtad. disp. 3. de matrim. diffic. 6. Mæraci. tract. de matri. disp. 7. sect. 1. Palac. in 4. dist. 27. disp. 1. fol. 563. qui tamen immetit negat, tale vinculum à solo Deo factū non fore eiusdem rationis cum eo, quod proprio coniugū consensu fit. Alij legi possunt apud *Sanchez*. A fortiori hæc sent. sequitur ex opinione eorum, qui docent, primos homines fuisse à Deo copulatos, ipsorum consensu minimè requisito: quod probabile putat *Palud.* in 4. dist. 26. qu. 1. a. 2. Cuius oppositū *suprà* docui probabilius, eo quod licet hoc non repugnet, naturalius tamen est, vt tale vinculum fiat mutuo coniugū consensu. Fundam. vt *Concil. Florent.* definit, hoc vinculum coniugale efficienter totum pender à mutuo consensu coniugum: At Deus se solo supplere potest cuiuscumque efficiētis causæ vicem: ergo. Verum hæc ratio, nisi amplius explicetur, multas instantias paritur: nā & actus honestus est causa meriti, & actus generationis relationis paternitatis in generante, & filiationis in genito, & quævis potentia vitalis principiū sui actus, & demū omnis causa sue actionis effecti-*

uā: Cūm tamen nequeat Deus aut meritū absque proprio consensu merentis, aut relationē paternitatis in generante, & filiationis in genito sine proprio actu generativo: aut iuxta probabilem sent. actum vitalē absque proprio influxu principij vitalis, aut actionē vllā causæ 2. sine proprio cōcursu ipsius supplere, ergo ex solā ratione cause efficiētis colligi non potest, hoc vinculum posse à solo Deo fieri, cūm multi sint effectus creati, qui non nisi à suis propriis causis effici queāt: tale dicent Aduerfarij esse vinculum cōiugale, quod vt formam extrinsecam includit liberum coniugum consensum, à quo ita efficitur, vt tamen ipsum essentialiter trivoluerit, nō minus quām meritum liberum consensum merentis; actus vitalis principium vitæ, & quævis actio suam causam, à quā efficienter promovat. Aliā igitur ratione,

Prob. matrimonium in facto esse nō est aliud, quām perpetuum vinculum, quo coniuges obligantur ad mutua obsequia sibi præstanta, tum praebanda. ad prolem procreandam & educandam, tum ad domesticam familiam regendam, & gubernandam. At potest Deus vt supremus Dominus hoc minor pro-

12.

mutuum perpetuumque vinculum inter virum pos. & fœminam, absque eorum consensu ponere: Igitur potest Deus matrem & fœminam, absque eorum consensu solus in matrimonium copulare. Major prob. omni alio re, aut ratione præciso, in hac solā mutuā obligatione, cum reciprocō iure talia obsequia à se inuicem exigen- di, & reddendi, integra essentia matrimonij saluatur: Confir. Vinculum coniugale non includit formaliter vitalitatem, cūm non consistat in actu physico, sed morali, reliquo ex præcedente consensu vitali: neque libertatem, quia semel possum non amplius subiacer potestati coniugum, vt dissoluatur: nec coniunctionem animorum, alioqui non saluaretur in diuortio, in quo etiam cum dissensione animorum perseuerat versus matrim. nec dicit essentialem respectum ad mutuum coniugum consensum, vt ad propriam causam affidentem, sicut quævis actio ad suam propriam causam: tum quia hoc coniugale vin- culum non consistit in actione physica, sed in morali effectu ex physicā actione resultante, quem extrinsecè tantum continet; tum quia alioqui corrupto mutuo consensu coniugum, corrum- peretur coniugale vinculum, sicut corrupta cau- sā, corruptitur eius actio, cūm nequeat conser- uari actualis dependentia actionis à causā sine causā, cuius est actualis dependentia. Minor prob. Quotiescumque effectus non includit ali- quid, quod essentialem respectum dicit ad suam propriam causam, potest à Deo suppleri: at vin- culum coniugale, nihil includit, quod essentia- lem respectum dicit ad mutuum coniugum con- sensum: ergo. Maior patet: quia quando nihil est in effectu, quod propriam causam poscat, non est, ut à Deo, omnium causarum 2. perfec- tionis eminenter præhabente, fieri non possit. Ut enim coniugale vinculum inter matrem & fœ- minam resulteret, nil aliud requiritur, quām vt utique coniux ius habeat in corpus alterius in ordine ad actu generationis, ex quo mutua oritur obligatio ad debita obsequia sibi præstan- da. At potest Deus mari & fœminas conferre mutuum ius in corpus alterius ad actu genera- tionis; cūm non minus Deus, quām ipsi contra- hentes, sit perfectus Dominus eorum corpo- rum: ergo.

19.
Prob.

An au-

17. Potissimum fundam. av- thorum est. insufficiens. Infantia duplex.

*Mater diffi-
culas.* An autem possit, etiam inuitos reluctantesque in matrim. copulare? Affirmans pars probabilior

nam 1. sic inuiti copulati nequeunt alii nubere, neque sine adulterio ab alio cognosci, vel cogitoscere. 2. vt duo sint legitimo matrim. copulati, nil prioris sent. aliud requiritur, quam uterque habeat suum corpus alteri in ordine ad actum generationis; obligatum; & uterque legitimus ius utendi corpore alterius ad eundem generationis finem. At qui potest Deus etiam ab inuito ius sui corporis in alterum transferre, vti potest ab homine libero ad hunc inuito & reluctante ius libertatis in alterum transferre. Præterea potest ius conferre legitimè utendi corpore alterius, ipso etiam nolente & reluctante; nam etiā ad usum talis dominij requiratur proprius utentis consensus, cum nequeat tali dominiū auctu exerceri absq; ipsius utentis consensu, atramē ad ipsum dominium & ius utendi non requiritur, sed sufficit suprema potestas, cōferens illi legitimā facultatem tali iure viēdi, esto nolit eo actu vti: sicut potest cōferre potētiam ad operandum, esto ea nolit creatura vti: idque ex supremo dominio Dei in creaturam, & ex perfectā sub-

*Pater etiam
a posse.* ordinazione creaturæ ad Deū. Nam facta huicmodi corporum translatione, si postea coniuges vel cognatur inuiti, vel ipsi sponte tāquam ad non suam putatiū accedentes coirent, adulterium re ipsā non committerent, nisi tantūm putatiū.

*21.
Coroll. à
fortiori.* Infertur, posse Deum non solum nolentes & inuitos, sed etiam inscios legitimè in matrim. copulare: cū magis matrimonio repugnet positiva voluntas nolendi, quām negativa. Vnde Deus in his posteris ipsorum omnium voluntates in Adamum transtulit. Est tamen necessaria notitia collati juris in corpus alterius, ad uitandam fornicationem, non re ipsā, sed ex conscientia errore.

Dics. Dices. Nequit subiectum acquirere physicum dominium albedinis, si illam à volente producere respuat: ergo nec voluntas morale dominium corporis alterius, si illud à volente conferre renuat. Neg. conseq. nam physicum dominium in formam non acquirit subiectum, nisi per physicā unionem cum forma: ergo hoc ipso quod nō habet physicam unionem cum formā, nō haber physicum dominium in illam. At morale dominium non solum acquiritur auctu propriæ, sed etiā superioris voluntatis, cui essentialiter subordinatur.

*22.
Instans:
supra facta
soluum.* Ad instantias meritum includit rationem libertati respectu eius, cuius est meritum; nemo enim meretur per liberam actionem alterius: nam licet possimus aliquid consequi per modum doni ex meritis & libertate alterius, vti multa dona supernaturalia consequimur ex meritis Christi: per modum tamen præmij, nil nisi propriā nostrā actione liberā consequi possumus, cū præmium essentialē ordinē dicat ad actum proprium liberū. Paternitas immediatè fundatur in ipsa actione generativā gignentis, sicut filiatio in generatione passivā geniti: impossibile autem est, ponit relationem, non positā proximā ratione fundāti: Vinculum autem coniugale non fundatur immediatè in mutuo consensu coniugum, sed in mutuo iure & debito, quod uterque coniux habet in alterum in ordine ad actum generationis: quod mutuum ius & debitum ab alio, quām à coniugum consensu causari potest. De actu autem vitali, & actione respectu suæ causæ, est peculiari ratio, propter essentiale dependentiam, quam tam actus vitalis, quām quævis actio dicit ad suum principium, quæ non est in vinculo con-

iugalī, quod nec vitale, nec para auctio physica est.

Ad 1. arg. oppositæ, cum suā confit. patet, matrim in facto esse non includere essentialiter mutuum animorum coniunctionem, cū illud per posse seueret in iis, qui diuortio disiuncti sunt. Ad 2. estō Ad 1. votum nequeat esse absque videntis consensu, potest tamen esse absque videntis consensu obligatio, quæ ex voto consequitur. Esto igitur nequeat esse mutuus consensus, absque proprio cōjugum actu, potest tamen esse mutuum ius & obligatio, quæ ex mutuo coniugum consensu consequitur, absque eorum actu. Tertium falso supponit, matrimonium in facto esse essentialiter consistere in mutuā animorum coniunctione. Ad 4. constat. Ad 5. neg. antec. ciuique Ad 4. prob. constant 1. ex l. 32. ff. de acquir. rer. domino. Etiam in iustis, inquit, nobis, per seruos nobros acquiritur dominium. 2. Cū Deus plenam habeat potestatem in nostras voluntates, poterit nobis conferre ius in aliquod, absque nostro consensu: quā iuris collatione facta, nemo potest absque iniustitiā tale ius à nobis tollere.

Ad 6. neg. antec. cum suā prob. vt autem pos. Ad 6. sint tales coniuges absque peccato coniugale debitum sibi mutuū reddere, scire debent, se legitimè à Deo copulatos. Cæterū falso est, hoc ipso, quo quis scit sibi traditionem fieri, illam necessariò acceptare: cū non eo ipso, quod alter rem mihi offert, & acceptandam tradit, eam necessariò accepto. Nisi fortè erationem arguens sumat, prout non solum includit oblationem ex parte Dei, sed etiam acceptationem ex partæ creaturæ: quod ad propositam diffic. non facit, in qua tantūm querimus, an Deus possit ius conferre, etiam non acceptante, sed respiciente creaturā. Igitur in eo cœtu sola voluntas diuina ius transferret in alterum, ipso etiam non acceptante.

In vlt. prob. videtur arguens sui scopi oblitus: suscepere enim probandum, non posse Deum se solo duos in coniuges copulare, eo quod non possit ius vnius in alterum, eo inuito, transferre: & tamen hic contendit, non posse eum, in quem inuitum & reluctantem ius transferrur, habere voluntatem oppositam traditioni seu iuri, quod in ipsum transferret, sed tantum vnius: igitur contra scopum à se intentum probat posse à solo Deo ius coniugij in duos etiam reluctantantes transferri: nam licet hi habeant voluntatem contrariam vnius iuri, quod in se ipsis transferret, haud tamen habent, aut habere possunt contrariam iuri, quod non in vnu, sed in potestate utendi consistit; adeoque possunt hoc ius etiam inuiti & reluctantantes à Deo habere, quod ab initio expresse negauerat.

SECTIO III.

*An ad validitatem matrimonij sufficiat
consensus filius?*

*R*atio dubit. in reliquis contractibus fictus consensus sufficit, vt docent *Vasquez* disp. 6. de matrim. cap. 3. *Pontius* lib. 2. de matrim. cap. 4. & alij Recent. quia qui feriū verba comprehendit, tenetur illa vera facere, et, iam si animum non habuerit ad id se obligandi: tum ne graviter laceratur humanus cōiunctus; cū

Non latus.

25.
Dolotum
sent.

enim nequeant homines internum animū introspicere, rueret cum graui detimento publici bo*ni* humanus coniunctus, si posset quis à promissione seriis verbis factā, & ab alio acceptatā, celiire. Tum quia per se indecorum est, & contra ius naturæ promissionem, seriis verbis à se factam, & ab alio acceptatam, non seruare, esto promissor animum habuerit illam non seruandi: non secus ac indecorum est, & contra ius naturæ, non seruare in externa epuriatione conuenientiam cum mente, in qua virtus veritatis de præsenti consistit, etiam si expressam voluntatem enuntians haberit, ita verba enuntiare, ut ad veritatē dicendam se non obligaret. Tum quia vero simile non est, hunc internum consensum, qui homini notus esse non potest, ad valorem humani contractus requiri, vel ipso iure naturæ, vel à iure gentiū, vel à iure ciuilis, quorum auctoritate humani contractus inducti sunt; sed solum externa verba, quibus prudenter colligi possit interior pacientiū consensus, siue ille re ipsa sit, siue nō: cùm hic modus magis ad publicā Reip. gubernationem conducatur.

Verū constans sent. est, ad matrī, validè contrahendum fidū cōsensum non sufficere, etiam si seria verba ex parte promittentis interuenient, sed requiri verū. Constat ex cap. tua, de sponsal., vbi interrogatus Pontifex, an ex solis verbis matrimonii contrahatur. Responder: *Quod matrimonium in veritate contrahitur per legitimū viri & mulieris consensum, sed necessaria sunt, inquit, quantum ad Ecclesiam verba, consensum exprimentia de præsenti.* Et cap. Tua, cod. sis. idem requisitus, an matrī, contraxerit, qui, ut mulieri carnaliter commisceretur, fidē promisit, se illam in uxorem ducatur, Respondebat negatiū; eo quod in tali cōjugio nec substantia coniugalis cōtractus, nec forma contrahendi coniugium valeat inneniri: quoniam ex altera parte defuit omnino consensus, sine quo catena nequeunt fidus perficere coniugale. Cui concors est Nicolaus Papa 27.q.2. Can. Sufficiat secundum leges solum eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur: qui consensus si nuptiis solum fortem defuerit, catena omnia, etiam cum ipso coiu celebrata frustrantur.

26.
An fidus
consensus
cum verbis
seriis ad cō-
tractum
sufficiat?

Efficacem rationem agre assignat, qui docent, in reliquis contractibus sufficere solum consensum, modò seria verba ex parte fidē contrahentis interueniant: cùm vix possint sufficiens discrimen inter hunc & reliquos contractus afferre. Nam quod dicunt, matrimonium esse contractum animalium coniunctionum, proinde uaturā suā postulare verū ac spontaneum utriusque coniugis consensum; verū unius saliter non est, ut cùm quis vel præcepto superioris coactus in uxorem dicit, cum quā maximam habet antipathiam; vel ut à iusta morte se liberet, meterrici se matrimonio copulat. Inter quas verū legitimū intercedit connubium: suppono. n. ex utraque parte verū esse consensum, cùm tamen nulla sit inter eos animalium coniunctionis, sed pura corporum ad actum generationis traditio. Confir. si quis solum consentiat in sui corporis traditionem, & alterius sibi factam translationem in ordine ad actum generationis, cum expressa voluntate non consentiendi in mutuam animalium coniunctionem, quod fieri non repugnat; talis verū contrahet matrimonium. ergo eo calu posset ficto consensu validum contrahere matrimonium. Nam catenus hoc per aduers. ficto consensu contrahi non potest, quatenus essentialiter includit consensum in mutuam animalium coniunctionem: ergo si hic à vero ma-

trim separari potest, poterit sine tali consensu cōtrahi matr. Quod autem hic verū cōtrahet matr. prob. nam factā mutuā corporum traditione & acceptatione in ordine ad actum generationis, in neutrius potestate foret, alij nubere, sed uterque maneret vi mutuā corporū traditionis perpetuā astrictus ad coniungale vinculum seruandum.

Efficax ratio desumenda est ex natura contra-

ctū. Ut sic, qui, ut contrahentem obliget, essentia- 27.
liter postulat verū contrahentis consensum, ut sent. ratiō
cōmuniter D.D. Scotus in 4. dist. 30. q. 1. b. ad istam: Efficax.
tertia conditio generalis omni contractui est, quia si
unus contrahit animo simplici, & alter dolo se utens
signis, contractus sine animo contrahendi non est con-
tractus, quia deficit ibi principalis causa, scilicet actus
mutuā voluntatis, sine quo causa minūs principalis,
scilicet signū exterius non sufficit. Duran. dist. 27. q. 1.
n. 5. Synt. v. Pactum q. 4. afferunt, hanc esse Theo-
logorum doctrinam. Ioan. Medina C. de restit. q.
23. 5. Hū non obstan. Navar. §. in sum. c. 18. num.
6. Molim. tom. de iust. disp. 352. Ego probabilius,
Henrig. lib. II. de materi. cap. 13. n. 2. Suarez lib. I. de
voto cap. 3. n. 13. Lessius de iustitia lib. 2. cap. 18. dub.
8. fine; Sanchez lib. I. de matrim. disp. 9. n. 5. Rebello. de
obligat. iusticie p. 3. qu. 6. secti 1. nu. 3. VVading. de
contract. disp. 1. dub. 4. g. 2. Quæ pars in utroque Ex utroque
iure lanicur. in ciuili, in quo docetur, quamdiu iure.
animus in nobis non fuerit rem deserēdi, vel in
alium transferendi, illum in nostra manere pot-
estate, ut l. Possideri g. Quod si seruus, ff. de acquir.
vel amitt. possēt. constat, inquit, possidere nos, donec
nostrā voluntate discesserimus. & lex obligationum
ff. de actio. & obligat. substantiam obligationis po-
nit in animo se obligandi. In iure canonico Can.
humana aures 22. quæst. 5. non debet, inquit, aliquis
verba considerare, sed voluntatem & intentionem;
quia non debet intentione verbis seruire, sed verba in-
tentioni.

Deducitur 2. hæc sent. ex trito Theol. axiōmate, 28.
humanos contractus non operari ultra intentio- Commune
nem operantis, nec exceedere limites agentium. axiōma.
Quis autem non videt, exceedere limites & inten-
tionem agentis, si contractus, quo quis expre-
sè noluit se obligare, verū ac legitimū do-
minium transferat in eum, in quem nullum ani-
mum habuit suæ rei dominium transferendi?

Prob. 3. ex ipsa definitione contractus, quæ Prob. 3.
ex Vlpiano l. 1. ff. de pa. Est duorum aut plurimum in
idem placitum consensus. Vbi autem deficit ex
parte unius contrahentis consensus, non est
duorum aut plurimum in idem placitum consen-
sus: igitur deficit naturā contractus, qui ex
utriusque contrahentis consensu, ut ex intrin-
seca forma, constituerit.

Prob. 4. magis explicando naturam contra-
ctus. Est enim priuata lex, per quam contrahen- 29.
tes sibi obligationem imponunt ad aliquid præ-
standum: repugnat autem, ut quis se obliget
absque proprio suo consensu. Cūm enim hæc
obligatio formaliter oriri debeat ex ipso con-
tractu, & contractus formaliter obliget vi con-
sensus contrahentis, repugnat, contrahentem
obligati vi contractus, cui deficit contrahen-
tis consensus: non secus ac repugnat, oriri obli-
gationem ex lege, per quam legislator voluntatem
non habuit subditos obligandi. Nam ita se habet
in contractu priuata voluntas contrahentis ad se
ipsum obligandum, sicut in lege voluntas legisla- Consensus
toris ad subditos obligados: ergo sicut sine volū- est anima
tate legislatoris lex quantumvis promulgata re contrahens,
ipsa non obligat, ita nec contractus sine voluntate
contra-

Confr.

Disp. IV. De consensu ad matrimonium requisito. Sectio III.

contrahentis, quibuscumque verbis expressus, eò quod desit principalis vis obligandi, quæ non ab externis verbis, sed ab interno consensu, ut citata iura testantur, desumitur: est enim consensus in contractu, sicut anima in corpore, ut *Baldus* dixit.

^{30.}
Notandum
diligenter.

Nota, præsentem controu. tantum esse, an qui ficit contraxit animo se non obligandi, teneatur ad præstandum, quod promisit, vi ficti consensus præcisè, esto nullus alias accedit titulus, aut legis & præcepti superioris, aut damni in altero contrahente subsecuti, vel publici scandali, aut cuiuscumque alterius tituli contrahentem obligatis vel ad ponendum verum consensum, vel ad illatū datum resarcendum; ut contingere, si quis ut copiam virginis haberet, ficit illi promittere, se illam in coniugem ducaturum. Talis enim ex iustitia teneretur verum consensum adhibere, ut illum validè posset in matri.ducere: quādiu autē verum consensum non adhibet, vi solius contractus externis duntaxat verbis explicati, non tenetur defloratam virginem in uxorem ducere, cùm talis contractus non sit sufficiens ad matrimonij valorem: vnde sic cum aliâ contraheret, validè cōtraheret. Eodem modo qui ficit rem suam alteri vendit, ex iustitia tenetur adhibere verum consensum, ut legitimus sit ex utraque parte contraetus: quādiu autē verum consensum non adhibet, non tenetur qui solius ficti contractus rem emptori tradere: quin etiam si eam emptori tradiderit, si postea occulte surripiat, & alteri cum verro consensu vendat, tenet posterior contractus; quia vi prioris non fuit, defecit veri consensus, rei dominium in priorem emptorem translatum.

^{31.}
Coroll. I.

Inferunt 1. non teneri ex iustitia, qui ficit promissum alteri centum, animo ad ea soluenda se non obligandi, etiamsi promissarius ea acceptauerit, quia ex tali contractu nulla est orta in promittere obligatio: teneri tamen ad quantum, si quo. ex acceptata promissione promissarius passus est; quia promissor fuit iniusta causa damnipromissario secuti: 2. non modò non teneri ad votum soluendum, qui ficit Deo promisit, sed etiam qui promisit expresso animo se non obligadi ad ea, quæ promisit: ita *Bona*. in 4. dist. 3. 8. a. 1. q. 1. *Richa*. a. 3. q. 2. ad 2. *Sylu*. V. *Iurament*. 4. 7. 7. v. metus q. 8. & V. *Patrum* q. 4. *Nauar*. in sum. ca. 12. n. 17. *Suarez* & *Sanchez* cit. contra *Caiet*. 2. 2. 9. 88. a. 1. 6. *Scito* 2. & q. 89. a. 7. fine, *Sotum lib*. 7. de iustitia q. 1. a. 2. multò post med. affirmantes, videntur teneri ad votum setuandum, etiamsi expresso animo se non obligandi promiserit. Ratio primi: qui ficit promittit, non promittit: ergo ad nihil tenetur, cùm nullum ponat actum, quo se obliget. Vnde non magis est hic obligatus, quām qui nihil promisit, cùm non plus obligatorium ponat ille, quām hic. Ratio secundi. Expressa voluntas se non obligandi destruit voluntatem promittere; ergo ad nihil tenetur, qui sic promittit: quia quando prior voluntas efficaciter tollitur a posteriore voluntate, nō manet amplius obligativa; sublatā enim voluntate, cùm eā simul tollitur vis obligativa, cùm repugnet, manere vim obligandi, sublatā voluntate, in quā vis obligadi fundatur. Antec. Prob. Promissio intrinsecè includit ex parte promitteris obligationem, per hanc enim discriminatur à simplici professo: ergo voluntas se non obligandi opponitur voluntati promittendi; ac proinde destruit illam; cùm impossibile sit, has duas voluntates manere simili, velle scilicet se obligare, & non velle se obligare. Vnde posterior voluntas, si sit ab-

Secundum.

^{32.}
Qui ficit
promissum
à Deo,
non tenetur
voto.

Nec qui
promittit,
animo non
obligandi.

Tom. IX. De Matrimonio.

soluta & efficax, tollit necessariò priorem; cùm prior in conseruari pendeat à posteriori, quæ pro suā libertate semper tollere potest priorem. Dixi, si sit *absoluta* & *efficax*: quia si sit conditionata vel inefficax, stare potest cum priore: vt si quis *absolutè* & *efficaciter* promittit, & solā nolletate at inefficaci voluntate noller ad id, quod *absolutè* promittit, manere obligatus. In quo casu manet prior voluntas efficax promittendi, & consequenter obligatio in ea inclusa, quæ per inefficacem voluntatem nolendis se obligare non tollitur.

Confir. Qui promittit animo se non obligandi, vel ignorat, promissionem includere obligacionem, putat stare posse absque eā & tunc non potest obligatio esse voluntaria, quia nihil voluntum, quin præcognitum. Si autem voluntaria nō est, obligare non potest, cùm omnis obligatio rei promissa pendeat ex voluntate promittentis. Vel non ignorat: & tunc efficaciter nolendo obligacionem in promissione essentialiter inclusam, efficaciter etiam non vult promissionem: nam licet priore voluntate velit obligacionem in promissione ut in causa inclusam, per posteriorē tamē voluntatem non vult illam formaliter & in se: quā sublatā tollitur consequenter promissio, quæ sine obligatione stare non potest. Hæc confirmantur à *Gregorio ix*: cap. final. de condit. qui definit, conditionem appositam contractui matrimonii, si sit contra ipsius substantiam, carere effeta.

Nota hæc intelligenda, quādo hæc duas voluntates sunt simul. Nam quando voluntas videnti præcessit, etiam si postea voti paretens priorem voluntatem reuocet, non tollitur obligatio, vi prioris voluntatis contracta ad votum soluendum: cùm non sit amplius in voluntate potestate ad votum semel rite emissum non obligari: sicut nec in promittentis potestate est, ad rem rite semel promissam & acceptatā non obligari. Quid si videntur sit dubius, an promiserit animo se obligandi? Resp. cum *Sylvestro primo loc. cit.* in eo casu videntur non teneri, tum quia in dubio potior est conditio libertatem possidentis: tum quia ut docet *regula xi. i. uris in 6. In obscuris fauendum est reo*: qui autem videntur, reus est voti.

Obiectus. Potest quis validè velle sacramentum, Dicet: illudque validè suscipere, etiam si nolit eius effectum: ut si quis velit baptismum, Confirmationem, Ordinem, ponatque omnia ad hæc sacram. requisita; nolit tamen gratiam, quæ est eorum effectus, validè hæc sacram. suscipit: igitur validè potest quis velle promissionem, esto nolit ipius effectum, qui est obligatio: ac proinde esto non habeat voluntatem se obligandi, adhuc validam habebit voluntatem promittendi, adeoquè tenebitur ad promissum seruandum: quia cùm promissio sit causa obligationis, antecedenter, atque adeo independenter à suo effectu promittetur obligat: sicut qui vult ignem, esto nolit eius calefactionem: ut effectum, necessarium tamen vult illam in ipso igne tanquam in causa, in qua necessariò includitur. Resp. effectus alter est *separabilis* à causa, ut gracia à sacramentis, quæ *Duplices effectus separabilis, inseparabilis, in causa*, integrè & validè conferri possunt: absque gratiam, defectu dispositionis subiecti: alter inseparabilis, vel essentialiter, ut obligatio à promissione, reatus pœna à culpa, laudabilitas ab hypere honesto: vel inseparabilis naturaliter, ut calcificatio ab igne. Quando effectus separabilis

à causâ, possum habere absolutâ & efficacem voluntatem volendi causam. & simul efficacem & absolutâ voluntatē nolendi effectū, quia hæ duæ voluntates non sese mutuò deltruunt, cùm unaquæque habeat suum obiectum, quod haberet & seruari potest independenter ab obiecto alterius. Quando effectus inseparabilis est à causa, vel essentialiter, vel naturaliter independenter à mea voluntate, impossibile est, ut absolute & efficaciter velim causam, & simul efficaciter & absolute nolim effectum: quia tunc vellem duo contradictionis simul: vellet effectum essentialiter, aut naturaliter inclusum in causa, & simul negationē effectus à causa inseparabilem. Vnde hoc ipso, quod per posteriorem voluntatem nolo absolute & efficaciter effectum, nolo consequenter causam, à quâ inseparabilis est talis effectus: & quia semper posterior voluntas efficax, tollit priorem de eodem obiecto, qui efficaciter non vult effectum inseparabilem à causa, cōsequenter reuocat priorem voluntatem, quæ efficaciter volebat causam, includentem necessariò effectum. Implicat igitur ut quis velit obligationem in promissione includam, si efficaciter non vult obligationem: nam hoc ipso posterior voluntas tollit promissionem, eamque fictam & frustaneam reddit.

Ad fundam. oppositæ, neg. antec. Ad 1. prob. Concedo, qui verba serio protulit, teneri ad ea verificanda, non virtute iustitiae, de quâ tantum est quæstio; sed veracitatis, quâ tenetur conuentiam verborum cum mente seruare: & per hoc saluatur humanus conuidus. Ad 2. concedo, per se indecorum esse, & contra ius naturæ, seriis verbis fictè contrahere: negoti tamen, hinc sequi, vitalis contractus contrahentem ex iustitia teneri ad soluendum quod fictè promisit, nisi ratione damni subsecuti. Sicut per se indecorum est, & contra ius naturæ, matrimonium fictè cōtrahere: haud tamen inde sequitur vitalis contractus contrahentem ex iustitia teneri alterum cōtrahentem in coniugem accipere. Nam licet qui matrim. contrahit, ex suppositione quod contrahit, ex iustitia tenetur verū cōsensum adhibere, & quādiu cum aliâ validè non contrahit, ex iustitia tenetur, fictum consensum in verum mutare, ut seq. scilicet manente tamen ficto consensu, nunquam vitalis consensus tenebitur alteram in coniugem accipere: quia fictus consensus, cùm non sit idoneus & efficax ad transferendum dominium, nullam ex se obligationem inducit, esto aliquid illam inducere possit, vel ex damno, quod infert parti; vel ex iudicis sententiâ; vel ex ipso rationis dictamine; quæ dicit, in contractibus seruandam esse æqualitatem. Quod igitur contendō, est, vi ficti consensus, contrahentem ex iustitia non teneri ad promissum seruandum, cùm vitalis consensus nullum sit translatum ius in alium. Vnde vtro concedo, ex natura ipsa rei, & non ex nostra voluntate, turpe & indecorum esse, fictum contractum seriis verbis inire, illumque non seruare: ad id tamen nos ex iustitia non teneri, sed alio titulo suprà explicato. Cùm enim obligatio iustitiae in contractu oriatur ex nostra voluntate, nisi præcedit voluntas se ipsam obligandi, non poterit quis sine tali voluntate alteri ex iustitia obligari.

Ad 3. concedendum est, tam ius ciuile, quæ naturale fictè contrahentes obligare ad standum promissis; & quidem ius ciuile titulo iustitiae operato, non ex ficto consensu, sed lege ad id ob publicum bonum factorem obligante; ius vero

naturale ex honestate & conformitate ad rem rationem, quæ dicit etiam contractum ficto consensu initum seruandum esse.

SECTIO IV.

*An qui fictè contraxit, teneatur
verè contrahere, ē quo iure?*

Q Væstio nō intelligitur de obligatione dñi, quod ex ficto cōsensu deceptus passus est: hoc enim extra controv. est, ex iustitia à deceptore resarcendum; sed de obligatione ex ipsa natura contractus consurgente, etiam nullo secuto danno, præter solam deceptionem.

Prima sent. neg. Sanchez lib. II. de matr. dis. II. Hurt. disp. 3. de matr. diffic. 9. fine. & Mar. Ledes. apud San- 1. Sent. neg. chez, quæ & Victoria apud eund. probabilitē censer. prob. I. Probant I. ut docent Soto lib. 7. de iustitia q. I. a. 2. §. At vero, Henrig. lib. II. de matrim. cap. II. n. 3. &c. qui fictè profensus est, non tenetur, secluso (candalp), verè profiteri: ergo nec qui fictè matrim. contraxit, cùm in vtroque contractu sic ficta eruditio sit, illic monasterio, hic vxori facta.

2. Vbi nulla est iniuria, nulla est obligatio: at in contractu fictè celebrato nulla est iniuria, neque ex parte fictè contrahentis, ut per sé patet; neque ex parte decepti. cùm hic ex vi ficti contractus deobligatus maneat non minus quam alter.

Secunda sententia affirmat cōmunior; ita Scđ. 41. tuis in 4. disf. 30. quæst. I. §. ad istam, versu, sed cum hoc; Adriani apud Sanchez, Dominicus So- 2. Sent. affir. sequenda: rus in 4. disf. 27. quæst. I. art. 3. §. alia præcipua, Petrus Soto lett. 3. de matrim. 9. primum agitur, quam indubiam appellat, Nauarritu in sum. cap. 17. num. 134. fine, quam ait esse communem de omni contractu, & c. 12. num. 76. Hen- riquez lib. II. de matrim. cap. II. num. 3. Pontius lib. 2. de matrim. cap. 5. qui oppositam sentent. censet omni probabilitate carere, securus in hâc censura Pet. Ledes. qui eam improbabilem vocat. Sed quidquid sit de censurâ, nam saltē propter extrinsecam autoritatem non videatur ut improbabilis damnanda: certè hæc posterior sententia vii communior est, ita probabi- Potissimum lior. Fundam. desumitur ex natura contractus, fundam. præsertim onerosi, quod æqualitatem postulat ex virâque parte contrahentium. Qui enim contrahit, hoc ipso vi contractus obligat se ad seruandas leges & conditiones, quas contractus ipse celebrandus exigit: sicut qui opus, vel negotium aliquod agendum suscipit, hoc ipso ex natura operis vel negotij, quod agendum suscipit, tenetur illud peragere iuxta leges & conditiones, quas negotium ipsum suâ naturâ postulat. Leg. Lebini lib. 2. cap. 17. dubio 5. n. 31. fine.

Confirm. primò. In omni contractu oneroso intrinsecè includitur quedam naturalis obligatio ad non decipiendum alterum contrahentem, fundata in illo; Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Vnde ea ipsa deceptio, etiam nullo alio damno parti secuto, est quedam iniuria resarcienda per verum consensum: nam sicut pars decepta lreditur ficto consensu alterius partis contrahentis; ita iure postulat, ut sibi satisfiat, ficto consensu in verum mutato.

2. Pars

37.
Veracitatis
virtus obli-
gans, ut inspi-
tare.

Ad 2.

38.
Fictus con-
sensus non
inducit obli-
gationem nisi
ex damno
&c.

39.
Ad 3.

Confr. I.
Universali-
sum prin-
cipium.

Confr. 2.

2. Pars decepta habet ius petendi, sibi verum cōsensum p̄stari à fīcto deceptorē: hic habet debitum illū p̄stanti. Nam omni iuri respondet aliquod debitum: ergo si in deceptorē est ius petendi verum cōsensum, in deceptorē erit debitum illum p̄stanti. Antec. probat. iustē potest deceptorē talem cōsensum coram iudice petere. ergo deceptorē tenetur etiam ante iudicis sententiam illum p̄stante: cūm talis cōsensus exhibitiō non fundetur in p̄enā, quæ ante iudicis sent. non obligat, sed in naturā contractus, quæ etiam ante vllam iudicis sent. deceptorē astringit.

2. Fundam. dicitur ex natura contractus matrim. qui per se & inseparabiliter afferit irreparabile dānum, & grauem iniuriam coniugi deceptorē, quod sic ostendo. Matrimonium publicē & in facie Ecclesiz celebratum, vti celebrari debet, p̄sumitur ab Ecclesiā legitimē ac validē contractum, contra quod nulla admittitur, eriam cum iuramento coniugis confessio: nullā autem admissā de inualiditate talis matrimonij ab Ecclesiā coniugis confessione, nullā alia viā poterit dānum & iniuria coniugis deceptorē relasciri, nisi deceptorē consensu fīcto in verum mutato, illā in suam accipiat. Ergo ex intrinseca natura contractus matrim. tenetur deceptorē fīctum cōsensum in verum mutare. Maior est certa in iure *Canō*. & prob. cūm tota probatio inualiditatis huius matrim. pendeat ex priuato testimonio vnius fīcte contrahentis, non tenetur, nec debet Ecclesia illi fidem p̄stante: tum ne ansam p̄beat plurima matrim. validē contracta dissoluendi, si facilis esset huiusmodi priuatis probationibus admittēdis: tum quia quā facilitate deceptorē mentitus est in ipso contractu celebrando, eādem & faciliū condensus erit mentiri in ipso dissoluendo. Minor probat. posito quōd Ecclesia nolit, nec debeat ih fauorem matrim. deceptorē confessionem admittere, necessariō debebit illos cogere vel ad simul cohabitandum; & tunc nec deceptorē poterit deceptiā vti vt vxore, nec deceptorē deceptorē vt marito; cūm deceptorē sit certus de inualiditate matrimonij, & deceptorē nec certa, nec secura de validitate eiusdem, proinde neuter licetē poterit aut petere, aut reddere: vel vt deceptorē religionem ingrediatur, in eaq̄e per solemnetm professionem p̄sumptum matrim. dissoluat: vel si malit in sāculo manere, debeat esse perpetuō cālebs. Quā omnia nemo nō videt, esse grauissima onera coniugi deceptorē, nec aliter tolli posse, quām vt deceptorē, mutato fīcto consensu in verum, efficiat validum matrimonium.

Quo iure ad id teneatur deceptor. Omnes ferēt. conueniunt, eum ex iustitia teneri: quia, vt *Sco-tius* ait, decepta suū corpus cum altero cōmutando, ius acquisiuit, vt possit, saltem, vt *Henrig. sen-tit*, corā Ecclesiā & testibus illud petere, nec tantum in p̄enā fraudis: 2. quia in eo euentu, quo mulier decepta coram iudice peteret sibi corpus deceptorē tradi, pro quo ipsa suum per verba de p̄senti commutauit, iustē peteret, & deceptorē iniustē negaret. Verū etiā allat̄ rationes rectē probant de iure iusticiā, à decepta quās ito, ratione fraudis sibi factā, haud tamen probant de iure iusticiā comparato ratione contractus. Vnde ante iudicis sententiam nō teneretur deceptorē fīctū cōsensum in verum mutare: quia cūm hoc detur in p̄enā fraudis commissā, non tenetur illud exequi ante iudicis sententiam. Pro maiorī expli-catione.

Dico 1. etiam si deceptorē fīctum cōsensum mu-Tom. IX, De Matrimonio.

tare teneatur ratione solius fraudis, adhuc illum teneri ex iusticiā ante vllam iudicis sententiam: quia quando fraus iniustē illata est in dānum & iniuriam alterius, vti est in hoc contractu matr. fīcte celebrato, fraudulētus ex iusticia tenetur ante iudicis sententiam illam resarcire vt ro. 5. disp. 35. sect. vli. cūm omne dānum ex iniusta nostra actio-ne alteri secutum, teneamus ex iusticiā ante vllam iudicis sententiam resarcire. 2. Deceptorē tenetur fīctum cōsensum in verum ex iusticiā commutare, non tantum ratione fraudis commissā, & iniuriae deceptorē illatā, sed etiam ratione cōtractus, qui tam iure positivo, quām naturali postulat æqualitatē ab ipso q̄cōtrahente ponit. Vnde hoc ipso quōd ex parte vnius hon ponit, non seruat æqualitas, positivā, ac naturali lege in contrac-tu oneroso requisita. Nota, eum, qui fīcte cōsen-sit, ex iusticia immediatē non teneri ad rem fīcte promissam soluēndam, sed ad verum cōsensum ponendum, ex quo posse immediate lequitur obligatio ad rem promissam soluēndam. primum contat; quia ratione fīcti cōsensus nullum ius rei promissa translatum est in alterum cōtrahentem: iusticia autem non obligat, nisi ad resarcien-dum ius. Secundum prob. inchoando cōtractum ex iusticia tacitē se obligavit ad ponendam æqualitatē à contractu requisitam; ergo ad ponendū verum cōsensum, quem natura contractus exigit: ergo ad illum tantum immediatē ponendū ex iusticia tenetur, quo posito ex iusticia te-nebitur ad rem ipsam contrā cui subiectam parti soluēndam: qui igitur matrimonium fīcte contraxit ex iusticia solum immediate tenetur, verū cōsensum p̄stante & consequenter per illam validum efficere matrim. non autem eo inualido existente, in vxorem ducere, cui fīcte consensit: cūm per fīctum cōsensum nullum ius sui corporis transtulerit in alterum.

Dicēs, hoc ad summum probare, obligationem ex virtute fidelitatis, quā tenentur homines sibi fidem in contractibus seruare, non autem iusticiā. Confirm. Ante initum contractum neutra pars acquirit ius iusticiā in alterum: nec illud acquirit post contractum, si inualidus est, cūm hic nullum valeat ius iusticiā in alterum transferere. Neg. antec. nam fidelitas solum obligat ad missa seruanda, vti veracitas ad verba verificanda. Contractus autem tam secundū ius positivū, quām naturale obligat ad seruandas ciuiles com-mutationes, in quibus iusticia ipsa commutatiua consistit: proinde tam iure positivo, quām natu-rali postulat æqualitatē ex parte vtriusque cō-trahentis: qui autem fīctum p̄baret cōsensum, non ponit æqualitatē: igitur iusticiā in mutuis commercijs & commutatiobus non seruat.

Ad confir. concedo, ante contractum nondū inchoatum, neutrā partem acquirere ius in al-terum, vt sibi æqualitas in contractu seruetur: nego autem post contractum inchoatum. Nam inchoato contractu per verba, quibus solent contrahentes significare, se velle contrahere, utraque pars acquirit ius in alterum, vt sibi serue-tur æqualitas ab ipso contractu exigenda. Vnde hoc ipso, quo incipiunt contrahere, tacite ob-ligant se ad leges & conditiones cōtractus cele-brandi seruandas. Qui igitur non p̄stat ve-rum cōsensum, non ponit æqualitatē, quam contractus exigit, proinde iniustum committit: cūm non minūs iniustum sit, legitimū con-sensum nō p̄stante, defēcta cuius iniustum redi-tur cōtractus in p̄judicium alterius, quām nō

Confr. 2.

43. Alterum fundam.

Minor

Prob.

44. Deceptorē tenetur ex iusticiā.

Non autem iudicis sententia.

45. Conclusio.

Seconda.

49. Notandum diligenter.

Obiectio.

Confir.

ponere legitimam materiam; cum non minus ad unum, quam ad alterum contrahentes se obligent, ex suppositione quod velint iuxta leges & conditiones contra eos contrahere.

Infertur 1. teneri i. deceptorem sicutum consensum in verum commutare, validumque efficere matrimonium, etiamsi deceptor sit disparis conditionis, dummodo talis disparitas à decepto cognita, non fuerit illi probabile indicium ficti consensus (est contra Sanchez, & alios apud ipsum, qui asserunt, etiamsi talis disparitas conditionis nota decepto, non fuerit illi probabile indicium ficti consensus, adhuc cum non teneri ad verum consensum praebendum) Ratio: cum disparitas conditionis ex se non irritet matrimonium, si aliunde deceptor non potuit ex ea suspicari, dolum subesse contractui, non eximitur deceptor ab obligatione ponendi verum consensum, validumq; efficiendi matrimonium. Item hoc ipso, quo deceptor probabilitate suspicari potuit, dolum subesse, & matr. ficte contrahendum, & contrahere voluit, sponte cessit iuri, quod habebat exigendi verum consensum. 2. non tenetur deceptor i. Etum consensum in verum commutare, si notabiliter ipse quoq; à decepto sit deceptor, ut si alter finxit se virginem, nobilem, diuitem, alias in uxorem non ducentam; nam tunc deceptor viuis cōpensatur deceptione alterius. 3. Non est deceptor absoluendus, quādū habilis manet ad contrahendum, nisi ficto consensu in verum mutato, validē contrahat: cum sit res irreparabilis damni ex parte deceptoris, si matrimonium non sequatur; & maximi periculi ex parte deceptoris, ne in suā prauia persistat voluntate. Notat autem Henr. lib. I. de matrimonio cap. II. n. 3. si deceptor ex aliquā causā legitimè excusat ad matrimonium, validè contrahendū, monendum esse fāminam, ut recedat in longinas partes, ubi sine scandalo possit cum alio contrahere, præsertim ubi Tridentino non acceptato, necessaria non est parochi & testium præsentia, quibus facilē posset prius matrimonium præsumptum innovertere. Dixi, quādū habilis manet: Nam si cum aliā contraxit, non manet amplius habilis ad contrahendum cum priore; ac proinde non esse amplius monendū, ut contrahat, sed potius ad occurrēndū damno, quod ex ficto matrimonio securum est deceptor, ei quequoad fieri potest, satisficiat. 4. Non tenetur deceptor per verum consensum fictum matrimonio revalidare, si ex eo præualeat pessimos exitus, & mala non parua probabilitate futura: ita Cum Pet. Led. Sanchez. cit. n. 9. Quibus addendum, nisi damna & incommoda ex ficto matrimonio subsecutura præponderent incommodis & damnis ex matrimonio revalidato securis: Nam ranc tenetur factor fictum matrimonio revalidare. 5. Si deceptor notabilis scandali vitandi gratiā, consensum finxit non tenetur postea ad verū consensum adhibendū: quia tunc non iniuste illum finxit: nam maius debitus vitandi scandali illū liberabat à minori validē contrahendi: quin neque cum peccare talicafu censem. Navar. in sum. cap. 22. n. 78. & Sanchez cit. n. 2. modò non mentiatur, sed legitimā vtatur æquiuocatione.

49. Ad 1. opposit. Pontius negat antec. eo quod ad primum in professione votorum intervenit contritus in opposit. sent. ter religionem, quem naturali iure tenetur verū efficere: sicut qui sacros ordines suscipit, tenetur solē votū castitatis per verū consensum mittere: & si ficte emisit, tenetur fictū in verū mutare. Negat Henr. conseq. qui. n. invitus in religione manet parū utilis religioni esse poterit. Alia ratio San-

chez, sc. religio est in bonum tantum proficitis, matrimonio in bonum triusque. At negari non potest, quin etiam in bonum religionis cedat religiosus. Vnde prior sent. probabilior est. Nec obstat ratio Henr. quod in iuitus manens non censetur religioni utilis: quia vi contractus tenetur iuitum animum in spontaneum mutare. Ad 2. constat ex dictis.

SECTIO V.

An quando matrimonium fuit ab initio invalidum ex ficto, aut coacto consenserter alterius, sufficiat ad illud revalidandum ponere verum aut liberum consensum ex parte eius, qui ficte aut coacte contraxit?

Prima sent. cōmunior affirmat, ad matrimonij valorem sufficere, ut qui ficte, aut coacte contraxit, suum renouet consensum. Ita S. Tho. in 4. q. 29. q. vn. a. 3. ad q. 2. ad 2. Bonav. a. 1. q. 2. in 1. ref. Richar. a. 1. q. 3. & ar. 2. q. 1. Palud. q. 1. ar. 4. concl. 1. supple. Gabr. q. vn. a. 3. dub. 3. Palas. disp. 1. fol. 6. 63. & disp. 27. disp. 1. s. 66 fine. Angel. V. matrimon. 3. im- pedi. 11. n. 1. Syuest. V. matrimon. 8. q. 11. dicto 4. Viguer. lib. in fit. ca. 16. 6. 7. versu 6. Pet. Soto lett. 3. de matr. 5. primū. Navar. in sum. cap. 22. n. 80. Henr. lib. 11. de matr. cap. 1. n. 5. fine. Sanchez lib. 2. de matr. disp. 31. Coninck disp. 2. 4. de sacra. dub. 10. n. 9. 3. quo- rum alij docent, sat esse, si consensus tantum interne renouetur ab eo, qui ficte, vel coacte cōsen- sit, absque novo signo exterrito. Alij, præter consensum internum, requirunt signum aliquod ex- ternum sufficienter expressum noui consensus interni, eo quod nequeant verba præterita esse si- gnūm præsentis consensus. Fundam. consensus alterius contrahētis fuit validus, si quidē fuit verus & spōtaneus, ut supponitur, efficax ad trāsferendū dominū corporis in alterum coniugem: ergo eo perseveratē habitu, sc. quādū à contrahēte non retrahatur, si post aliquod tempus accedit verus & spontaneus cōsensus eius, qui ficte, aut coacte contraxit, reualescit matrimonium. Confir. Si qui ficte, aut coacte contraxit, nullum adhibuisset consensum, validum fuisset matrimonio. si post aliquod tem- pus illum adhibuisset: At qui ficte, aut coacte cōsen- sit, est, ac si non cōsensisset: ergo eo postea verū ac spontaneū cōsensus eius, qui ficte, aut coacte contraxit, reualescit matrimonium. Confir. Si qui ficte, aut coacte contraxit, nullum adhibuisset consensum, validum fuisset matrimonio. si post aliquod tem- pus illum adhibuisset: At qui ficte, aut coacte cōsen- sit, est, ac si non cōsensisset: ergo eo postea verū ac spontaneū cōsensus eius, qui ficte, aut coacte contraxit, reualescit matrimonium. Confir. Secunda negat, ad validitatem matrimonij suf- ficiere solum consensum eius, qui ficte aut coacte contraxit, etiamsi sufficiens signo de novo expri- matur, sed requiri præterea consensum alterius coniugis, qui verē & spontaneū contraxit etiam signo expressum. Ita Felinus in cap. ex parte Decani de rescript. n. 11. referens alios, Comiso. lib. 1. moral. resp. 5. q. 1. 10. Pontius lib. 4. de matri. cap. 24. Hur- rad. disp. 3. de matri. diffi. 8. sed ante hos Bonav. cit. in post. resp. ad 3. his verbis: Posset tamen dici, quod in tali casu consensus viri (supponit autem fictionē vel coactionē fuisse ex parte mulieris tantum:) renouari debeat vel verbo, vel signo. Nam sent. sa- tis probabilem censem. Sanchez, sed eam multò probabiliorem reddit authoritas. Clementis VIII. qui, ut cit. Comit. testatur, interrogatus à P. Stephano Tuccio, an in tali casu eius tan- tum coniugis consensus sufficeret, qui ficte con- traxit; Respondet Pontifex: Necessarium esset nonnum

50.
1. Sem. affir-
mat. sufficere
q. c.

2. Sem. ne-
get.

Clementis
VIII.
Rectori Rom.
Panthenon.

nonum consensum viriusque coram parocho & testibus, admonito prius marito de matrimonij nullitate. Sed ad exitandum scandalum Sanctoris dispensatur, ut secretè inter se contrahant, renouato consensu, cum legitimatione prolis. Et licet Pontifex explicari possit, quod in hac suâ responsione secutus sit ratiōnem sentent. interim non sublatâ probabilitate alteri sent. sicut explicandus est, quoad alteram partem responsi, nempe necessarium esse, tale matrimonium iterum coram parocho & testibus repetere, cuius tamē oppositum declarasse Pium V. refert. *Nazar. in sum. cap. 22. n. 70.* ut suo loco; quia tamen quoad hoc non habemus contrariam alicuius Pontificis declarationem, vel propter hanc Clementis VIII. censenda hæc sent. probabilius. Nam et si eam Pontifex non definierit, ut falso censem Pontius, alioqui debuisset contrariam tot Doctorum autoritate firmatam damnare, in eam tamen vius est inclinare. Quare enitendum, eam efficaciatione stabilire.

52. Confirmant nonnulli. Coniugis consensus per signa explicatus, est integrā forma matrimonij: sed hæc non fuit ab initio adhibita: ergo ut contractus matrimonii constet, debet iterum adhiberi. Sed contraria: ut tota matrimonii forma integrè adhibeat, necesse non est, ut uterque consensus simul tempore ponatur, sed sufficit si successivè unus post aliū: cùm forma contractus non petat, ut quando ponitur una pars, ponatur & altera; potest enim aduersi, etiam concedi hodieponi consensus unius, & post aliquod tempus subsequi consensus alterius. Igitur ex eo præcisè, quod forma contractus matrimonii debet esse integræ, non sequitur, renouandum esse, utriusque coniugis consensum: cùm adhuc integræ forma adhibeat, si post verum & legitimum consensum unius, habitu perseverantem, renouatur verus & legitimus consensus alterius, qui fidei contractus.

53. Ratio Huy- Hurtadus probat: ut verus consensus illius, qui fidè contraxit, revalidare possit matrimonium. invalidè antea contractum, debet facere unum moraliter cum consensu alterius, qui verè contraxit: ut autem id possit, debet talis consensus, habitu saltem perseverare, quando ponitur consensus alterius: At non perseverat habitu consensus eius, qui verè contraxit: quia qui de præsenti consentit, implicitè suum consensum limitat ad certum tempus, nempe quo usque contractus perficiatur, cùm nemo velit perpetuè alterius consensum expectare, nisi id expressè intendat.

Contraria. Sed contraria: 1. hæc resp. non salvat citatam Clementis autoritatem quam ipse nobiscum salvare intendit, quæ universaliter decernit, necessarium esse utriusque consensum, quando alter fidè contraxit: ex hæc autem resp. sequitur, posse aliquando utriusque consensum non requiri scilicet quando qui verè contraxit, suum consensum ad certum tempus non limitavit, sed voluit illum durare, quo usque poneretur alterius consensus: 2. falsum est, qui de præsenti contrahit, implicitè suum consensum limitare ad certum tempus; sed potius vult illum habitualiter perseverare quo usque necessarius sit ad contractum perficiendum.

54. Efficax ratio Bonan. cit. in corp. verè & liberè contrahit validus esse, altero fidè, aut coactè contrahente: ergo ut matrimonium invalidè contractum explicatur. renalescat, non satis est, ut qui fidè, aut coactè contraxit, verum ac spontaneum præbeat consensum: sed necesse est etiam, ut qui verè ac plenè

liberè consensit, iterum supim renoveret consensum. Nam quamdiu non ponuntur omnia ad validitatem matrimonii. requisita, non renalescit matrimonium. sed ad validitatem matrimonii. requiritur, ut utriusque contrahentis consensus sit validus. An. Maior tecendens ostendo. Ut consensus unius sit validus ad matrimonium. contrahendum, requirit mutuum consensum, aut saltem habilitatem ad mutuum consensum ex parte alterius: sed stante fictione auctorisatione, non est habilitas ad mutuum consensum ex parte alterius. Maior clara est i. ideo non est validus consensus in personam sollemnem voti castitatis astricam, aut coire impotentem, quia deest habilitas mutui consensus ex parte alterius;

i. Consensus ad matrimonium. requisitus essentialiter A priori.

est mutuus, idque ex naturâ matrimonii, quod cùm non possit claudicare, necessariò requirit ex uterque parte consensum: est enim legitima conciunctio maris cum feminâ, & vicissim feminæ cum mate. Repugnat igitur naturæ matrimonij, transferri dominium corporis in unum, & simul vicissim non transferri dominium corporis alterius in alterum. Minor probat. quād diu fictio, & coactio afficiunt personam, reddunt illam inhabilem ad validum consensum praebendum: nam tam fictio, quād coactio, est positiva, illa physica, hæc moralis negatio veri ac legitimi consensus: quæ quād diu est, non est in sensu composito habilitas ad mutuum consensum, cùm nequeant simul componi consensus & dissensus in eandem rem. Parum autem refert, quod quis fiat ad mutuum consensum præstandum inhabilis extrinsecâ lege & voluntate superioris, vel intrinsecâ lege & voluntate propriâ: nisi quod hæc inhabilitas tolli potest à propria voluntate, à qua fuit posita illa non nisi à voluntate superioris.

Confirmatur: translatio dominij, ut sit valida & efficax, non solum requirit expeditam potestatem in transferente, sed etiam proximam potestatem in acceptante; qui enim tentat dominium suorum bonorum transferre in Religiosum voto paupertatis incapacem, nil efficit, defectu solius capacitatris ex parte acceptantis. Ergo ut translatio corporis in ordine ad actum generationis sit valida & efficax, non solum requirit potestatem in transferente, sed etiam proximam capacitem in acceptante.

Obijcies 1. Non redditur persona inhabilis testē Dicēs. Dei, quin etiam dissentientem & reluctantem possit cum in aliâ in matrimonium copulare: ergo nec respectu alterius contrahentis. Nego conseque. Nam Deus ratione supremi dominij, quod habet in omnibus creaturam, potest omni impedimento superato, legitimū ius in corpus alterius ei conferre: quod dominium quia non habet una creatura in aliâ, non potest inhabilitatis impedimento superato, ius sui corporis validè ac legitime illi tribuere.

Obijcies 2. esto qui fidè aut coactè contrahit, Dicēs 2. non sit habilis ad mutuum consensum, vel ad corporis dominium acquirendum, dum in ipsa fictione, aut coactione persistit; est tamen implicitè habilis, quia ad libitum potest suam fictionem, vel coactionem deponere. & verum ac spontaneum consensum adhibere. Resp. tantum respondebat, fieri habilem recedente fictione, aut coactione, non autem eâ durante: unde sicut eâ durante non est capax iuris in corpus sibi traditum, nec mutui consensus: ita nec eâ perseverante, aut traditio sui, aut consensus alterius erit validus ad matrimonium inchoandum: proinde fictione

ne recedente debet alia traditio, aliisque consensus adhiberi. Neque hic valet regula, quod in intuitum possit dominium transferri: nam dominium corporis, quod per matrimonium transfertur, non est gratuitum, sed onerosum, requiriens mutuum, alterius contrahentis corporis translationem, sine qua perfici matrimonium non potest.

^{38.} Ad argu. op. neg. minor: qui .n. non consensit, nullum posuit positivum impedimentum. quo se inhabilem redderet ad mutuum consensum, & ad corporis dominium per verum consensum ab altero sibi traditum acquirendum. Qui autem fidet consensit, per ipsam fictionem reddit se positivè inhabile ad vitrum; ratione cuius inhabilitatis nequit verus consensus & traditio alterius esse valida.

^{37.} Coroll. 1. Infertur 1. iuxta Clementis VIII. resp. monenda coniux de matrimonij nullitate, ob defecatum consensus alterius coniugis. Nam cum is debeat nouum consensum adhibere, erit de errore informandus. quod prior ipsius consensus non fuerit validus propter impedimentum ab altero contrahente appositum: ne vel tantum ratificet priorem consensum, quod ad matrimonium validandum sufficiens non est: vel periculum sit, ne nouus hic consensus reverentiali metu extorqueatur. Non quod simpliciter validè praestari non possit, si vir eo modo coniugi proponat: etiam si nostrum matrimonium ob aliquod impedimentum fuerit ab initio invalidum, velit illud novo consensu de praesenti revalidare. Hac enim propositione facta, validè posset mulier suum consensum de praesenti exprimere, validumque efficere matrimonium invalidè antea contratum: neque enim est necesse ad validitatem consensus, referatur in obiectum absolute ac determinate cognitum, sed sufficit, si feratur in illud sub conditione apprehensum, modò consensus in illud non sit conditionatus, sed absolutus & de praesenti. Confirm. Si mulier sponte propriæ marito dicat: etiam si nostrum matrimonium ob aliquod impedimentum non esset validum, adhuc ex nunc consentio in illud: talis consensus esset efficax ad matrimonium revalidandum, cum tam non feratur in obiectum absolute & determinate cognitum, quia non cognoscitur nullitas matrimonij in se & in particulari, sed in communione & sub conditione. Atque propter hoc periculum Pontifex iussit, coniugem moneri de nullitate matrimonij.

^{38.} Coroll. 2. Infertur 2. Veriusque coniugis consensus est per noua signa sufficienter expressiva renouandus, cum antiqua non sufficiant. Vnde non recte aiunt, sufficere interius tantum illum renouari: cum praeterita signa, quæ iam transferunt, non fuerint expressiva veri & validi consensus; nec possint esse expressiva praesentis. Sicut verba, quæ Sacerdos sine intentione baptizandi, absoluendi, consecrandi ante protulit, non sufficiunt, vt simul cum internâ intentione, post aliquod tempus renouata, constituant unum signum sacram validum & efficax; sed requiruntur noua verba, quæ una cum praesenti intentione internâ constituant nouum signum sacram validum ad sacramentum conficiendum. Ratio est: vt verba externa constituat unum actum humanum cum ipso & interno, quem significant, debent ab illo imperari: nequeunt autem verba praeterita imperari ab actu interno futuro, vel praesenti; cum nequeat quis suum imperium exercere circa id, quod non est amplius in sua potestate, vt sunt verba praeterita respectu futuri, aut praesensis imperij.

A priori.

Igitur nequeunt verba praeterita esse sufficientia signa praesentis consensus, cum ex illis & isto nequeat constitui unus actus humanus, tanquam ex actu externo imperato & interno imperante: ut proinde putem, hanc sent. carere sufficienti probabilitate.

3. Quando matrimonium fuit ab initio nullum, propter impedimentum dirimens, non sat esse, cessante impedimentum, vel dispensatione obtentâ, illius tantum consensum renouari, qui impedimentum nouit, sed etiam illius, qui non nouit. In quo cum comuni DD. consentit Sanchez lib. 2 disp. 35. Idque fortiori exprimitur in Bullâ Cruciatæ, in qua Pontifex concedit facultatem dispensandi in gradu prohibito sub hac formâ: Altero impedimentum ignorante, prius de nullitate prioris consensus certificato. Ratio: cum viriusque coniugis consensus fuerit circa materiam inhabilem & illegitimam, viriusque coniugis consensus fuit inualidus, adeoque uterque reuouandus. Namstante impedimento dirimenti, neuter potuit validè dominium sui corporis in alterum transferre; ut nec alter validè acceptare: ac proinde inualidus fuit ex utrâque parte consensus.

Quod si ex manifestatione nullitatis matrimonii coniugi ignorantia facienda, scandalum timerentur, & graues inter coniuges dissensiones, sequenda esset in eo casu opposita sent. quæ & propter DD. autoritatem, & rationem probabilis est, & in praxi tuto adhiberi potest, non obstante auctoritate Pontificis, quæ, ut supra, explicari potest, quod in suâ resp. secutus sit probabilem ac tuiorem sent. non sublatâ probabilitate alterius.

Et sane cautela hæc maximè seruanda est à confessarijs, ne vel occasionem praebant coniugibus suspicandi, confessorem per confessionem aliquod impedimentum nouisse; vel certè eos in bonâ fide procedentes, ponat in malâ, cum nullâ confessarij. spe futura emendationis; quare expedit, ut doctus confessarius omnes probabiles sent. in hæc materiâ perspectas habeat, ut facile ac tuto & sine incommode quoad fieri potest se & coniuges difficultatibus valeat extricare: neque enim debet ad casus matrimonii soluendos suâ tantum se regulare sententiâ, sed probabili etiam aliorum DD. modò talis sit, quæ in praxi non censetur improbabilis. Vnde autem dignoscenda sit probabilitas, vel improbabilitas opinionis declaratum est. 3. 10. disp. 15. sect. 4.

Infertur 4. iuxta hanc sent. in Pontificis resp. fundatam, & nostrâ ratione munitam, non posse Pontificem dispensare, ut solus, qui fidei consensit, consensum renouet: quia cum consensus alterius coniugis, qui non fidei consensit, praestitus fuerit personæ inhabili, cumque nequeat Pontifex dispensare in consensu inualido ex naturâ suâ, qualis fuit consensus transferendi dominium sui corporis in personam ob fidem consensum inhabilem, sequitur, iuxta hanc sent. non posse à Pontifice dispensari, ut illius tantum consensus sufficiat, qui fidei consensit. Confirm. eti possit Pontifex dispensare in consensu praestito personæ inhabili, extrinsecâ tantum lege Superioris, nequit tamen dispensare in consensu praestito personæ inhabili, ex extrinseco impedimentum. cuiusmodi est fidelio. 5. Discremen inter fidelionem & coactiōnem: quod fidelio reddat personam inhabilem iure naturæ, quo requiritur verus consensus; cum .n. ipsa sit negatio veri consensus, iure naturæ inhabilitat personam ad matrimonium: coactio ve- Dicrimum in- rò solo iure Eccles. nam sicut solo iure Eccles. cō- & coactiōnē sensus

^{39.}
Coroll. 3. à

^{60.}
Quid si scda. timentur
aut ex hac sent.

61.
Coroll. 4.

62.
Dicrimum in-
rò solo iure Eccles. cō-
& coactiōnē sensus

sensus coactus irritat matrim. ut infra, ita solo inter Eccles. coactio inhabitat per sonam ad contrahendum. Vnde in hoc posset Pontifex dispensare, ut sufficeret, eius tantum consensum renovare, qui coactus contraxit, cum non ex natura rei, sed ex principiis potestate pendeat, ut talis consensus sit ad contrahendum inualidus. Neque hic obijci potest 18. regula iuris i. 6. Non firmatur tractu temporis, quod ab initio non substitit: quia regula intelligitur, nisi tractu temporis legitima accedit potestas revalidans quod ab initio non substitit.

SECTIO VI.

An solus internus consensus ad matrimonium sufficiat.

Prima ratio dub. sumitur ex *Can. sufficiat* 27. q. 2. vbi solus consensus dicitur sufficere eorum, de quorum coniunctionibus agitur. Et *capitula de sponsal.* Verba in matrimonio dicuntur *necessaria quantum ad Ecclesiam.* 2. Posset Deus, vel Angelus reueate utique coniugi consensum alterius: in quo eventu validum esset matrimonium. 3. Signa externa sunt tantum conditio, ut patet in matrim. per procuratorem contracto, cuius verba sunt tantum conditio; solus enim mutuus consensus contrahentium est adaequata causa matrim. In hanc sens. inclinat *Maior* in 4. diff. 26: q. 1. quam & probabilem censet *Verae curiae apud Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 30.* Verum opposita est communis. Nota, matrimonium bifariam considerari, ut ciuilem contractum, & ut sacramentum.

Dico 1. ad matrimonium ut sacramen. non sufficit solus internus consensus, sed ut pars essentialis requiritur etiam externum signum sufficienter expressum interioris consensus. Assertionem est certa; quia de ratione sacramenti ex institutione Christi est, ut 20. 7. diff. 1. sect. 2. prob. esse signum sensibile. Repugnat igitur, matrim. ut sacram. solo interiore consensu perfici. Vnde *Floren. in libro unionis* §. septimum, causam sacramenti matrim. explicans, ait esse mutuum consensum per verba de praesenti regulariter expressum. Neque particula regulariter posita est, quasi aliquando possit perfici ut sacramentum solo consensu interno, sed ad denotandum, quod non per sola verba, sed per nutus & alia signa celebrari possit.

Dico 2. ad matrim. ut ciuilem contractum non sufficit internus consensus, sed requiritur etiam externum signum sufficienter expressum; non ut pura conditio, sed ut pars contractum essentialiter integrans, minus tamen principaliter. Fundam. matrimonium ut ciuilis contractus est actus humanus: atqui actus humanus non ex solo actu interno, sed ex interno & externo simul constituitur: ut adaequatus hominis effectus, qui animo & corpore constat. Quod non sit pura contractio, patet: nam eo modo actus externus ad constitutionem humanæ operationis concurrit, quo corpus ad hominis naturam.

Confir. 1. per contractum homo agit cum homine ut homo, hoc est ut constans ex animo & corpore: ergo per actum veriusque partis: alioquin si solum per actum internum, non ageret ut homo, sed ut angelus. 2. Solus actus internus non est alteri contrahenti sufficiens signum interioris consensus: ergo nec sufficiens nota ad humanum contractum

constituendum, cum non minus contractus debeat esse signum expressum consensus ipsius contractus, quam manifestatum eiusdem consensus alteri contrahenti, cum utrumque respectum per se includat. 3. Matrim. ut sacramentum essentia- liter requirit signum sensibile expressum interioris consensus: ergo etiam ut ciuilis contractus, quia Christus euehens matrim. in sacramentum, nihil addidit supra contractum, sed illum in suâ natura relictum euexit in sacram. ergo nisi ut contractus esset sensibile, non potueret in sacram. euehi, cum non aliud sit in sacram. euctum, quam id ipsum, quod erat ciuilis contractus. Dicere autem, aut Christum nouam matrimonio addidisse sensibilitatem, ut sacramentum esse posset; aut quod in ratione ciuilis contractus, erat tantum conditio, illam statuisse ut partem suam substantialem, & gratis dicitur, & quod facilitate assertus, eadem rejicitur.

Ad 1. rationem dub. ex veroque textu desumptam, Resp. Particulam exclusivam non excludere concomitantia, cuiusmodi sunt signa exter- na, internum consensum exprimentia: vel solum excludere voluisse verba determinatae, cum alia etiam signa ad validitatem matrimonii sufficiant. Quod resp. colligitur ex eodem tex. vbi dicitur: *Surdi & muti possunt contrahere matrim. per consensum mutuum sine verbis: dicendo enim sine verbis, non exclusit alia signa manifestativa interioris consensus.*

Ad 2. Nego, eo eventu validum fore matrim. Ad secundam. nisi accederet externum signum interioris consensus expressum. An autem eo easu sufficeret carnalis copula absque alio externo signo interioris consensus manifestatio, constabit. Ceterum hic non nego posse Deum sine nullo externo signo interioris consensus manifestatio, eos validè in matrimonium copulare, sicut potest absq; eorum consensu: sed solum dico, tale matrim. non fore validum vi humani contractus.

Ad 3. Negatur antecedens. Ad prob. concedit Sanchez, verba procuratoris esse tantum conditionem: sed verius id negandum: nam verba procuratoris, non ut exprimentia ipsius consensum, sed principalis contrahentis, constituent signum humano modo expressum consensus unius principalis contrahentis alteri principali contractant. Vnde sicut respectu presentis principalis contractant, cui absentis contractant Verba proconsensus manifestatur, verba procuratoris non curatores insunt pura conditio, sed pars integrans contractum, regante contractu manu.

Confirm. scriptura, quod contrahens suum consensum manifestat absentem, non est pura conditio, sed pars contractus tenentis se ex parte absentis, qui suum consensum explicat per verba procuratoris. Confirm. scriptura, quod contrahens suum consensum manifestat absentem, non est pura conditio, sed pars contractus tenentis se ex parte ipsius contractant: ergo nec verba procuratoris: cum non minus per verba procuratoris, quam per epistolam, contrahens suum consensum manifestet absentem. Nec satis sunt verba, quibus mandans suum consensum exprimit procuratori de matrim. suo nomine contrahendo: quia non verba, quibus consensu exprimit procuratori, sed quibus exprimit alteri contrahentem, sunt substantialia contractui: ea quippe substantialia sunt contractui, quod necessaria sunt ad exprimentum consensum alteri contrahentem: quia contractus humanus non minus respicit contrahentem, ad quem contractus dirigitur, quam contrahentem, a quo contractus fit.

Dico 2.

*Actus huma-
nus qui?*

63.
Confir. I.

2.

Hc. Vnde sit, ut si solâ reuelatione procurator sci-
ret internum consensum mandantis, cumque per
sua verba alteri contrahenti exprimeret, validum
fore matrimonii vi talis expressionis, non minus
quam validum est, si per epistolam internus con-
sensus absentis significetur. Dixi *vit alia expressio-*
nis: nam aliud defectu potestatis; quam eo ca-
su procurator à mandante per solum internum
consensum non acciperet; cum non minus exter-
num signum necessarium sit ad communicandam
potestatem procuratori, quam ad matrim. contra-
hendum, validum non esset.

SECTIO VII.

*An ad internum coniugum consensum ex-
primendum necessaria fuit verba, an
sufficiant quæcumq; alia signa?*

68.
*Hoc ut cor-
iā ponitur.*

Ferè omnes conueniunt, solo iure naturæ spe-
cato, quævis signa externa, sufficierent ex-
pressiva consensus interni, sufficere ad matrimo-
nij validitatem, ut ciuilis contractus est. Ratio:
solo iure naturæ specato, ad ciuilem contractum
validè celebrandum quævis externa signa suffi-
cienter expressiva mutui pacientium consen-
sus sufficiunt: Confirm. surdi & muti, ut constat
tum *ex l. mutus 76. ff. de iure dotium, tum ex cap.*
cum apud, & cap. tua. de sponsal. matrimonium
validè contrahere possunt, cum tamen hi ne-
queant verbis internum suum consensum expri-
mere: etenim si semel potest matrim. ut ciuilis
contractus est, sine verbis validè celebrari: igi-
tur illa ex naturâ suâ non postular, alioqui nun-
quam sine illis validè celebrari posset.

69.
*Controver-
sia superest
duplex.*

Controu. I. An ex decreto & institutione Ec-
clesiæ ad validitatem matrim. requirantur verba,
saltē extra casus ab Ecclesiâ exceptos, cūm hoc
potuerit ab Ecclesiâ decerni; sicut ad validitatem
eiusdem decreuit præsentiam Parochi cum duo-
bus aut tribus testibus: 1. an verba sint necessaria
ad matrim. saltē ut sacramentum est.

70.
x. Ratio dub.

1. Ratio dub. proprii controv. desumitur
ex cap. tua. de sponsal. ubi in matrimonio verba di-
cuntur *necessaria quantum ad Ecclesiam;* & *cap. si*
inter, sed. tñ. *cap. licet. de sponsa duorum,* in qui-
bus ad mutuum consensum legitimum inter vi-
rum & fæminam, Pontifices requirunt, ut sit con-
suetis verbis expressus.

71.
2.

2. Ex illis verbis Florent. cit. causa efficiens
matrim. regulariter est mutuus consensus per verbâ
de presenti expressus. Ergo ex mente concilij aliquando
necessaria sunt verba, sc. extra casus ab
Ecclesiâ exceptos: alioqui si nunquam forent ne-
cessaria, non esset ratio, cur ea regulariter requi-
rantur, cum aquæ posset alijs signis coniugû con-
sensus declarari. Confirmat Pontius lib. 2. de ma-
trim. *cap. 7. n. 4.* Si concilium dixerit: sacra-
mentum Pænitentia regulariter perficitur verbis:
nemo diceret, verba nunquam esse ad sacra-
mentum Pænit. necessaria, sed solus exciperetur ca-
sus, in quo iuxta nonnullos (qui tamen peculiari Bullâ à Clemente VIII. damnati sunt) posset hoc
sacramentum per scripturam absenti impendi.

72.
3. A pari.

3. Deducitur à paritate matrimonij spiritua-
lis Episcopi cum Ecclesiâ, quod sine verbis cele-
bratum nullum est, *ex cap. sicut cùm, de electione*
in 6. Cùm performam, inquit, scrutinij ad electionem
nem proceditur, est per unum pronuntianda & fa-

cienda communis electio, secundum canonica institu-
ta. Idem statuitur in noua Bullâ eligendi Ponti-
ficem, à Gregorio XV. editâ, & ab Urbano VI. conformatâ: in quâ secundum omnes tres modos,
quibus Pontificis electio peragenda est, nempe
spiritus afflatus, compromisso, & scrutinio, verbis
peragi debet, ut valida sit. Atque hanc sent. se-
quitur Richar. in 4. disf. 27. a. 1. qu. 3. in corp. &
ad 1. & plurimi Canonista apud Sanchez lib. 2. de
matrim. disp. 31.

Ratio dub. pro posteriori est: quia omnia sa. Ratio dub.
cramenta, ut definit Eugenio IV. in suo decreto, pro secura-
rebus & verbis, ut materiâ & formâ perficiun-
tur. Quæ doctrina cùm universalis sit, ut constat
ex apposito signo *Omnia*, quo prædictum Concilium
vtitur, non debet sacramentum matrim. ex-
cludere. Hanc docent ij, qui censem, ad sacram.
matrim. requiri ministrum à contrahentibus di-
stinctum, qui certis verbis hoc sacram. perficiat,
ut supra: de quâ dubius fuit Scotus in 4. disf. 26.
5. ad solutionem.

Dico 1. Nulla verba determinatæ ex decreto
Ecclesiæ ad validitatem matrimonij, ut cōtractus
est, necessaria sunt; sed potest quocunque alio si-
gno, interioris consensus sufficierent expressivo,
validè perfici: est communior inter Schol. in 4.
disf. 27. quam passim sequuntur Recent. qui eam
probant ex multis iuris Canonici textibus, qui
ad formam & solennitatem matrim. verba non
requirunt. Verum hæc probatio inefficax est: Nā inefficax
aduersæ sent. authores dicunt, verba ex decreto prob.
Ecclesiæ esse in matrim. necessaria solum extra
casus ab ipsâ exceptos. Probare autem, ea nō esse
necessaria per eos textus, in quibus ipse casus ex-
cipit, est probare per id, quod ipsa vltro concedit,
& de quo authores controversiam non faciunt:
Vnde eorum sententia semper manet in suo ro-
bore, quod verba extra casus ab Ecclesiâ excep-
tos, sint necessaria.

Aliâ igitur viâ impugnanda est. Nunquam Ec-
clesia præsumitur irritare, quod iure naturali &
diuino fauorabile est, nisi id expressè significet:
nunquam o. n. censetur tollere fauores, quoq; ius
naturale & diuinum concedit, nisi id manifestè
exprimat. At matrim. vtroque iure naturali &
diuino est fauorabile; nam secundum vtrumque
ius naturale & diuinum, imò & positivum tam
ciuile, quam Ecclesiæ matrimonium est fauorabi-
le. Nec illud usquam absque verbis contractum
ab Ecclesiâ expressè declaratur irritum; quod
prob. nam potissimum fundam. quo cocontraria
sent. nititur, est authoritas Innocentij III. cap. tua.
de sponsal. & Gregorij IX. cap. Si inter, & Alexan-
dri III. cap. licet. de sponsa duorum: at nulla ex
his expressè decernit, matrim. necessariò esse per
verba celebrandum, cùm iuxta plurimorum DD.
explicationem, alios habeant sensus. 1. Ut idem
sit necessarium, quod utile. 2. Ut per verba non
excluserit alia signa verbis æquipollentia. 3. Om-
nium probabilissimus sensus est, quod Pontifex
non requirat in matrim. verba ad formam &
solennitatem contractus, sed ad probationem duci-
taxat, ut possit facilius Ecclesiæ probari matrim.
esse celebratum: quod autem ad prob. requiritur
potest alijs prob. æquivalentibus suppleti, ut
constat *ex l. in re hypotheca, & seq. ff. de fide in-*
strumentum, vbi statuitur, valere probationem
quocunque signo factam:

Confirm. 1. Contraria sententia, ut ex aduers.
argum. constat, certa non est, sed ad summum Confr. 1.
dubia: at in dubio fauendum est semper mat-
rimonio,

monio, cum sit res maximè favorabilis, ut habetur cap. finali, de sententiâ & re indicata. Confirmatur 2. cum matrimonium sit tam frequens, & politica ac Ecclesiastica Reipub. necessarium, teneretur Ecclesia id expressè declarare, si iudicaret, verba esse ad eius validitatem necessaria; nec permittere multa matrimon. defectu huius conditionis inualida, præsertim cum aduertat nostram sententiam plurimos habere DD. quorum auctoritate nisi multi contrahentes possunt illam in praxin redigere.

^{73.} Ex his patet ad 1. rationem dub. Secunda nostram potius confirmat sent. Etenim hoc ipso, quod Concilium addit regulariter, insinuat, non esse necessaria verba determinata, sed aliquando posse loco verborum alia signa adhiberi. Alioqui si Concilium iudicasset, verba extra casus ab Ecclesiâ exceptos, esse necessaria, debuisse Aitemnis, quos de omnibus ad singulorum sacram. valorem requisitis instruebat, declarare; præsertim cum illi non supponerentur aliunde de mysterijs Latinæ Ecclesiæ instruki sufficienter. Ad confir. idem dicendum fuisset de sacram. Pænit. si Ecclesia dixisset, in eo verba regulariter fore necessaria: quia verò ea semper in hoc sacram. sunt necessaria, idcirco id non dixit. Ad 3. n. ego argum. à matrimonio spirituali ad carnale vim habere: eo quod potuit Ecclesia in uno, & non in alio verba requiri: idq; ex eo, quod matrimon. carnale sit contractus naturalis, qui & quæ bene potest signis ac verbis celebrari. Matrimonium, verò spirituale, cum sit contractus Ecclesiasticus ad Ecclesiam pertinuit, illud quoad formam & solennitatem præscribere.

^{73.} ^{2.} ^{Conclusio} Dico 2. Verba non sunt determinatae necessaria ad matrimonium ut sacramentum est; sed & quæ potest per signa interioris consensus expressiva perfici. 1. Constat ex cit. Florentino, quod agens de matrimonio ut sacramentum est, definit, verba regulariter tantum ad mutuum coniugum consensum exprimendum requiri. 2. quia Christus, dum matrimonium in sacramentum euexit, nil aliud fecit, quam contrahendi naturali superaddere practicam significacionem gratia ad coniuges sanctificando, nihil de natura ipsius immutando; idq; ad maiorem contrahentium facilitatem. Atqui ad matrimonium ut contractus naturalis est, nulla sunt verba determinatae necessaria; ergo neque ut factaen- tum est.

^{74.} ^{Verba de precepto necessaria.} An saltem verba in valentibus loqui, sint necessaria necessitate præcepti. Negant Sanchez, Egid. Coninck, disp. 24. dub. 8. fine, Tannerus disp. 8. de matrim. quæst. 3. dub. 3. post 2. assert. Marat. tract. de matrim. disp. 7. sect. 15. num. 4. & 5. Pontius, eo tamen discrimine, quod quatuor priores putent, saltem esse veniale, ea omittere: postremus verò, ne quidem veniale, cum nullum inquit possit esse veniale, ubi nullum est præceptum: quia verò non possit esse peccatum, agere contra consuetos mores, & receptas honestas consuetudines, esto præceptum nullum sit. Affirmant alij apud Sanchez: quod probabilius centeo. ex cit. cap. iue, ubi verba dicuntur necessaria quantum ad Ecclesiam: hoc est, ut supra, iuxta multorum DD. interpretationem explicui, quoad probationem, quæ debet Ecclesia constare. Videtur igitur Ecclesia verba in matrimonio præcipere, ut per ea certius sibi constare possit.

^{75.} Ratio 670. Et sane rationabili causa Ecclesia moueri po-

tuit ad id præcipiendum, esto non decessent alia signa, quibus possit celebratum matrimonium Ecclesie constare: cum quia hæc sunt certiora: præcipiendum, ut ad omne periculum collendum, ne dubium reddatur matrimonium. Etenim cum non omnia signa certa sint, sed aliqua obscura, ambigua aliquia & mindi certa, expediens fuit ad omne periculum dubij matrimon. collendum, in ijs, qui loqui valent, certa determinare signa sicut fecit ad dubiam electionem vitandam, in Prælatoru. elec. & tione. Quod autem id in nos. cap. iue. sub præcep. pro determinauerit, satis probat terminus necessaria: alioqui non possent in rigore vocis, verba dici necessaria, ne quidem quoad probationem, si uniuersus contrahenti liberum fore, alia signa loco verborum adhibere: solum enim in rigore dici possent necessaria signa interioris consensus sufficienter expressiva, quæcumq; tandem illa fontent. Sicut non dicitur dexter, aut sinister oculus ad videndum necessarius, sed alteruter. Cùm igitur in eo cap. Innocentius III. determinat requirat verba ad coniugalem consensum exprimendum, non est, cur dubitemus, in eo voluisse præceptum statuere, ne coniuges, qui loqui valent, alijs vtantur signis, quam verbis. Præsertim cum eod. cap. verba distinguat ab alijs signis, quibus surdi & muti contrahere possunt: quia ut est Iuristarum axioma, Exceptio firmat regulam: hanc igitur regulam, coniugalem consensum per verba exprimenti, dum excipit in surdis & mutis, confirmat in reliquis loqui valentibus.

Caterum, an hoc præceptum obliget ad mortale, negativa pars mihi probabilior est: 1. quia Non obligat materia non videtur grauis: 2. quia periculum dubium reddendi matrimon. ad quod vitandum possum est, ut dixi, hoc præceptum, facile potest absq; expressis verbis, per alia signa vitari. Quare non videatur, nisi sub veniali obligare, à quo etiā potest iusta & rationabilis causa excusare.

Potò designis, præter verba, que sufficienter exprimunt mutuum coniugum consensum, disputant Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 21. & 23. Pon. gula vniuersitatis lib. 2. cap. 11. 12. 13. & 14. & alij DD. ex quibus hæc regula vniuersalis colligitur. Quoties signum ex natura sua, vel ex iuriis dispositione, aut regionis vel patris consuetudine, est certa nota interni affectus coniugalis erga sponsum, aut sponsam, sufficit ad matrimon. validè contrahendum. Talis est annuli traditio, quæ & subarratio dictatur præsertim, ut cum Mascaldo & Henrig. no. Annulis 77. ^{Designis} ^{77.} ^{annulat} Sanchez cit. disp. 22. nu. 4. Si annulari digito imponatur, ad quem, ut anatomistæ obseruant, venula quædam ex corde protenditur; proinde annuli impositio tali digito facta, signum est cordialis amoris, mutuo coniuges obstringentis in ordine ad alatum generationis.

2. Est, manus porrectio, cap. 1. de sponsâ duorum: Fides, inquit, consensus est, quando et si non signatur manum, corde tamen & ore consenserit ducere. Secus quando ab uno sposo oblatam manum alius retrahit, quia tunc potius est signum dissensus. 3. in iure civili erat solemnis traditio Sponsæ in domum Sponsi, ut habetur l. mulierem. ff. de rit. nupr. Notat autem cum multis Corar. li. 4. decret. p. 1. c. 4. §. 2. n. 1. hanc consuetudinem non esse canonico iure inductam, proinde apud Christianos non esse sponsalitij signum. Caterum nota, ut hæc signa sufficienter exprimant internum consensum naturalem, præcedere debere aliquem tractatum de matrimonio contrahendo: alioqui ex se sunt indifferentia, possuntque animo fornica-

fornicario adhiberi. q. Quando parentes matrimonium contrahunt pro filiis praesentibus & tacentibus, ut habetur cap. vn. de despōs. impub. in 6. vbi Bonifacius VIII. definit, valere sponsalia, eademque ratio est de matrimonio, coram parocho & testibus, qua parentes pro filiis puberibus, vel impuberibus plerumq; contrahunt, ipsi filij si expressè consenserint, vel tacite. Expli- cat autem, quid sit in praesenti casu, tacite consentire, Ut si presentes, inquit, fuerint, nec contradixerint. Vbi etiam dicuntur valere sponsalia à parentibus facta, absentibus & ignorantibus filiis, si postea scientes tacite, vel expressè ratificant. Oppositum huic sent. docet supplementum in 4. dist. 27. quast. I. art. 2. post concl. 4. vbi ait, quomodounque parentes contrahant pro filiis, seu etiam extranei, necessarium est, quod eorum insinuent consensum mutuum, & declarent aliquo signo, vel nuto: alias non videtur sufficiens sola filiorum taciturnitas. Hec Gabriel, qui pro se citat Angelum; que sent. ut à communione exorbitans explodenda est.

78. An post Trident. valeat matrimonium à parentibus coram parocho & testibus pro filiis contractum. Et quidem praesentibus filiis, dubium non est, quin valeat, cum ipsa praesens filiorum taciturnitas possit parocho sufficiens esse iudicium ipsorum interioris consensus. Dubium, an possint parentes coram parocho & testibus pro filiis absentibus de praesenti contrahere, sicut potest procurator pro principali contrahente absente; videtur enim eadem utriusque ratio.

Dico, tale matrimonium non valere, nisi ipsi met contrahentes postea coram parocho & testibus, tacite saltē ratificant: Ratio primi, quia non potest parochus per solam testificationem parentum fieri moraliter certus de consensu filiorum, cum nullum habeat speciale testimonium ab ipsis contrahentibus, quod velint cum tali individuā personā per suos parentes contrahere, quod necessarium est ad contractum matrimoniale per alium celebrandum, ut sanctetur cap. finali de procuratoribus in 6. vbi: Non aliter, inquit, procurator censetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatum habueris speciale. Accedit, quod sāpe filij, propter reuerentiam timorem in parentes, non sponte consentiunt in eos, qui sibi à parentibus matrimonio copulandi proponuntur. Vnde vel ex hoc capite debet talis contractus esse suspectus parocho. Ex his patet discrimen inter parentes nullo mandato de matrimonio contrahendo à filiis accepto, & procuratorem, qui per speciale mandatum sibi commissum, potest parochum de consensu mandantis certiorem reddere. Non infi- cior, posse parentes, si speciale id mandatum à filiis acceperint, validē in eorum absentiā coram parocho & testibus pro ipsis contrahere, quia tunc subirent vicem procuratoris.

Nisi contra-
dictio rati-
ficationem saltē coram se & testibus
scient postea factam, certior fieri de consensu contrahentium:
coram &c. ac proinde tunc, & non ante, matrimonium contraheretur; cum ante nondum esset parocho mutuus contrahentium consensus exploratus: quod ex decreto Concilij ad formam & solemnitatem matrimonij necessarium est.

An solis partibus in iure concessum sit, vt possint pro filiis tacite consentientibus contrahere. Pro parentibus autem intelliguntur tam pa- ter, quam mater; pro filiis, tam legitimi, quam

illegitimi; tam sub partiā potestate constituti, quam emancipati: cum hic solum spectetur naturalis amor parentum erga filios, & reuerentialis affectus filiorum erga parentes. Affirmant. Magister in 4. dist. 29. & cum eo scholastici in 4. dist. 27. S. Tbo. quast. I. a. 2. ad q. 2. ad 3. Scotus quast. vn. §. solutio quast. Richar. ar. I. qn. 3. ad 2. Argen. q. 1. art. 2. ad 5. Palud. q. I. a. 1. concl. 1. & quast. 2. a. 3. concl. 4. Sotus q. I. a. 3. Palai. disp. 1. ver- sus finem. Conarr. lib. 4. decret. p. 2. cap. 4. num. 4. qui pro se citat glossam in c. sue, despol. quæ tamen oppositū insinuare uidetur in v. verba. Henrig. L II. de matri. cap. 2. n. 6. & in tex. lit. P. Sanchez lib. I. de matrim. disp. 33. Rebell. de obligat. Iustitiae p. 2. de matri. q. 10. sett. 1. n. 9. Ex his Sotus §. Praesens autem, & Henrig. aliq; apud Sanchez hanc sent. limitant, ut matri. ab alio, quam à parentibus vice contrahentium initum, solum valeat in foro interno, non externo.

Negant verò Glossa in cap. vn. de despōs. Negant. impub. in 6. v. sponsalia. Sylvest. v. Sponsalia q. 2. disto 5. Coninck disp. 21. dub. 3. n. 37. Tanner. disp. 8. de matrim. q. 3. dub. 5. assert. 6. Pontius lib. 2. de matri. cap. 14. Hurtad. disp. 1. de matri. diffic. 13. n. 49. & aliq apud Sanchez: nisi quod Coninck, præter parentes, lodos admittat tutores, procuratores, & eos duntaxat, ad quos contrahentium cura aliquo modo spectat.

Quam poster. sent. absque limitatione probabilitatem censeo hāc ratione: talis taciturnitas absq; limitetur se est sufficiens signum interioris consensus ratione coniugalis: alioqui si per se sufficiens non est, neque coram parentibus sufficiens erit, cum nequeant parentes illud facere sufficiens, si ex se sufficiens non est. Dixi parentes: quia potest Ecclesia talem taciturnitatem constituere signum sufficiens coniugalis consensus, esto ex se non esset: tunc hanc significationem acciperet ex publicā Ecclesiæ autoritate, ut reliqua signa ad placitum certam significationem accipiunt ex publicā autoritate, aut patria consuetudine. At Dno probabili ex se est sufficiens signum, semper erit sufficiens, siue coram parentibus & consanguineis, siue coram extraneis exhibetur: nec tantum in foro interno, sed etiam externo, nisi ea ab Ecclesia non admittatur, nisi coram parentibus exhibita: quia tunc ex dispositione Ecclesiæ tale matrimonium, per taciturnitatem coram extraneis contractum, non presumitur in foro externo validum, cum illa ab Ecclesiā non acceptetur ut signum sufficiens maritalis consensus, esto ex se sufficiens sit; idque ad maiorem certitudinem, quam Ecclesia in re tanti momenti requirit. Sicut professio Religionis ante 16. annum facta, esto ex se sufficiens sit ad obligandum profitementem, ob maiorem tam certitudinem, quam Ecclesia in eo actu requirit, non acceptat ut sufficientem; atque adeo profitementem non obligat, ne quidem in foro interno, cum hoc determinatum tempus ab Ecclesiā exigatur ut forma solennitatis, ad valorem professionis necessaria. Quare posset Ecclesia taciturnitatem contrahentium solum coram parentibus exhibitam statuere ut sufficiens signum coniugalis con- trahentium dupli- cens, 1. modo ut formam solennitatis, uti sta- tuit praesentiam parochi & testium; 2. modo sub poss. ab præcepto tantum. 1. modo non adhibita irrita- ret matri. etiam in foro conscientia: 2. mo- parentibus do non irritaret, saltē in foro interno, si ex- tera adsit, esto in foro externo non presum- reretur validum.

Ecclesiam

81.
Protatur
primum.

Illatio in
efficacissi-
ma.

Authoritas
negativa.

Al homine
confirm.

Prob. secun-
dum.

82.
Argum. tertia.

Ecclesiam nullibi declarasse, solam taciturnitatem filiorum coram parentibus exhibitam, esse sufficiens signum consensus coniugalis, prob. fundatum, quo opposita sententia est cit. cap. vn de desponsat. impub. in 6. vbi Bonifa. VIII. solum de parentibus mentionem facit. Ex quo inferunt, solam taciturnitatem filiorum coram parentibus praestitam à Pontifice admittit, ut sufficiens signum expressum consensus coniugalis. At illatio est ab autoritate negativa: & Pontificem solam mentionem fecisse parentum, non est certum signum, exclusisse alios, sed eorum tantum voluntate mentionem facere, qui plorunque id praestare solent, ut ipse suis verbis insinuat: Porro ex sponsalibus, que parentes pro filiis puberibus, vel impuberibus plerumque contrahunt. Addendo enim plerumque satis indicat, non solum parentes, sed alios etiam posse pro his contrahere. Neque particula plerumque hinc posita est tantum ad denotandum, quod non ipsi filii, sed parentes soleant filiorum sponsalia contrahere, verum etiam ad significandum, quod non solum parentes, sed etiam alii id validè praestare valeant; cum euim utrumque sensum habere possit, non est cur ad vnum tantum illam limitemus: præsertim cum ipsa Glossa V. sponsalia, menem Pontificis interpretando, ad extraneos etiam extendat.

Nec magna vis ponenda est in communione author. DD. cum non omnes id negant, sed loquuntur, ut Pontifex, non excludendo alios, sed tantum eorum mentionem faciendo, qui id plerumque consueverunt. Ceterum qui alios expressè excludunt, sunt Richard. Palud. Sotus, Palaci. Conarr. Henr. Sanchez, Rebell. Confir. contra Sanchez, qui num. 14. admittit in Indis, qui timide sunt naturæ, taciturnitatem etiam coram extraneis exhibitam, ut sufficiens signum interioris consensus coniugalis. Cur similis taciturnitas non admittitur in aliis? & cur patria consuetudo ob naturæ timiditatem apud Indos inducere potuit, ut taciturnitas coram extraneis exhibita, esset sufficiens signum coniugalis consensus, & taciturnitas adolescentium ob naturæ verecundiam inducere non potuit, ut etiam coram aliis exhibita, esset sufficiens signum veritatis consensus? Porro si taciturnitas contrahentium coram quocunque etiam extraneo exhibita, per se est sufficiens signum consensus coniugalis, eo quod non potuerit, & debuerit contrahens reclamare, sciens tamen & volens in re naturaliter expetibili non reclamauerit, moraliter censetur consentire; sequitur quod ex se sit sufficiens signum, non solum in foro interno, sed etiam externo, vbi expressa lex talis taciturnitatem irritans non habetur.

Neque alicuius momenti sunt argumenta, quæ huic sent. obiciunt. 1. Filii sunt de substantiâ parentum: ergo ad eos tantum spectat, pro illis matrimonio contrahere. 2. Filii tenentur obedire parentibus, non extraneis: ergo parentibus pro ipsis contrahentibus, tenentur reclamare, & non reclamantes tenentur consentire. 3. cum matri possit esse noxiū, parentes autem, cum filios plus quam se ipsos diligunt, non nisi optimo modo eos censemur matrimonio collocare.

Ad 1. Neg. conseq. hoc enim argu. incidit cū tertio, quod non plus probat, quam quod id congruentius per parentes fiat, non quod alquando per extraneos non possit: maximè quia coram extraneis maiorem habet libertatem reclamandi, quam habeant coram parentibus, ob reue-

rentiam timorem. 2. Argum. confirmat potius nostram sent. nam si filii tenentur parentibus obedire, cum vident eos ad contrahendum propensos, reverentiali timore induci non reclamabunt, qui forte coram externis reclamatent. Nec placet distinctione Koenick, cum nulla ratione proberetur, cur sola taciturnitas eorum ijs ad quos contrahentium cura spectat, sit in iure admissa, cum possint etiam alij ab amicis vel curatoribus contrahentium rogati, pro i.s contrahere: neque hoc vlo iute ostenditur prohibitum.

Quintum signum maritalis consensus ante Trid. erat copula carnalis sécuta post sponsalia, cap. 15. qui de sponsal. & cap. vn. 5. idei quoque de sponsal. desponsat. impab. in 6. Per talem enim copulam sponsalia transibant in matrimonium non quod copula ipsa præcisè spectata faceret matrimonium, quippe quæ adhiberi potuisse affectu fornicatio: sed quia qui post sponsalia ad spousam accedebat, presumebat accedere animo non peccandi (non quā enim quis in fure præsumitur malus, quam diu non constat esse malum) per consequens tale matrimonium ab Ecclesia præsumebatur consummatum affectu maritali: idcirco appellabatur matrimonium præsumptum, contra quod nulla admittetur in foro externo probatio. Vnde si post talem copulam sponsus maritum cum alia contraxisset, cogendus erat redire ad primam, ut ad suam, cum qua maritali copula præsumebatur matrimonium consummata, ut cod. cit. cap. 1s qui deciditur. Hoc autem signum cessat post Trid. vbi ipsius decretum est acceptatum: ed quod vi decreti debet signum ipsum, quo interior consensus & matrimonium contrahitur, coram parocho & testibus exhiberi. Nec sat est, coram ijs tantum sponsalia exhibere: quia sicut per huc matrimonium non contrahitur, ita nec ea tantum coram parocho exhibere, sat erit ad validum matrimonium iuxta decretum Tridentini contrahendum. Foret autem validum, si tam sponsalia, quam carnalis copula coram parocho & testibus adhiberentur. Nec sat esset, copulam coram uno, & sponsalia coram alio parocho exhibere: nam ut re

Cessat posse
Trident.

& Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 40. nn. 7. Nester parochus eo casu posset de matrimonio testificari, sed virtus de sponsalibus, alter de copula, quæ nisi sponsalia, vel aliud sufficiens signum coniugalis affectus præcedat, de se non est certa nota matrimonij, cum possit fornicatio affectu adhiberi.

Disputant DD. quæ formulæ verborum sint sufficientes ad validè contrahendum, quæ vero dubiæ. De dubijs seruandæ sunt sequentes regulæ. 1. Quando dubia sunt verba recurrendum est ad intentionem contrahentium, secundum quam interpretanda sunt verba, ut definitur, can. Humane aures 22. quest. 5. cum non intentione verbis, sed verba intentioni, ut ibi dicitur, seruire debeant. Regula 2. quando verba sunt ambigua, accipienda sunt in sensu potius municipalis, & iuxta significationem, quam communiter habent in eo loco, vbi sunt prolatæ, quam in sensu rigoroso juris. Ut si in aliquo loco vox clericus intelligatur solus sacerdos, esto in iure quoad favorabilia nomine clerici veniat quicunque ordine iniciatus, accipienda erit pro solo sacerdote. Item esto verba ex se significatione habeant de futuro, si tamen ex patria consuetudine, & intentione contrahentium, accipientur ut significativa consensus de præsenti, sufficient ad matrimonium validè contrahendum. 3. Quando Tertia. F verba

62 Disput. IV. De consensu ad Matrimonium requisito. § Sectio VIII.

Quarta.

verba multos possunt habere sensus ex circumstantijs ille coniectandus erit, quem contraentes verosimilius intendere posuerunt ac debuerunt. 4. Ad matrimonium perficiendum non requiri, ut qui traditionem corporis ab altero sibi factam acceptauit, suam vicissim corporis traditionem alteri exprimat: sed hoc ipso, quo traditionem alterius corporis sibi factam acceptauit, perficitur contractus: ita Sanchez cum multis lib. 1. de matrim. disp. 5. n. 6. & disp. 18. n. 10. Ponticus lib. 2. de matrim. cap. vlt. n. 7. Vnde si unus coniux dicat: *T rado me tibi in coniugem*: & alter respondeat: *Accepio*: statim perficitur matrimonium quia nequit matrimonium claudicare, vel enim ex utraque parte erit validum, vel ex neutra: ergo hoc ipso, quo unus coniux acceptat traditionem ab alio sibi factam, censeretur illam acceptare iuxta legem & naturam matrimonij, ut nimis in ipsa acceptatione traditionis sibi factae, includatur mutua sui corporis in alterum traditio: cum contraetus matrimonium natura non permittat, ut unus alterius corporis traditionem acceptet, & vicissim sui in alterum non transferat. 5. Si adhuc pensatis examinatisque diligenter omnibus circumstantijs matrimonium apparet dubium, post factum, quando erit in favorem matrimonij, cum sit res maximè favorabilis, ut constat ex cap. finali, de sent. & re indicata, &c.

S E C T I O V I I I . In quodnam obiectum ferri debet consensus maritalis?

84.
Emergit
diffic.

Opinio de
copula.

Contraria
auctorita-
tis Eccles.

Scholasticis,
rationes.

Tria sunt in matrimonio, in quæ coiugum consensus ferri potest, quæ bona matrimonij ab August. & Concil. Florent. in decreto Eugenij IV. §. Septimum, dicuntur; generatio prolixi, mutua coniugum fides, quæ à Scholasticis cum August. vinculum sacramenti nuncupatur, & individua vita consuetudo, ad mutua obsequia sibi praestanda. Ex his difficultas, an ad omnia hæc, vel ad quod ferri debeat coniugalis consensus, ut verum perfectumque efficiat matrimonium? Omitto inter probabiles sententias recensere Gratiani opinionem, qui non modò consensum in copulam, sed copulam ipsam putat esse partem essentialē matrimonij, sine qua nullum matrimonium, etiam per consensum de præsenti expressum censem validum, ut docet can. *Quod autem, & can. institutum 27. q. 2.* Ex quo infert, liberum esse coniugi, ante copulam à vita discedere, & alijs nubere. Quæ sententia reiicitur omnino, ut contraria autoritati Eccles. quæ verum matrimonium agnoscit ante ullam carnalem copulam, illudque dissolui non posse, nisi solenni Religionis professione facetur, can. *Desponsatam 27. quæst. 2. cap. Ex publico, de conuersi coniugat. Extrauag. Antique, de voto & voti redempt. Et Trid. sess. 24. can. 6.* definit, posse matrimonium ratum non consummatum solenni Religionis professione dirimi, supponens ante carnalem copulam, quæ dicitur consummari, verum ac validum esse: ita Ulpianus l. *Cum fuerit is ff. de condit. & demonstrat. Nuptias, inquit, non concubitus, sed consensus facit:* Scholasticis, qui concordi animo cum Magist. in 4. dist. 30. docent carnalem copulam non esse de essentia matrimonij: vnde illud agnoscent inter B. Virginem & Iosephum: Ratione: quia copula est effectus matrimonij, illud supponens. Vnde proto-

parentes in paradiſo fuerunt veri coniuges, antequam se carnaliter cognoscerent, ut definit Bonifacius VIII. cap. vnic. de voto in 6. tum ex Gen. 2. *Nunc horum ex officiis meis, & caro de carne mea: tum ex Christi verbis Matt. 19. Quod Deus coniunxit, nemo non separabit: coniunxit autem eos in matrimonio Deus in paradiſo, dum illos masculum & feminam creauit, accedente mutuo eorum consensu. Confirmant PP. Ambrosius de instit. Endem veri Virginis cap. 6. Non defloratio Virginis facit eas confirm. coniugium, sed pactio coniugalis. August. l. de Nupt. & concupis. cap. 11. Quibus vero placuit ex consensu ab usu carnalis concupiscentia in perpetuum continere, absit, ut inter illos vinculum coniugale rumpatur; immò firmius erit, quoniam magis ea pacta secundum iniuriant, que chariis concordiaq; seruanda sunt, non voluntariis corporum nexibus, sed voluntariis affectionibus animorum. Nicolaus Papaus ad consulta Bulgar. can. Sufficiat 24. quæst. 2. sufficiat secundum leges filios eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur.*

Tandem, ex ea sent. sequitur, matrimonium non eleuari in Sacramentum, gratiamque coniuges 86.
sanctificanteū confesse, nisi in ipso actu carnalis copule: quia tunc eleuatur in Sacramentum, gratiamq; confert, cum perficitur contractus: perficitur actu per Gratia. contractus ipso carnalis copulæ actu, quod est contra Floren. cit. ubi causam efficientem matrimonij, ut Sacramentum est, ait esse consensum per verba de præsenti expre- sum: non igitur ex Concilio sic Sacramentum per copulam. Postremò Nota cum Bellar. de matri. Postrem cap. 5. 6. ubi tamen falsò à Gratia. can. Cum Societas notandum. 27. quæst. 2. citari verba Leonis: Cum Societas nuptiarum sic ab initio constituta sit, ut prater sexum commissione, non haberet in se Christi & Ecclesia Sacramentum: cum in eius epist. 92. ad Rustic. ex quâ hoc testimonium excerptum est, non legitur negatiuē: Non haberet: sed affirmatiuē: haberet, ut patet legēti cap. 4. Epist. Quare merito hæc sent. digna nota censenda est.

Dices: matrimonium euehitur in Sacramentum per coniunctionē Christi cum Ecclesiā: sed ad hanc non euehitur nisi per copulā carnalem: 87.
igitur ante copulā carnalem non est Sacramen- Dices.
tum. Resp. in matrimonio duplex ratio Sacra- menti, altera collatiua gratiæ, ad quā statim ele- uatur, cum primū perficitur in ratione contra- ctus: altera expressua unionis Christi cum natu- râ humana & Ecclesiâ: & ad hanc non eleuatur nisi post copulam coniugalem. Neque est absurdum, matrimonium ante copulam carere hac significa- tionem; immò est necessariū, ut possit ante copulā, vel Pontificis autoritate, vel solēni Religionis Professione dissolui: alioqui nullā humana au- thoritate dissolui posset, cum per significationem unionis Christi cum natura humana & Ecclesia, matrimonium fiat, omni humana potestate indis- solubile. Nec desunt, qui putēr, sajtem copulam An etiam carnalē esse partem integralem, sine qua matrimonium integratit: existit quidem perfectum essentialiter, non integraliter; sicut Sacramentū Penitentia ante per- actam satisfactionem à Confessario iniunctam, est perfectum essentialiter, non integraliter; cum adhuc ei ad integratē substantiam desit pars integralis satisfactionis: ita nonnulli apud Bel- lar. cit. quibus & ipse viderut assentire s. His pre- missis. Verum quid de hac sent. infra. Inter probabiles, Prima sit, ad verū & perfectum matrimonium necessarium esse explicitum consensum in copulam carnalem, & reliqua carnalē copulā conse- quentia. Hanc sent. ut Gratiani opinionē ab er- roris

87:
Dices.

Resp.
Ante copu-
lam caret
aliquā si-
gnific.

An etiam

88.
Inter sen-
tentias pro-
babiles.

oris nota excusat, probabiliter defendendam suscipit per multa cap. Michael Medina lib. 1. de sacror. hom. contin. a cap. 61. Ex qua infert, inter B. Virginem & Iosephum non intercessisse verum matrim. sed tantum sponsalitum. Idque conatur probare multorum PP. testimonij, praesertim Hierony. qui docet, in Evangelio Mariam dici Vxorem Iosephi, more scripturarum, quæ frequenter vxorem appellant, quæ tantum est desponsata. Cum virum, inquit, audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare consuetudinis scripturarum, quod sponsi viri, & spouse videntur uxores: idque colligit ex Luc. 2. Vt profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore pregnante: quæ non absolute, inquit, uxor, sed uxor desponsata dicitur. Fundam. matrimonium est contractus per se primò naturâ suâ ordinatus ad procreationem: Omnis autem contractus ad sui validitatem expressum consensum requirit in obiectum, circa quod primò & per se versatur.

Secunda negat, nullum explicitum & directum consensum in copulam esse necessarium ex parte contrahentis. Est communis inter DD. quam & Scholastici cum Mag. in 4. dist. 27. 28. & 30. & Recent. cum Angelico 3. p. q. 29. a. 2: & in 4. dist. 30. qu. 2. art. 2. Verum cum omnes convenient, aliquem consensum in copulam necessarium esse; quia cum matrim. naturâ suâ ordinetur ad procreationem prolis, & copula sit necessarium mediū ad prolis procreatione, nequit substantia matrimonij consistere, excluso omni consensu ad copulam. Pro qua diffic. solvenda duo afferantur modi; alter Magistri in 4. dist. 30. §. Premissis, S. Tho, ibid. q. 2. a. 1. ad q. 2. ad 1. & a. 2. ad 1. & 3. p. quæst. 29. art. 2. Scorscit: dist. 30. quæst. 2. §. De 2. & in fine qu. Richard. artic. 1. quæst. 1. ad 3. Durand. quæst. 2. num. 8. Gabriel. quæst. 2. art. 2. post. 7. concl. Henri. Gaudau. quæd. 9. quæst. 11. sufficere consensum implicitum ex parte contrahentis, sub conditione si alter coniux debetur petierit, vel Deus votum relaxarit; ut salvent matrim. inter B. Virginem & Iosephum, post virtusque virginitatis votum celebratum. Verum hic modus, saltem quo ad 1. partem nequit applicari matrimonio B. Virginis, quæ non potuit in carnalem copulam consentire sub ea conditione, si coniux petierit; quia posito voto absoluto Virginitatis, non potuit habere animû sedendi debitum. Sed nec potest quo ad 2. partem applicari: cum hoc dignum non sit B. Virgine, quæ probabiliter conscientia fuit de voto virginitatis Iosephi; proinde certa erat de nunquam secuturâ copulâ, vt S. Tho. cit. a. 1. q. 2. ad 3. docet, sc. nunquam carnalem copulam fuisse in proposito B. Virginis, quia erat certificata, quod alius nunquam sequi deberet. Alter igitur modus est, sufficere consensum implicitum, non ex parte contrahentis, sed contractus: ita Sotus in 4. dist. 27. q. 1. a. 2. §. Quarta concl. & dist. 30. quæst. 2. a. 2. §. Scots ergo, & ferè omnes Recent.

90. Dico 1. Nullus consensus, neque explicitus neque implicitus necessarius est ex parte contrahentis in copulam ad valorem matrimonij. Primum afferere tenentur etiam ij, qui aliquem ex parte contrahentis in copulam consensum desiderant: cum ad nullum contractum validè in eundem necessarius sit expressus consensus in rem, circa quam contractus versatur, sed sufficiat virtualis & implicitus; hic enim sufficit ad actum humanum, qualem requirunt negotia humana, vt validè peragatur. Cōstat tunc in eo, qui intentio-

nem habet contrahendi juxta leges & consuetudinem loci, etiamsi eas ignoret: tum in eo, qui sacramentum conficit, sola intentione faciendi quod facit Ecclesia. Nec ab Abuers. ratio afferatur, cur hic specialiter requiratur ad contractum, matrim. Secundum prob. Si aliquis ex parte cō- Nec implici- trahentis ad valorem matrimonij necessarius ^{tus}:

foret in copulam consensus, nunquam sine eo posset validè contrahi: at potest: nam i. Qui cum expresso animo ingrediendi Religionē ante consummatum matrim. contrahit; valide contrahit: at hic non potest in copulam consensum habere: quia qui contrahit expresso animo servandi perpetuam castitatem in Religionē, non potest habere consensum in copulam, cum talis consensus distraet consensum servandi perpetuam castitatem in Religionē. Maior habetur cap. Commissum, de sponsalibus, vbi Alex. III. suadet cuidam mulieri, quæ iurato fidem cuidam spoderat, se illū validum eff. intra biennium ducturam: quæ postea facti p̄c. sacram. sine nitens proposuit Religionē ingredi, vt propter reverentiam iuramenti prius matrimonium contrahat, & postea Religionem ingrediatur: ac non potuit Pontifex suadere, vt matrim. inutilidum ficeret 2. Quid cum simplici voto castitatis contrahunt, animum habere debent in copulam non consentiendi, seu non violandi votum: ergo consensus in copulam ad valorem matrimonij non requiritur. Apres. est communis sent. DD. apud Sanchez lib. 7. de matrim. dist. 11. num. 10. & constat ex matrimonio inter B. Virginem & Iosephum; quod, vt infra, fuit verum matrim. & tamen voto castitatis ab utroque emissio, vt comitunior fuit sent. contraxerunt. Nec refert, quid defacto peccent, qui castitatis voto ligati ante obtentam voti dispensationem, contrahunt matrim. nam peccatum non tollit matrimonij valorem: & contrahere possent animo Religionem ingrediante consummatum matrim.

3. Qui dominium sui corporis cum perpetuo vinculo in aliud transfert, & vicissim dominum alterius corporis cum eodem perpetuo vinculo in se translatum acceptat, esto nulla sequatur carnis copula, verum contrahit matrim. Non igitur ad verum matrim. necessarius est ex parte contrahentis in copulam consensus: Quia si saluari potest matrimonij veritas, nullâ securâ copulâ, etiamsi hoc fuerit antea præsumum, poterit etiam sine consensu in eam, matrimonij essentia consistere, cum solus consensus in substantiam matrimonij sit necessarius. Antecedens ostendo: qui dominium sui corporis in alterum transfert cum perpetuo vinculo, duplē contrahit obligationem, 1. nullam aliam agnoscendi; 2. quantum est ex vi translata potestatis, manēdi ex iustitia obligatum ad reddendum debitum coniugale, si alter petierit. Dixi, ex iustitia: Validum non tia: quia licet virtute Religionis, ratione voti licite peti debet potest.

Tom. IX. De Matrimonio.

^{93.} *Confirm. 1.* talis contractus possibilis est; nec potest ad aliud genus contractus, quā matri-

moniū pertinere; cūm per solam mutuā corporis in alterum potestatem, cūm perpetuo vinculo, ab omni alio contractu essentialiter discri-

minetur. simulque in certa specie constituantur;

Confirm. 2. nec ad aliam quā matrim. sit reducibls. 2. Ante copulam coniuges sunt veri coniuges: ergo copula, adeoque consensus in copulam non facit coniuges, sed mutua corporum translatio, & consensus in eam. Antec. est Aug. l. i. de nupt. & concupisc. c. ii. vbi de matrim. inter B. Virginem & Iosephum, ita scribit: *Coniux vocatur ex prima fide desponsationis, quam concubitu nec cognoverat, nec fuerat cognitus: nec perierat, nec mendax manferat conjugis appellatio, ubi nec fuerat, nec futura erat illa carnis commissio.* Tum quia neuter potest licet ad alterū accedere, nisi supponatur verus coniux; adeo ut etiam qui contra-

hunt matrim. per ipsam copulam maritali affe-

ctu adhibitam, debent prius supponi veri coniuges, quam copulam exerceant, alioqui non posset esse accessus ad suam: supponuntur autem veri coniuges per mutuam translationem do-

minij sui corporis in alterum, cum perpetuo vinculo, quā copulam antecedit. Tum quia etiam si nunquam se cognoscerent, adhuc non desinerent esse coniuges. Dicēs. Non est bona

illatio, non desinunt esse veri coniuges, si post contractū matrim. promittant se nunquam cog-

nitos: ergo etiamsi ab initio contrahant ex-

presso animo se nunquā cognitos, verum con-

trahunt matrim. cūm multa dirimant matrim.

contrahendum, quā non dirimunt contra&um. Qui enim à principio contraxit animo ad tem-

pus commanendi, validē non contraxit: quia a-

timus si accedat matrimonio iam contracto, il-

lud non dirimit.

Resp. Faretur, multas esse conditiones, quā ab ini-

tio appositorum contrahendum matrimonium di-

rimunt, quā pōst appositorum, contractum non

dirimunt: suntque omnes illas, quā matrimonij

substantię aduersantur, quia quando illas à prin-

cipio apponuntur, collunt consensus ad ma-

trimonij substantiam requisitum: appositorum ve-

rō pōst illud contra&um, nihil efficiunt: Nam

legitimo consensu semel præstito, non est am-

plius in potestate coniugum, matrimonium dis-

solvere. Contrahere autem expresso animo, nun-

quam debitum petendi, non est conditio matri-

monij substantię aduersans.

Dico 2. et si ex parte contrahentis nullus ne-

cessarius sit in copulam consensus, est tamen ne-

cessarius implicitus & indirectus ex parte ipsius

contra&um matrimonialis: est communis. Fun-

damentum, quoniam matrimonium essentialiter

requirit mutuam corporis potestatem in al-

terum translatam: sed in hac mutua corporum

potestate per se tanquam in causa includitur

ius utendi corpore: ergo qui cōsentit hanc mu-

tuā corporum potestatis translationem, impli-

citè & indirec& consentit in copulam, tanquam

in terminum necessariū importatum per pot-

estatem in corpus coniugi translatam.

Coniuges ex parte contra&us implicitè in co-

pelam consentire possunt 1. in actu futuram; 2.

in possibilem & potentialem. Non primo, sed

secundo modo intelliguntur consentire, etiam

cūm contrahunt expresso animo nunquam co&undi. Ratio; in eam tantum copulam con-

sensus ratione contra&us sufficit, & necessarius

est, quā est matrimonio essentialis, & ab eo sal-
uā eius substantiā separari non potest: at qui so-
la posterior copula est matrimonio essentialis,
eiusque substantiam ingreditur & constituit, sc.
sola possibilis & potentialis, quā est transcen-
dentalis terminus coniugij matrimonialis, cūm
actualis saluā matrimonij substantiā separari
possit, & de facto in multis mutuo consensu, aut
voto perpetuō separatur, integrā manente ma-
trimonij naturā. De hoc consensu interpretan-
di sunt Authores cit. Henricus, S. Thomas, Sco-
tus, &c. dum afferunt, aliquem consensum in
copulam esse necessarium.

^{96.} An possit hoc in pactum deduci? Negant alii Dubiam qd.
qui apud Vasquez 10. 2. in 3. p. disp. 123. cap. 6.
cō quād hāc sit conditio contraria substantiae
matrimonij, ut definit Gregorius IX. cap. finali
de condit. appos. Vbi inter alias, ponit hanc: *Con-
traho tecum, si generationem prolis evites: quam
declarat esse contra substantiam matrimonij.*

Affirmant Palud. in 4. dist. 30. q. 2. a. 1. coclus. ^{Affirmant.}
2. vbi: *Pacisci, inquit, de debito non petendo, non dum*

*est contra substantiam matrimonij; supplem. Gabrie-
lis dist. 28. quast. 1. art. 3. dub. 1. Vasquez ibid. &*

alij apud ipsum, quod longè probabilius est. Nam

*si possunt duo scientes ac volentes voto perpe-
tuę castitatis astricti, validē contrahere, cur non*

*id ipsum in pactum deducere? Cūm hoc impli-
citè includatur in priori voluntate contrahendi*

*cūm voto perpetuę castitatis: nam qui sic con-
trahunt, debent habere animum, nunquam in*

*copulam consentiendi, saltem quantum est ex
parte sui. Ad author. Pontif. respondet Vasquez,*

*conditionem assignatam, esse contrariam fini
matrimonij positivę; hanc verò negatiū, quā*

*autem negatiū tantum opponuntur, non de-
positivę, struunt matrimonij naturam, quia non detor-*

quent illud ad finem contrarium, ad quem per se

*est institutum, vti detorquent conditiones pos-
sitiū contrarie, sed solum negant actum. Resp.*

*facilius: quando ea conditio eo animo apponi-
tur, vt non possit coniux ex iustitia actum con-*

jugalem petere, siue id exprimitur positivę, siue

negatiū, destruit naturam matrimonij, quā in

huiusmodi potestate, ex iustitia petendi essen-

tialiter consistit: quando autem apponitur, vt

*ex alia virtute non possit actus coniugalis peti,
substantia matrimonij non destruitur, cui tan-*

*tum repugnat obligatio non reddendi debitum
ex iustitia: ed quād hāc tantum directè appo-*

*nitur dominio utendi corpore coniugis, sibi per
consensum matrim. tradito; non autem obliga-*

tio orta vel ex fidelitate, quā coniuges mutuo

sibi promiserunt coniugale debitum non pe-

tendi; vel ex votō, quo se Deo voverunt. Et quia

*talis conditio ab Ecclesia præsumitur apposita
animo non reddendi debitū ex iustitia, absolute*

excluditur ut contraria substantia matrimonij.

Infertur 1. cur voluntas se non obligandi ad

votum soluendum, destruat substantiam voti, Coroll. 2.

& voluntas se non obligandi ex fidelitate ad de-

*bitum coniugale petendum, non destruat sub-
stantiam matrimonij: sc. quia illa directè op-*

ponitur natura voti, quā in obligatione ad sol-

uendum id, quod promittitur consistit: hāc

non opponitur directè natura matrimonij: quā

non in potestate petendi debitum ex fidelita-

*te, sed in potestate petendi debitum ex iusti-
tia, quā per obligationem non petendi ex fi-*

delitate, non tollitur formaliter, consistit. Id-

que patet ex eo, qui stante obligatione debitum

non

^{93.} Confirm. 1. talis contractus possibilis est; nec potest ad aliud genus contractus, quā matri-

moniū pertinere; cūm per solam mutuā corporis in alterum potestatem, cūm perpetuo vin-

cule, ab omni alio contractu essentialiter discri-

minetur. simulque in certa specie constituantur;

^{94.} *Probatio ef-
ficacia.* nec ad aliam quā matrim. sit reducibls. 2. An-

te copulam coniuges sunt veri coniuges: ergo copula, adeoque consensus in copulam non fa-

cit coniuges, sed mutua corporum translatio, & consensus in eam. Antec. est Aug. l. i. de nupt. &

concupisc. c. ii. vbi de matrim. inter B. Virginem & Iosephum, ita scribit: Coniux vocatur ex pri-

ma fide desponsationis, quam concubitu nec cognoverat, nec fuerat cognitus: nec perierat, nec men-

dax manferat conjugis appellatio, ubi nec fuerat, nec futura erat illa carnis commissio. Tum quia

neuter potest licet ad alterū accedere, nisi supponatur verus coniux; adeo ut etiam qui contra-

hunt matrim. per ipsam copulam maritali affe-

ctu adhibitam, debent prius supponi veri coniuges, quam copulam exerceant, alioqui non posset esse accessus ad suam: supponuntur autem

veri coniuges per mutuam translationem do-

minij sui corporis in alterum, cum perpetuo vinculo, quā copulam antecedit. Tum quia etiam si nunquam se cognoscerent, adhuc non

desinerent esse coniuges. Dicēs. Non est bona

illatio, non desinunt esse veri coniuges, si post contractū matrim. promittant se nunquam cog-

nitos: ergo etiamsi ab initio contrahant ex-

presso animo se nunquā cognitos, verum con-

trahunt matrim. cūm multa dirimant matrim.

contrahendum, quā non dirimunt contra&um. Qui enim à principio contraxit animo ad tem-

pus commanendi, validē non contraxit: quia a-

timus si accedat matrimonio iam contracto, il-

lud non dirimit.

Dicēs.

Resp.

^{95.} *Decisio.*

Fundam.

Dupliciter

consentire

coniuges impli-

cidi, &c.

Disput. IV. De consensu ad Matrimonium requisito. Sectio VIII.

67

Coroll. 2. non petendi ex fidelitate, sive humana, sive diuina, si adhuc coniuges debitum peterent, non esset fornicarij, aut adulteri, sed solum infideles.

Coroll. 3. 2. Verum ac validum fuit B. Virginis cum S. Iosepho matrimonium, non obstante utriusque virginitatis voto: quippe qui, eo non obstante, uterque potuit sui corporis dominium cum perpetuo vinculo in alterum transferre: at in mutua corporum translatione veritas matrimonij consistit: ergo. 3. Cur etiam vslus matrimonij sit voto castitatis perpetuo impeditus, facultas vnde corporis coniugis non censeatur frustraneatum quia illa valeret ad alia bona matrimonij, ut ad fidem coniugalem seruandam, ad obsequia sibi mutuò præstada. Tum quia, etsi de facto nunquam talis vslus sit futurus, saltem possibilis est, vel omnino licitus, voti dispensatione accedente; vel certè non iniustus.

Dicēs: ergo nec frustranea erit facultas vnde corporis coniugis physicè impotentis ad generandum; cum eadem sit ratio, sive impedimentum proueniat ex causa physica, sive morali, cum utrumque prohibeat, quod minus coniux possit corpore sibi tradito vti. Ex quo etiam sequitur, posse inter istos, si utrique nota sit impotencia, contrahi utrum matrimonium non minus quam inter castitatis voto perpetuo impeditos: quod tamen plerique negant: & de Eunuchis & Spadonibus definit *Sixtus V. in pecul. Bullâ anno 1587. 27. Iunij*, quæ incipit: cum frequenter: in quâ declarat, eorum matrimonia fuisse irrita & nulla, sicut & cætera imposterum contrahenda.

Coroll. 4. **Resp.** Quidquid sit, An inter impotentes, cum notiâ impotentie, validum matrimonium contrahi possit, de quo suo loco, dispar est ratio de his, & impeditis voto castitatis: nam in illis non est copula coniugalis possibilis, quæ est essentialis terminus coniugalis potestatis, defectu cuius *Sixtus V. in cit. Bullâ declarat*, ea matrimonia esse nulla: in his autem non modò est possibilis, sed accidente dispensatione, actualis ac licitus. An autem inter huiusmodi impotentes possit esse validum matrimonium, saltem in ordine ad domesticâ virâ, & mutua sibi obsequia præstanta, *infra*.

4. Matrimonium contractum inter duos perpetuo castitatis voto ligatos, non habet eam indissolubilitatem, quam habet contractum inter duos ab eiusmodi voto liberos. Nam primum caret duplice indissolubilitate, alterâ Sacramentali fundatâ in expressione coniunctionis Christi cum Ecclesiâ, ad quam non evenit, nisi carinali copula consummetur: alterâ in indissolubilitate naturali, fundatâ in iure, quod proles accipit per maritalem copulam. Quo sit, ut tale matrimonium dissolvi possit, vel per solemnem Religiosis professionem, vel auctoritate Pontificis, si verum est, posse Pontificem matrimonium non consummatum, virginem causâ, dissoluere, de quo *infra*.

Ad fundam. oppositæ constat; scil. ad validitatem matrimonij sufficit consensu implicitus in copulam, non ex parte contrahentis, sed ex parte contractus: quem præbuit B. Virgo eo ipso, quod dominium sui corporis maritali affectu transfluit in Iosephum. Hieronymum explicat *S. Tho. 3. p. q. 19. art. 2. ad 2. de nuptiis concubitu consummatis. 2. S. Hieronymo opponimus Augustinum, aliosque PP. nobiscum sentientes. faciemus tamen cum Medinâ lib. 5. de Sacro. hom. contin. c. 64. Sanch. lib. 2. disp. 28. n. 1. & Canif. apud ipsum contra Suar. nostrâ sent. non esse de fide.*

Tom. IX. De Matrimonio.

Quærit *ibid. S. Thom.* An matrimonium B. Virginis fuerit perfectum: & distinguit in matrimonio Duplex per-
ficio perfectionem, i. ex forma, quætes constitutæ matris.

tutur in sua specie, quæ dicitur prima perfectio *ex S. Th.* rei, & secundum haec ait, matrimonium B. Virginis fuisse perfectum, quia in eo fuit indissolubilis coniunctio animorum, per quam unus coniux tenetur coniugalem fidem alteri seruare: vel secundum nostram sent. B. Virginis matrimonium dici potest fuisse perfectum, quia in eo fuit mutua corporum translatio cum implicito saltum consensu ad copulam non actualem, sed possibilem ex parte contractus: ex qua translatione secura sunt individuæ virtutæ consuetudo, mutua obsequia sibi præstanta, fidesque coniugalis perpetuâ seruanda. 2. perfectio rei est operatio, qua res suum finem attingit: hæc autem in matrimonio est coniugalis copula, per quam ad problemum pervenitur, quæ est ultimus finis matrimonij. Atque hæc perfectio non fuit in matrimonio B. Virginis. An autem defectu huius perfectionis, dicendum sit perfectum, *Resp. id simpliciter Matrim. B.* dici non posse, sed cum addito, in suo genere; & *Virginis perf. feffissimum in suo genere.* fuit tale matrimonium à Deo institutum, sit perfectissime assecutum; qui non fuit prolixi ex mutuo concubitu suscepit, sed prolixi Spiritus S. opera in utero Virginis formatæ procreatio & eductio; nec non altissimi mysterij occultatio, & Virginialis pudicitia, ac famæ honorisque apud homines conseruatio, mutuaque individuæ virtutæ & animorum coniunctio. Quæ omnia in illo coniugio fuerunt perfectissima, non exclusâ matrimonij substantiâ, quæ fuit mutua corporum ad hæc ipsa seruanda cum perpetuo indissolubilitatis vinculo commutatio.

Sed cur non possint coniuges etiam ex iustitia se obligare ad non petendum, & non reddendum *v. l. et ad. toti.* coniugale debitum? Ratio dub. etsi nequeant *buc dubium;* coniuges de potestate & iure exigendi pro sua libertate disponere, cum hæc potestas per matrimonium semel collata, non possit amplius à coniuge renunciari; in hac n. matrimonij essentialis consistit; possunt tamen de actu ipso coniugali liberè disponere: cum hic maneat perfectè subiectus libertati coniugum, quem renunciarè possunt, salvo iure & potestate exigendi; cum hæc distincta sint;

At dico, ad id non posse coniuges ex iustitiâ se obligare, etsi possint ex fidelitate, & voto, aut genita. *Decisio ne-* alia virtute. Ratio; actus coniugalis per modum termini ex iustitiâ debetur coniugi, vi potestatis, quam accipit per matrimonium. Vnde, quâ ratione nequit unus coniux renunciare iuri a. c. potestati, quam habet in alterius coniugis corpus: cùdem nequit ex iustitiâ renunciare actui coniugali, ad quam ut ad terminum essentialiter tendit maritalis potestas. Sequeretur enim, eundem terminum ex iustitia esse debitum eidem coniugali potestati, ut terminus est essentialiter importatus à coniugali potestate; & simul non esse ex iustitia debitum, ut alteri coniugi renunciatus est, & ab eo ex iustitia acceptatus, scilicet *Hac duo s-* cùm non possit coniux à se alienare maritalem *m. l. pugnat.* potestatem, cum hac potestate simul maneret actus coniugalis, ut terminus ex iustitia debitus; ex vi autem novi pacti ex iustitia obligantis, ex iustitia non debitus, at vnum inducit debitum ex iustitia, quod alterum directè tollit. Ex quo discrimen, cur possit id est actus coniugalis, simul *Discrimen* esse debitus ex iustitia, ratione potestatis maritalis; & non debitus titulo fidelitatis, aut voti,

F 3 vel

66 Disput. IV. De consensu ad Matrimonium requisito Sectio IX.

vel cuiuscunq; alterius virtutis: quia cùm hæc debita sint diversæ rationis, non se directè & immediate excludunt; cùm habeant diuersos terminos formales, quos respiciunt, quorum vñus non destruit alium sub eâ ratione quâ ponitur ab altero: Contrà verò, cùm idem esset terminus formalis iustitiz, quem vtrumq; debitum resipiceret, sequeretur, ad positionem vnius destrui alterum, quia vnum poneret actum coniugalē ex iustitiā debitum; alterum ex eadē iustitia negaret eundem actum. Ad rationem dub. concedo, coniuges liberam habere potestatem disponendi de a&u coniugali, non tamē modo opposito maritali potestari, qualis est, illum ex iustitiā negare; sed alio titulo illi non repugnante.

102.
Coroll. 1.

Secundum.

Inferrur 1. posito pacto de non perendo actu coniugali non teneri exactum illum reddere: quia licet posito pacto adhuc maneat in coniuge ius exigendi, manet tamen quod ad actum 2. iure fidelitatis; aut religionis alteri obstrictum. 2. copula contra tale pactum ab iniusto coniuge extorta, foret maritalis, et si illicita. quia pactum non tollit coniugium, & maritalē potestatem quam coninges habent vi matrimonij: proinde nec tollit, quin copula, etiam contra pactum extorta, sit coniugalis: cùm procedat à potestate coniugali: ac cùm omnis honesti pacti violatio sit illicita; & hoc pactum sit honestum, eius violatio erit illicita, & contra illam virtutem, de qua inter coniuges pactum præcessit.

S E C T I O I X.

An valeat matrimonium contractum ab eo, qui falso putabat se habere aliquod impedimentum dirimens?

103.
Stante
ques.

QUÆSTIÖ hæc locum non habet in eo, qui contrahit ignorans se non posse cum impedimento dirimente validè contrahere, nam tunc propter iuris ignorantiam, sufficientem posset habere consensum, putando, licet sibi cum tali impedimento matrimonium contrahere; sed in eo, qui scit se iure non posse cum impedimento dirimente validè contrahere, nihilominus contrahit cum impedimento dirimente tantum putato, vt si putet suam vxorem adhuc viuere, quæ tamen mortua est; nec locum habet in eo, qui tantum dubitat: quia cum hoc dubio posset sub conditione, si fortè habilis sit, velle de præsenti contrahere: quæ voluntas ad matrimonij valorem sufficit, cùm sit sub conditione de præsenti subsistente: quando enim conditio de præsenti subsistit, consensus sub eâ præstitus, est validus, vt seq. disp. Sola igitur controvergia est, quâdo quis certò iudicat, se habere impedimentum, nec de iure posse cum tali impedim. validè contrahere. Prima sent. affirmat: est Couarr. 4. decret. cap. 3. 6. 7. n. 2. Sanc. l. 2. de matri. disp. 33. & aliorum apud ipsum. quorū aliqui soldū loquuntur, quando contrahentes dubitant, an sit impedimentum, vel an per ius liceat cum tali impedimento validè contrahere. Fundam. stante firmo iudicio de impedimento, & certâ scientiâ iuris, tale matrimonij nullantis, adhuc contrahentes habere possunt sufficientem consensum ad matrimonij contrahendum: ergo validè contrahere p̄ sunt. nam ratio, cur contraria sent. id negat, est, quia stante tali iudicio, & iuris scienc-

tia, nequeunt contrahentes habere consensum efficacem de præsenti in matrimonij. alioqui cùm personæ re ipsa sint ad contrahendum habiles, accidente consensu de præsenti, fieret validum matrimonij. Antec. probant 1. possunt contrahentes habere hanc voluntatem: quantum in nobis sic. prob. est. omni modo, quo possumus in hoc matrimonij de præsenti, consentimus. consensus cùm sit per verba de præsenti expressus, si personas habiles inueniat, matrimonium infallibiliter efficit. 2. si Sacerdos firma sententia credat, se absoluendi aut baptizandi potestatem non habere, nihilominus verba absolutionis, consecrationis, baptismi in materiam legitimam proferat, eâ intentione, vt si per hæc fieri aliquid possit, fiat, validum efficit Sacramentum penitentiaz, Eucharistiz, baptismi: Etgo à pari, &c.

105.
pedi. 13. nn. 5. Sylvestr v. matrim. 8. qu. 13. dist. 5. 2. Sent. Pro qua citat Hugo. Sotus in 4. dist. 37. qu. vn. art. probabilit. 5. concl. 5. Navar. in sum. cap. 2. num. 56. Coninck disp. 24. dub. 6. Huria. disp. 3. de matrim. diff. 7. Quæ probabilitior est; nam impossibile est, stante Fundam. firmo iudicio de impedimento, certâque scientiâ iuris tale matrimonij nullantis, posse contrahentes habere sufficientem consensum ad matrimonij. Etenim ut possit voluntas consensum de præsenti in hoc matrimonij, adhibere, moueri debet à practico iudicio, quo his non obstantibus, hic & nunc iudicet, in matrimonium esse consenserendum: nam ut 3. 10. nequit voluntas efficaciter moueri ad aliquid operandum, nisi prævio practico iudicio rationis proponentis, hic & nunc tale opus exequendum esse. at firmum iudicium de impedimento, & certa scientia iuris tale matrimonij irritantis, impedit, quod minus possit intellectus formate hoc practicum iudicium, hic & nunc praestandum esse in hoc matrimonij. consensus. ut .n. posset id formare, deberet seriò apprehendere; posse hunc consensum ad matrimonij valorem conducere, cùm non possit voluntas efficaciter imperare id, quod intellectus hic & nunc iudicat impossibile exequi: sed stante firmo iudicio, & certâ scientiâ de opposito, ne- igitur nequit intellectus apprehendere, talem consensum quæ voluntas ad matrimonij valorem conducere: igitur summum posset sub conditione apprehendere, si matrem, consensus in tale matrimonij conduceret, illum practicè voluntati exequendum propositurus esset, & voluntas sub ea conditione suū consensū præstitura. Quæ ad consensū de præsenti, qualē matris. requirit, non sufficiūt, cùm intellectus & voluntas conditionata nihil de præsenti operentur, sed tantum sub conditione, si conditio ipsa purificaretur. Vnde ad summum, potest voluntas actum aliquem velleitatis, non autem efficaciter executivum circa obiectum iudicatum simpliciter impossibile exercere.

Nec est par ratio de Sacerdote firmiter credente, se potestatem consecrandi, absoluendi, baptizandi non habere: quia licet hic habeat priuatum errorem de sua inhabilitate; cum hoc tamen stare potest practicum iudicium, quo ex alio motu, nempe auctoritate Christi & Ecclesiæ iudicat, posse per sua verba aliquid fieri. Cùm enim hæc duo iudicia, ex propriâ sent. iudico, me non esse habilem ad aliquid per hac verba efficacendum: & ex auctoritate Ecclesie, vel Christi iudicio, me posse aliquid per hac verba efficerre, non repugnat inter se, cùm diversis nitantur motiuis, poterit cum firmo iudicio de inefficacitate

104.
1. Sent.

Fundam.

Dissparatio de sacerdotio.

efficacitate verborum ex proprio errore concepta, coniungi practicum iudicium de efficacitate eorundem, ex Ecclesiæ & Christi auctoritate apprehesas: proinde poterit voluntas sufficien-tem intentionem in extra seca Christi & Ecclesiæ auctoritate fundatam habere. At in alio casu nullum habent contrahentes motiuum, quo possint practicum iudicium formare, & consequenter efficacem consensum in tale matrimonio præbere. Non ex impedimento, quod firmiter iudicant subesse matrimonio contrahendo: non ex iure, quo certò norunt tale matrimonio annullandū: non ex auctoritate aliorum, cum quia suppono, nullos de hac re consuluisse: cum quia nulla auctoritas priuata potest præualere certæ ac publicæ auctoritatibus iuris, uti potest auctoritas Christi & Ecclesiæ præualere priuato errori, & auctoritatibus personæ errantibus. Ex his patet ad rationes contrariæ sententia pro qua afferuntur aliqua testimonia ex iure canonico perita, quæ facile explicari possunt, vel in casu dubio, vel ubi ex utraque parte probabiles sunt conjecturæ.

DISPUTATIO V.

De consensu conditionato.

SECTIO I.

Explicantur varia genera conditionum.

Conditionum ac natura etiam.

CONDITIO non sumitur hic pro qualitate personæ, sed pro ea, quæ apponi potest actui vel contractui: cuius ea est vis, ut suspendat illum, cui apponitur, vel que ad ipsius conditionis purificationem: ut constat ex toto ff. de conditionib. & demonstrat. & ita de conditionib. appositis. Differit autem conditio à demonstratione, causâ, & modo. Demonstratio exprimitur per ostensionem qualitatis personæ, ut dico Mariam, quia nobilis, aut virgo est. Causa exprimitur per illud, quod operantem impellit ad contrahendum, sine qua tamen contraheret: ut, dico te, quia nobilis, quia diues es: lego Tilio centum, quia negotia mea viuiter gessit. Eadem autem res, quæ est materia demonstrationis, esse potest & causâ, modo tantum expressionis diuerso. Modus exprimitur per aliquid, vel ut finem; ut, dico te, ut diues efficiar; vel ut pactum in futurum seruandum: ut, dico te, si dederis mihi centum. Ad modum reducitur, ut recte Sotus in 4. dist. 29. quest. 2. art. 1. circa init. determinatio temporis, ut accipiam te post annum: ducam te in festo S. Ioannis, conditio exprimitur particulis, si, nisi, cum, dummodo. Porrò hoc per se interest inter conditionem, demonstrationem, causam, & modum; quod hæc quamdiu ex intentione contrahentis non transeunt in conditionem, sed manent intra terminos puræ demonstrationis, causæ, & modi, contractum per se non vitiant, etiam si falsa sint, ut de demonstratione & causâ habetur, lego falsa, demonstr. 33. & lege, si ita legatum sit 12. ff. de condit. & demonstr. Ratio: hæc adhibita à contrahente per modum demonstrationis, causæ, aut modi, ex dispositione iuris, censentur adhibita ut id à quo contractus valor non pendeat: adhibita vero ut id à quo contractus valor pendeat, eo ipso implicitè censetur adhibita, nō per

modum demonstrationis, causæ, aut modi, sed conditionis: esto contrahens illa non exprimat per modum conditionis, quia in contractibus animus contrahentium attendendus est, qui legem ponit contractibus. Dixi, per se, quatenus si contrademonstratio, causa, modus vel sunt; nam ratiō-
hens velit
ne materiæ demonstratæ, aut in pactum dedu-
ctæ, matrimonium vitiare possunt, si demon-
strant, aut in pactum dēducant materiam sub-
stantiæ matrimonij contrariam, ut, dico te, quia, est,
vel quia mibi es consanguinea: dico te, si pulchri-
rem non inuenero, aut, si causam dissoluendi matrim.
mibi non dederis: quæ est forma, quæ heretici ali-
qui huius temporis in contrahendo matrimo-
nio videntur. Dicuntur autem ut demonstratio, cau-
sa, aut modus per se nō vitiare matrim. alio-
quin semper illud vitiarent, quando falsa essent,
licet conditio q̄citur per se contractum vitiare,
quando non subsistit: quia ab hac, non ab illis ex
intentione contrahentium pendet matrimonij
validitas: sed ratione materiæ subtractæ, quæ in-
dependenter à voluntate contrahentium viciat
matrim. ut suprà. Item quando modus deduci-
tur in pactum in futurum seruandum: quia tunc
obligat; & sicut in ceteris contractibus, con-
trahens, cui pactum seruatum non est, jus habet
resiliendi, quod non contingit in matrimonio;
ob eius insolubilitatem. Nostra disput. præci-
pua erit de conditione, quæ sola consensum sus-
pendit usque ad eventum sui; sola ex intentione
contrahentiū, contractum viciat, si non subsistit.

Dividitur cōditio 1. ratione temporis, in præteritam, præsentem, & futuram. Sola conditio de futuro suspendit cōsensum, quæ enim de præterito vel præsenti est, cum re ipsa supponatur existere, vel non existere, consensum non sus-
pendit, sed statim illum reddit absolutum, & ve-
rum, si subsistat; falsum, si non subsistat. Du-
biū est, an debeat talis conditio esse nota con-
trahentibus, ut validus sit eorum consensus.

Affirmat Koninck disp. 29. lib. 1. nu. 6. hoc at-
gum. qui contrahunt, debent mutuum consen-
sum sibi determinatè significare: nam quamdiu
verba, vel alia signa externa sunt ex se indiffe-
rentia ad significandum, non magis consensum,
quam dissensum, non sunt per se sufficientia ad
contractum matrim. perficiendum, qui deter-
minatum requirit consensum. At quamdiu non
scitur, an conditio, siue præterita, siue futura sit
posita; verba non magis significant consensum,
quam dissensum; sed sub distinctione, vel con-
sensum, si conditio sit posita; vel dissensum, si
non sit posita, ut ergo determinatè consentiat,
cognoscere debet, conditionem esse positam.
Confirm. si posset matrim. esse ratu, antequam
conditio posita sciretur, sequeretur, quod si
quis contrahet his verbis: Dico te, si Deus iam
scit, fratrem tuum ante te, absque herede moritu-
rum, positâ conditione, matrimonium statim fo-
rēratum: ac proinde si ante cognitam conditio-
nis veritatem cum alia contraheres, invalidum
fōrē matrimonium; quod absurdum est.

Negant Sotus in 4. dist. 29. quest. 2. art. 1. concl. Negandum
2. Pontius lib. 3. c. n. 9. & 7. Hurt. disp. 7. de matrim. p. obabilitas.
diffic. 2. Sanchez lib. 5. de matrim. disp. 7. & alij
apud ipsum. quæ sent. probabilius est: eaq; uni-
versaliter traditur de quo quis contractu. §. condi-
tionis instit. de verb. oblig. Conditiones que ad pre-
sens vel præteritum tempus referuntur, statim infir-
mant obligationem, aut omnino non differunt, velu-
ti si Titius consul fuit, vel si Manus viuit clare.
F 4 spondess?

Demonstratio.

Causa.

Modus.

Differtur à conditione.

Ratio.

spondens nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio: si autem ita se habent, statim valet. Nec dici potest, eam legem loqui tantum de stipulatione, nam verba, quae subiungit, probant de quo quis contraet: Quae enim per rerum naturam sunt certa, non morantur obligationem, licet apud non incerta sint. Et l. cum ad 37. ff. de reb. creditis: cum ad præsens tempus conditio confertur, stipulatio non suspenditur, & si conditio vera sit, stipulatio tenet, quannam tenere contrahentes conditionem ignorant. Idem probat Ponius ex quadam decisione ROTÆ decernentis, beneplacitum Apostolicum de alienandis rebus Ecclesiæ sub conditione, si alienatio cedat in evidentem utilitatem Ecclesiæ, statim effectum operari: nam, quod cedat, vel non cedat in evidentem utilitatem Ecclesiæ, est certum in rerum natura, licet sic nobis ignotum. Ratio: qui sub conditione consentit, non habet animum, vt ipsius consensus maneat suspensus usque ad notitiam conditionis positæ, sed usque ad reali tantum conditionis existentiam: ergo ea in rerum natura positæ, adhuc à contrahente ignorata, perficitur contraetus.

Ad fund. Koninc', neg. minor: licet n. verba non absolute, sub conditione tamen determinante significant consensum: significant enim illum, prout re ipsa terminatur ad conditionem in seipso existentem: unde sicut independenter à notitia contrahentis conditio in seipso subsistit, ita consensus sub talic conditione præstitus, independenter à notitia contrahentis terminatus est ad conditionem in seipso subsistentem; ac proinde in seipso determinatus est, esto id à contrahente ignoretur. Ignorantia enim solùm facit ut consensus ipse à contrahente non cognoscatur ut determinatus, non autem quod non sit seipso determinatus: & quia contrahens præbet illum, non prout à se cognoscitur, sed prout in seipso est: atque hæc intentione acceptatur, dici non potest indifferenter significari. Confirm. si contrahens sub conditione dicat alteri contrahenti: Volo ut hic meus consensus sit tibi præstitus, prout reipsa ad conditionem terminatur, licet ipse non cognoscat, an terminetur ad conditionem existentem, eoipso ex intentione contrahentis præbetur ut determinatus, ex suppositione, quod sic terminatus ad conditionem subsistet. Quod autem faceret per consensus reflexum, de facto facit per directum implicitè virtualiter includentem reflexum. Ad confirm. concedo, matrimonium sub ea conditione contrahendum esse validum in se, ex suppositione, quod conditio reipsa sit ponenda: quia tamen à contrahentibus ignoratur, licet consummari non potest, nisi Deus talem conditionem illis reuelaret. Unde non est par ratio, quando contrahunt sub conditione de futuro: quia tunc consensus alligant ad futuram existentiam conditionis, ante cuius reali existentiam contractus manet suspensus: quando autem contrahunt sub conditione veritatis de presenti existentis in mente diuina, consensus non alligant ad futuram existentiam conditionis, sed ad præsentem veritatem, quæ si reipsa de presenti existit, contractus statim ex intentione contrahentium transit in absolutum: nam sicut ex contrahentium voluntate penderet, vt ipsorum consensus maneat suspensus, & inefficax usque ad reali conditionis existentiam, ita ex eorumdem voluntate penderet, vt non expectata futura conditionis existentia, sed solè præsenti reiectate positæ, consensus fiat absolutus & efficax.

Concl. Infero contra Sanchez lib. 5. dist. 2. nn. 4. hanc

doctrinam non solùm esse veram respectu conditionis præteritæ, aut præsentis, sed etiam futuræ, quando apposita conditio est necessaria, vt, contraho tecū, si tali die luna eclipsabitur. Putat enim hic Author, suspendi maritum. Usque ad futuram eclipsim, eò quod talis conditio sit incerta ex parte nostri, esto sit certa ex parte sui. Sed contra; non minus est certum, lunæ eclipsi esse necessariæ futuram, vel non futuram tali die, quam sit certum, fuisse, vel non fuisse eclipsim tali die: at de præterito apposita non suspendit, etiamsi à nobis ignoratur; Ergo nec de futuro: cū codem modo contrahentes consensum alligent ad solam existentiam futuræ, ac præteritæ eclipsis.

Diuiditur 2. conditio in possibilem & impossibilem: impossibilis altera de facto, vt, si dederis Duplex comihi montem aureum: altera natura, vt, si digito diu impossum veligeris. 3. In conditionem honestam & sivilis.

turpem, quæ inter impossibiles in iure connatur, vt quæ est, contra aliquam legem, aut bonos mores: quæ conditio semper in jure habetur pro non adiecit: quo sit, vt ex juris dispositione apposita contractui, illi non oblit, neque profit, sed sit ac si apposita non esset; idque in foro duntaxat externo, vt infra. 4. In contrarias accidentibus, & contrarias substantiaz matrimonij: vt, duco te, si non inueniam aliam diuinam te, est substantia matrimonij contraria, vt definit Gregorius IX. cap. finalis, de condit. app. duco te, si eris virgo reperta. Prior conditio statim annullat matrimonium non posterior, nisi deficiat conditio: sc. prior non præstat consensum ad matrimonium requisitum, qui est consensus in vinculum indissolubile: posterior præbet quidem consensum ad matrimonium requisitum, sed dependenter à conditione, quæ non verificatæ, consensus est nullus. 5. In intrinsecam, & extrinsecam.

Intrinsica conditio est, quæ tacite inest contractui, vt, consentio in te, si tu consenseris in me: Dicitio 5. duco te, si non es mea consanguinea: cū nequeat esse matrimonialis contractus absque mutuo consensu utriusq; coniugis. Extrinsecam est, quæ in contractu non includitur. Ut, accipio te, si pater tuus consenserit. Porro aliquando conditio, quæ tacite inest, ex ipsa nihil operatur: l. Qui heredi 44.

6. Cū hereditas ff. de cond. & demonst. vt consentio in te, si consenseris in me. Aliquando expressa nocet, vt si relinquatur legatum sub conditione, si Expressa legatarius petierit, aut voluerit: non dabitur nocent. illi legatum, nisi petierit aut voluerit: l. Si ita legatum sit 43. §. illiff. de legatis 1. Unde si legatarius decedat, antequam legatum petierit, aut voluerit, non transmititur ad heredes, ad quos alioquin transmissum fuisset, si ea conditio, quæ tacite inerat, expressa non fuisset. Inde ortum habuit dictum illud: Expressa vocent, non expressa non vocent, l. Nonnunquam contingit 51. ff. de cond. & demonst. Aliquando contra-expressa profundit, vt notat Glossa in cit. leg., exemplificat de pupillari substitutione, quæ tacita, contra matrem non admittitur, expressa admittitur, vt colligitur ex l. Cū quadam Cod. de instit. & substit. & in matrimonio expressa conditio, duco te, si mea consanguinea non es, habet hunc effectum, vt notat Sanchez lib. 5. de matrim. disp. 1. nn. 14.

quod scienter contrahentes cum consanguinea non incurvant excommunicationem latam in Clement. vn. de consang. eò quod in ea non puniatur effectus, cū nequeat validum matrimonium inter consanguineos effici, sed affectus, quæ contrahentes non ostendunt, hoc ipso, quod sub ea conditione etiam scientes contrahunt. Habent autem contractus

Ratio

Ratio.

6.
Ad fund.
affirm.

Consensus
est deter-
minatus
reipsa.

7.
Ad confirm.

Dispar ra-
tio conditionis
de futu-
ro.

presunt.

*Notarii tom.
munier
Doctores.*

tractus tacitam conditionem, vel naturam, ut consentio in te, si consenseris in me; vel potestate legis, ut, duc te, si affinis, vel consanguinea non es. Notant, ut tacita conditiones expressae operentur effectum, quem tacita operata non fuissent, debere aliter expressas significare, quam tacite significabant, ut habetur I. Si ita legatum sit §. illi, ff. de legatis 1. iuncta Glossa: Sic legatum expressum sub conditione, si legatarius voluerit, habet hunc sensum, ut illud legatario ignoranti quæsum fuisset, si talis conditio, quæ tacite inerat, expressa non fuisset. I. Cùm pater 79. §. Surdo ff. de legatis 2. sic contrahentes sub expressa conditione, si consanguinei nonsunt, significant se non contrahere ex affectu consanguinitatis.

Diss. 6. Diuiditur 6. conditio in casuali, potestatiuam, & mistam. Casualis est, quæ à merito casu & fortunam, saltem respectu illius, cui casualis dicitur, pendet: ut, si natus ex India venerit. Potestatiua, quæ à sola voluntate eius, cui conditio apponitur, ut, si Capitolum ascenderit: mista, quæ non à sola voluntate illius, cui imponitur, sed etiam alterius pendet, ut, contrahit tecum, si pater tuus consenserit: lego centum Bertha, si unperferit Ticio. Porro in contractibus lucrativis mista habetur pro expleta, si per ipsum, cui imponitur, non stetit, quod minus adimpleatur ut si requiritus Ticius à Bertha, poluerit in matrimonium cōsentire, eo ipso habebitur pro adimpleta, ei que debebitur legatum, ut haberut ff. de regulis iuris lib. 12. In iure ciuili receptum est, quoies per eum cuius interest, conditionem impleri, non fiat, quod minus impletatur, perinde haberi, ac si adimplera conditio fuisset: & regula 66. iuris in 6. securus, si in cuius interest conditionem adimpleri, decedat, antequam per ipsum fieri, quod minus conditio adimpleatur: quia tunc non censetur conditio adimplera, cum nullo modo conditioni partum sit, l. 80. Julius Paulus final cum Glossa ff. de condit. & demonstrat. Diuiditur 7. conditio in contingente & necessariam: hæc duplex est, naturalis & ab intrinseco, ut si soleras orietur; & ex suppositio, seu ab extrinseco decreto & scientia Dei: ut si Antichristus erit: si extrellum iudicium sit. Quamquam aliqui has inter necessarias non recensent, sed immerit.

Diss. 8. Diuiditur 8. in eas, quæ nequeunt ante contractum matrimonii adimpleri; & in eas, quæ adimpleri possunt. Prioris generis sunt eas omnes, quæ nequeunt executioni mandari, nisi post contractum matrimonium: ut contra te tecum, si adulterabis i. si coniugalem fidem seruabis: non. n. adulterium esse potest, aut fides coniugalis seruari, nisi contracto matrimonii. Cum n. conditio procedere debeat contractum, ut id, à quo ex intentione contrahentis pendet contractus validus, non possunt conditiones, quæ ante matrimonium executioni mandari non possunt, apponi contraria. Et si agnoscantur, habentur ut non adiectæ, ut potè seruatu impossibilis. Posterioris generis sunt reliquæ omnes, quæ executioni mandari possunt ante contractum matrimonij.

SECTO II.

Quæ conditiones irritent, quæ vero non irritent matrimonium.

*In hac con-
clusione om-
nes conve-*

*D*ico 1. omnis conditio, sub qua contractum est matrimonii, si non subsistat, illud irritat, quia cùm valor matrimonii pendeat à cōsensu conditionum.

trahentium, quo sibi mutuo perpetuam coporis potestate ad actum generationis tradunt: si contrahentes suum cōsensum alligant conditionem, quæcumque illa sit, cā non subsistente, deficit cōsensus, qui sub ea conditione præstitus est. *Vulgarum axioma.* Huic principio nititur axioma, quod ex Vlpiano *l. in conditionib. 19. ff. de condit. & demonst. vser-* pant Iuristæ & Theologi. *In ultimis voluntatibus primum locum obtinere defuncti voluntatem, eamque conditiones regere: quod axioma à fortiori locum habet in matrim. Hinc infertur, matrim. contractum sub conditione impossibili, eo ipso esse nullum: quia hoc ipso quod quis suum cōsensum alligat conditioni, quæ nequit subsistere, videtur velle suum cōsensum esse nullum. Neque obstat illud axioma in utroque iure recepū, conditiones impossibilis, & turpes, tam in ultimis voluntatibus, quam in matrim. haberi pronon adiectis; neque testamenta aut legata, vel matrimonia vitiare, sed habere se, ac si appositorum essent. I. Obiinuit 3. ff. de condit. & demonst. *Obtinuit, impossibilis conditiones testamento adscriptas, pro nullis habendas: & cap. fin. de condit. appos.* Conditiones appositorum in matrimonio, si turpes, aut impossibilis fuerint, debere propter eius fauorem pronon adiectis haberi: nam tunc tantum iuxta com- *Hec non munē interpret. huiusmodi conditiones habentur obstat.**

Dico 2. nulla conditio apposita matrimonii, si ipsius substantia non aduersetur, matrimonii irritat; *In hac quoque substantia non aduersetur, matrimonii irritat; que debet sed validum reddit, si subsistat; in invalidum, si non subsistat. Nam ea tantum conditio matrimonii irritat, quæ tollit cōsensum in substantia matrimonii. sc. ubi cōsensus habetur in substantia matrimonii, habetur totum id, quod ad valorem eius requiritur: nec prauus finis additus, si eius substantia non aduersetur, cōsensum invalidat, ut patet de reliquis contractibus & sacramentis, quæ validè celebrari possunt, etiā ob prauum finem modò intentio in substantia non desit: sc. ea tantum contractum aut sacramentum irritant, quæ ex natura contractus tenentur vitare: ea autē sunt, quæ substantia contractus aduersantur. At illa tantum intentio tollit necessarium cōsensum in matrimonio. quæ incompossibilis est cum legitimo cōsensu in idem: hæc autem, ut patet, non est nisi quæ fertur in conditionem contrariam substantia matrimonii. nam hæc sola stare non potest cum intentione necessaria ad matrimonium. Obijcies i. nullus cōsensus, cuius natura resistit, validus est. Resp. verum est de valore honestatis & rectitudinis, non autem veritatis & obligationis: ut patet in reliquis contractibus, qui validi ac veri esse possunt, etiā patet actus & cōsensus prauos celebrati. Vnde tale matrimonio illicitum, probat obiectio, non invalidum: ed quod ius naturæ prauum cōsensum vetando, non inhabitat illū quoad efficaciam transferendi dominium in corpus alterius, ut solet inhabilitare lex positiva, propter aliquod canonicum impedimentum.*

Dico 3. omnis conditio apposita matrimonii, quæ vel immediata, vel mediata aduersatur substantia matrimonij, irritat illud. Hæc etiam, si bene teneat de explicetur, à nemine negari potest. Nam traditur à Gregorio IX. cap. fin. de condit. appos. his verbis: *Si conditiones contra substantiam coniugij infarrantur, matrimonialis contractus, quantumcumque sit favorabilis, caret effectu.* 2. Consensus in conditionem

*Ratiō**Dicit.
Resp.**A recte sen-
tient de
matrimo-
nio negari
nequit.*

ditionem contrariam substantiaz matrim. tollit consensu in substantialia matrim. ergo irritat illud. Cum nequeat matrim. consistere sine consensu in substantialia ipsius. Antec. prob. implicat, ut quis retento cōsensu in substantialia matrim. simul habeat consensum, in aliquid aduersum & repugnans substantiaz matrim. Nam hoc ipso, quo vult id, quod repugnat substantiaz matrim. non vult ipsam. Ceterū conditions substanz matrimonij immediatē aduersantur, quæ sunt contra ius & dominium, quod coniuges sibi mutuo in corpus tradunt; quæ est prima radix contractū matrim. Mediatē aduersantur, quæ sunt contra ea, quæ ex hac radice consequuntur: cuiusmodi sunt indissolubilitas matrimonij, obligatio reddendi debitum ex iustitia, seruandi finem coniugalem, nō impediri positiū proli generationem & educationem. Inter quas hoc interest, quodd contrariæ radici & indissolubilitati matrimonij, irritant matrim. quomocunque illis aduersantur, siue quoad obligationem, vt si nolint cōtrahentes obligari ad tradendam sui corporis potestatem, cum pleno iure iustizie in alterum, vel ad perpetui vinculi coniugalis indissolubilitatem teneri, siue quoad executionē, vt si nolint vel ex pleno iure iustizie corporis potestatem sibi mutuo tradere, vel matrimonialis vinculi indissolubilitatem seruare. Conditions verò reliquis matrim. bonis contrariæ, quales sunt redditio debiti, fides coniugalis, generatio proli, non nisi quæ ipsorum obligationi aduersantur, nō autem quæ corum tantum executioni irritant matrim. ut S. Tho. in 4. dist. 31. q. 1. a. 3. Bonav. a. 1. q. 3. Duran. q. 2. n. 5. Ratio: priora bona non solum quoad obligationem, sed etiam quoad executionem integrant substantialiam matrimonij: cùm nequeat esse matrim. quod actu & executiū non includat & corporum potestatē, ex iustitia sibi mutuo traditā, & coniugalis vinculi indissolubilitatem; proinde non solum matrim. contra cūm sub cōditione, ut contrahentes obligentur ad mutuam corporum potestatem sibi ex iustitia tradendam, & ad vinculi indissolubilitatem seruandā, sed etiam sub cōditione, vt hæc actu non præstentur, erit inualidū & nullū. Posteriora verò bona solum quoad obligationē ea ex iustitia seruādi, integrant substantialiam matrim. cùm possit tatum ac validum esse matrim. etiam si ea quoad executionē actu non includat. Nam siue cōtius debitu nō reddat, siue sterilitatē procurando, proli generationē impedit; siue violet matrim. à principio validē contractū, non dissoluitur; dissoluitur autem, si ius in corpus, aut vinculi indissolubilitas auferatur.

15.
Dices 1.

Ref.

à parte
votis.

Obijcies 1. si non reddere debitum, non seruare fidem, proli generationē impedire, nō irritant matrim. quoad executionē, poterunt absque ipsius præjudicio in pactum deduci. Resp. neg. sequi. nam in pactum deducta transeunt in vim obligationis, quæ directè aduersatur substantia matrimonij, quæ contrariam obligationē dicit. Potest tamen quis absque matrimonii præiudicio habere internum propositū ea non seruandi, ut recte Sanchez 1.2. d. 39. q. 2. quis hoc non pugnat cum intentione ad ea se obligandi: siq̄e propositum non exequendi votum non pugnat cum voluntate se obligandi ad votum: nam hæc solum dicit actu se obligandi; illud, actu non exequendi, ad quod se obligauit, quæ voluntates non sunt inter se repugnantes. Cum vna immediatē versetur circa obligationem, dando ius

alteri exigendi à se quod promisit; altera circa negationem executionis, interī non tollendo ius exigendi in altero, nec consequenter à se debitum seruandi, ad quod se obligauit. Non potest tamen eiusmodi propositum in pactum deduci; nam hoc ipso vōens poneret obligationē ad non seruandum quod promisit, ita S. Tho. cit.

Obijcies 2. etiam qui internā tantum mente in matrim. consentit, sub conditione ne debitum reddat, ne fidem coniugalem præstet, ne proli generationem procuret, inualidē contrahit, cūm talis consensus non sit matrimonio sufficiens. Resp. posse contrahentes intentionem habere de his non seruandis, uno modo concomitantur, alio formaliter. 1. Modo matrimonio non officit, quia iam supponitur consensus per alium actum in substantialia matrimonij præstitus. Officit vtrō 2. modo: quia tunc datus consensus detorquet matrimonium in contrarium finem, ad quem est à natura institutum; vnde non est consensus in matrimonium, cūm matrimonium non sit ordinatum ad destructionem proli, & fidei coniugalis violationem, ad quos fines matrimonium detorquet, qui eodem actu formaliter, quo in matrimonium consentit, intendit destructionem proli, & fidei coniugalis violationem. Vnde non est eadem ratio de alijs conditionibus turpibus, quæ etiam si eodem actu cum matrimonio intendantur, ut furcum, vel homicidium, non irritant matrimonium, quia per eiusmodi conditions hoc non detorquet ad depositum finem, ad quem est à natura ordinatura ordinatum; sed ad disperatum, qui proprium finē non collit. At vero consensus in contrarium finē præstitus, simul in propriū ferti non potest, cūm unus destruat alietum, proinde tollit obiectū, in quod consensus matrim. ferti debet.

Obijcies 3. qui Baptismum detorquet ad contrarium finem, ad quem est à Christo institutus, non irritat Baptismum: nam qui puerum baptizando aquis immergit, ut eum vitâ corpori, & gratiæ regenerantis priuet, non irritat Baptismum. Resp. si baptizans nullā intentionem habeat, nisi immergere puerum aquis, ut illum vitâ, & gratiâ regenerante priuet, nullum efficere Baptismum: si autem cum hac iniqua voluntate intentionem habeat saltem confusam faciendi, quod Christus instituit, & Ecclesia facit, validū efficere Baptisma, ut 7. 10. Nam pér hanc intentionem cōfusam baptizans intendit hac sacram. in ordine ad finem, ad quem est à Christo iustitum, quod ad validitatem sacramenti sufficit: nam ut hæc efficacia sint, & effectum sortiantur, Deus non respicit ad honestam actionem ministri, sed ad Christi merita, ut cit. tomo.

17.
Dices j.
à priori.

Resp.

Instabis: idē qui eodem actu in matrimonio consentit, ordinando illud ad contrarium finem, non potest habere consensum ad matrimonium requisitum, quia non habet aliam voluntatem, quæ in substantialiam matrim. consentiat: af eadem ratio est de eo, qui eodem actu fertur in matrimonium, ordinando illud ad furcum vel homicidium, cūm neque matrimonium sit ad furcum, vel homicidium à natura ordinatum. Resp. neg. mino. quia potest quis consentire in substantialia matrimonij & simul in finem, ad quem suā naturā ordinatur: & nihilominus eodem actu illud ulterius ordinare in alium finem extrinsecum, non quidem contrarium & repugnantem proprio, sed dispensatum qui propriū non destruat & auferat, sed solum virget in genere

Infin.

Resp.

18.
Tripliciter
apponi pos-
sunt condi-
tiones ma-
trimonij.

nere motis, non in genere contraactus humani. Nota, posse conditiones matrimonio apponi 1. In vi pati, obligando se se mutuo coniuges ad eas in futurum seruandas: 2. In vi resolutionis, vt si non eueniant, matrim. dissoluatur: 3. In vi conditionis suspendentis consensu matrim. saltem quoad perfectionem & absolutionem, donec illæ subsistant. Inter quos modos hoc interest, quod iuxta priores duos contrahentes, quantum in ipsis est, matrimonium inire volunt absolute consensu de praesenti, cum obligatione de futuro: sicut qui absolute contrahunt de praesentium obligatione de futuro, vt mutuè castitatem inter se seruent. Iuxta 3. modum, nolunt contrahentes absolute consensu de praesenti contrahere matrimonium, sed illud suspendunt usque ad conditionis euentum: ante cuius euentum semper potestatem habent à conditione resiliendi, & consequenter ab ipso matrimonio absolute contrahendi. Iuxta priores duos modos apponi possent conditiones, quæ nequeant ante contractum matrimonij adimpleri, cuiusmodi sunt, *Si debitum coniugale negaveris, si abortum procuraveris, si adulteraberis*: cum enim hæc supponant matrimonium iam contractum, nequeunt hæc conditiones ante matrimonium adimpleri, cum semper effectus, sub conditione intentus, sit suâ conditione posterior.

Ex quo sequitur, ex *Valentia disp. 10. quest. 3. p. 3. dub. 4.* matrim. sub conditione aduersâ substantiæ coniugij in vi resoluentis contractum, esse nullum: defectu consensus substantialis matrimonij. 2. Ratio erroris & repugnantis voluntatis, quam habent, qui sic contrahunt. Nam ex una parte volunt matrimonium suspendere usque ad euentum talium conditionum, cum non nisi dependenter ab illis contrahere velint: ex alia cum hæc conditiones supponant matrimonium iam contractum, plane regugnantes habent voluntates, quæ re ipsâ nihil efficiunt, cum seiphas, licet ex errore, immediate destruant. Contractum verò sub conditione aduersâ substantiæ coniugij, quæ ante matrim. adimpleri potest, est nullum, ex defectu solius consensus in substantialia matrimonij, cuiusmodi esset contractum sub conditione, vt venena sterilitatis sumeret, quæ conditio adimpleri potest ante matrimonium. Quâ adimpleta non tenetur contrahentes ad matrim. validè ineundum: nam ex vi praecedentis consensus, nullam contraxerunt obligationem ad verum matrim. sub tali conditione adimpleta ineundum: quia cum talis consensus fuerit re ipsâ invalidus, nullū ex eo ortum est ius ad verum matrim. contrahendū. Possunt tamē, si voluerint, novo consensu præstito, validum efficere matrim. Similiter qui sub conditione resolvente id contraxerunt, nec dissoluere possunt, cum illud fuerit nullum; nec per se tenentur verum contrahere, nisi ratione scandali aut damni proli imminentis.

20.
Dubium.
Ratio dub.
Confirm.
Decisio de
conditione
i.e.

Quæres, an saltem teneantur contrahere, quando matrim. celebratum fuit sub conditione turpi, non tamen substantiæ matrim. aduersâ, vt si fornicata fueris, si alterius prolem impediueris. Ratio dub. conditio turpis in iure comparatur impossibili: at sub impossibili celebratum non obligat; ergo nec sub turpi. Confirm. conditio turpis nequit moraliter adimpleri, cum naturale præceptum obliget ad illam non exequendā: ergo ex nulla oritur obligatio. Dico: et si ante talē conditionē adimpletam contrahentes ad matrim. celebrandum non obligantur, obligari tamen ea

adimplerā. Sicut mandans sub certa mercede paciens cum mandatario pro re illicita patranda, ante executionem tenet mandatum revocare, & mandatarius mandatum non exequi; eo tamen adimpleto, tenetur mandans in conscientia mercedem soluere, non quidem ratione patrati peccati, sed impensi laboris. Pari modo ante adimpletam conditionē turpem, tenetur & qui illā apposuit revocare, & qui acceptauit non exequi: eā tamen adimpleta tenetur contraherere, iuxta nostram sent. seq. scilicet tradendā, absque nouo cōsensu ex vi prioris consensū, qui ex conditionato, purificatā conditione translat in absolute. Ratio; quando conditio turpis non impedit consensum in substantialia matrim. talis consensus est validus & efficax ad transferendū dominium sui corporis in alterum coniugē: sed conditio turpis non aduersa substantiæ matrim. non impedit cōsensum in substantialia matrim. ergo de se est validus & efficax ad transferendū dominium corporis in alterum coniugē: igitur conditione adimpleta manet vi prioris consensū ius corporis in alterum translatum, & consequenter matrim. quod in hac mutua corporum translatione radicaliter consistit. Nam consensus sub conditione turpi substantiæ matrim. non aduersa præstitus, nihil inuoluit repugnans substantiæ matrim. ratione cuius impediatur necessarius consensus in ipsum. Maior colligitur 1. ex ijs qui dicunt, nō irritari matrim. contractū sub conditione, si alienam prolem impediueris: quia talis conditio non concurret cum matrim. ipsorum contrahentium, apponendo impedimentum ad legitimū consensum in substantialia matrim. 2. Ex ijs, qui nobiscum absolute docent, nullam conditionem turpem substantiæ matrim. non aduersam, irritare matrim. 3. Efficacia transfe- a priori rendi ius sui corporis in alterum, quam habet consensus contrahentis, non tollitur per malitiam actus à prava conditione transfusam: cum hanc efficaciam habeat actus à libera potestate contrahentis, quæ non tollitur per malitiam ab adiuncta conditione communicatam: vt patet, cum quis ex pravo fine matrimonium, aut quemcumque alium contractum init, modò talis finis non aduersetur substantiæ contractus. Confirm. 1. Validum est matrim. contractum sub conditio- ne turpi subsistente de præterito, aut praesenti: ergo & sub conditione turpi subsistente de futuro: nam conditio de futuro, postquam est adimpleta, habet se respectu matrimonij, vt conditio de praesenti aut præterito, quia sicut præterita, aut praesens præsupponitur ad consensum matrim. de præsenti præstitū, ita futura, postquam impleta fuerit, præsupponitur ad consensum matrim. de præsenti moraliter perseverant. 2. Qui contrahit sub conditione de futuro, quatenus est praesens in mente diuina, validè contrahit, vt infra. Sed qui contrahit sub conditione turpi de futuro, prout est praesens in scientia Dei, est ac si contraheret sub conditione turpi de præsenti: ergo validè contrahit: ac proinde turpi conditione verificatā, tenentur contrahentes ad matrimonium, cum omne validum matrim. contrahentes obliget ad illud acceptandum: positâ enim se mel matrimonij validitate, non est amplius in potestate contrahentium illud refutare.

Infestur 1. quid de illa conditione, vt prolem alijs alendam exponamus. Barth. Ledesma apud Coroll. t. 22. Sanchez lib. 5. disp. 9. n. 13. putat esse contra substantiam matrimonij, eò quod sit contra finem secundarium ipsius, qui est commoda prolis eductionis.

catio. Negat & probabilius Sanchez cum Lopez, & Petro Ledesma: quia non tenentur parentes omnimeiori cura filios educare: neque exponendo illos alijs alendos, omnem circa illos curam de-

Maior diff. ponunt. An vero sit contra substantiam matrim.

23. *Coroll. 2.* conditio de prole vendendâ? Sanè tacitâ voluntate subintellecâ, si grauis causa paupertatis ad id parētes coegerit, id non esse contra substantiam matrim.

Hac vero conditio non subintellecâ matrim. puto fore inualidum: quia est contra naturalem obligationem, quam parentes habent de prole quoad mores instruendâ, cui obligatio

ni maximè aduersatur prolis venditio: quia qui alienam prolē emit, non curat eam moribus & virtutibus instituere; sed tantum ab illa seruitia ex-

24. *Coroll. 3.* gere. 2. Discremen inter eos, qui contrahunt sub cōditione de futuro licita, & sub conditione de futuro illicita: utriq; enim possunt à conditione resilire, irritumque reddere matrim. posteriores

verò non solùm possunt, sed etiam tenentur ab illicita resiliere. 3. Qui matrim. contraxit sub conditione turpi futurâ substantia matrim. non aduersa, quatenus ea præsens est in mente diuina, illâ verificata tenetur ad matrim. contrahendū: Nā

eris antequam verificetur, non teneatur, quia non tenetur ad turpem conditionem; etiamsi sub ea cōtraxerit, quatenus præsens erat scientia diuinæ: quia talis præsentia non tollit à contrahente debitum naturale ab ea resiliendi, tenetur tamen illâ ratificata. 4. Cur matrim. non irritet conditio

etiam cum pacto adiecta post matrim. contractū, irritet autem ante contractū: sicut conditio, ut damnum vel lucrum non sit in societate omnibus commune, non solùm adiecta ante, sed etiam post

Ratio. societatis contractum irritat. Ratio: contractus matrim. non pendet in facto esse, seu quoad dissolutionē à contrahentibus, sed tantum in fieri: eo enim semel inito, non est amplius in contrahentium voluntate illū dissoluere, eiusq; essentiam destruere; proinde nulla conditio post matrim. adiecta illud irritat. Reliqui vero cōtractus, quia non solùm in fieri, sed etiam in facto esse pendet à voluntate contrahentiū, non solùm cōditio aduersa substantia contractus apposita ante, vel etiam post, irritat cōtractum, qui subsistere non

poteat sine sua essentia, quæ per contrariā conditionē destruitur. 5. Cur multi contractus in iure sustinentur, etiamsi habeant conditionē ipsorum substantia aduersam, ut donatio facta causâ mortis, natura suâ est reuocabilis, cui tamen si apponatur conditio, ut sit irreuocabilis, cōtractus valeret.

Ratio. I. Vbi ita donatur ff. de mortis causâ donat: Ratio: sèpè cōditio transfert contractū ex una specie in aliā, ut in exemplo allato, conditio irreuocabilitatis, addita donationi facta causâ mortis transfert illam in donationē inter viuos, atque ut sic sustinetur, ut cit. lex explicat: Vbi ita donatur mortis causa, ut nullo casu reuocetur, causa donandi magis est, quæ mortis causa donatio: Et ideo perinde haberis debet, atque alia quevis inter viuos donatio.

Ratio. Ratio: cùm semper standum sit pro valore actus, ne cōtrahentis voluntas frustretur, quando non potest cōtractus in propria specie seruari, seruandus est in alia, iuxta illud: c.vn. de desponsal. impuberū in 6. Quando actus non valeat ut agitur, valet modo quo valere potuit. Ad quod tria concurrere debent. 1. Ut non constet de contraria voluntate contrahentiū: 2. Si id verborū significatio patiatur: 3. Ut sit talis contractus, ad quem ex alio transitus fieri possit. Ceterū contractus matrim. sub conditione substantia matrim. aduersa coniunctus, in nullum alium cōtra-

ctum, quæ sponsaliū transferri potest: proinde si non vales matrim. nec valebit ut alius cōtractus à sponsaliū diversus, de quib in materia desponsalib. 6. Non vitiat matrim. pactū de non reddendo debito cōiugali ex virtute Religionis; vitiare autem illud, de debito non reddendo ex virtute iustitiae. Est contra Sanchez l.5.d.10.n.3. putantē

per eiusmodi pactū impediri ius ipsum iustitiae, quod alter coniux habet in corpus alterius: eo quod, inquit, qui pactū acceptauit, ex iustitia tenetur illud seruare, proinde eius violatio esset contra iustitiam. Verum nostrū coroll. est Vasquez

to.2.in 3.p.d.125.c.6.¶7.estq; conformiusijs, qui docet huiusmodi pactū interuenisse in matrim.

inter Virginem & Iosephum. Ratio: obligatio ex vi Religionis non tollit obligationē ex iustitia, & consequenter nec ius ipsum iustitiae, quod alter habet in corpus alterius: cùm enim una obligatio non opponatur alteri, possunt in eodem subiecto simul cōsistere, vt disp. 4. sect. 7. Ad fund. Sanchez

dico, qui pactū acceptauit seruandum tantum virtute Religionis, ad illud pacientem non re-

Coroll. 7. neri ex iustitia, sed ex sola religione. 7. An vitiet matrim. pactū de non reddendo debitu, quoties Fundamen-

non licet alteri coniugi petere. Affirmat Sanchez cum San-

cta Adria. Conar. & Alijs l.5.d.11. probat: in multis casibus non licet vni cōiugi debitū exigere, quod

tamen alter tenetur reddere, vt si exigens vovit castitatem, aut petat affectu fornicatio, vel pu-

ter matrim. esse inualidū, altero sciente esse va-

lidum. Vnde si in his casibus teneretur non red-

dere, obligaret se contra obligationem, quam vi-

contractus matrim. ex iustitia habet cōiugale de-

bitū reddendi. Negat autem Vasquez to.2.in 3.p.d.

125.c.6.¶7. quem sequitur Pontius l. de matrim.c.

11. Quæ sent. verior: Ratio: hæc cōditio est im-

plicitè inclusa in contractu matrim. Non igitur potest esse contra matrimonij substantiam, cùm nulla conditio contra matrimonij substantiam includi possit in ipso contractu. Anteced. prob.

tum quia vi contractus matrim. cōiuges per se solūm se obligant ad actum licet exactū; nemo enim cùm matrim. init, censetur se obligare ad reddendū debitum à se illicite petitū. Tum quia lege charitatis tenetur cōiuges causam peccandi sibi non præbere: ergo lege charitatis læ-

pè tenetur debitū à se illicite exactū non red-

dere, ne exigenti occasio detur actum cōiugalē in peccato consummādi. Alias rationes huius rei assignat Vasquez, quas infrā de obligat. soluendis debitum. Ad fundam. Sanchez, neg. omni casu

Ad fund. Sanchez.

coniugem teneri debitum reddere illicite petenti, ob rationem assignatam. Nam licet teneatur reddere, qui interdum licet ipse petere non po-

test, vt qui votum castitatis emisit, vel qui du-

bis est de matrim. validitate; non tamen semper reddere poterit illicite petenti. Ratio: priori

casu nulla datur occasio peccandi, cùm & unus licet petat, & alter licet reddat, quia ex iustitia

tenetur, quæ præualet Religioni; & in dubio melior est conditio possidentis cōiugis non du-

bitantis. Dices: saltem peccabit petens debitus à cōiuge impedito, cui dat occasionem peccandi.

Resp. neg. assump. quia cùm impeditus virtute iustitiae teneatur etiam contra obligationem religionis debitum reddere, nulla ei datur occasio peccandi; daretur autem, si reddens esset certus de matrimonij inualiditate: quia tunc cessaret debitum iustitiae in reddente, si-
cut & ius in petente. In quo casu nec petenti, ignoranti matrimonij validitatem, licitum esset reddere debitum.

Dices.

Resp.

Iuris naturalium axioma.

Communis doctrina.

g. Non

27. Coroll. 8. Non irritatur matrimonium contractum sub conditione, ut omnibus sextis ferijs, in reuerentiam passionis Christi à carnali copula abstineatur, contra Sanchez lib. 5. diff. 10. n. 5. cuius ratio est, quia talis conditio impedit perfectum ac totale dominiū in corpus coniugi. Verum ratio nostri coroll. est: quia sicut pactū de non petendo debitu ex virtute religionis, non praējudicat matrimonio, quia non repugnat obligationi ex initia, quæ cum alterā obligatione simul stare potest: ita à fortiori neque pactū de nō petendo debito singulis férijs sextis, in reuerentia passionis Christi. An si pactum apponatur de non redendo debito, singulis sextis férijs ex virtute iustitiae? Hoc casu sentio cum Sanchez vitiani matrimonium ob rationem ab ipso assignata. Hinc discrimen cur qui contrahit matrimonium cum expresso pacto de ingrediendâ religione, validè contrahit, quia hoc pactū, cùm sit ex virtute religionis, nō repugnat cum obligatione ex iustitiae.

28. Coroll. 9. Quid de matrimonio contracto sub pacto, simul non cohabitandi? Distinguit cù L. Petro edesma, ut Sanchez: si pactum fiat de non coabitando ad tempus, matrimonio non vitiani; secus si in perpetuum. Aliter iuxta nostra principia resp. vel pactum siue ad tempus siue in perpetuum non cohabitandi, adjicitur ex iustitia ex tunc irritat matrimonio. cùm non solidum in perpetuum, sed etiā ad tempus coabitandi, iustitiae obligationem includat, saltem consequenter & secundariō; nam coniuges vi contractus matrimonio non solum ius sibi tradunt ad copulam maritalem, sed etiam ad mutua obsequia sibi præstanta: rōinde pactum inducens obligationem ex iustitia ad non coabitandum, siue ad tempus, siue in perpetuum, pugnat cum matrimonio. Si verò adjiciatur non ex virtute iustitiae, sed religionis, ut cùm duo contrahunt cum pacto vel ad tempus simul non coabitandi, ut totius votū castitatis ad tempus emisum servent, vel in perpetuum, ut religionem ingredi possint.

29. Coroll. 10. 10. An conditio aduersa matrimonio ab uno apposita, & ab altero nō acceptata, vitiet matrimonio? Negant aliqui Comitus lib. 1. Moralium resp. q. 11. n. 5. idque probabile censem Sanchez lib. 5. Diff. 13. Affirmant alii, quod ut probabilius, & meritò iudicat Sanchez. Ratio: ad valorem matt. requirit legitimus triusque contrahentis cōsensus: nam matt. essentialiter cōstat ex legitimo cōsensu triusque coniugis: ita alterutro tantum deficiente, deficit totū, cùm nequeat matt. claudare, sed ex utraque parte esse perfectū. at qui haber intentionem se obligandi ad aliquid, quod repugnat obligationi contractus matt. nō potest simul habere intentionē obligandi se ad substantiam matt. ergo etiam altero nō acceptante & contradicente, irritū erit matt. 11. Non esse de matt. iudicandū iuxta qualitatē conditionis secundūm se spectat, sed ut apprehensæ ab ipso contrahēre. Ratio: ut ex Vlpiano suprà, voluntas contrahentium conditions regit, & ea in contractibus primū locum tenet. Quo sit, ut si conditio possibilis, sub qua contractum est matrimonio. à contrahente putata sit impossibilis, matrimonio nullum sit. Contrà verò, si cōditio impossibilis sub qua contractum est, putata sit possibilis, matrimonio. nō irritet: reicienda tamen erit ut non adiecta. Si conditio, quæ substantiam matrimonij aduersa non est, aduersa putata sit, matrimonio nullum. Pari modo erit nullū, si conditio aduersa substantiam matrimonij putata sit non aduersa: quia tunc error im-

pedit consensum in substantialia matrimonio, cùm occultet obiectum, in quod ferrī debet matrimonio. consensus.

Ex dictis resoluitur quæstio: An valida sit hæc forma: Accipio te in uxorem, vel in virum, nec te m̄i olim deferam sine causâ & modo: Nota 1. hæc verba proposita.

Non te deseram, duplēcē habere posse sensum;

Non te deseram thoro: Non te deseram vinculo. 2. 4. Notanda:

quando verba sunt ambigua, in eo sensu accipiēda esse, in quo præsumuntur ab ipso proferente prolata. sc. in quo iuxta leges, aut receptam Patriæ consuetudinem communiter accipi cōsueverunt: cùm enim contractus iniiri debeant iuxta leges & consuetudinē loci, in quo celebrantur, iuxta cum sensum verba præsumuntur à cōtrahentibus proferri, iuxta quem loci leges & consuetudo illa ad significandum determinant.

3. posse iuxta superius dicta, hanc conditionem matrimonio apponi, vel in vi conditionis; vel in vi pacti. 4. posse per verba ambigua patriæ con-

suetudine ad falsum sensum determinata, adhuc validum iniiri matrimonio. si cum priuato errore contrahentes absolutam & efficacem voluntatem habeant matrimonio, ineundi omni meliori modo,

quo h̄c & nunc per hæc verba iniiri potest. Dico 1. Si hæc verba à contrahentibus proferantur iuxta 1. sensum, ut tantum significant delictio-

nē à thoro, validum erit matrimonium siue pro-

ferantur in vi conditionis, siue in vi pacti: modò non ab uno tantum sed ab utroque contrahente in eo sensu proferantur. Ratio primi: cùm con-

cessum sit coniugi innocentia adulterum, thoro & habitatione à se perpetuū repellere, id poterit in pactum deduci: nam omnis conditio, quæ sub-

stantia matt. non aduersatur, potest in pactum deduci, ut superius. Ratio secundi: cùm matt. es-

sentialiter coalescat ex consensu triusque coniugis, consensum petit ex parte triusque legi-

tūm.

Dico 2. Si vel ab uno contrahentium hæc verba proferantur iuxta 2. sensum pro desertione ab ipso vinculo coniugali, matri. erit nullum. Ratio:

siue proferantur in vi conditionis, siue in vi pacti, impediunt consensum ad substantiam matt. re-

quisitū, qui est consensus absolutus in ipsam in-

dissolubilitatē coniugij. Qui autem in matt. condi-

tione vel pacto manendi cum coniuge, quam-

diu causa dissoluendi matt. data non habeat ab-

solutum, sed conditionatum consensum, perpetuo manendi cum coniuge. Quare in vi condi-

tionis præstitus, semper manet iuspensus, quia semper manet dependens ab apposita condi-

tione, si causa dissolutionis data non fuerit: eaque

data transit in absolutum de matt. dissoluendo,

qui ex diametro opponit substantia matrimonio.

Habet aliam causam inualiditatis, quia ponit indissolubilitatem matrimonium de-

pendentem à voluntate contrahentium; cùm illud contra substantiam matt. est, id in pa-

cetum deducere: cùm omne pactum natura matt.

aduersum, destruat naturam matt. ut definit.

Gregorius IX. cap. finali, de conditi. appos. vbi in-

ter alias substantia matt. aduersas, ponit hanc:

Contraho tecum, donec inueniam aliam honore,

vel facultatis ditionem: quæ æquivaler huic:

Accipio te in uxorem, nec te deseram sine causâ.

Cæterū supponit hic noster dicurus indi-

solvabilitatem vinculi coniugalis pertinere ad

substantiam matrimonij qui enim putant non

pertinere, ut sunt plerique heretici nostri

temporis, consequenter negant, matrimonium

Matrim. hoc

aliam causam

inualiditatis,

habet.

Indissolubile. ualidum. Verum hi refellendi sunt autoritate Christi Matth. 5. Marci 10. Luca 16. & Apoſt. ad Rom. & 1. ad Cor. 7. ybi absolute docet, mulierem manere alligata legi, quādiu eius vir vivit; & cōtra, virū, quamdiu eius uxor viuit. Quā veritatem definit Trid. ſeff. 24. cano. 5. & 7. ſamq; ut dogma fidei cum Mag. in 4. diſt. 31. sequuntur omnes Schol.

34.
Vnicum potest effe hinc effugium,

Reſpo. 1.

2.

Perpetua potestas ad actum coniugij exclusum dissolucionem statē ad actū coniugij, & voluntate non soluendi eundem actū coniugij. Nam hæc potestas nō includit essentialiter actū coniugij, sed ius tantum ad illum: vnde potest ab ea separari, integra manente matrimonij substantiā, quæ in sola potestate ad actū coniugij essentialiter consistit. At perpetua potestas ad actum coniugij, non solum dicit ius ad indissolubilitatem, sed ipsam actualē indissolubilitatem, cùm in ipsa perpetua potestate formaliter inuolueretur negatio actualis dissolutionis: hæc enim præcisā, non manet amplius perpetua, sed temporalis dumtaxat potestas.

35.
yli concil.

Oſtenditur.

Voluntas abſoluta contrahendi omni modo meliori quo verba signifi- cans, non officit error priuatus.

hendi, omni meliori modo, quo possunt, & natura ipsa matrimonij petit, validum efficiunt matri. si nullum apponant pactum substantiæ matrim. aduersum. Vnde sic contrahentes, ob nullam causam possunt postea dissoluere matrim. vel ad secundas nuptias ante obitum coniugis transire: cùm non sit in potestate coniugum, semel validè contractum dissoluere matrim. Diccas. error, quem contrahentes habent, quod matrim. sit dissoluble, impedit, quod minūs cum plenâ libertate in matrimonij indissolubilitatem consentiant. Nam talis error occultat indissolubilitatem, in quam pleno consensu voluntas ferri debet. Resp. neg. antec. Ad prob. dico, necessarium non esse, vt matrimonij indissolubilitas formaliter & in se cognoscatur; sed sat esse, si tantum implicitè & virtualiter. Hoc ipso autem, quod contrahentes habent efficacem voluntatem contrahendi omni meliori modo quo possunt, virtualiter & implicitè consentiunt in illam: natūrā per hunc actum efficaciter volunt matrim. iuxta naturam & substantiam ipsius. Nec est pars ratio de persona, cum quā contrahendum est: quia cùm hæc eligenda sit in indiuīduali vitæ consuetudinem, debet formalizter in se cognosci.

Diccas.

Reſpo.

SECTIO III.

An matrimonium per verba de praesenti sub conditione honesta de futuro celebratur, adimplera conditione, fiat validum absque novo consensu?

C Ontrouersia non est de matrimonio celebrando sub conditione de praeterito vel praesenti: quia tunc statim est validum, si cōditio sub-sistat & conditiones Inſtit. de verborū obligari: Ratio: conditio de praeterito aut praesenti, non suspendit consensum: quia cùm cōditio supponatur purificata; nequit consensus manere suspensus, vt nec manet suspensus, purificata conditione de futuro, etiā si contrahente ignoretur vt cit. §. definitur; eo quod contrahens suū consensum non alligat notitia, sed existentia conditionis. Par ratio est, si conditio de futuro sit necessaria: quia tunc consensus fertur in conditionem de praesenti conten-tam in suis causis, vt S. Th. in 4. diſt. 29. q. 1. ar. 3. ad 3. qu. & reliqui Schol. Neq; controuersia est de cōditione aduersa substantiæ matri, nam hæc statim reddit matri. irritum, adhuc cōditione nō exspedita: Neq; de conditione adiectâ in vim pacti in futurum seruandi: quia si pactum non est contra substantiam matri, illud non suspendit, sed statim fit contractus purus de praesenti, cū obligatione seruandi pactū in futurū: Si vero pactū est contra substantiam matri, illud statim irritat, quia cū tali pacto non stat legitimus consensus ad matri. requisitus: sed controuersia ratiū est de cōditione futura cōtingente, adiecta in vim cōditionis, suspe-dētis cōsensū usque ad ipsius eventū. Cæterū potest quis sub cōditione de futuro contrahere, vno modo per verba de futuro, vt contrahab̄ tecū, si pa-ter tuus cōfenseris; alio, per verba de praesenti, vt cō-trahab̄ tecū, si mihi dōtem dederis. Prior modus nullū erabit.

Ratio cor

conditio de

praeterito

aut futuro

non suspendit

consensum.

37.
Dupliciter quis sub cōditione de futuro contrahere, vno modo per verba de futuro, vt contrahab̄ tecū, si pa-ter tuus cōfenseris; alio, per verba de praesenti, vt cō-trahab̄ tecū, si mihi dōtem dederis. Prior modus nullū erabit. parit matri. cū nullū de praesenti praestet consensus, sed solum promittat praestandum de futuro: quod solum parit contractū sponsaliū, qui, purificata cōditione, contrahentes obligat ad cōsensū matri. praestandum, vt cū de sponsalib. Sola igitur difficultas est quādo matrim. sub conditione contrahitur per verba de praesenti; An purificata conditione statim

statim absque novo consensu, vi prioris sub conditione praestiti validum matrimonium fiat.

1. Sent.

PRIMA sent. negat: S. Tho. in 4. dist. 29. q. vñ. ar. 3. fine, Bonau. dist. 28. q. 3. Richar. ar. 2. q. 2. Durand. q. 2. n. 5. & 6. Maior. dist. 27. q. 4. Sotis dist. 29. q. 2. ar. 1. c. 3. Palatij dist. 2. fol. 632. col. 2. Victor. relect. de matri. p. 1. pu. 2. & Henrig. libr. 1. de matri. c. 12. n. 3. Couar. 4. lib. decret. par. 2. c. 3. inst. n. 5. Comito. lib. 1.

Resp. moral. q. 113. n. 6. vbi hanc sent. esse omnium Theol. uno exceptio Palud. non dixisset, si omnes legisset: Valent. disp. 10. q. 3. p. 3. dub. 1. Vasquez 3. p. 10. 4. q. 84. ar. 3. dub. 5. n. 8. Suarez 10. 3. de relig. l. 6. c. 12. & 3. p. tom. 3. dist. 13. 3. 2. 5. ut vero, Ponti. lib. 3. de matri. ca. 14. Meraci. de matri. dist. 7. 5. ii. Fundam. ad matri. requiritur consensus de praesenti actualis purus, & absolutus: sed consensus conditionatus non est de praesenti actualis, purus & absolutus, sed suspensus a futurâ conditione pendens: ergo non est ad matri. sufficiens. Nec dici potest, illum purificari, purificata conditione: nam si a principio consensus conditionatus fuit insufficiens, non fiet sufficiens, purificata conditione; quia conditio non mutat naturam prioris consensus.

Confirm. 1. Confr. 1. ex cap. super eo, de condit. appos. vbi Urbanus III. interrogatus, an qui in matri. cuiusdam feminæ consensu sub conditione, si ipius pater consenserit, sit cogendus ad matri. contrahendū? Respondebat, deficiente conditione, non esse cogendū: Rationem reddit: quia licet per verba de praesenti euidentiis exprimatur, huiusmodi tamen consensus de praesenti habendum non est, qui in alieno arbitrio non habito, sed habendo consistit. Ex quo sic arguunt: iubet hic Pontifex, non esse ante adimplerat conditionem cogendos ad matrem. ergo econtrario, adimplerat conditione, cogendi sunt ad contrahendum: igitur prior consensus non fuit sufficiens; nam si purificata conditione, matrimonium absque novo consensu, vi prioris, fuisse validū, nil opus de novo contrahere. 2. docet Pontifex, consensu sub conditione praestitū, non esse de praesenti habendum, licet per verba de praesenti euidentiis exprimatur: at ad matri. requiritur consensus de preserī.

Confirm. 2. 2 Ante conditionis eventum nulla est obligatio matri. nam licetum est utrique contrahentia conditione resiliere, & cum alio de praesenti contrahere; at si consensu sub conditione praestitū, sufficiens fuisse, etiā intermedio tempore contrahentes dissidenter, adhuc purificata conditione matri. esset validum, ut constat de reliquis contractib. sub conditione celebratis. 3. Matrimonium inter Christianos est Sacramentum: at ad sacram. non sufficit prior consensus, nisi nouus de praesenti accedit. nam tunc matri. sit Sacram. quando perficitur in ratione contractus: sed iuxta contrariam sent. ita perficitur, cum ponitur conditione: & dum ponitur conditione, nihil ponitur actu physice sensibile, spectans ad rationem sacramenti: Quia consensus, qui fuit sub conditione praestitū, & verba illum experimentia, iam præterierunt, nilque ipsorum physice actu perseverat, quādō ponitur conditione, quæ non spectat ad substantiam matri. proinde nec Sacramenti. Esset igitur sacramentum absq; vlo sensibili physico existente, ad eius substantiam spectante, quod est contra naturam sacramenti nouæ legis. 4. Sacramentum nullum validum est, de futuro collatum ergo nec matri. cum celebratur inter Christianos sit etiam sacram. Antec. est communis sent. non enim valet Baptismus. Pœnitentia, aut quodvis aliud Sacram. sub hac conditione impensum: Ego te baptizo, vel te absoluo, si restiteris. Unde inferunt, consensum sub

Tom. IX. De Matrimonio.

conditione datum, efficere tantum sponsalia, quæ purificata conditione, ad contrahendū obligant, ex iustitia publicæ honestatis: est enim ibi tantum promissio de praesenti, non actualis traditio corporum. Nec sufficit, quod contrahentes intendant de praesenti contrahere matrimonium. cdm nequeat contrahentium intentio mutare substantiam contractus.

Secunda affirmat, quam docent *Glossa in cit. cap. super eo, de condit. appos. & omnes Canonistæ,* à quibus non discedit *Nazar. in sum. ca. 22. n. 63.* probabilior. licet, ut notat Sanchez contrarium docuerit lib. Couar. ma. 4. consil. in 2. edit. de sponsal. consilio 14. vnum ex-unus adhære- cipe Couar. ex Theologis Paludanus in 4. dist. 29. sc. rere schola- scorum cō- 9. 2. fine, Argen. dist. 28. qu. 1. ar. 2. ad 6. supplem. Ga- miniori brie. que. 2. ar. 3. dub. 1. qui pro contraria sent. cita- tur, ed quod dicat, ad matrimonium non sufficere consensum conditionatum, sed requiri purum & ab- solutum: sed intelligit illum non sufficere ante conditionem adimplerat, sic enim scribit: cum autem dicitur requiri consensu purus & absolutus, non excluditur contractus conditionatus & suspen- satus, sed innuitur, quod non est matrimonium, nisi in consensu puro & absoluto, qui tunc incipit esse purus, cum extat conditio: sc. non per alium nouū consen- sū, alioqui quomodo dici posset incipere esse purus & absolutus, conditione extante? potius dici deberet, novo accidente cōsensu: Pet. Sotis lec. 3. de mat. 9. 4. deniq; Sanchez li. 5. disp. 8. Coninck disp. 29. dub. 1. Hurtad. dist. 7. diff. 3. Preposit. q. 3. de mat. dub. 8. Sylvi. in 3. p. sup. S. Tho. q. 43. ar. 1. q. 1. c. 7. & 9. 47. ar. 5. Cardi. De Lugo, de Pœnit. disp. 13. n. 111. Layman tr. 10. de matrim. c. 7. assert. 2. Videlur Vi- gnerij lib. insti. c. 16. 6. versu 6 fine. Quæ sent. pro- babilius: Fundamentum sumitur à paritate alio- fund.

rum contractuum conditionalium qui purifi- cata conditione absque novo contrahentium consensu statim purificantur, & in absolutos trascunt, l. hec venditio, ff. de contrah. empt. Cōditio- nales venditiones tunc perficiuntur cum impletæ fuerit conditio. Clarius vis conditionis explicatur le- ge potior ff. qui potiores: Cum semel conditio exitit, perinde habetur, ac filio tēpore, quo stipulatio inter- posita est, sine conditione facta est. Est autem inter contractum matri. & reliquos conditionales, hoc discrimen, quod matrimonialis non obligat ex tunc, quando consensus sub conditione præstatur, sed quando conditio adimplerat: reliqui verò suā obligationem sortiuntur, quando consensus sub conditione præstatur. Ex quo aliud quod si quis ex contrahentibus ante conditionis eventu suū con- fensem reuocet, matri. est nullū; unde si cum alia absolute contrahat, erit validū. In ceteris cōtra- etib. reuocatio consensus ante impletā conditionē facta, nō est, quin adveniente conditione obliget: sc. quia hi obligationē non contrahunt vi præteriti consensus moraliter perseveratis, sed vi præteriti sub conditione præstati, licet in futurū adimplerat conditione exequenda. Matrimonium aperte obli- gationē, non contrahit vi præteriti consensus sub conditione præstati, sed vi præsentis moraliter per- severant: eo quod matri. habeat hoc speciale, ut consensum requirat de præsenti, quādō ipsū per- ficitur: & quia præteritus non potest esse physice præsens, saltem requirit illū præsertim moraliter: sit autē præsens moraliter, hoc ipso quod nō reuocatur vsq; ad tēpus adueniētis conditionis, quā adue- niētē statim matri. perficitur, ac primū incipit obli- gare, vi cōsensus præteriti moraliter perseveratis.

At in istat. id nō habere reliquos contractus vt instant, nullo statim sine novo consensu sint puri & validi, vi testimonia. Adversarij

consensus cōditionalis, sed vi potestatis humanæ suppletis consensum, quem quia supplere nō potest in cōtractu matri. nequit sine novo consensu fieri purus ac validus. Sed contrā; 1. è facilitate, quā id afferunt negatur. 2: consensus humanus, cū sit proprium instrumentum hominis, operatur in vi potestatis, quam homo habet in suis bonis transferendis: sed homo naturalē potestatē habet efficaciter sua bona in alterum transferendi, non solum purè & absolutè, sed etiā sub hāc vel illā conditione, quā adimplerā, re ipsā bona manent sub dominio alterius: igitur non solum per consensum absolutum, sed etiam conditionatū poterit homo dominiu sui corporis in alterū transferre, cūm nō sit maior ratio, cur reliqua sua bona sub cōditione transferre possit, & non hoc. Nam quod alicui dicunt, ex eo quod matri. sit perpetuum, supra reliquos contractus, exigere cōsentum perfectissimum super euceros ac liberimū, qualis non est conditionatus, nihil contractus est: tum quia cum consensus suam efficaciam habudhabebet?

Matrimonium super euceros ac liberimū, qualis non est conditionatus, nihil contractus est: tum quia cum consensus suam efficaciam habudhabebet?

beat ab ipso operāte, & operans potestatē habeat non minus per unū, quam per alium consensum, sua bona in alios trāferre, nihil refert, uno vel altero consensu, modò liber sit, contrahatur matri. Tū quia nō minus potest esse perfectissimus & liberimus consensus sub cōditione, quam absolutē p̄stitus. nam etiā cōditio, quā consensus matri. p̄statur, pendeat ab euentu futuro, vñq; ad quē suspensus manet, quia tamen totum hoc sit ex libera voluntate contrahentium, sponte eligentib⁹ hunc modū contrahendi, nil derogat aut perfectioni, aut libertati consensus. Cæterū sufficit, ut p̄æteris contractibus cōditionibus matrimonium habeat, ut non statim obliget ab ipso tempore, quoponitur conditio, sed quod adimpleretur, ut cum maiori cōsilio & maturiori deliberatione fiat, id poscente naturā matri. quā perpetuam indissolubilitatem postulat. Confir. vbi lex Regulan⁹ certam formam non p̄scribit in contractu obcontractus consensus pacientium.

42.
Pro 2. hac sent.

Prob. 2. Validum est sine novo consensu matri. sub hāc cōditione: *Duco te, si ras consenseris*: ergo sub hac alia: *Duco te, si ras confessafueris*. Antec. concedunt, qui docent, statim ac alter consensum dederit, absq; novo consensu, vi prioris sub cōditione p̄stiti, matri. purificari, fieri q; validum ad obligandum. Conseq. prob. si valet matri. absque novo consensu sub vnā conditione, valebit sub aliā. Respōdent: idē in 1. casu sine novo cōsentu valere matri. non in 2. quia in 1. conditio est tacitè inclusa in contractu, proinde etiam non expressam subintelligi; in 2. est extrinseca. Sed contrā: ratio, cur in 2. casu per aduers. non sufficiat prior consensus, sed requiratur nouus actualis, purus de p̄senti, est, quia prior non est de p̄senti purus & actualis, qualem requirit matri. sed suspensus à futura conditione: at non minus in 1. quam casu 2. consensus vnius à futuræ consensu alterius pendet. Confir. consensus conditionatus per aduers. essentialiter differet à puro & absoluto; nec per aduentum conditionis mu-

tatur. Sed conditionatus ad matri. non sufficit: ergo necessarius est nouus, purus, & absolutus. Verū hic aduers. discursus sic cōtra ipsos retorquetur. Consensus p̄stitus sub cōditione futuri consensus alterius coniugis est conditionatus, & imperfectus à futura cōditione p̄dens: ergo erit insufficiēs ad matri. ergo nisi accedat nouus consensus purus, & actualis, quando alter consensum p̄stat, nō erit matri. validū: vel si absq; nouo consensu, vi tantū prioris moraliter perseuerantis hoc validum est, validum erit & illud.

Obiūces 1. Matrimonium pertinet ad eos contractus, qui traditione perficiuntur: sed hi sub cōditione celebrati non purificantur solo conditionis euentu nisi adsit traditio: ergo nec matri. purificantur solo conditionis euentu, nisi adsit nouus consensus de p̄senti expressus, quo mutua corporum traditio fiat. Resp. neg. conseq. Ratio: Resp.

reliqui contractus, qui traditione perficiuntur, p̄æter consensum extrinsecus expressum, quo contrahentes se mutuo obligant, requirunt alīū actū, quo sibi res tradant: matrimonium autem p̄æter et mutuum consensum extrinsecus expressum, non requiri alīū actū, quo sibi inuicem corpora trahant: cūm in consensu extrinsecus expresso includatur mutua corporū traditio & acceptatio. in hāc enim vt in primā radice omnium obligationum constituit matri. vt suprā. Hinc sit, vt reliqui contractus, qui traditione perficiuntur si sub conditions celebrantur, p̄æter consensum sub conditione p̄stitum, requirant purificantā conditione, nouum actū, quo res tradantur, in matrimonio autem, quia nullus alius requiritur actū à consensu extrinsecus expresso distictus quo cōuges sua corpora mutuo sibi tradant, purificantā conditione, sine alio nouo actū, purificantū cēlerit vi prioris cōsentus, in quo hēc mutua corporū traditio & acceptatio includebatur, vt exequenda pro p̄senti cōtempore, quo conditio adimpleretur. Hinc habes, cur reliqui ferē cōtractus sub cōditione celebrati, euentu conditionis fiunt validi, etiā ante conditionem sit reuocatus consensus, non sic matri. quia reliqui contractus etiā sub cōditione celebrati, statim obligationē inducunt, licet exequandam post euentū futuræ cōditionis: proinde etiā cōsentu reuocato, valent; quia non obligat vi cōsentus p̄senti moraliter perseuerantis, sed vi p̄æcedentis. Matrimonium autē sub cōditione cōtractum obligationē nō inducit tempore, quo sub cōditione celebratur, sed quo cōditio verificatur. Cūm igitur per reuocationem non possit p̄æcedens consensus de p̄senti moraliter perseuerare, quando conditio purificantur, non poterit esse validum. Hoc autem discriminē colligitur ex diuersa natura contractus matrim. à reliquis: qui cūm includat indiuiduā vitæ consuetudinem, à quā nulla humana potestas coniuges dissociandi ius habet, maiorem matrioremque quā cæteri deliberationem requirit.

Obiūces 2. Matrimonium est actus legitimus. vt Glossa in seq. leg. qui non recipit diem, neq; conditio, vt statuitur lege, actus legitimi 78. ff. de regulis iuris, & regulis 50. iuris in 6. Confir. nō valet. Confir. matri. ad certā diem; ergo nec ad certā conditio. Resp. nem cōtractum. Resp. Imò earegula nō est de omnibus actibus legitimis vniuersaliter; idque docet Glossa in l. actus legitimi, & Urbanus III. c. super ea. de condit. appos. vbi ait, Canonica instituta, nō improbare cōditionem matrimonio apponi. Solum igitur intelligēda est de ijs actibus, qui in cit. lege recensentur; sunt autem emancipatio, acceptatio,

tatio, hæreditatis aditio, servi optio, datio tutoris, qui vitiati dicuntur per temporis, vel conditionis adiectionem. Quorum aliqui, ut *Glossa* notat, tacite diem aut conditionem admittunt.

Rsp. 2.

Concedo matrim. non recipere diem, neque conditionem: nego, sub conditione ad certam diem contractum, diem aut conditionem recipere, ut rectè cum *Soto Sanchez lib. 5. disp. 1. n. 5. aio.*, ipsum consensum sub cōditione ad certam diem præstitum, diem vel conditionem recipere. Quia cūm ante conditionis euēntum, matrim. nondum sit, dici non potest, diem vel conditionem recipere; quod enim nondū est, recipiendi capax non est: rectè tamen ipse consensus, qui præstitus est, dici potest diem vel conditionem recipere. Quare nunquam conditione apposita, cadit supra matrim. sed supra consensum matrim. qui ex intentione contrahentium suum effectum, quod est ipsum matrim. non operatur, nisi adimplēta conditione: quæ adimplēta non amplius recipitur in matrimonio, cūm matrimonium non amplius pendeat à conditione.

Coroll. 1.

Infertur 1. matrim. contractum sub conditione futurâ contingente, ut præsenti scientiæ diuinæ, non esse conditionalē, sed absolutū, itatimq; sortiri effectum, si conditio futura sit; sicut, si futura non sit. Ratio; conditio de præsenti nō suspendit consensum, sed statim reddit illum absolutum, etiam si ignoretur à contrahente, ut *suprà*. Vnde non possent tali casu contrahentes à conditione resilire, vel cum aliâ contrahere; nec scipios maritali affectu cognoscere, vñq; ad cōditionis euēntum: cūm nondum sciant præsentem veritatem de futura conditione contingente: ut nec, qui dispensationem in gradu prohibito à Pontifice expectant, donec certò sciant illam esse obtentam, & sibi notificatam.

Coroll. 2.

2. A matrimonio sub cōditione honestâ futurâ contingenti contracto, neutrū ex contrahentibus inuito altero, licet resilire potest: quia licet huiusmodi contractus non obliget contrahentes in ratione matrimonij, cūm nondum habeat consensum de præsenti absolutū, qui ad matrim. requiritur; obligat tamen in ratione mutua pactionis, quâ vñque se astrinxit ad exspectandū conditionis euēntum: potest tamen, si sub illicitâ conditione fuit contractum, cūm nulla illicita conditio contrahentes obliget ad ipsius euēntum exspectandum, ut contractus perficiatur.

*Quid ad
hanc quest.*

3. An validum sit matri. sub hâc conditione initum, si Pontifex in gradu cōsanguinitatis dispensauerit, ita ut obtentâ postea dispensatione, nullo sit opus consensu nouo. Ratio dub. prior consensus fuit inter personas inhabiles, & consequenter inualidus: Pontificis autem dispensatio non reddit illum validum, si inualidus. Dico, tale matrim: valere, absq; nouo consensu, vi tantum prioris moraliter perseveratis vñq; ad dispēsationis expeditionē & noritiā. Ratio; prior consensus fuit præstitus pro tempore, quo contrahentes erant futuri habiles, per Pontificis dispēsationem, vñq; ad quod tempus efficacia transferendi corporum potestate ex intentione contrahentiū suspendebatur. Nego igitur, talē consensum fuisse inualidum, cū nō fuerit præstitus, ut suū effectum haberet tempore inhabilitatis, sed habitatis. Ut si fidelis cū infideli contrahat sub conditione, si ad fidem conuerratur, talis consensus non fertur in personas inhabiles, quia nō præstat, ut de præsenti effectu habeat, & de futuro, quādo personæ sunt habiles. Quid autē contrahentes possint suū con-

Tom. IX. De Matrimonio.

sensum suspendere, ne effectum sortiatur, donec conditio purificetur, *suprà*. Ceterum cōtollarium intelligitur de impedimento, in quo Ponifex dispensare potest, non in quo vel non potest, ut inter fratrem & sororem, aut non solet, nisi rarissime, & ex gravissimis causis: aut si nulla sit ex parte contrahentium dispensandi causa. Ceterum non

posse à Pontifice consensum inualidum reddi validum, verum est de consensu inualido ab intrinseco, cū hic sit ipso naturæ iure inualidus, & matrimon. ad sui validitatem suâ naturâ postuleat consensum naturaliter validum, & nequeat Pontifex mutare naturalem essentiam matrimonij, quæ est ut cōstet ex mulcō cōiugū consensu ab intrinseco valido: de inualido ab extrinsecâ dūtaxat lege, non video, cur non possit Pontifex dispensare nō solū pro futuro, quod certissimum est; sed etiam pro præterito, acceptando ut validū, qui lege resistente, validus nō fuit. Ut si quis clandestinum matrim. cōtraxit, aut professionem fecit ante 16. annum: quia cūm hæc inualiditas, pendeat ex inerā voluntate, principis, eam tollere potest, ac proinde ex inualido validum reddere contractum retrorahendo omnes effectus & obligationes, quas contractus ipse habuisset, si à principio cum illo dispensatum fuisset: & consequenter efficere, ut clandestinum censeatur validè contractum ab ipso tempore, quo initum fuit.

Infertur 4. matrim. initum sub hâc cōditione, si ad pubertatem peruererimus, adueniente puberte non purificari, nisi nouo consensu accedendo.

Coroll. 4.

Colligitur ex c. 2. de despōsat: impuber. & c. vn. eod. tit. in 6. vbi definitur, matri. ante pubertatem cōtractū; iuris interpretatione cōsideri sponsalia: at post sponsalia nouus requiritur consensus ad matrim. de præsenti contrahendū. At ex naturâ rei nō repugnat, etiā sub hâc cōditione contractū, enētu conditionis sine nouo cōsensu purificari, sed legis potestate. Quam limitationē meritō lex apposuit matrim. ante pubertatem cōtracto, ob periculum perfecti consensus ante pubertatem præstiti.

5. Post Trident. matrim. sub conditione cōtractuti non statim purificatur conditionis euēntu, cūm adhuc ad ipsius validitatem desideretur præsentia parochi & testium.

Coroll. 5.

6. Quo pacto tale matri. validè possit coram parochi & testibus contrahi: sc. si contrahatur sub conditione de præsenti vel præterito, certior faciendus erit Parochus, & testes de conditione adimplēta: si de futuro; tum eidem Parochus & testibus, coram quibus sic contraxerunt, debent ostendere, adimplētam esse conditionem; ac tunc & non antē perficitur matri. quia tunc matrim. perficitur, quando ad illud concurruunt omnia substantialiter requisita, quod præter mutuū coniugum consensum sub conditione præstitutum moraliter de præsenti perseverantem. & conditionis euēntum, est parochi & testiū moralis præsentia, quæ ex decreto Trident. adhibēda est eodē tempore, quo reliqua substantialia matri. ponuntur; ad hunc n. finē adhibentur ut testari possit de validitate matrim. coram se contracti: ergo cūm à substantialiâ matrim. conditionati requiratur mutuū coniugum consensus sub cōditione præstitutus, nec non ipsa conditionis adimplētio ad utrumq; parochi & testium præsentia requiritur: in contrariâ verò sentent. quæ affirmar, matrim. conditionatum non purificari, nisi accedente nouo post impletam conditionem consensu, dicendum, sufficere, ut illud coram parochio & testibus contrahatur post conditionis aduentum.

G 3

Inferrus

49.

Coroll. 7.

Infertur 7. Dissolui matrim. sub conditione de futuro per matrim. cum aliâ absolutè, vel sub conditione præsentis, aut præteritâ contractum. Ratio; posterius statim obligationem inducit; quippe ad cuius substantiam omnia requisita sunt actu posita, cùm tamen prius obligationem suspendat usque ad conditionis euentum. Limita, nisi posterius, non sit coram Parocho & testibus contractum, sine quorum præsentia p[ro]p[ter]e Trident. ubi est acceptatum, nullum matrim. est validum: Quid si consensus sub conditione sit præstitus coram Parocho & testibus? an in talis casu poterunt contrahentes validè ab illo resilire ante conditionis euentum? Affirmo: quia nondum matrimonium est perfectum.

50.
Coroll. 8.Ratio me
induce ma-
nifesta.

8. Quid, si matrim. sub conditione contrahatur cum pluribus? vel contrahitur cum pluribus simul, eo pacto, ut cuius conditio fuerit prius adimplenta, illud præualeat: vel prius contrahitur cum unâ, postea cum aliâ: & hoc casu, quidquid alij dicant, omnino censeo, posterius præualere priori, etiam si prioris conditio fuerit prius purificata. Nam illud matrim. sub conditione contrahetur euentu conditionis perficitur, cuius consensus moraliter perseverat usque ad tempus adimplent[er] conditionis: eo quod prioris consensus fuit per posteriorem contractum cum aliâ initum reuocatus. Hoc ipso enim, quod cum aliâ contrahit, implicite & virtualiter reuocavit primum; sicut qui secundum testamentum condit, implicite & virtute reuocat primum. Et licet qui altero in uito, cum secundo contrahat, illicite contrahat, haud tamen inualide. Idem a fortiori sequitur, si conditio posterioris prius, aut simul tempore verificetur cum conditione prioris contractus.

Si cum duobus simul absque ullo alio pacto contrahatur: an in eo euentu præualeat matrim. cuius conditio prius tempore adimpleretur? Affirmat, & meritò Sanchez lib. 5. disp. 8. n. 16. quia cùm conditio trahat consensum ad tempus adimplent[er] conditionis, perinde est, ac si prius absolute contraheretur cum unâ, & postea cum aliâ: at eo casu præualerer prius; ergo & in hoc. Quæ ratio simul probat, neutrū matrim. valere, si utriusque conditio simul adimpleatur; sicut neutrū valeret, si utrumque simul cum duobus contraheretur: quia incertitudo viciat matrim. ut ex communi ibid. Sanchez n. 15.

Ratio.
Coroll. 9.

Infertur 9. consensum matrim. de præsenti præstitum sub conditione de futuro purificandâ, differre à consensu sponsalium. Nam per sponsalia solùm de præsenti promittitur futurus consensus matrim. per matrim. vero conditionatum, non promittitur, sed re ipsa de præsenti præstatut[er] consensus ipse coniugal[is], in futurum adueniente conditione purificandus ac perficiendus. Vnde quoad substantiam penitus totus consensus coniugalis de præsenti, & solùm ex intentione contrahentium suspenditur ipsius obligatio usque ad euentum futuræ conditionis: ad cuius aduentum consensus antepræstitus purificatur, & matrim. sine novo consensu, vi duntaxat prioris moraliter perseverantis perficitur.

Solutio ar-
gum. opposi-
ta sent.

Ad fundam. oppositæ; disting. maior: ad matrim. requiritur consensus actualis de præsenti physicus, nego; moralis seu virtualis, concedo, ut constat tum de consensu, quo unus coniux uno die ante consensum sub conditione præstat, si alter sequenti die consenserit: tum de consensu principalis contrahentis, per procuratoris verba exprimendo. Concedo etiam, ad matrim. requiri con-

sensum purum; nego, consensum sub conditione præstitum, euentu conditionis, non effici purum, ac proinde ad matrim. perficiendum efficacem. Item consensus conditionatus non fuit à principio sufficiens ad matrim. pro tempore, quo fuit præstus, concedo; pro tempore adimpleretur conditionis, quod usque ex intentione contrahentium fuit dilatus ad suum effectum operandum, nego: quo tempore consensus sub conditione præstitus, quoad efficaciam & vim perficiendi matrim. non differt à consensu physico actuali: cùm non minorem efficaciam ex intentione contrahentium ad matrim. perficiendum habeat unus, quam alter.

Ad 1. confirm. sumptam ex Urbani III. cap. super eo, Resp. 1. cum Sanchez lib. 5. disp. n. 8. ibi contrahere sumi pro consummate: patet, quia de hoc fuit Pontifex consultus, ut constat ex principio cap. Super eo, quod postulasti, utrum ille, qui in Resp. 1. quandam mulierem consensit, si pater eius suum praesaret assensum, sit ad consummandum matrimonium compellendus. Ut igitur responsio petitioni respondat, ut contrahere intelligendum est pro consummate. Quod etiam colligitur ex resp. ad obiect. quam Pontifex sibi facit ex Alex. qui cap. de illis, eod. tit. dixerat, sponsalia interposita conditione contracta, ipsa non impletâ, si consensus de præsenti intercedat, vel carnalis copula subsequatur, dissolui non debere, sed firmiter obseruari: sic n. respondet: Nequaquam est nostra definitione aduersum, cùm bususmodi consensus non sit de præsenti habendus, licet per verba de præsenti evidentius exprimatur, quis in alieno arbitrio non habito, sed habendo consensit. Quæ resp. ut obiectio respondat, ita intelligenda est, ut propositum matrim. ante impletam conditionem non sit habendū firmum & indissolubile: sicut sponsalia sub conditione contracta, accedente consensu de præsenti, vel copulâ carnali, esto tale matrim. per consensum de præsenti videatur expressum, cùm huiusmodi consensus, inquit Pontifex, non sit de præsenti habendus, licet per verba de præsenti evidentius exprimatur. Quibus verbis Pontifex solùm vult, tale matrim. nondum esse firmum & indissolubile, ut sponsalia sub conditione contracta, quæ accedente cōsensu, vel copulâ carnali transiunt in matrim. quia consensus sub conditione præstitus, non est ante statum conditionem efficax ad matrim. concludendum, esto sit per verba de præsenti expressus, cùm ex intentione contrahentis maneat suspensus usque ad conditionis euentum; quam explic. confirmat Glossa, v. Nequaquam.

2. Non valet argum. à contrario, quando re- Resp. 2. rut status mutatur. Ex eo igitur quod Pontifex dicat, non esse ante conditionem contrahentes ad matrim. contrahendum compellendos, non sequitur, quod sint compellendi post conditionem adimpleram, nam ante nondū erat conditio adimpleretur; consequenter utrumque coniux habebat ius, altero consentiente à contractu resilendi. Post conditionem vero adimpleram mutatur status de conditionato in absolutum, proinde ad contrahendum compellendi non sunt, cùm iam euentu conditionis, matrim. transferit in purum & absolutum.

Ad 2. constat, cur consensus ante purificatam conditionem nullam pariat obligationem matrim. quia illam ex intentione contrahentis suspendit usque ad conditionis euentum. Nec est pars ratio de reliquis contractibus sub conditione celebratis, qui obligationem pariant, tempore, quo celebrentur, licet in futurum exequendam, ut constat de voto sub conditione nuncupato, quod videntem

Disput. V. De consensu conditionato. Sectio II.

77

uentem obligat, etiamsi ante conditionis even-
tum fuerit reuocatum, ut communis fuit opinio.

Ad 3. neg. minor. Esto enim reliqua sacram. tunc quando fiunt, requirant aliquid sensibile phyl-
icum spectans ad ipsorum substantiam, id tamen de matrimonio necessarium non est, quia reliqua fuerunt i. à Christo instituta, eorum naturā non præsupposita: sacramentum verò matrimonij nō fuit i. à Christo institutum, sed præsupposita eius naturā, ut est civilis contractus, quam noluit alterare, cùm ipsum in sacramentum eucexit: & quia ut perficiatur in ratione contractus, non exigit aliquid sensibile phylicum, tunc quando fit; neq; ut sacramentum id exigit, exigunt autem reliqua sacra, quia id Christus instituit, qui fuit primus nouæ legis sacramentorum author.

Ad 4. neg. conseq. Rationes discriminis variae, prima aliquorum, quos suppresso nomine refert *Vasquez*, quæ solum militat de sacra. pœnit. non potest facta absolutio sub conditione de futuro impendi, quia sèpe contingere posset, ut quando adimpleretur conditio, subiectum propter noua commissa peccata, non esset absolutionis capax. Sed contrà, tum quia, ut *ibid. Vasquez*. absolutio impendi posset sub conditione, si obicem non posuerit: tum quia absolutio sub conditione im-
pensa saltu valebit, quando pœnitens nullum apposuerit obicem.

Secunda Vasquez. Aut conditio sub quâ ab-
solutio impendiatur, est impertinens, ut, *absoluo te,*
Si cas Imperator venerit ex Germania: & ridiculum est, afferere, talem pœnitentiam collatam esse à Chri-
sto sacerdotibus: aut est de aliquâ dispositione, pertinente ad ipsum pœnitentem *absoluendum*: & cùm debeat sacerdos, aut quam absoluat, non solum nosse peccata, sed etiam pœnitentis dispo-
sitionem, esset contra huius sacramenti substani-
tiam, quod per modum iudicij & spiritualis me-
dicinæ exercetur, pœnitentem absoluere, non cognitâ eius causa, & dispositione. Sed contra:
primum impendi posset sub conditione honestâ, aut necessario exequendâ à pœnitente, ut *si con-
cionem audieris, si alienum restitueris.* Contra 2.
posset sacerdos cognitâ dispositione ad sacramē-
tum sufficiente ex. gr. attritione absolutionem
impendere sub conditione, si habuerit contritio-
nem, quam ex priuatâ sent. putat necessariam ad
sacram. pœnit.

Tertia eiusdem de omnib. sacram. ac de ipso etiam matrim. quod *ut suprà*, putat perfici non posse, etiam in ratione contractus, consensu conditionato, per euentum conditionis; sed ob sui ex-
cellentiam nouum requirentur consensum actualē & absolutum tunc, quando fit. Qui autem sub conditione futurâ sacramentum confert, vel ma-
trim. contrahit, aut suam voluntatem differt usq; ad tempus conditionis adimplendæ; aut certè si-
gnificat sacramentum, aut matrim. purificatâ conditione, suum effectum accepturum vi prioris voluntatis & consensus sub conditione præstiti, virtualiter tantum perseverantis. At neutrum sufficit: non primum; quia nullum ponit consen-
sum, sed solum in futurum differt. Non 2. quia virtualis & interpretatiua voluntas in sacramen-
tis, & matrimonio nihil operatur, nisi sit aliqua præsens ex priori deriuata, inquit prior implicitè contineatur: ergo præter voluntatem priorem sub conditione præstitatam, requiritur noua, ex priori deriuata, tunc, quando sacramentum, aut matrimonium fit: alioqui si prior tantum vir-
tualis sufficeret, sequeretur, sacramentum aut

matri. perfici, etiam priori voluntate expressè reuocatâ. Sequelā probat: quādiu manet voluntas debita ex præterita promissione, manet voluntas virtualis: ergo etiam expressè reuocata priori vo-
luntate, perficeretur sacramentum, & matrim. si sola virtualis sufficeret, ut perficiuntur reli-
qui contractus conditionales, ad quos quia suf-
ficit voluntas virtualis debita ex priori promis-
sione, etiam priori expressè reuocatâ, subsistente conditione perficiuntur.

Sed contra: i. falsum est, qui sub conditione sacramentum confert, aut matrim. contrahit, vo-
luntatem differre in futurum; solum illam sus-
pendit, quoad effectum & obligationem vñque ad euentum conditionis, ut patet in reliquis contra-
ctib. conditionalibus, qui ipso *Vasquez* facente,
adimpleretur conditione, absque nouâ voluntate, vi-
tantum prioris perficiuntur, qui tamen sine nouâ
actuali perfici non possent. si prior nullo modo
posita fuisset, sed tantum dilata usque ad condi-
tionis euentum. Tum quia 2. falsum est, ut *suprà*,
virtualem voluntatem moraliter perseverantem
ad matrim. sub conditione contractum perficien-
dum non sufficeret. Vnde neg. sequel. repugnat
quippe priori voluntate reuocatâ, perseverare
virtualiter. Nec ad virtualem voluntatem suffi-
cit, quod ex priori promissione sit debita, sed
præterea requiritur, ut non sit reuocata. Neque
ex eo reliqui contractus conditionales, subsistente
conditione, perficiuntur, quia voluntas etiam
reuocata perseverat ut debita; sed quia, ut *suprà*,
reliqui contractus obligationem inducunt, tunc
quando celebrantur, in futurum tamē exequen-
dam. Quo fit, ut sine postea talis voluntas reu-
ocetur, siue non, semper maneat obligatio ab ini-
tio contracta, exequendi, quod fuit sub conditio-
ne promissum, conditione subsistente.

Quarta Coninck ideò sacramentum pœnit. non
posse sub conditione impendi: quia ante condi-
tionis aduentum positâ est totâ materia & for-
ma sacram. quæ sunt, dolor & confessio pecca-
torum ex parte pœnitentis, & verba absolutio-
nis ex parte ministri: positâ autem totâ materia
& formâ, nequit sacramenti effectus suspendi. At
nondum in matrimonio positâ est tota materia
ante conditionis aduentum; hæc enim est con-
sensus purus & absolutus, qui non nisi euentu
conditionis purificatur.

Confir. licet possit minister effectum sacra-
menti differre, differendo partem, sicut posito do-
lore & confessione peccatorum ex parte pœni-
tentis, differre effectum cum absolutione; possit
tamen paribus essentialib. non potest effectum
differre, cùm ille non amplius pendat ex mini-
stri, sed Christi voluntate. Dices, abhuc positâ
essentiali sacramenti pœnit. suspenditur effectus
remissionis pœnæ temporalis, usque ad euentum
adimpleretur satisfactionis sacræ, qui etiam est effec-
tus huius sacram. R. etiam hunc effectum sus-
pendi, suspensa parte integrali huius sacræ, quæ est
satisfactione, quâ positâ amplius in potestate mini-
stri non est, effectum suspendere.

Sed contrà esto verissimum sit, positâ totâ es-
sentiâ sacram. non esse amplius in potestate mi-
nistri, effectum suspendere: neg. tamen per volun-
tatem conditionalem ponit totam essentiam sa-
cram. pœnit. cùm nondum positus sit consensus
absolutus, qui non mindus est de essentiâ sacrameti
pœnit. cuiuscunque alterius quam matrimonij.
nam de essentia sacramenti est, intentio ministri:
tribus enim, definiente Florent. indecreto Eugenij

XV. per-

Ad 3.

Ratio.

Ad 4.
Ad auto-
rib. varie
rationes dif-
fimiles.

2. Ratio.

3. Ratio.
Universali-
de omnib.
sacram.

Contra.

Contra.

Contra.

*Contra co-
sensus ab-
solutoris of-
ficiatus
requisitus
ad sacram.*

G 4

XV. perficiuntur sacramenta nouæ legis, rebus, verbis, & intentione ministri. At intentio conditionalis non sufficit, quippe quæ non solum suspendit effectum sacramenti, sed aliquid ad sacramenti essentialiam requisitum, quod est ipse consensus & intentio absoluta: cum non possit redi major ratio, cur ad matr. requiratur consensus eventu conditionis purificatus, & non etiam ad sacramentum; ac proinde ante conditionis purificationem nequit sacramentum perfici, defectu consensus absoluti essentialiter requisiti.

Quinta Cardi, de Lugo. de pœnit. disp. 13. n. 1. 8. & seqq. reliqua sacram. sub conditione collata, non fieri valida, quia ad essentialiam reliquorum non sufficient verba virtualia, quæ semel sub conditione prolata & non reuocata, mortaliter perseverant usque ad aduentum conditionis; sed necessaria sunt verba formalia: alioqui possent loco verborum, perfici scripto aut nutu, quod falsum est. Ad essentialiam autem matrimonij non requiruntur verba formalia, sed sufficient verba virtualia sub conditione prolata, & non reuocata, usque ad conditionis aduentum. Quod inde colligitur, quia sicuti in matrimonio vice verborum sub stirpi possunt nutus & signa: ita vice verborum formalium succedere possunt virtualia.

Hæc ratio cum tertia Vasquez ferè recurrat: nisi quod illa procedit de voluntate formali, & virtuali; hæc de verbis formalibus & virtualibus. Vasquez neque ad sacramenta, neque ad matr. voluntatem virtuali sufficere putat, sed ad verumque actuali requirit: de Lugo pobi scum sentit, ad matrem. sufficere verba virtualia, non ad sacramenta. At non satisfacit, cum per eam nondum allatum sit discriminem, cur ad matrem. sufficient verba virtualia, non ad sacramenta: vel si ad sacramenta necessaria sunt formalia, etiam ad matr. Quod autem matrimon. etiam nutibus aliisq; extensis possit signis celebrari, non possint autem sacramenta, efficaciter non probat, quin saltem in eo matrimonium & sacramenta conueniant, ut vel verumque, vel neutrum possit verbis virtualibus perfici. Sicut non obstante assignato discriminine, non sequitur, quin in aliis conueniant; ut quod positâ essentiali sacramenti, non sit in potestate ministri, effectum suspendere: ita posita naturâ matrimonij, in potestate contrahentiū non sit, morales effectus, & obligationes matrimonij suspendere, & sic de aliis multis. Non igitur discriminem in uno efficaciter arguit discriminem in ceteris. Aliunde igitur hoc discriminem inter matr. & sacramenta indagandum est, quamvis arduum ac difficile sit.

Desumendum erit ex diversâ potestate, quam coniuges habent ad matrem. contrahendum, & ministri Christi ad sacramenta confiencia. nam illi potestatem habent ab ipsa natura, nullo termino, modò substantiæ matrem. non aduersetur, limitatam: cum matrem. sit maximè naturale, nec à Christo limitatum, cum ad sacramentum fuit cuectum; nec iure aliquo positivo prohibitum, ne subconditione celebretur: hi verò potestatem ministrandi sacramenta, à Christo accipiunt limitatam, ne subconditione ea conferant: ac proinde subconditione collata defectu potestatis, erunt nullæ. Antec. constat 1. ex formis sacramentorum à Christo Domino prescriptis, quæ omnes sunt absolutæ.

2. Ex fine, propter quem sacramenta sunt à Christo instituta: & ex conformitate, quam ministri seruare debent, cum ipsorum auctore, in gra-

tiâ per sacramenta fidelibus conferendâ: finis, est utilitas fidelium; conformitas ministri cum Christo est, ut gratia semper conferatur iuxta præsentem subiecti dispositionem, nullo habito respectu ad futuram indispositionem. Porro si sacramenta possent sub conditione conferri, nec ministri conformarentur auctori; & qui ad ea accessus cederent, frequenter defraudarentur gratiâ, cuius prepter iuxta præsentem dispositionem essent capaces. Numquam Deus gratia differt aut suspendit futuram in dispositione aut imperio. Si rati die incunauerit, nec gratiam pœnitens recipiet in præsenti, esto ad illud accedat optimè dispositus; nec in futuro, conditione etiam nulliusculpâ non subsistente. Et licet talis condicio de futuro apponi possit, quam & pœnitens servare teneatur, & cuius omissione subiectum reddit gratiæ incapax, ut sub conditione, si non restituerit saltem pœnitēs fraudabitur gratia, cuius de præsenti ad sacram. dispositus accedens, est capax, & quam Deus ipse non negaret, esto præuidetur illū suo tempore non restitutur; & priuaretur omnibus iis operibus quæ in statu gratiæ facta magnam gloriam promerita, fuissent apud Deum: quæ opera, ut pote in statu peccati facta, numquā cum gratia in præsenti negata, resurgerent coram Deo. Quæ omnia quæm aliena sint à modo operandi Dei, qui nullo respectu habito ad futura peccata, suam gratiam liberaliter, iuxta præsentem subiecti dispositionem clargitur, nemo nisi cœcus non videt.

Confir. Christus homines ad sacram. ministra assument, ut instrumenta suæ passionis, qui Confir. suo titulo ac nomine merita suæ passionis fidelibus applicent; at instrumenta cum operentur in virtute principalis causæ, conformari debent in modo operandi causa principalis. Credendum igitur non est, Christum potestatem conferendi sacramenta suis ministris contulisse tam contraria & aliena à modo quo ipsemet operatur, & in tam evidens fidelium præiudicium, propter quorum & utilitatem ea instituit, quasi canales, per quos valor & efficacia suorum meritorum ad eos deriuetur. Neque censendum est, aliter merita Christi in animis mortaliis operari, immediatè ab ipso, quæm à ministris ab ipso assumptis applicata, quippe cum illos allumat, ut sui vices gerant, & quod ipse per seipsum faceret, faciant ipsius ministri. Addo ob eandem rationem, non est pristinò collata potestas ministris, ut possint effectum sacram. suspendere, sed ille statim sequitur ad positionem sacramenti, si subiectum non fuerit incapax. 2. ut malitia ministri non impediatur, quod mindus, si omnia essentialia adhibentur, sacramentum conficiatur, fructusque conferat obicem non ponentibus. 3. ut sola intentio generalis ministri facienda, quod fecit Christus, aut faceret Ecclesia, sufficiat ad confiendum sacramentum gratiamque conferendam, nihil impidente priuato ministri errore, quoad sacramenti veritatem. Ex quibus omnibus constat, Christum quæm minimam à ministris requirere potestarem, ut sacramenta suam sortiantur naturam, effectusque fasci-

60.
Hoc descri-
men desu-
mitur ex di-
uersâ po-
testate.

Ansec. con-
ficiat à po-
ster. & à
priori.

61.

Illustratio
hic noster
discursus.

fusciptibus conferant: at si ea possent ad libitum sub conditione ministri conferre, ne longe magis à potestate ministri penderent, quam Christi voluntas tot in signis nobis manifestata intenderit.

63. Confirm. 2. liberius operatur Christus in nobis per sacramenta quām extra: nam per sacramenta operatur in nobis gratiam iudiciorum suorum meritorum, quam propterea dicitur nobis conferre ex opere operato, hoc est ex suis meritis iam persolutis. Extra sacramenta verò gratiam in nobis operatur proximè & immedietè intuitu nostrorum meritorum: at extra sacra. gratiam nobis non confert s. b. conditione de futuro, si obicem non posuerimus, sed statim illam de praesenti largitur, non obstante quod simus de futuro impedimentum appositi: ergo multò minus illam per sacram. sub conditione de futuro confert, sed statim eam largitur, si nullum de praesenti obicem apposuerimus.

Dices. Dicess: hac ratione non occurritur absurdum, quod per sacramentum sub conditione de futuro collatum, subiectum priuetur praesenti gratia, cuius est capax: nam etiamsi Christus hoc non instituit, id tamen facere potest minister, idemque sequitur absurdum, ac si Christus ipse instituisset. Confir. Maius sequitur absurdum, si tale sacramentum Christus non permittat ut validum, quām si permittat. Nam si permittat, saltem subiectum non priuabitur gratia sacramenti, quando conditio, sub qua fuit collatum, adimplebitur. Si non permittat, nec in praesenti, nec in futuro, adimpleta conditione, subiectum accipiet gratiam sacram. cum sacramentum inualidum nullo tempore gratiam conferat.

Rsp. Sat esse, ut absurdum sit vitatum vienstitionis à Christo factum. nam ad legislatorē solū spectat, talem legem condere, ex cuius obseruantiā nullum sequatur incommodum: quod autem illud sequatur ex malitia subditi legem transgredientis, id non tribuitur legi, sed peruersae voluntati subditorum. Ad confir. esto positā malitiā ministri leges sacramenti violantis, minus incommodum sit, si sacramentum sub conditio de futuro collatum, permittatur ut validum quām si non permittatur; adhuc neg. id debuisse à Christo permitti ut validum: cum non debeat legislator in lege condendā se accomodate malitiā subditorum, etiamsi eorum malitiā positā, minora securura essent incommoda; sed potius iustitiae & honestati legis, ex qua nullum per se natum sit sequi incommodum.

64. **Coroll. 1.** Infertur 1. hæc ratio non solū concludit de sacramento pœnitentia, sed de reliquis omnibus à Christo primò institutis, excepto matrimonio, quod hæc ut sacramentum fuerit à Christo in noua lege primò institutum, quia tamen illud non quoad substratum sed solū quoad vim & efficaciam causandi gratiam, supposuit illud in ratione contractus in pristinā suā naturā, quam habuit, antequam esset evenit in sacramentum.

Sorundum. Infertur 2. non est validum baptisma sub hac conditione collatum: Ego te baptizo, si nunc Deus scit, te crastinā die ieunaturum: nam fieri potest, ut crastinā die non ieunes: quo posito, nec de praesenti baptismi ef-

fectum, cuius es capax, nec de futuro acciperes.

Infertur 3. validum est sacramentum sub hæc ^{tertium} conditione de futuro, aut de præterito collatum: Baptizo te, si cras sol orietur; si Adam aus Christus fuit. nam quando conditio sive de futuro, sive de præterito est necessaria, non suspendit effectum, cùm non possit non esse; proinde nec sacramentum sub eā collatum; & consequenter statim iūum effectum confert, si subiectum est capax. Nec solū quando conditio est necessaria ex natura sua, sed etiam ex diuinā reuelatione, ut si Antichristus futurus est, valebit sacramentum de praesenti: eo quod magis implicat, reuelatum à Deo, quām effectum naturale, non esse futurum.

Dices. At, inquires, èodem modo valebit sacramentum sub conditione collatum, si nunc Deus scit te cras ieunaturum: nam ex suppositione, quod cras eris ieunaturus, implicat, nunc Deus non scire te eras ieunaturum. Nego sequel. nam licet Deus resp. nunc sciat, te cras ieunaturum, ex suppositione, quod sis ieunaturus; quia tamen potest contradictria suppositione esse vera, sc. tē cras non ieunaturum; & consequenter hoc, non illud esse nunc scitorū divina præseus; & qui sacramentum sub illa conditione confert, excludat aliam contradictriam, solumque illud confert sub conditione, si Deus sciat te cras ieunaturum, contradictria suppositione existente, sacramentum erit nullum. Ceterum valebit, si sub hæc cōditione conferatur: si Deus nunc alterutrum nouit, vel te crastinā die ieunaturum, vel non ieunaturum: quia cùm sub hæc conditione neutra conditions pars excludatur, certissimumque sit, alterutram futuram, æquivalet conditioni necessariæ.

Infertur 4. Validum est sacramentum, sub conditione de praesenti aut præterito, collatum in fauorem, non in præiudicium suscipientis. ex. gr. valet sacramentum Baptismi, aut pœnitentia, sub hæc conditione impensum, si non es baptizatus, si non es absolutus, te baptizo, te absolu: secus sub hæc: si Petrus peruenit Romam, si Paulus hoc tempore erat, te baptizo, te absolu. Quia prior conditio solū excludit à subiecto negationem sacramenti, quod fauorable est suscipienti: posterior verò aliquid, quod potuit esse vel non esse, & consequenter ipsum sacramentum sub tali conditione collatum. Ratio: ut suprà, cùm sacramenta sint à Christo instituta, in fauorem & bonum suscipientium, non debuit ministris confiri potestas ea conficiendi in damnum & præiudicium, sed in bonum & fauorem suscipientium: at collata sub priori conditione cedunt in fauorem; posteriori in præiudicium suscipientis: ergo collata sub priori conditione erunt valida, sub posteriori inutilida, defectu potestatis à Christo ministris communicata.

DISPV TATIO VI.

De consensu coacto.

SECTIO I.

*An matrimonium coacto consensu initum
fit validum.*

^{1.} *Coactus cō-
fensus quis?* **D**icitur consensus coactus, qui non spontanea, sed repugnante voluntate praestatur: ut cum mercator, vi virginis tempestatis compulsus, merces in mare projectus, propter imminentem periculum mortis, alias non projecturus. Ita qui repugnante voluntate in matre consentit ad euitandum malum, quod alias incurreret, dicitur coacte consentire, quia compulsus metu mali, quod incurrendum timet, ni consentiat, alias non consenserunt. Ceterum nota, ad consensum coactum requiri, ut tunc quando elicitur, repugnante voluntate eliciatur. Neque sufficere, quod repugnante voluntatem habuerit antea. Sapere enim quis ab initio repugnat consensum praestare, quem postea lubens praestat: huius tantum voluntatis, non prioris habenda est ratio, cum exquiritur, an consensus in matrimonium fuerit coactus.

^{2.} *Oris rex
metu mali,
qui duplex.* **P**orrò quod in matrimonio, & quoquis alio contractu, consensum coactum reddit est metus alicuius mali, ad quod euitandum consensus praestatur. Metus autem vel est grauis, qui & in constantem vitum cadens dicitur, velleus & in virum constantem non cadens. Grauis est, qui versatur circa malum graue, cuiusmodi est mors, mutilatio, perpetuum exilium, diuturnus carcer, dejectio à proprio statu, amissio omnium, aut notabilis partis bonorum; idque non tantum respectu propriæ personæ, sed etiam coniunctionum, consanguinitate, affinitate, arcta amicitia, ut S. Tho. in 4. dist. 29. q. vn. art. 2. ad 2. nec sat est, ut versetur circa malum graue ex falsa imaginatione apprehensum, sed debet re ipsa esse tale, ut definitur l. nec timorem 7. ff. de eo, quod metus causa: Si quis meticulosus rem ullam frustra timuerit, per hoc edictum non restituitur, quoniam neq; vi, neque metus causa factum est. Nec solum censetur graue, quod secundum se & ex obiecto, sed etiā quod ex circumstantijs, personæ metum incipientis, mecum patientis, probabilitatis mali imminentis, censetur graue. nam sapere quod graue non censetur viro maturo ac forti, censebitur adolescenti, mulieri, timido: & quod respectu vii, qui solitus est, minas exequi, merito puratur graue, respectu alterius, qui solitus non est, minas exequi, graue non censetur. Iuxta maiorem etiam, aut minorem probabilitatem impendentis mali; nec non ob maiorem aut minorem facultatem illud vitandi, vel non vitaudi, metienda est grauitas, aut levitas mali.

^{3.} *Constantis
viri est ex
duobus ma-
lis minus
eligere.* **P**rater hæc ad metum grauem alijs requirunt, ut non solum sit de malo absolute & secundum circumstantias considerato graui, sed ut præterea sit grauius eo malo, ad quod euitandum minus eligitur. Vnde si tibi intentetur amissio notabilis partis bonorum, ni in matrimonium consentias, ex quo longè peiora mala obuentura times, talis metus grauis non est; quia liget

ea amissio sit malum per se graue, comparatum tamen cum tali matrimonio ad quod invenimus, metus amissionis illius tibi incutitur, non est simpliciter graue, cum longè grauis sit malum, quod tibi ex tali matrimonio euentur. Quare consentiens in tale matrimonium ad euitandum minus malum, cuius metus tibi incutitur, non constanter agis: nam constantis viri non est, ex duobus malis maius, sed minus eligere: sicut contraria, constantis viri non est, ex duobus bonis minus, sed maius eligere, can. duo mala, dist. 13. Contraria vero, si tibi mors intentata, ni matrimonium contrahas, talis metus dicitur grauis & & cadens in constantem virum, cum longè maius sit mors quam matrimonium. Ex qua do- Peccatum &rina sequitur, nullius mali temporalis metum non eligit ad quodcunq; peccatum committendum incusum, esse grauem & cadentem in constantem virum: cum quodcunque malum temporale cum quoquis peccato, etiam veniali comparatum, sit longè minus: Vnde qui ad vitam tuendam mentiretur, non constanter ageret, quod falsò negat Sotus mox cit. Ita metum grauem in virum constantem cadentem explicant S. Thom. in 4. dist. 29. quest. vn. ar. 2. Bonaventura ar. 1. quest. 1. ad 4. Scotus q. vn. 5. ad q. Richardus ar. 1. q. 1. ad 2. Durandus quest. 2. Paludanus qu. 1. ar. 2. Argent. quest. 1. ar. 1. Sotus q. 1. a. 2. Palatus disp. 1. Gabr. in 3. dist. 39. quest. 1. ar. 1. ad finem & ar. 2. con. 3. Valen. disp. 10. quest. 3. punct. 2. & alijs apud Sanchez lib. 4. de matrimonio disp. 2.

^{4.} **E**x qua sententia sequitur, solum metum grauioris mali, non minoris, irritare matrimonium, quia solum metus grauioris mali cadit in ris mali an constantem virum, qui secundum virtutem operatur. Ratio: quando malum, quod ad consensum matrimonii eliciendum incutitur, est respectu matrimonij grauius, natura suâ cogit virum constantem iuxta virtutem operantem, ad eum consensum, ut minus malum, eligendum: proinde cum hoc malum incutiatur ab extrinseca causa, irritat matrimonium. Quando autem respectu matrimonij est minus, natura suâ non cogit virum constantem ex virtute operantem, ad matrimonium contrahendum. Quare si contrahit, videtur propriâ sponte, non ab extrinseca causa coactus, contrahere: cum possit, & debeat secundum regulas rectæ rationis matrimonium, ad quod ineundum, metu minoris mali cogitur, ut maius malum vitare. Adde, iura non assistere iis, qui constanter non agunt, proinde nullius irritare ea matrimonia, que contrahuntur metu minoris mali.

Contraria vero alijs censem ad metum grauem sufficientem ad matrimonium a nullum, reli- ^{5.} *Sententia* quoq; contractus rescindendos, sat esse ut sit de longe proba- malo graui absolute, esto comparatum cum ma- *bisior affr.* tronio, aut quoquis alio contractu, ad quem ineundum incutitur, censetur leuius. Nam licet respectu subiecti solus ille metus censetur cader in virum constantem, qui est de grauiori malo, ut potè quis solus virtuolum iuxta regulas rationis operantem, moraliter cogit, præco minus eligere; eo quod non minus constantis viri est, non esse pertinacem, cuius est non permoveri à maiori malo, quam non esse leuis, cuius est, quoquis leui metu terreri; ad effectum tamen matrimonij irritandi, ac reliquos contractus rescindendi, sufficit metus de malo gratis secundum se. Ita *Nauarrus in summa cap. 22. n. 51. ad finem.* *Henriquez*

Henriquez lib. 11. de matri. cap. 9. n. 3. Sanchez lib. 4. disp. 2. Coninck disp. 28. dub. 2. Pontius lib. 4. cap. 3.

Merat. de matrim. disp. 7. sec. 5. & alij apud Sanch.

Pro quā sent. ratio alignatur à Sanchez ductā ex

finc ipso, propter quem iura annullant matri-

monia graui metu inita; quia debent esse plenā-

libertate, ac sine vi & iniuriā contracta. vt con-

stat ex cap. Cum locum, & cap. gemma, de sponsalib.

& alibi, vbi Alex. III. & Gregor. IX. ad matrim.

& sponsalia contrahenda, plenum absque vi &

metu consensu requirunt. Vnde Gregorius

matrimonium sub pœnā pecuniae initum im-

probavit, Cum libera, inquit, matrimonia esse de-

beant. Et Tridentinum sef. 24. cap. 9. ad hanc ple-

nam libertatem in matrimonio tuendam, & in-

iuriam arcendam, anathemate damnat cuius-

cunque dignitatis principes, qui suos subditos

velarios quo scunque ad matrim. cogunt. intelli-

ge ex causa iniusta, ex eod. concilio. At qui non so-

colliguntur ex lūm merus grauioris malis respectiū, sed etiam

grauius absolutē libertatem violat, & grauem in-

fert iniuriam metum patienti, cum cogens ad

eligidū; quod aliās eligere noller. Quod autem

auctē eligens grauius præ graui, virtutem con-

stantiā lādat, quæ dicit, semper minus præ ma-

iori eligendum, non tollit, quin eligendo gra-

uius ad exitandum graue, per iniuriam ab ex-

teroseco illatam, cogatur ad illud eligendum.

Quod autem hic & nunc ratio dicit, ne lādatur

constantia, vt præ grauiori eligatur graue, est

priuatū malum, quod iura non attendunt, quæ

per se tantū respiciunt mala & incommoda

communia, quæ plerumque in Repub. nasciō -

lent ex coactis & iniuris matri. quæ vt testatur

Lucius III. cap. requisitus de sponsalibus, frequen-

ter solent difficiles exitus babere.

2. Ex oppositā sent. sequitur eum, qui metu

mortis iniuste sibi incusso, ad matri. cōsumman-

dum accedit affectu fornicario, validum iniisse

matri. ab Ecclesia iudicari; proinde ab eadem

fore cogendum ad matrim. perpetuandum. nam

cum talis consensus non sit elictus metu caden-

te in constantem virum & per aduers. sola ma-

trimonia ab Ecclesia irritetur, quæ metu caden-

te in constantem virum consummantur, suppon-

nit Ecclesia, tale matrim. esse validum: quia sup-

ponit illud non fornicario, sed maritali affectu

consummatum: sc. metu cadente in constantem

virum, qui tali casu morte potius eligeret, quam

fornicario affectu carnalem copulam consum-

mare. Propter hoc argu. Sotus in 4. dist. 29. q. 1. ar.

3. 5. in contrar. olim nostram sent. cum magistris

se lecutum fuisse affirmat: licet nunc haud sati-

sime illi inhārere. Et quia iuxta suam opin. non

audet asserere, tale matrim. in foro Ecclesiaz esse

validum, volens nolēs in nostram relabitur sent.

affirmans, non idē tale matrim. esse invalidum

quia consummatum est metu cadente in con-

stantem virum; sed quia consummatum est me-

tu terribilissimo mortis, qui cum libertatis gra-

dum aufert, qui matrimonio necessarius est,

quod responsū applicari potest eūcunque alterī

malo graui. Ex alia parte, cūm videret, hoc

respon. non cohārē modo loquendi sacrorum

canonum, qui sola matrimonia contracta metu

cadente in constantem vitum nullant, docet,

tale matrim. debere ab Ecclesia præsumi vali-

dum, ac proinde contrahentes cogere ad illud

continuandum.

8. Ut autem scias, quando metus grauius irriteret

matri. ceterosq; cōtractus rescindat. Nota 1. à du-

6.
Optima ra-
tio.
sso.

Marifell
Trid. n.

7.
Prob. 2.

Argumentis
vis magna.

plici causā posse metum incuti, à naturali, vt ab intrinseco morbo, extrinseca peste, imminentē naufragio, & à liberā; idq; bifariam, iustē, vt cū maritus adultero deprehensō iustā delicti accusationē apud iudicem minatur; & iniustē, vt cū latro ad pecuniam extorquendā, mortem viatori intentat. Vterq; metus iustus, & iniustus dupliciter incuti potest, vel ad finē extorquēdi matri. aut quilibet aliū cōtractū, vel alterius finis causā.

2. Controversum non est, quando metus à quācunque tandem causā incussus, internum consensum à metum passo aufert, sed solidū, quando consensum, quoad substantiam quidem non impedit, impedit tamen, ne cum plenā libertate, & absq; iniuriā præstet, quale matrimonium, & ceteri contractus requirunt.

3. Metus idem, qui reliquos contractus reddit rescidibiles, reddit nullū matri. cū virumque pendeat, vt infrā, à iure positivo, & reliqui cōtractus quantumvis validi, facilē & absq; incōmodo semper possunt per iudicem rescindi. At si semel graui metu contractum matri. admittatur validum, periculū est, ne vel nunquam per ullam humanam potentiam, vel saltem diffīllimē rescindi poscit. nam si consummetur, vt facilē fieri potest, redderetur ab omni humanā potestate indissoluble, cū nullā autoritatē habeat rescindendi matri. inter Christianos consummatum, si non consummetur, diffīllimum erit, in foro externo sufficenter probare, illud fuisse coactē initum, cū non facilē ab iudice Eccles. tales probationes contra matrim. præsertim in facie Ecclesiaz celebratum, admittantur: Proinde tales coniuges cogerentur toto suę virę tēpore inuiti continuare matri. Ex quo infelices successus meritò timendi essent. Ad hęc igitur mala, & pericula vitanda, optimā ratione iura prouiderunt, vt metus qui alios contractus solum reddit rescidibiles, prorsus annulet matri. vt nullū sit periculum reddendi illud per cōsummationem insolubile, cum perpetuā coniugum dissensione, & continuo periculo grauiora mala perpetrandi. His annotatis:

Dico 1. nullus metus quantumvis grauius, siue à causa naturali, siue à libera in aliū finem, quām ad extorquendū cōsensum matri. incusus irritat matrimonium. Ratio communis: talis consensus liberē eligitur ab ipso contrahente, vt medium ad graue malum vitandum: Vnde non ab alio, quām à se ipso impulsus consentit in matrimonium & debet huiusmodi consensus tribui metum passo, non metum incutienti, cū ab hoc non intendatur. At non plaudit satisfacit: Hac non satisfacit. Communi- sent. ratio que.

Confir. Etiam si contrahens eligat matrim. vt medium ad malum vitandum, tamen inuite & coactē illud eligit, non minus quām si ab alio impulsus illud cogeretur eligere: neque minora mala ex uno, quām ex alio timentur futura, cū in utroq; eadem causa perseueret perpetuę dissensionis, quæ est ipsa coactio, quā matrimonium est initum.

Ratio

9.
Optima ra-
tione hoc sa-
etum.

10.
Communi-
sent. ratio que.

Hac non satisfacit.

11.
Ratio, me-
indico, effi-
cacious.

Vnica quæ
causa.

Cōtra hanc
rationem
unica diffi-

12.
Coroll.

Ratio omniū.

Ratio dis-
criminis.

¶ 13.
Coroll. de
voto.

14.
Instar.

Ratio igitur non est defectus libertatis, quæ in virroque consensu reperitur ad matrimonium sufficiens; sed iniuria, quæ reperitur in uno consensu, & non in alio. Et quia iura subuenire intendunt iniuriam passis, esto uterque metus plenam libertatem impedit, solus tamen metus iniuriosus irritat matrimonium. Ob eandem causam, ut infra, metus grauius iustè incusus ad matrimonium extorquendum id irritat (cum tamen non minus hic libertatis plenitudinem impedit) scilicet quia iniuriam non infert. Hoc ipsum etiam constat paritate aliorum contractuum, qui graui metu init, sufficienti libertate non carent, alioquin non possent esse validi, licet ob illatam iniuriam, iure rescindendi veniant. Sola igitur causa, cur metus ad consensum extorquendum non incusus, non irritat matrimonium est, quia talis metus nullam infert iniuriam; propter quam solam iura voluerunt metum passis subuenire.

Cōtra hanc rationem non patrocinari ijs, qui docent, plenum voluntarium iure naturæ à matrimonio desiderari. Sed videat hi, quo pacto in sua sent. propohtam diffic. soluant. At cur semper iura pro inualiditate matrimonij graui metu contracti, assignant defectum plenæ libertatis, ut constat ex iurib. cit. Intelligenda esse de defectu libertatis ex iniuriâ causato, ex dicendis constabit.

Infertur, non irritari matrimonium graui metu iniustè incusso contractum, modò talis metus non sit incusus ad id extorquendum. Ut si latro metum incutiat viatori ad pecuniam extorquendam, & viator, ut præsentem redimat vexationem, latroni spondeat ipsius filiam se in vxorem duceturum? si iudex contra allegata & probata ad mortem damnet reum, qui ut ab iniuriâ morte se liberet, iudicis filiam dicit: si maritus adultero in delicto deprehenso, propriâ authoritate mortem minatur, ad cuius iram placandam adulter in uxorem accipit minantis filiam. Ratio: quando metus non incutitur ad finem extorquendi consensum, consensus non elicitor vitiatus iniuria, quia non procedit incusus ab extrinseco agente, sed electus ab ipso operante, ut medium ad evitandum graue malum in aliud finem sibi incussum: iniuria autem essentialiter postulat infest ab extrinseco.

Dices: violatur consensus libertatis, etiam metu ad consensum extorquendum non incusso: ergo violatur iustitia, etiam metu ad consensum extorquendum non incusso. Resp. neg. conseq. quia libertas non solum violatur à principio extrinseco, sed etiam intrinseco ut, ab imperfecta aduentoria, nimia passione, ignorantia, at iustitia non nisi ab extrinseco, cum nemo à se ipso iniurium patiatur.

Hinc infertur, valere votum factum Deo, ad vitandam mortem à latrone in aliud finem intentatam, non in finem extorquendi votum; similiter valere professionem factam metu, ad hunc finem non incusso, secus ad hunc finem illato. Ratio: quando metus incutitur ad consensum extorquendum, non solum violat illum quoad libertatem, sed etiam quoad iustitiam: at omnis consensus graui iniuria extortus, ex dispositione iuris, vel est irritus, vel irritandus. Instabis: si sola iniuria, & non defectus plenæ libertatis irritat matrimonium sequitur, matrimonium feruore passionis contractum esse validum; pariter votum, ac religio-

nis professionem cum sit eadem omnium ratio; at huiusmodi actus ut inualidi & imperfecti communiter reiciuntur. Resp. Si passio, in cuius feruore initum fuit matrimonium turbavit, matrimonium est nullum, quia libertatem requirit ex perfecto & pleno iudicio ortam: si iudicium non turbauit, valet matrimonium. Quare soli actus ex imperfecto & turbato iudicio originati, reiciuntur ut inualidi ad humanos contractus celebrandos: quippe soli hi non sunt perfectè humani. Ceterum non repugnat, actum ex pleno iudicio elici, & tamen ex parte voluntatis extrinseco metu causatum, libertatis plenitudine carere.

Dico 2. Omnis metus grauius ad extorquendum consensum iniustè incusus, irritat matrimonium non solum in foro externo, sed etiam interno: est communis canonist. Iurist. Theolog. apud Sanchez lib. 4. disp. 12 n. 13. nam licet aliqui velint, huiusmodi matrimonium esse in-

validum tantum coram Ecclesiâ, non coram Deo; alij validum, coram Deo & Ecclesiâ, rescindendum tamen instar aliorum contractuum, hi & pauci sunt, & manifestè conuinci possunt: iura. n. apercè dicunt, tale matrimonium esse inualidum: intelligenda de inualiditate, non tantum de rescindibilitate ex. 3. not. alioqui non bene fuisse per Ecclesiam prouisum ijs, quibus per grauem metum iniuria infertur: nec tantum de inualiditate coram Ecclesia, sed etiam coram Deo, ex ratione à S. Tho. in 4. diff. 19 q. vii. Optima ratiō. 3. ad q. 1. in corp. Ecclesia. n. declarando eiusmodi matrimonia inualida, non innitit falce præsumptioni, quod in eis defuerit consensus, sed quod consensus graui metu extortus, non sit ad matrimonium sufficiens; tum quia id colligitur ex iuribus, quæ dum hæc matrimonia irrita declarant, non recurrunt ad defectum consensus, sed plenæ libertatis metu iniurioso causatum. Tum quia, ut eis. S. Doctor. Ecclesia nunquam præsumit de peccato, nisi manifestè constet: si autem hæc matrimonia declararet irrita defectu consensus, præsumeret, contrahentem metu coactum nullum dedisse in matrimonio consensum, proinde fuisse mentitum.

Impugnat hanc rationem Duran. in 4. diff. 29. Impugnat 9. 2. n. 5. quia interdum Ecclesia propter periculum animæ præsumit partem deteriorem, ut constat ex cap. illud de præsumpt. ubi Alex. III. in fauorem matrimonij præsumit mulierem, negantem cum seruo, cum quo decennio scienter cohabitauerat, se matrimonio iniisse, mentitam fuisse. Verum non eneruatur ibi Ecclesia ex duobus malis præsumit minus: siquidem ex una parte cum periculo salutis veriusque coniugis vertebar in dubium matrimonio, publicâ decennali cohabitatione firmatum; ex aliâ fama mulieris perniciosa mentientis. mendacium vero est minus malum ad evitandum periculum dissoluendi legitimum matrimonium quod est longè maius malum. Infertur 1. irritari matrimonium siue metus ad id extorquendum incutiat ab ipso contrahente, siue ab alio, etiam inscio contrahente, quia quocunque incutiat, semper violatur naturale ius, quod qui vis homo liber habet in suos actus, ratione cuius violationis, iura contractum matrimoniale irritant, ut resciidunt ceteros. 2. non modò irritat matrimonium, nūm graui metu extortum cum una certa persona, sed etiam cum incerta ex aliqua certa familia. Ita Sanchez lib. 4. disp. 12. nn. 20. quia

Terrium.

quia etiam in hoc lèditur ius, quod homo habet ad eligendam quamcumq; aliam, sicut etiam lèditur jus, si iniuste cogatur nubere cuicunque, ex suppositione, quòd nulli nubere velit. Porrò iniuste quis cogitur ad matrimonium contrahendum, quando abique urgente causà, publicum bonum spectante, contrahere matrim. cogitur; alioquin, si urgente causà, præsertim publicum bonum concernente, iuste cogitur. 3. Irritum esse matrimonium contractum per procuratorem, ad quem constituendum graui metu iniusto coactus fuit contrahens: est *Sanchez* *ibid. nu. 22.* Quia matrim. per procuratorem contrahitur virtute consensū principalis contrahentis: ergo si ille ratione violat iustitiae, fuit ad matrimonium insufficiens, illud per procuratorem contractum erit invalidum; cùm procurator non visu, sed principalis contrahentis consensū, in eac matrimonium.

An si ipse procurator graui metu iniusto cogatur ad matrimonium principalis contrahentis ineundum, matrim. sit irritum? De duplice coactione controversia esse potest, de mandato acceptando, & de ineundo matrim. Pro parte affirmante est, quia procurator substitutus loco principalis, constituitque cum illo vnum, ex cuius & procuratoris consensu fit unus integer consensus: ergo uterque debet esse liber ab iniuria, vt sit sufficiens ad matrim. Pro parte negante est; procurator solum est delator, & interpres consensū principalis contrahentis, qui solus est de substantia matrimonij, ergo si hic est ab iniuria liber, validum erit matrimonium. Confirm. Si pœnitens habeat intentionem sua peccata per interpretem clauibus subiicieendi, validum erit sacramentum Pœnitentiaz, etiam si interpres talem intentionem nō habeat: ergo etiam si procurator legitimū consensum non habeat, dum modo illum habeat principalis contrahens, validum erit matrim. Ex hisduabus opin. posterior videtur probabilior. Ad argum. prioris Resp. in ordine ad matrimonium fieri vnum ex consensu principalis contrahentis, & verbis duntur, non autem consensu procuratoris: sicut ex intentione pœnitentis, & verbis tantum, non intentione interpres, fit una legitima confessio ad sacramentum Pœnitentiaz requisita. Ratio, quia procurator ad matrimonium, sicut & interpres ad sacramentalem confessionem, solum assumitur, vt expressius & explicatus voluntalis assumentis; sc. per verba, vel alia signa sufficienter declarativa intentionis assumentis: solus enim consensus principalis contrahentis est de substantia matrim.

18. *Caroll. 4.* Infertur 4. importunas preces ad matrimonium extorquendum sōpē & frequenter iteratas, irritare matrimonium. Non sufficit, vt semel, & iterum, sc. ab ijs præsertim, qui superiores sunt, quorum preces, armatae dicuntur; & quarum nimis vis instar aculei animum continet feriant ac molestent. Nam si continua afflictio corporis ad matrimonium extorquendum incussa, irritat matrim. à fortiori irritabit matrim. frequenter iterata notabilis afflictio animi. Causant subditi, ne per importunas preces licentiam à suis Prælati extorqueant.

Dubium. Dubium, an superioris præceptum ad matrimonium contrahendum, id irritet. Pro negante parte est; solet Ecclesia præcepto cogere stupratorē ad stupratam ducendam; nec non eum, qui fidem dedit certam fœminam ducendi, ad ma-

trimonium cum ea contrahendum, vt constat ex cap. 1. & 2. de adult. & cap. Ex his 2. de sponsalib. Pro affirmante est; præceptum superioris vim infert, quòd minus liberè possit subditus suo iure vti. Resp. vel præceptum superioris est iustum, & cum debito moderamine adhibetur ad extorquendum, quod iuste præcipitur: & tunc siue illud sit iure statutum, siue à legitimo iudice latum, non irritat matrimonium, quia nullam infert metum passo iniuriam. Vele est iniustum, aut sine debito moderamine adhibetur: & tunc irritat matrimonium, cùm grauem inferat iniuriam; vel quia rem iniustum præcipit, vel quia rem iustum sine debito moderamine urget. Unde quia Ecclesia legitimam potestatem habet in favorem matrimonij, iustas poenas imponendi ijs, qui aut virginem stuprarent, aut datam fidem de contrahendo matrimonio violarent, eas cum moderamine præscripto cap. requisiuit, & cap. ex litteris 2. de sponsalib. exequendo, non irritat matrimonium.

Infertur 5. an matrimonium reuerentiali mente contraetum sit irritum? Quidam reuerentialem metum absque minis negant sufficere; Alij contraria, etiam sine minis virtualibus, aiunt sufficere. Luxta iusta principia, hanc questionem sic soluo. Cùm metus reuerent. non sit, nisi respectu eius, cui vt superiori reuerentia debetur; si inferior ad matrim. contrahendum cogitur, quia probabiliter timeret, ne, si illud contrahat, perpetuam superioris indignitatem incurrat; si superior expessè, aut tacite animum ostendat, vt tale matrimonium contrahatur, matrim. erit nullum: cùm hæc animi expressa, vel tacita significatio, cum virtuali conminatione perpetuæ indignationis ab eo, qui legitimam potestatem non habet ad matrim. sic urgendum, grauem inferat iniuriam. Non est autem necesse, vt hic metus reuerent. incutiatur ab eo, cuius grauissimetur indignatio; nam à quocunque incutiatur, semper grauiss infertur iniuria metum patienti.

6. An excommunicatio, vel comminatio excommunicationis ad finem extorquendi matrimonium fulminata, id irritet? Vel excommunicatio est iusta, lata ab habente legitimam potestatem & causam; & matrim. non irritat, quia iniuriam non infert: vel iniusta, à non habente legitimam potestatem, aut sufficiente causam, & cùm hæc grauē inferat iniuriam, irritat matrim.

7. Cur blanditiaz ad matrim. extorquendum adhibitz, id non irritent? sc. neque voluntarium minuant, sed augent, bonitate ac suavitate obiecti, voluntatem allicientis; neque iniuriam inferunt; cùm hæc non inferatur, propounding bonum, quo voluntas allecta, propriâ sponte in bonum feratur; sed minando malum, quo territa voluntas iniuta consentiat.

Dico 3. nullus metus iuste incussus, etiam ad extorquendum matrim. id irritat: est contra *Gabriel. in 4. disf. 2. q. 29. q. 29. vni. art. 2. Sotum q. 29. 1. art. 3. §. Regula; Conar. 4. decret. parte 2. cap. 3. §. 4. nu. 15. & alios apud Sanchez lib. 4. disp. 13.*

Quorum fundam. si metus sit iustus, siue iniustus, si grauiss sit, & ad extorquendum consen-

Vera sent.

sum incussus, tollit eam libertatem, quæ ad matrim. desideratur. Confirm. tunc solum matrim.

non irritatur, cùm illud proponitur ad tollendum metum aliunde conceptum, vt cùm reo proponitur ad vitandam mortem, ad quam iuste damnatus est. At quando incutitur etiam iuste,

Auctores
nostris sent.

iustè, ad extorquendum metrum non proponit ad tollendum metrum aliunde concurrem, sed cum matrimonio metus primò incutitur, ut cùm quis adultero in crimen deprehenso mortem minatur, ni ipsius filiam in matrimonium ducat.

At nostram assert. docent Henriquez lib. 11. de matrimon. cap. 9. nū. 2. Sanchez. cit. Koninck disp. 29. dub. 1. conclus. 4. Meratius tract. de matrimon. disp. 7. sect. 5. nū. 3. Hurtad. disp. 6. de matrimon. diff. 3. Prepositus quest. 3. de sacram. matrimon. dub. 9. dictio 1. qui vniuersaliter affirmat, nullum metum, qui non sit iustè incussum, irritare matrimon. Pontius lib. 4. de matrimon. cap. 19. cum hac limit. quam explicat nū. 12. ne in metu iusto inferendo aliquid misceatur contra bonos mores, vt si iudex, quem secundum leges iustitiae ad mortem damnare potuerat, illi offerat ad mortem vitandam filiam suam in matrimon. secùs si ad mortem vitandam ei in matrimonium offerat interfici filiam. Est enim primum matrimonium contra bonos mores, cùm non fiat in compensationem delicti, vt si secundum, quod proinde non irritatur vt primum. Sed de hac limitat. infra.

22.
Probatur as-
serio ex
prædictis
principiis.

Lex ratione
exprimit
eleganter.

23.
Quoad se-
cundum
part. affer-
tio proo.

De metu le-
suo virtu-
sm.

Assertio prob. ex iactis principiis: metus ad extorquendum matrimonium iustè incussum, nullam infert metum patienti iniuriam; nec tollit libertatem ad matrimonium requisitam: ergo non irritat matrimon. quia si illud irritaret, alterutro ex duobus hisce capitibus irritaret. Anteced. quoad 1. partem constat: quia quando iustè incutitur, nullum ius metum passo lœdit, aliqui non iustè incuteretur. Confirm. Qui metum iustè incutit, incutit malum, quod metum patiens sustinere iustè tenetur, seu quod ipse sibi intulit, vt lib. 21. si mulier ff. de eo quod metus causa, in qua promissionis recusatio negatur mulieri iustum metum passa: Quia hunc fibi metum ipsa infert: qui enim in delictum consentit, virtute consentit in pœnam delictum debitam, ac proinde in mortem, vt pœnam delictum consequentem. Quoad 2. constat: nam eadem libertas, quæ reperitur in consensu graui metu elicito à causa naturali, vel liberâ, ad alium finem, incusso, reperitur in consensu graui metu elicito ad ipsum directè extorquendum: cùm libertas proximè & formaliter desumatur ex intrinseca potentia, quæ tam in uno, quæ in alio casu impeditur, quod minus cum tota plenitude innata sua libertis in actu prodeat. Exco- gitata Ponty limitatio, catenus vera est, quatenus aliquà circumstantiâ melius, qui incutitur, redidit alicuius iuris laetus, vt constat in exemplo iudicis, qui metum iustæ mortis homicidæ incutit non in compensationem damni occiso illati, vel publici boni laeti, quæ lex iustitiae postulat; sed in proprium commodum, cum præiudicio tam publici, quæ priuari alterius boni.

24.
Cæterum non solum contra Prepositum quest. 3. de matrimon. dub. 9. censeo irritari matrimonium, contractum ex metu laetiori iustitiae, sed cuiuscunque alterius virtutis, charitatis, misericordiae, &c. vt si quis renuat in extrema necessitate constituto subuenire, nisi sibi filiam in matrimon. offerat: si nolit medicus agrotum curare, nisi eius filia in uxore ducat: si puella in mari periclitanti neget nauta sine suo derimento auxilium, nisi promittat, se ipsi rupturam. Vnde hæc non tam censenda est limitatio, quæ conditio tacite inclusa in regula in assert. traditæ: et si in

casibus particularibus possit esse aliqua diffic. sc. An dicatur iustum metum incutere, qui adultero, vel furi in delicto deprehensio accusationem apud iudicem minatur, nisi ipsius filiam in matrimon. accipiat. Quod negat Pontius utroque casu. At in 1. non video, cur metus iustæ accusacionis sit adultero iniuste incussum, cùm incutiatur in compensationem iniurie ab adultero acceptæ: & qui metum incutit, ius habeat adulterum apud competentem iudicem accusandi. In 2. qui furum in furto deprehensum non accusat vt ip. sius filiam uxorem ducat, videtur præferre bona proprium bono communi, quod postular, vt fures deprehensi manifestentur ac publicè puniantur; item bono illius, cuius res sunt furto ablatæ. Idcirco puto, tale matrimon. irritum fore. Næque est eadem ratio de adulteris; quia hi facilius vitari possunt, & ex eorum manifestatione sequitur infamia tam adulteriæ nocentis, quam mariti innocentis.

25.
Coroll.

Inferrur, irritum esse matrimonium contractum metu incusso à iudice iuris ordinem excedente. Vi si non moderat ad matrimon. cogat eos qui sponsalia contraxerunt, iuxta cap. Requisitus, & cap. ex litteris 2. de sponsal. quæ præscribunt; prius esse monendos, quæ censuræ Eccles. compellendos. Si stupratorem determinate cogat, vel ad defloratam ducendam, vel ad eam dorandam, contra 1. & 2. cap. de adulter. in quibus ex communi explicatione, libera conceditur stupratori facultas alterutrum eligendi, vel eam ducendi, vel dotandi. An autem eadem sit ratio de iudice damnante aliquem re ipsâ innocentem, secundum allegata verò & probata non innocentem, pendet ex quest. o. 5. disp. 36. sect. 4. nam si hoc ei licitum est, metus putandus erit iustus; secùs, si ei licitum non est.

SECTIO II.

An metus leuis dans causam contractui,
iniuste incussum, matrimonium
irritet?

Dixi iniuste: neque n. grauis metus iustè incussum irritat matrimon. Dixi, dans causam contractui, sine quo non fieret matrimon. nam si eo non obstante, adhuc fieret, nulla de eo habenda erit ratio: cùm consensus matrimon. non sit causa, sed sola & totalis eius causa, sit ipse contrahens, concomitantem tantum se habente metu. Cæterum sumitut hic metus leuis, qui secundum omnes circumstantias consideratus, non censemur grauis persona, cui incutitur: quia vt supra, grauitas aut leuitas metus non solum consideranda est ex obiecto, sed etiam ex circumstantijs, maioris aut minoris probabilitatis mali impendentis, persona metum incutientis, & patientis, maioris aut minoris commoditatis & occasionis intentati mali declinandi.

Prima sententia assertat, irritare in foro conscientiae, non foro externo: Supplem. Gabriel. Prima sent. in 4. disp. 29. quest. vn. art. 2. conclus. 4. Naarr. cap. 17. num. 30. & cap. 22. num. 51. vers. septimum. Couarr. 4. decretal. p. 2. cap. 3. §. 6. num. 4. vbi docet, matrimonium contractum metu reverentiali etiam sine minis incusso, irritare matrimonium. Quod metum reverentiale ibi intelligat metum leuem, constat, quia docet, etiamsi

eriam si eo metu non rescindantur reliqui contractus, tamen matrim. quia maiorem exigit libertatem tituli. At solo metu leui reliqui contractus non rescinduntur: igitur si metu reuerentur, absq; minis reliqui contractus non rescinduntur, & tamen matrim. annullatur, necessariò intelligendus erit de metu leui reuerentur. Eand. sequuntur multi apud Sanch. l. 4. disp. 17. quæ ipse probabilem putat, & probabilitatem putaret, si metus irritaret matrim. iure naturæ, de quo infra.

Prob. 1. Ecclesia irritans matrimonia graui metu contracta, nititur præsumptioni, quod metus graui causam dederit contra&ui, non leuis: sed ius in præsumptione fundatum locum non habet in foro conscientiæ, si in contrarium sit veritas: ergo metus leui dans causam causam contractui matrim. irritat illum coram Dco, esto ex præsumptione non habeatur in foro extero & coram Ecclesiâ irritus. 2. Metus, qui reliquos contractus reddit rescindibiles, irritat matrim. at metus leui, qui est causa, sine qua non, reliquos contractus reddit rescindibiles in foro conscientiæ; nam quæ metu leui extorquentur, sunt etiam ante iudicis sententiam restitutio obnoxia: quia quæ per iniuriam extorquentur, iniuste possidentur, ac proinde in conscientiæ restituenda.

Secunda communior negat, metum leuem iniustè incussum, in vlo foro irritare matrim. S. Tho. in 4. dist. 29. quæst. un. art. 3. ad 1. quæst. affirmans solum metum cadentem in constantem virum, & non alium irritare matrim. Bonau. art. 1. quæst. 1. Richard. art. 1. quæst. 1. Durand. quæst. 2. num. 5. & 8. Palud. quæst. 1. art. 3. concl. 2. Sotus quæst. 1. art. 3. concl. 2. Henrig. lib. II. de matrim. cap. 9. nn. 3. Sanchez lib. 4. disp. 17. nn. 5. Egid. disp. 28. dub. 1. concl. 2. Valent. disp. 11. quæst. 3. punt. 2. §. Ex hac Maracins de matrim. disp. 7. scilicet 6. Pontins lib. 4. cap. 18. Deducitur ex

vitroque iure, in quo solum matrim. graui metu in constantem virum cadente contractum, irritatur, vt constat ex cap. Veniens, 2. cap. Consultationis, de sponsalib. & alibi: & 1. Nectimorum ff. de eo quod metus causâ, vbi negatur actio ei, qui leui metu ductus contractu fecit: Si quis merculosus rem ullam frustra timuerit, per hoc evidet non restitutur, quoniam neque vi, neque metu iniusta causâ factum est. Prob. 1. quia matrim. metu contractum, non est irritum, nisi iure Eccles. ut infra. Ecclesia autem non irritat, nisi matrimonia graui metu iniustè incusso inita: tum ex cito legib. quia si matrimonia leui metu contracta, ab Ecclesia irritarentur, multa exponerentur periculo nullitatis, daretur ansa ad multas lites inter coniuges qui non libenter conuiuant, excitandas. Et qui leui metu mouetur ad contrahendum matrim. non est dignus, vt sibi per Ecclesiæ statutum subueniatur, cum facile potuerit talemetum à se repellere. Vnde hic moraliter censeatur consensisse in matrim. Demum, ne videatur Ecclesia hoc remedio fauere ijs, qui inconstantem imprudenterq; agunt, maius malum prænimo eligentes. 2. Nihil in talis consensu ad substantiam matrim. essentialiter requisitum deest. Non libertas ad matrim. sufficiens; nam si hæc non tollitur à graui metu iustè incusso, à fortiori nec à leui, etiam iniustè illato; cum libertas magis lœdatur à metu graui iusto, quam à leui iniusto. Est enim libertas quædam quasi bilanx, quæ quo pressa declinat in unam partem, eo magis attollitur in alteram. Neque illum irritat iniuria,

quod minus validè possit dominium sui corporis in aliud transferre: quamdiu metus non admittit libertatem, per quam homo dominium suorum bonorum in alios transferret; aut iustum titulum, quem quiuis contractus ad sui validitatem postulat: nam eti titulum auferat à contractibus lucrativis & gratiosis, quorum titulus est spontanea & grata donatio, quæ per quemlibet metum, causam contractui dancem, tollitur: haud ratiem illum auferat à contractibus onerosis, nisi vel ab eis libertatem ad imendo ad dominium transferendum necessariam, vestigiam materiam: est autem in contractibus onerosis idonea materia, mutua iuris translatio; quippe in omni contractu oneroso datur aliquid, ut accipiatur & quivalens. Porrò tunc metus adimit à contractu idoneam materiam, fine qua contractus onerosus non subsistit, quando pro eo quod datur, aut nihil accipitur, aut non æquivalentis prætij. Sic metus à latrone incusus, tollit à contractu, quo viator iniusta vexationem pecunia redimit, idoneam materiam: quia pro pecunia nihil accipit à latrone, quod sibi iure debitum non sit: cessatio enim ab iniusta vexatione, quam viator pecunia redimit, est sibi ex iustitia debita: proinde pro pecunia nihil accipit prelio æstimabile, quod ubi iure non debeatur. Scilicet metus ab emptore venditori incusus ad rem minoris vendendam, tollit à contractu emptionis iustum titulum, quia non tantum datur in pretio, quantum accipitur. At leui metus nec tollit libertatem à contrahente, ad dominium sui corporis in alterum transferendi sufficiens; nec à contractu idoneam materiam, cum pro uno corpore ad usum generationis, detur aliud ad eundem usum.

Infertur, non irritari religionis professio, nem, leui metu extortam, cum sit eadem huius & matrimonij ratio: est enim professio spirituale matrimonium, quo religiosus seipsum religioni tradit, & simul à religione accipit corporis & animi emolumenta: ac proinde, cum non sit contractus lucrativus, sed ex utraque parte onerosus, neque per leuem metum ipsius materia vitetur, valebit, leui metu extortus.

Ad 1. primæ, nego, Ecclesiam nisi præsumptione in annullandis matrimonij graui metu extortis, sed æquitate subueniendi ijs, qui graui metu iniustè pressi, constanter agendo, constanter in matrimonium consenserunt: quod subsidium non merentur ijs, qui leui metu ientati, inconstantem consenserunt.

Ad 2. nego, reliquos omnes contractus, leui metu extortos, esse in conscientia resfindibiles, sed solos lucrativos, aut quorum materia leui metu iniustè incusso vitiatur. Atque hanc tantum leui metu extorta, sunt in conscientia ante iudicis sententiam restituenda; cum professor nullum iustum titulum habeat ea retinendi, sicut habet retinendi ea, quæ per contractum onerosum, ex utraque parte quoad translacionem iuris æqualem, acquiuit.

Aliter responderet Sanchez sc. restitutio consurgit ex iniustitia admissa, quæ cum iuueniatur in thoz. vitroque metu, graui & leui, uterque ad restitucionem obligat. Irritatio autem matrimonij non oritur ex illata iniuria, sed ex iure Eccles. quod metit illud irritavit, quando graui, non quando leui metu contractum est. Sed contrà: si reliquos contractus leui metus in conscientia rescindit, propter iniuriā, quam cōtrahēti infert, ob quæ tene-

2).
Secunda
fensi. com-
munar in-
ter Schola
ficios.

Ac longè
probabilior.

30.
Prob. 1.
Qui leui
metu in
matrim.
consensit,
maius ma-
lum pre mi-
nimo eligit.

31.
Prob. 2.

Libertas
bilanx.

etur qui metum infert, metum passum in integrum restituere; etiam matrimonium in conscientia rescindet; & tenebitur, qui metum infert, metum passum in integrum restituere: cum non minus metus leuis iniuriam inferat matrimonio, ac reliquis contractibus. Nec propter quod Ecclesia non irritat matrimonium leui metu extortum, non est metum passo facta iniuria: ergo si haec rescindit in conscientia reliquos contractus, obligatque metum inferentem ad restituendum in integrum metum passum; etiam matrimonium rescindet, & metum inferentem obligabit, ad restituendum in integrum metum passum. Confirm. etiam si ius civile non rescindat reliquos contractus, leui metu extortos, eos tamen in conscientia rescindit iniuria, quam leuis metus infert contrahentibus: ergo etiam si ius Canonicum non irritet matrimonium leui metu extortum, irritat illud, aut saltem in conscientia metum inferentem obligat ad restituendum in integrum metum passum iniuria ipsa, quam illi infert, cum non minus matrimonio, quam reliquis contractibus, independenter ab omni lege positivâ, metus leuis iniuriam inferat. Quare falsum est, quod Sanchez ait, irritationem matrimonij leui metu extorti, non oriri ex iniuria illata, sed ex iure Ecclesiastico, restitutionem verò in reliquis contractibus leui metu extortis, oriri ex illata iniuria: nam ratione per ipsum leuis metus iniuriam infert reliquis contractibus, propter quam in conscientia tenentur, qui metum intulerunt, eos in integrum restituere: eadem ratione leuis metus iniuriam infert nubentibus, propter quam in conscientia tenebuntur, qui metum intulerunt, eos in integrum restituere. Ex his apparet veriorem ac solidiorem esse nostram priorem responsum.

35.
Metus leuis
iniuria in-
fert in can-
scientia.

SECTIO III.

Quo iure metus grauis ad extorquendum consensum iniustè incussus matrimonium irritet?

36.
Prima sent.

Prob. 1.

2.

3.

Prima sententia ait, irritare iure naturæ: S. Thomas in 4. dist. 29. quest. vn. art. 3. ad pri-
mam questionem, Bonaventura ibid. art. vn. quest. 1. fine corporis, Scotus quest. 1. §. de secundo, ubi
ait, per consensum coactum non transferri do-
minium corporis in alterum: Suppl. Gabribiel.
q. 1. a. 2. concl. 1. Palat. disp. 1. §. Porro, Conar. lib. 4.
decretales p. 2. cap. 3. §. §. nu. 6. Molina to. 2.
de iustitia disp. 326. ad secundum, Ponitus lib. 4.
cap. 14. Merarius de matrim. disp. 7. sett. 8. &
alijs apud Sanchez lib. 4. disp. 14. Probant 1. ma-
trimonium naturâ suâ est perpetuum: ergo natu-
râ suâ exigit consensum perfectè liberum, cum
nihil coactum possit esse perpetuum, Quod enim
quis non diligit, nec optat, facile contemnit, can.
Præfens 20. quest. 3. Secundè: nullus consensus
coactus est translatius iuris in alterum; ergo
nequit transferre dominium corporis vnius
coniugis in alterum. Anteced. prob. omnis do-
natio, vt sit iuris translatiua, debet esse perfectè
libera: atqui matrimonium est donatio corpo-
ris pro corpore: ergo, vt sit iuris translatiua, de-
bet esse perfectè libera. 3. De iure naturæ est, vt
omnis iniuria resarcitur, independenter ab om-

ni lege positivâ: nequit autem iniuria iniusto metu matrimonio illata resarciri, nisi illud irritando: quia cum matrimonium non possit instare aliorum contraëuum semel validum rescindi, cum sit naturaliter indissoluble, non potuit a-
lio modo ius naturæ ipsius iniuriam resarcire, quâm illud irritando. 4. Si matrimonium iniusto metu contractum, non nisi iure Ecclesiastico esset irritum, illud foret validum apud infideles, qui iuri Ecclesiastico non subsunt. 5. Nullum extat positivum ius, quo Ecclesia matrimonia graui metu iniusto contracta irritet, sed ubique de illis loquitur, irrita supponit: ergo non iure pos-
tituo, sed naturaliter irrita: alioqui debuisse Ecclesia ea peculiari decreto annulare, vt fecit, cum clandestina matrimonia antea valida, irri-
tauit.

Secunda assertit, ea esse irrita iure Ecclesiastico: Richard. in 4. dist. 29. art. 1. quest. 1. in fine. Corp. quia Ecclesia grauem metum passos reddic inhabitales ad contrahendum; Durand. quest. 2. nu. 7. & 10. Palnd. quest. 1. art. 3. concl. 3. vtens eadem ratione: Richard. Maior. qu. vn. post. 2. concl. Dom. Sotus quest. 1. art. 3. §. Qui ergo, et si primam putet probabilem, Pet. Sotus lebt. 3. de matrim. §. 3. etiam, Nauar. insum. cap. 21. nu. 50. Henrig. lib. 11. de ma-
trim. cap. 9. nu. 1. & 3. Valent. disp. 10. quest. 3. punc. 2. §. Et si, & 9. In hanc assert. Sanchez lib. 4. disp. 14. nu. 2. Koninck disp. 28. du. 1. conc. 5. Hurtad. disp. 6. dif. Pro explicati-
fic. 2. Prapos. de matrim. quest. 3. dub. 10. Silu. in sup-
plementum ad 3. part. quest. 43. concl. 1. & alijs apud San-
chez. Pro explicatione huius sententie,

Dico, matrimonium graui metu iniusto con-
tractum, non esse naturali aut divino iure nullum, sed Eccles. & Gentium. Primæ part. fundam. talis metus neque defectu plenæ libertatis, neque ratione iniuriz, quam infert, tollit naturam consensus ad matrimonium essentialiter requisiti: ergo illum non irritat iure naturæ. Quia si illum irritaret, uno ex his capitibus irritaret. Anteced. quoad priorem partem probatur: hic idem li-
bertatis defectus reperitur in metu graui iusto, & iniusto ad alium finem, quâm ad extorquendū consensum incusso, vt supra: utque cum Arist. lib. 3. Ethic. cap. 1. definit S. Tho. 1. 2. quest. 6. art. 6. actiones, quæ ex metu fiunt, et si ex vo-
luntario & inuoluntario mixta sint, simpliciter tamen dicendæ sunt voluntariæ, quia hîc & nunc eas liberè volumus, eligentes illas vt mi-
nus malum, ad vitandum maius: fiuntque à prin-
cipio intrinseco cognoscente singula, in quibus est actio: vnde non competit illis ratio violenti,
quod est à principio extrinseco nullam vim con-
ferente passo: ergo non carent libertate ad do-
minium transferendum sufficiente. Nam liber-
tas, quæ sufficit ad actum humanum, sufficit ad dominium transferendum, sc. voluntarium mi-
xtum, vt constat cum ex reliquis contractibus, dominia
graui metu celebratis, licet de iure debeant in it-
erstitium reuocari, vt habetur cap. Abbas, de ijs, qua-
vi metus se causa: tum ex ipso contractu matrim. iniusto metu initio, qui sufficiens est ad transferen-
dum dominium corporis vnius coniugis in alium. Prob. antec. quoad posteriorem part. tum quia in matrim. leui metu contracto reperitur iniuria, quæ tamen dominij translationem non im-
pedit. Nec refert, quod hæc sit leuis; nam si iniuria eam impedit, id est, quia lædit iustitiam, quod minus possit metum passus validè dominium transfrero. At etiam iniuria leuis, et si non grauiter, lædit. Tum quia saltem in matrim. graui
metu

Conclusio
prima pars
fere probata

38.
apriori

metu iniusto ad alium finem incusso, reperitur iniuria graui, ut *suprà*, quæ tamen dominij translationem non impedit. Tum demum quia alijs contractibus graui metu iniusto celebratis, grauis infertur iniuria, quâ non obstante, contractus sunt validi & efficaces, ad dominium transferendum. 2. Pars constat, cum nulla lex diuina extet de necessitate matrimonij graui metu iniusto contracti.

39.
Secunda &
tertia pars
affir. prob.

Tertia pars. quâm docent Dom. Sotus cit, ad 3. & Henriquez not. cap. nu. 1. Probatur, etsi ratio naturalis non dicit, matrimonia graui metu iniusto contracta, per se esse irrita, cum in eis nihil videat deesse ad contractus validitatem; tamen iudicat ea æquitati, & iuri maritali expedire, ut irritentur: & quia hoc dictamen proximè deducitur ex legenaturali, facile in illud conspirare potuerunt omnes gentes: ut autem in illud conspirauerint, necesse non fuit, omnes simul in vnum locum conuenisse: sed sat est, si quævis natio illud aut lege scriptâ, aut consuetudine seruer. At obijcit Sanchez num. 3. si matrimonia metu contracta iure gentium sunt irrita: ergo non iure Ecclesiastico, sed naturali, cum ius gentium immediate fundetur in ipso iure naturali, tanquam conclusio particularis ab eo immediatè deducta. Resp. negando consequentiā quoad veramque partem: nam nec ius gentium impedit, quod minus possint etiam iure Ecclesiastico talia matrim. irritari, sicut quod lege diuinâ, aut naturali præceptū est, non impedit, quin etiam iure Eccles. præcipi possit. Neque ex eo, quod ratio naturalis dicit, huiusmodi matrimonia esse irritanda, sequitur, quod ea sint naturæ iure irrita. Siquidem ratio naturalis nō dicit, ea esse irrita, ut dicit irrita esse, quæ simulato consensu celebrantur, sed irritanda. Sicut ex eo, quod lex eadem naturalis dicit rescindendos esse reliquos contractus graui metu iniusto initos, non sequitur, quod eadem dicit, eos esse per se irritos. Hoc enim inter ius naturale & gentium interest, quod quæ iure naturali sunt irrita, rata fieri non possunt; sicut quia sine consensu contractus iure naturali est irritus, ratus fieri non potest. At quæ iure gentium sunt irrita, possunt, aut saltem potuerunt non esse irrita, si gentes aliter statuerent, ac statuissent: ut connubia inter alienas, quæ censentur iure gentium irrita, possunt, aut potuerunt, non esse irrita, si aliter ius gentium de illis statueret, aut statuisset.

Dicēs.

40.
Resp. neg.
conseq. quoad
veramque
partem.

Infertur 1. cur matrim. leui metu extortū non sit, neque iure gentium, neque Eccles. irritum: sc. quia cùm talis metus & facile intervenire possit, & facilè repellit: ex alia verò parte iurenaturæ non irritet matrim. merito iura statuerunt, nullam esse ipsius rationem habendam, ne ratione talis meius multa matrim. exponerentur periculo nullitatis. 2. Cur matrim. dolo extortum causam dante contractui, irritum sit iure naturæ, non graui metu iniusto initum: nam dolus auferit consensum ad matrim. requisitum, quem non auferit metus. Dolus enim vel occulat personam, cum qua contrahens contrahere intendebar, vel circumstantiam, dependenter à qua contrahens tendebat in personâ: alterutro autem sublato, tollitur consensus ad matrim. necessarius. Nam in 1. casu tollitur obiectum substantiale matrim. in 2. substantia, quæ ex intentione contrahentis integrabat vnum cum ipso obiecto, & sine qua contrahens nolebat obiectum.

41.
Coroll. 1.

Coroll. 2.

Doli ac me-
sus dispara-
tas.

Tom. IX. De Matrimonio.

Consensus autem, cùm sit iure naturæ requisitum ad contractum, eo deficiente, absque villa lege positiva, contractum deficere necesse est. At verò metus consensum non tollit, cùm nec obiectum, nec circumstantiam villam obiecti oculat; sed solùm comminatione mali contrahentem compellit ad contrahendum, ut malum vitetur. Vnde ratione obiecti non deficit consensus, cùm per metum nil ex parte obiecti occultetur; sed tantum ratione libertatis, quia non fertur è libertatis plenitudine, quâ ferretur, si à nullo compulsus spontaneè consentiret. Hic autem plenæ libertatis defectus, cùm liberum simpliciter ad dominium transferendum sufficiens non tollat, naturaliter nou irritat matrimonium.

Ad 1. primæ sententiaz distinguo antecedens, Ad primum 1. sens. exigit consensum perfectè liberum, connaturaliter, concedo; essentialiter, nego. Neque ex eo quod matrimonium sit perpetuum, alium consensum essentialiter poscit, quâm qui & efficaciter ad dominium corporis transferendum, & quo liberè ac voluntariè simpliciter coniuges in principalem finem matrimonij consentiant. Nec est eadem ratio de violento; quod quia in subiecto renitente, nullamque vim conferente obiecto recipitur, necesse est, ut tandem nemine conservante definat. At voluntarium simpliciter, cùm per intrinsecum ac liberum principium influat in matrim. positivo ac vitali actu illud conservat, ne definat. Adde, sçpè qui ab initio fuit coactus, successu temporis fieri plenè liberum. Ad 2. neg. anteced. probatio conced. de contractibus lucrativis, neganda de onerosis, in quibus ex veraque parte seruat æqualitas. Ad 3. neg. minor. non n. est necesse, ut ius naturæ hanc iniuriam resarciat, irritando matrim. quia cùm ab eo talis iniuria non tollat æqualitatem ad contractum onerosum requisitam, sed solùm metum inferat, quin plenâ libertate contrahens consensum præstare possit, non est, eur debeat irritare matrim. sed obligando illum, qui iniuriam intulit, ut iniuriam passo satisfaciatur; non ut matrim. dissoluat, cùm hoc semel validè contractum, dirimi non possit, sed alijs vijs ac modis: sicut idem ius naturæ dicit, resarcendum esse iniuriam ab homine, qui alium mutilauit, non per restitutionem membra, quod semel abscissum reparari non potest, sed alijs vijs ac modis. Ad 4. constat ex 3. parte assert. matrimonium graui metu iniusto apud infideles contractum esse irritum, non naturæ, sed gentium iure. Ad 5. responderet Sanchez n. 4. id non haberi ex peculiari Ecclesiæ decreto, sed ex traditione Doctorum & Pontificum. Sed facilius & verius iuxta nostra principia dici potest, Ecclesiam supponere eiusmodi matrimonia irrita iure gentiū, eq; ut irrita declarare, suâque auctoritate confirmare.

SECTO IV.

An coniux, qui dedit causam metus alteri coniugi, refilire possit in iusto coniuge iniustum metum passo?

S Vpponit 1. titulus, metum ad extorquentem, dum matrimonium incussum fuisse ab altero coniuge, sive per se immediatè. sive primum, mediante alio, ipso partice: alioquin si alter, qui liberè consensit, nullo pacto fuit causa

causa metū, non potuit obligationem contrahere à matrimonio non resiliendi, ratione metū irrito, Difficultas; an hoc ipso quod sciuerit potest diffic.

ab alio metum incutendum, & non impeditur, censetur incussum metū particeps, proinde obligationem incurret. Affirmant Pontius lib. 4. de matrim. cap. 15. At contrarium videtur verius: nam hæc obligatio, si qua est, de qua mox, non incurritur, nisi ratione illata iniuriaz: atqui nullam iniuriam infert coniux coniugi, si tantum sit conscientia metū ab alio inferendi, cùm nullum habeat debitū ad illum impediendum, nisi forte metum incussurus esset, aliquis qui ipsius subesser potest: tunc enim tenetur illum impeditre, & non impediendo censeretur metū particeps. 2. Questio non est de metu leui, cùm hic etiam ab altero coniuge ad matrim. extorquendum incussum, non irritet matrim. ob rationes scilicet 2. allatas; sed de metu graui iniustè incusso ad matrim. extorquendū. Est igitur controversia, an si alter contrahens alteri contrahenti grauem metum iniustè incussum, possit metum passo inuito à matrimonio resilire, non expectatā ipsius voluntate, num deposito metu, liberè velit contrahere. Affirmat Sanchez lib. 4.

d. 15. posse in conscientia à matrimonio resilire, nisi per iudicem cogatur, vel aliquod damnum sit secutū, quod nequeat, nisi matrimonio resarciri. Sanchez sequitur Hurtado d. 6. diffic. 4. cum Ochaga.

*apud eundem. Probat Sanchez. Aut hic obligatur ratione delicti, quod metum iniustè incusserit; & hæc obligatio non incurritur, nisi post iudicis sententiam. Aut ratione iniuriaz: at cùm hæc leuis sit, si cum alio damno grauior, quod nequeat, nisi matrimonio resarciri, coniuncta non sit, non obligat. Aut quia ex parte sua se obligavit: at etiam si fuisse ignarus metū, ex parte sua se obligasset, cùm tamen eo casu potuisset inuito altero resilire. 2. Contractus onerosus, cùm sit ex utraque parte obligatorius, ut servetur æqualitas, non potest ex una parte obligare, ex altera non; sed vel ex utraque, vel ex neutra: ergo si nulla oritur obligatio ex parte coniugis metum passi, neque oritur ex parte metum inferentis. Confirm. si qui metum incussum, sub hac conditione contraxisset: *Meti obligo, si tu me mihi obligas: nullā maneret obligatio ligatus, nisi etiam alter maneret obligatus.* Atqui hæc conditio tacitè inest matrimonio, cùm sit contractus onerosus. 3. Qui fidet verbis alterum contrahentem decepit, nisi aliud sequatur damnum, non tenetur verum matrimonio contrahere; ergo neque qui iniustum metum incussum. 4. Qui fidet religionē professus est, nullā manet obligatione astrictus, nisi forte scandali; ergo neque qui metum iniustum incussum.*

*Negant Richardus in 4. dist. 29. art. 2. quest. 1. verbo Matrimonium 8. quest. 11. dicto 4. Navar. in summa cap. 22. nu. nu. 51. fine, Koninck disp. 28. dub. 1. & alijs apud Sanchez, posse, qui causam iniusti metū dedit, altero inuito, eiusque voluntate non expectatā, citra peccatum resilire. Qua sent. probabilior: Colligitur 1. ex cap. 1. de eo qui duxit, ubi consultus Alexander III. de viro, qui adhuc viuente priori vxore, aliam impedimenti ignaram duxit; an mortua iam priori, possit prætermissa 2. aliam ducere. Repondet: *Nisi mulier diuinitum petat, ad petitionem viri non sunt separandi: Quia dignum non est, ut prædictus vir luctum de suo dolore reportet.* Ergo idem locus prohibebit, ne alterum ad iniustum metum impellens,*

eo inuito à matrimonio resiliat, ne de suo dolo lucrum reporter. 2. Colligitur ex ijs iuribus quæ deceptio actionē concedunt contra deceptorem, vt illum cogere possit ad standum contractui, vt ex multis legibus ostendit *Glossa in l. & eleganter in verb. si in hoc ff. de dobo malo.* 3. Qui contrahentem iniusto metu compellit ad secum contrahendum, grauem illi iniuriam infert, iniuste consensum extorquendo in re maximi momenti: ergo tenetur illam resarcire in eodem genere, si potest: potest, stando contractui, si alter velit: ergo tenetur ipsius consensum expectare. Nam ex iustitia tenemur omnem iniuriā, cuius causa fuimus, in eo genere resarcire, in quo illam intulimus. Confirm. vix ab aliqua infamia nota esset libera, quæ iniusto metu compulsa in facie Ecclesiaz contraxit matrimonium, si postea non habeat remedium ab illa se liberandi: ergo tenetur qui talis nota causam dedit, remedium offerre, vt si velit, possit, ab ea se liberare.

Infertur 1. grauiter peccare, qui iniusto metu

Ratio.

consensum matrimoniale extorsit, cum alia contrahendō, validum tamen fore matrimonium, quia cùm prius fuerit irritum, posterioris validitatem non impedit. 2. Cur ius naturale

Coroll. 1.

non obliget ad subueniendum iniustum metum passo, eximendo illum ab obligatione, irritando matrimonium; obliget autem ad subueniendum,

Secundum:

quando ab altero contrahente iniusto metu compulsus consensit, ne ipso inuito compellens resiliat. sc. in 1. casu agitur de subueniendo metum passo, per irritationem matrim. & quia matrimonio iniusto metu extorto reperiuntur omnia,

Secundum:

quæ ad eius essentiam desiderantur, non potest ius naturale subuenire iniustum metum passo, per matrimonij irritationem. In 2. cùm solum agatur de subueniendo iniustum metum passo, exspectando ipsius voluntatem, si liberè consente velit, potest ius naturale metū inquietem obligare ad alterius contrahentis voluntatem exspectandam: cùm hoc non sit iniusto metu contractum irritare matrim. sed, eo per ius possit

Ad primum

tuum irritum supposito, metum iniustè inquietem obligare, ne altero inuito à matrimonio validè contrahendo resiliat. Ad 1. oppositæ, Resp.

opposita.

cum obligari ratione illata iniuriaz, quæ ex eon-

Ad 2.

scientia ante iudicis sententiam resarcienda est.

Cæterum nego, talem iniuriam esse leuem. Ad

Ad confir.

2. duplex attendenda est obligatio in contractu oneroso; altera, quæ immediatè oritur ex contractu; altera, quæ nascitur ex fraude extra contractum facta.

Esto igitur contractus onerosus non possit obligare ex una parte, quin obliget ex

Ad 2.

alia, obligatione immediatè ortâ ex contractu: obligare tamen poterit unam partem, & non

Ad 3.

aliam, ratione fraudis, aut metū ad contractum extorquendum iniustè incussum.

Ad 3.

Confirmatio tantum probat de obligatione ortâ ex ipso contractu matrimonij, non ex iniuria illata ad

Ad 4.

talem contractum extorquendum. Ad 3. neg.

Ad 4.

anteced. vt constat, supradicte teneri, qui fidet consensit, verum consensum præstat. Ad 4. negatur pariter antecedens.

SECTIO V.

An possit Matrimonium graui metu iniusto extortum iuramento firmari?

Ratio pro affir. parte; tale matrim. non est iure naturæ irritum: ergo potest iuramento firmari.

Ratio affirm.

negandis.

50.
Pro explicit.
notanda duo.

51.
1. cond.

Prob.

Dites.

Resp.

52.
Ne: iurando
se v. lidè cō.
contrahetur
renal. scit
contractus
prior nullus.

53.
Dices.

54.
Dices.
notanda duo.

55.
Dices.
resp.

56.
Dices.
resp.

57.
Dices.
bonos

mari. Pro negante: tale matrim. est in utroque foro nullum; ergo nequit iuramento confirmari, nam ut iuramentum contractum confirmet, supponere debet illum saltē in foro conscientia validum; qui enim est in utroque foro nullus, nequit iuramento confirmari: quia iuramentū non dat primum valorem actui, sed valorem aliunde suppositum confirmat: ita conservatio non dat primum esse rei, sed illud aliunde acceptū continuat. Nota ex s. 10. iuramentum duplē posse iuranti obligationem patere; alteram Religionis, propter divinum Numen in testem adductum; alteram iustitiae, dando robur contractui, qui roboratus, ius parit ei cui iuramentum præstatur, & debitum adimplendi ipsi iuranti. 2. posse iurantem suum iuramentum in matrem præstare; vel extrinsecā vi coactū, ad hunc finem incussā; vel ab extrinsecā quidem vi, non tamen ad hunc incussā: vt cūm quis ad graue malum iniuste sibi incussum vitandum, iurat se Corneliam ductorum, cum qua anteā graui metu coactus inutilem iniij matrimonium.

Dico 1. Matrim. ob iniustum metu inutilem, nec firmatur iuramento, ad tale matrim. confirmandum vi extorto; nec tale iuramentum titulo religionis iurantem obligat ad ipsum servandum. Prob. potest tali casu quis iuramentum præstare, vel confirmando matrim. anteā validē contractum; vel iurando, se validē contracturum. I modo per subsequens iuramentū non revalescit contractus, qui anteā erat nullus: quia iuramentū non dat primum valorem contractui, sed suppositū tantum confirmat. Dices. Esto tale matrim. sit nullum iure Eccles. est tamē validum iure naturae: quotiescumque autē contractus est validus iure naturae, esto sit inutilem iure humano, iuramento firmatur. Resp. quando lex humana contractum irritat in utroque foro, per subsequens iuramentum non revalescit: sed lex Eccles. irritat huiusmodi matrim. in utroque foro, vt constat: ergo. Maior prob. vt contractus sit validus in foro conscientiae iure naturae, debet illi in eo foro lex humana nō resistere: quamdiu enim lex humana illi resistit, ius naturae non obtinet suum robur; nam etiam ius naturae subordinatur potestati humanae. quando illius dispositio præualet bono communi; quia hoc ipsum dicitat ius naturae. 2. Modo, per iuramentum non revalescit prior contractus, qui supponitur in utroque foro nullus, sed ad summum contrahitur obligatio de nouo contractu incundo, quā solum iurans obligatur virtute religionis: At neque talis obligatio contrahitur. Nam vel contraheretur respectu eius, cui facta est iurata promissio, vel respectu Dei in testem adducti: at neutro modo coactus est, cūm respectu neutrī sit valida promissio: vt enim sit valida, debet esse spontanea, alioqui carebit titulo, quem poscit gratuita promissio; proinde neque respectu Dei, neque respectu hominis erit valida: qui enim coactus Deo votet, ad votum non tenetur: sicut qui alteri coacte promittit, promissum servare non tenetur. Nec dici potest, teneti ex tunc iustitiae: cūm nullius sit acquisitum ei, cui talis promissio iurata facta est: cūm nullum ius iustitiae transferre possit contractus, qui defecit tituli essentialiter requisiti est nullus.

Obijcies. Quamdiu iuramentum absque salutis æternæ dispensio servari potest, servandū est, cap. si vero, & cap. cum contingat, de iure iurando & cap. quamvis pactum, de pactis in 6. At tale iuramentum servari potest absque dispensio salu-

tis æternæ. Confir. Iuramentum præstitum usurario de usuris soluendis, licet non obliget titulo iustitiae, obligat tamen titulo religionis: ergo etiam iuramentum de matrimonio contrahendo. Resp. maior est vera de iuramento spontaneo, non vi aut dolo extorto, ex cir. cap. quamvis pactū, iuxta quod intelligēti sunt reliqui canones. Quia quando vi extorquetur, non acceptatur à Deo, vt nec votum, vt potē caret titulo essentialiter requisito. Ad confir. dico, si iuramentum sponte præstitum sit usurario de usuris soluendis, obligare titulo religionis, secus si ab ipso usurario sit vi extortum.

Dico 2. Matrimonium iniusto metu contractum inutilem, non revalescit iuramento sponte præstito; tenetur tamen iurans titulo Religionis ad validē contrahendum. Fundam. primi; vt tom. 5. disp. 17. sec. 10. iuramentum non confirmat auctum ciuilis ac naturali iure nullum vt cit. loco; sed matrim. ob grauem metu iniuste incussum, est ciuilis ac naturali iure nullum: nam, vt ibid. tunc auctus fund. primi est ciuilis ac naturali iure irritus, quando lex humana in utroque foro illi resistit: At lex Eccles. ad euitanda grauissima incommoda, quæ possunt Reip. obuenire, in utroque foro resistit matrimonio graui metu iniuste extorto, annullando illud in utroque foro. Confir. Non minus ad naturalem validitatem contractus requiritur consensus causæ vniuersalis, quam particularis: Sed contractui matrim. graui metu iniusto extorto deest cōsensus causæ vniuersalis qui est princeps Eccles. quidum tale matrim. sua lege irritat, suum consensum, qui ad valorē contractus necessarius est, non præbet: igitur est naturaliter irritum, non per se & immediate, sed mediante lege humana, quæ dum principis consensum, vt causæ vniuersalis, negat, simul efficit, vt solus consensus causæ particularis ad contractus valorem nō sufficiat. Fundamentum secundi: cūm tale iuramentum sit sponte præstitum, iurantem astringit ad illud seruandum, si absque dispensio salutis, & præiudicio tertij servari potest. At vt supponitur, tale iuramentum absque salutis dispensio, & præiudicio tertij servari potest. Confir. qui sponte iurat, se confirmaturum votum, absque plena libertate emissum, tenetur virtute Religionis illud confirmare: ergo qui iurat, se confirmaturum matrim. iniusto metu à se contractum, virtute Religionis tenetur nouo ac libero consensu illud validum efficere. Poterit tamen iurans iuramento relaxacionem petere: quia cūm nullū ius ex tali matrim. sit alteri coactenti acquisitū, nulla illi sit iniuria, si à præstito iuramento resiliatur.

Obijcies 1. tale matrim. secundâ vice initum; est etiam contractus ex metu: tum quia est contractum metu transgrediendi iuramentum: tum quia cūm tale iuramentum originem ducat ex metu iniuste incusso, irritat mediātē saltē matrim. Resp. est contractum ex metu consensum extorquente, nego; ex metu ansam tantum præbente, cōcedo. Ad prob. nego, matrim. initum metu transgrediendi iuramentum, esse inutilem, vt nec initum metu excommunicationis incurrit: cūm talis metus non sit iniustus. Ad 2. nego, tale iuramentum originem ducere ex metu: nam licet cadat in matrim. metu contractum, ipsum tamen non metu, sed sponte præstatur. 2. esto originem ducat ex metu, quia tamen non est originatum ex metu illud extorquente, sed ansam tantum præbente, non irritat matrim. Obijcies 2. regulam 38: iuriis in 6. Non est obligatorium contra bonos

Responsio

58. Coroll.

bonos mores præstitum iuramentum: at iuramentum de revalidando matrimonio iniusto metu extorto, est contra bonos mores: cum quia est contra Ecclesias prohibitionem, quæ talia matrimonio irritat ac prohibet: cum quia est contra bonum publicum, quod per huiusmodi matrimonia coacte ac violenter inita lreditur: ergo neque apud Deum tale iuramentum obligat: quia quod est contra bonos mores, nequit sine peccato servari. Nego minor. ad 1. prob. dic, Ecclesiam non prohibere, ne matrimonio metu irrita iuramento revalidentur; sed solum statuere, ne talia matrimonio sit valida. Ad 2. solum contra bonum publicum est contrahere matrimonio iniusto metu coactum, cum talia matrimonio infelices habere soleant exiis, & grauissima mala Reipub. patere: non autem si spontaneo iuramento præstito revalidentur: quia tunc per spontaneum iuramentum collitur à matrimonio coactio, quæ solet esse causa malorum. Infertur, matrimonio iniustum, non revalidari spontaneo actu, quo quis iurat se illud revalidatum: sed opus esse distincto actu, quo in nouum matrimonio, sponte consentiat. Ratio; nec prius matrimonio defetur plenæ libertatis fuit validum; nec nouum iuramentum illud revalidandi, facit nouum matrimonio validum, cum nouum matrimonio fiat, nisi novo consensu maritali, quo ius sui corporis in alterum de presenti transfert: per actum autem iurandi iurans non transfert de presenti ius sui corporis in alterum, sed solum promittit se tandem ius transtatum.

adhibeantur, dicendum sit clandestinum, in ordine ad poenas incurendas, ex suppositione, quod omissio denunciationum sine causâ reddat matrimonio clandestinum: Negat Sanchez contra Gutier. apud eundem. eo quod tunc incurri debet pena, quando matrimonium clandestinè contrahitur: At eo eventu matrimonium non contrahitur clandestinè, quia non contrahitur denunciationibus illicitè omissis: quod autem postea omittantur ante matrimonio consummatum contra Ordinarij præscriptum, non debet illud reddere clandestinum ad poenas incurendas, quia poena non debet ex futuro eventu pendere. Hæc ratio probabilis est, difficultate tamen non caret: quia matrimonio tali casu esset licite contractum sub conditione denunciationū ante consummationem faciendarum: vnde his non subsecutis, censetur, in ordine ad poenas incurendas clandestinum. Cōfirmo. Si ex dispositione iuris denunciationes fieri deberent ante consummationem, ijs prætermis, esset clandestinū, quia ex dispositione iuris publicitas matrimonij penderet ex proclamationibus ante consummationem faciendis: ergo etiam erit clandestinum, ijs prætermis, contra præceptum Ordinarij, cum talis casu præceptum Ordinarij succedat dispositioni iuris. Atque hoc ex suppositione, quod matrimonio sine denunciationibus initum sit clandestinum, ad poenas incurendas, de quo mox. Quoad principale verò quæsitum.

Prima sent. affirmat, tale matrimonio esse clandestinum, quoad effectum incurriendi poenas: li prima ^{4.} *Nauar. in sum. cap. 22. num. 70. Henrig. lib. 11. sentent. de matrim. cap. 5. nam. 1. & cap. 6. & in comment. lib. M. Sanchez lib. 3. disp. 1. Conink. disp. 27. dub. 2. Prepositus q. 4. de matrim. clandest. dub. 17. Pontius lib. 5. de matrim. cap. vlt. & alij apud Sanchez. Prob. Trid. sess. 24. cap. 1. præscribendo ^{Probans} nouam formam in matrimonij contrahendam, non abrogat publicas denunciationes in celebratione matrimonij etiam ante Trident. adhiberi solitas, sed eas suo decreto confirmat & approbat, vt constat ex illis: *Sacri Lateranensis concilij sub Innocentio III. celebrati vestigis in borenando precipit ut in posterum, antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio Parochio tribus continuis diebus festiis in Ecclesiâ, inter missarum solemnia publicè denuncietur; sed in Lateran. matrimonio sine præijs denunciationibus celebratum subiiciabatur poenis matrimonij clandestini. vt cōstat ex cap. finali, de clandest. despōsi. sumpro ex cit. Lateran. Præterea Trident. cap. 5. poenis clandestini matrimonij punit eos, qui neglectis solemnitatibus requisitis, matrimonium coram Parochio & testibus in gradibus prohibitis ignoranter contraxerunt: ergo propter solam omissiōnem proclamationum, etiam si Parochi & testiū præsentia non desit, matrimonium est clandestinum, & poenis iure statutis obnoxium. Confir. Nunquam à iure veteri recedendum est, nisi per nouum expressè corrigitur: at per Trident. non est hoc ius clandestini matrimonij, per omissiōnem denunciationum expressè correctum: ergo.**

Secunda negat, tale matrimonio dici clandestinū, ^{2. Sens.} poenisque subiectum: *Palatinus in 4. diff. 28. diff. probabilitior. 3. 6. quod quid, Molina to. 1. de iustitia disp. 176. 5. obserua bodie, Sylvius in addit ad 3. part. q. 45. art. 5. q. 1. Hurtad. disp. 5. de matrim. diffic. 22. Iacobus de Graffys lib. 2. decis. cap. 85. num. 1. pro quâ citat Abbatem in c. cum inbibitio, de clandest. despōsi. aitque Conarr. hanc opin. esse moribus receptam.*

^{1.}
Hinc pendas,
quando con-
trahentes in-
currant pa-
nas clandesti-
noe. matrim. im-
possum.

^{2.}
Dubium pris-
cipiale.

DISPV TATIO VII.

De consensu Clandestino?

SECTIO I.

Quod matrimonium dicatur clan- destinum?

CLANDESTINUM, ut nomen præsefert, dicitur illud, quod clam & occulte fit. Nam quæritur, quodnam censeatur occulte fieri? Matrimonium dicitur clandestinum, præcipue tribus modis: quod sine testibus; quod sine præscriptis de-nunciationibus; quod sine parentum cognitione & consensu, fit: cō quod antiquitas, vt constat ex Cano. Aliter. 30. q. 5. sumpto ex Evaristo Pa-pâ, prohibitum erat, ne matrimonia fierent absque consensu parentum, aut eorum, sub quorum potestate & cura erat ruptura. Ceterum, ut Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 1. n. 3. duobus duntaxat prioribus modis dicitur clandestinum, de quo hic dispergo. Et sane nulla est post Trid. inter Catholicos controversia, matrimonium sine testibus ab Ecclesia præscriptis initū, propriissime dici clandestinum. In dubium solum vertitur, an quod sine prærequisitis ab Ecclesia de-nunciationibus celebratur, dicendum sit clandestinum, vt poenas clandestino matrimonio in iure taxatas incurrat sc. quando denunciationes omissuntur sine causâ & licentiâ Ordinarij, qui ex Trident. sess. 24. cap. 1. potestatem habet iustâ ex causâ eas omittendi, vel differendi post contractum, & nondum consummatum matrimonio. An autem ab ordinario usque ante consummatum matrimonio dilata, si postea à Parochio non

recepit. Consentit *Sotus* in 4. diff. 28. q. vn. ar. 2. s. de *Bannis*; affirmans, matrimonium sine præijs denuntiationibus coram testibus celebratum, non esse propriè clandestinum, nec esse talem titum apud omnes Ecclesias receptum. *Quosent. benignior*: nam illud in iure censendum est propriè clandestinum, quod clam Ecclesiæ fit, cui iuridicè constare non potest: at matrimonium coram Parocho & testibus celebratum, non fit clam, sed coram Ecclesiæ, cui per legitimos testes constare iuridicè potest: ergo nec clandestinum dicendum est, nec pœnas subiectū. *Confir. cùm pœnas, ut odiosas, restringendas sint, regula 15. iuris in 6.* non sunt extendendas, nisi ad ea, ad quæ verba legis rigorosè sumpta se extendunt: at verba legis clandestina matrimonia prohibentis, rigorosè sumpta non se extendunt ad matrimonia coram Parocho & testibus celebrata: tum quia quod sciente & assistente Ecclesiæ per suos destinatos ministros fit, clam fieri dici non potest: tum quia possunt denuntiationes ex causa omitti, & nihilominus matrimonium non esse clandestinum.

6. Ad 1. cōcedo, Trident. suo decreto non abrogare, sed approbare legem in *Lateranensi* latam de publicis denuntiationibus matrimonio præmittendis, non quoad pœnas clandestino matrimonio impositas incurendas, sed quoad legitima impedimenta inuestigandi; nam dum pœnas Parocho, & contrahentibus taxat, non eas taxat, quæ in *Lateranensi* statutæ sunt publicas denuntiationes omittentibus, quæ sunt, ut *soboles de talis coniunctione suscepta pro rursus illegitima censetur*; & si *Parochialis sacerdos tales coniunctiones prohibere contempserit*, aut quilibet etiam regularis, qui eis præsumperit interesse, per triennium ab officio suspendatur: sed alias, nempe, ut matrim. sic contractum eo ipso sit nullum: & Parochus, vel alius sacerdos, qui cum minore testium numero; & testes, qui sine Parocho, vel sacerdote huiusmodi contractui interfuerint, nec non ipsi contrahentes grauitate arbitrio ordinarij punienti sint. Neque has pœnas taxat propter omissionem denuntiationum, sed propter Parochi & testium absentiam. *Præterea est. cap. 5. ijs*, qui neglectis publicis denuntiationibus, matrim. cum impedimento in gradu prohibito ignoranter contrahunt, non assignat pœnas clandestino matrimonio taxatas, sed alias longè diversas, nempe separationis, & priuationis spei dispensationis consequendæ. Quod signum est, illud non puniri ut clandestinum, sed propter inobedientiam violatae legis, quam scire debuerant.

Ad confirm. admissio illo principio, nego antiquum ius in *Lateran. sanctum*, non esse quoad pœnas à *Trident.* correxit: nam hoc ipso, quod matrimonio præscribit substantiale formam, quæ id efficit Ecclesiæ iuridicè notum, tollit ab eo sic contracto clandestinitatem, & consequenter pœnas ei statutas. Dices: etiam *Lateranense*, præter denuntiations, præscribebat, ut matrimonium publicè celebraretur in Ecclesiæ, & tamen si absque denuntiations celebrabatur, dicebatur clandestinum, subiectebaturq; pœnas à iure statulis: ergo. Nego, Cōcil. *Lateranense*, præter publicas denuntiations, & examina impedimentorum à presbiteris in Ecclesiæ facienda, aliam publicam formam contrahendi matrimonium præscribere, uti præscribit *Trident.*

7. Coroll. 1. Inferritur 1. publicas denuntiations ob duplum finem fuisse à *Lateranensi* præscriptas,

& vt medium ad legitima impedimenta matrimonij inuestiganda, & vt publicam solemnitatē ad clandestinitatem ab ipso tollendum: à *Tridentino* vero solum præcipi, vt medium ad legitima impedimenta inuestiganda. 2. Publicas denuntiations ita fuisse ad clandestinitatem matrimonij tollendam à *Literan.* requisitas, vt vbi decretum concilij receptum fuisse, non licuisset contrahentibus aliud medium ad eam tollendā adhibere.. Vnde loco denuntiations non licet matrimonium in viciniâ celebrare: eo quod ut *Bartholus in lege, finaliff. de ritu nupti.* quidquid sine requisitis à lege fit, clam fieri dicitur: præsertim quando aliud medium, quod adhibetur, non æquivaler medio à iure præscripto: non enim ita matrimonij impedimenta sciri, & examinari possunt per viciniâ, ac per publicas proclamationes, factas diebus festiuis; quod maior est populi concursus, & strictior obligatio ad impedimenta manifestanda, propter superioris præceptum. 3. Matrimonium non reddi clandestinum, non seruatis editis, quæ præcedere debent matrimonij celebritatem ex constitutionibus synodalibus Diœcesanis, vel ex consuetudine immemorabili, quam seruaram vult *Trident.* ita censuit congregatio Cardin. in declar. sess. 24. cap. 1. verbo, *Nisi Ordinarius ipse, versu Omissis.*

4. Qui sine præsentia Parochi & testium contrahit matrim. vbi *Trident.* non est receptum, si absque denuntiations contrahit, validè quidem contrahere, pœnas tamē incurere clandestino matrimonio taxatas: cùm tale matrim. nullam habeat publicam solemnitatem, ab utroque concilio præscriptam.

SECTIO II.

An ante Tridentinum matrimonia clandestina non solum fuerint prohibita, sed etiam aliquando inualida?

*Q*uod in Ecclesiæ Dei huiusmodi matrimonia fuerint semper prohibita, constat ex plurimis Pontificum, & concil. testimoniosis, in do: non semper can. quin, ut colligitur ex *Euaristo Papacan.* per fuisse in aliter 30. q. 5. habetur hæc vt certa traditio ab Apostolis accepta: idè Trident. sess. 24. cap. 1. dixit, semper Ecclesiam Dei huiusmodi matrimonia detestatam fuisse, & prohibuisse. Illud in item vocatur, an aliquando ante *Trident.* fuerint huiusmodi matrimonia inualida: non senti per fuisse inualida, definit cit. cap. *Tridentinum.*

Prima sent. affirmat, ea fuisse inualida à tempore Apostolorum, usque ad tempora Hormisdæ Papæ, qui sededit anno 514. vel etiam usque ad tempora Pelagij, siue is fuerit primus, qui Ecclesiam rexit anno 555. siue secundus qui floruit anno 577. Hanc sent. teste *Sanchez lib. 3. disp. 3. tucati* sunt aliqui Doctores corā Paulo IV. quam actiter defendendam suscipit *Pontius lib. 2. cap. 1. s. quid dicendum iure veteri Eccles.* & *lib. 5. cap. 1.* Fundam. decretum cit. *Euaristi*, quo talia coniugia appellat adulteria, contubernia, imo stupra, Fundam. fornicationes: non nisi quia irrita. Confirmat id decretum concilium Coloni. anno 1336. sub Paulo III. in cuius partis 7. cap. 47. hæc leguntur: *Oppandum. ut canon Euaristi Pontificis concilio generali renouetur, tollanturq; illa clandestina matrimonia, qua iniustis parentibus ac propinquis, ve-* geris

neris potius, quam Deicauſā contrahuntur. Intera vero donec Ecclesia de hoc prospiciat, si non irritat, prohibita ſaltem ſint: Optans irritari, ut irrita erant tempore Euaristi. Eundem ritum multis annis ſeruatum fuſſe in Ecclesia tam latinā, quam græcā, idem author probat teſtimonijs Tertullianis, Basili, Balsam. Ambroſy, Leonis I. Hormiſda, Pelagi, Concilij Tolet. III. & Aureli. IV.

10. Secunda, quæ eſt Magiſtri & S. Tho. in 4. 2. Sent. diff. 18. q. 1. ar. 3. communis. & Theolog. communis ſummiſt.

Catholicam appellat Sanchez cit. eo quod illam definiat Alexander III. cap. 2. de clandestinā depon. & Trident. ſeff. 24. cap. 1. Verū quod attinet ad censuram, falſum puto, illam pertinere ad dogma fidei: nam etiſi Trident. cit. cap. definiat, ea rata ac vera fuſſe, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit; haud tamen definit, ea nunquam lege Eccles. fuſſe irrita: sed tantum docet, ea ex natura ſua, nec eſſe, nec fuſſe irrita, niſi accedente Eccleſia decreto illa irritante: an autem tale decretum aliquando fuerit, nihil definiat. Quin verba illa: *Quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit*: non ſolū intelligi poſſunt de Eccleſia irritante tempore concilij, ſed etiam tempore Euaristi. Vnde studio videtur concilium hæc verba addidisse, ut à praesenti controuerſia abſtineret. Conſir. principalis ſcopus Trident. eo cap. eſt, damnaſe hæreticorum errorem, qui contendunt, matrimon. filiolum quoad validitatem pendere à parentum conſensu, qui ea rata, aut irrita facere poſſunt. Eſt igitur hæc ſent. ſolum oppoſitā probabilior, cum nec deſit alteri probabile fundamentum, nec cohtra illam exteſſa Eccleſia definitio. Noſtræ autem ſent. fundamentum deumendum eſt ex communi Doctorum conſensu: à quo in re tam graui recedendum non eſt. Ad Euaristi Reſpondent communiter, huiusmodi matrimonia appellaſſe adulteria & fornicationes, in foro duntaxat extero, in quo Ecclesia ea non praefumit validè contracta, eo ipſo quod contra ipſius prohibitionem celebrata ſunt. Alioqui multa ſunt in eo decreto pro celebratione matrimonij poſta, ut ſtultum ſit, inquit Bellar. de matrimon. cap. 20. 6 præterea, credere ea ſine ijs irrita fore, ut quod nuptura dotari debeat à paranimphis, custodiri, ſolēniter admitti, biduo, aut triduo orationibus vacare, caſtitatem ſeruare, & ſimilia. Eodē modo explicari poſſunt Patres concilij Coloni. ut ſolū loq̄ātut de matrimonij irrito in foro extero, de quo tantum iudicat Ecclesia. Leg. Bellar. cit. cap. & Magiſter cit.

Fundam.

11. Ad auctoritatem Euaristi

Cavell.

12. Dubium.

Infer, lethaliſter peccare, qui matrimon. clandestinum abſque iuſta & rationabili cauſā contrahunt: cum id grauer ab Ecclesia prohibeatur, & materia ſit per ſe grauiſ; nec tantum post Trid. uti receptum eſt, ſed etiam ante, & vbi receptū non eſt: niſi quod vbi receptum eſt, etiam inuallidum eſt; vbi receptum non eſt, ſolū eſt illicitum; nam etiſi ibi cefſet decretum irritans Tridentini, haud tamen cefſat decretum prohibiens antiquius Tridentino, nec ab ipſo ſublatum.

Dubitatur, An matrimonium clandestinum non ſolū ſit contra ius Ecclesiast. ſed etiam contra ius naturæ. Refert autem, utrum ſit: quia cum ius naturæ obliget omnes, peccabunt etiam infideles clandestinè contrahentes, ſi talis contractus eſt contra ius naturæ; ſecus, ſitatum eſt contra ius Ecclesi. quod infideles non

obligat. Negant Gaſtan. tom. 1. opuscul. traſl. 12. de matrim. queſt. 2. Sotus in 4. diſt. 28. queſt. 1. art. 2. concl. 1. Affirmant Petrus Soto, leſt. 4. de matrim. Palatiuſ in 4. diſt. 28. diſp. 3. Sanchez lib. 3. diſp. 3. num. 8. &c. Quod verius eſt: nam etiſi abſque cauſa clandestinè contrahere, non ſit malum per ſe, eſt tamen malum ex incommo- diſ, quæ per ſe ex tali matrimonio nata ſunt ſequi. Nam quod eſt clandestinè contractum, cum cateat teſtibus, impunè negari in foro ex- terno poſteſt: hoc autem non ſolū cedit in praediſcipliſum matrimonij, quod natura ſuā in- diſſolubilitatem poſcit, ſed etiam prolis tam ſuceptæ, quia facto coniugum diuortio, caret debitiā vtriusque parentis educatione & instruc- tionē, nec haberetur in foro extero pro legi- timā; quam ſuſcipienda, quia quæ fuit coniugii vniuersi, ſi cognoscatur ab alio, tollitur certi- tudine prolis reſpectu patris, cui prolis cura in- cumbit.

Scluſur.

SECTIO III.

Quas conditiones Tridentinū requirat ad matrimonium contrahendum?

Multas requirit ſeff. 34. cap. 1. duas tan- tum ad validitatem: 1. ut coram proprio contrahentium Parocho, aliōve Sacerdote de ſi, & ad vali- ipsius, vel Ordinarij licentia, & duobus mini- ditatem, mūm teſtibus contrahatur. 2. ut viro & muliere interrogatis, eorum mutuum conſenſum Paro- chus intelligat: alterutrā ex his deficiente, ma- trimonium eſt nullum. Ut autem decretum ſuum robut ad obli- gandum obtineat, requirit Concilium, ut in vnaquaque Parochia publi- cerur, & non niſi poſt dies 30. à publicatione obligare incipiat. Alias requirit conditiones, ut licite fiat. 1. ut antequam matrimonium celebretur, vti licite fiat, ter à proprio Parocho contrahentium, tribus con- tinuis diebus festiis in Eccleſiā inter Missarum ſolemnia publicè denunciaretur, inter quos fit ma- trimonium: quæ denunciations omitti vel omnes, vel aliquæ, aut differri iudicio Ordinarij poſſunt ante matrimonij consummatio- nem. 2. ut matrimonium in facie Eccleſia cele- bretur. 3. ut Parochus contrahentis his verbis copulet: *Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, vel alijs iuxta receptum uniuersiſque Provincie ritum.* 4. ut coniuges antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonij consummationem, ſua pec- cata diligenter confeantur, & ad Sanctissimam Enchariftia Sacramentum pie accedant. Addit præterea Concilium, ut Parochus librum habeat, in quo coniugum & teſtium nomina, dicuque & lo- cum contracti matrimonij deſcribat, quem diligen- ter apud ſe cuſtodiatur.

Dubitatur 1. An ad validitatem matrimonij perrineat, ut Parochus per interrogationem ab ipſo factam coniugum conſenſus intelligat. Resp. negatiuē, modò aliunde eorum conſenſus

sus illi constent, siue per ipsorum coniugum vltorneam confessionem, siue per eorum parentum, aut consanguineorum, ipsis tacentibus explicationem: ita *Prepositus q. 4. de matr. clandest. dub. 16. num. 118.* Cum enim talis interrogatio sit tantum medium ad contrahentium consensus intelligendos, si aliunde eos perspectos habeat, non erit necessaria. Pari modo, quia verba sunt tantum signa ad manifestandum interiorem consensum, si per aliud externum signum poterit interior consensus sufficienter manifestari, non erunt ad validitatem matrimonij necessaria. Nec dici potest, interrogationem à cōcilio præscribit ut formam solemnitatis: cūm hoc ex fine Concilij, qui est, vt Parochus fiat moraliter certus de mutuo coniugum consensu, non colligatur: sicut neque quod verba coniugum internum ipsorum cōfessum experientia ad substantiale matrimonij solemnitatem requirantur: an autem sit necessaria sub præcepto, *infra. Ceterum ad validitatem matrimonij non sufficit, vt Parochus ante a certus fuerit de mutuo consensu coniugū, sed requiritur, vt tunc, quando coram se & testibus contrahunt, de eo certior fiat, cūm potuerint illū revocare.* 2. quid requiratur, vt matr. dicatur in facie Ecclesiæ celebrari. Aliqui putat, requiri, vt intra templū Ecclesiæ celebretur; Aliqui tandem ad ianuas, alii corā aliquot fidelibus. Iuxta mentem Concilij censeo, in facie Ecclesiæ satis celebrari, si coram Parochio & duobus, aut tribus testibus celebretur, quod docuit *Nauar. in sum. cap. 22. num. 70. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 15. num. 20.* nam cūm superius Concilium præcepisset, post denunciationes factas, nulloque legitimo impedimento contra matrim. reperto, ad celebrationē in facie Ecclesiæ esse procedendum; explicans postea, si iustas ob causas debeant denunciationes omitti, *saltem Parochio*, inquit, & duobus, vel tribus testibus presentibus matrimonium celebretur; Idem repetit inferius, nullā factā mentione de denunciationibus, aut determinato aliquo loco, in quo debeat celebrati, contentum solā præsentia Parochi, & duorum aut triū testium: ex quo planè sequitur, iuxta Trident. idem omnino esse in facie Ecclesiæ celebrari matrimoniam coram testibus & Parochio ab Ecclesiæ destinariis contrahi.

3. Quod peccatum sit, aliquam ex recentis conditionibus omittere? Resp. denunciationes sine iusta causā omittere vel contrahentes cum testibus in libro non describere, peccatum esse lethale, cūm sic transgressio præcepti in materia graui. Nam in 1. omittitur medium ad investiganda legitima impedimenta contra matrim. quod est illud exponere periculonullitatis. In 2. negligitur publicum instrumentum, quo possit Ecclesia iuridicē constare de celebratio matrim. sine quo nequit Ecclesia occurtere ijs incommodis, ad quā vitanda irritauit clandestina matrim. Eandem obligationem habent Religiosi, qui in India ex privilegio Pij V. funguntur officio Parochi. Sacerdos vero, qui cum licentiā Parochi matrimonio assistit, tenetur Parochum monere, vt se, contrahentes, & testes in libro describar. Aliquam ex alijs conditionibus omittere, velut benedictionem, verba illa, *Ego vos coniungo &c.* ante susceptram benedictionem in eadem domo cohabitare, ante matrim. non confiteri & communicare, matrimonium ante acceptam a Parochio benedictionem consummare, graue

peccatum non est; vel quia materia grauis non est, vel quia Concilium ea non præcipit, sed tantum adhortatur. Et si multi apud *Satum. in 4. dist. 28. quast. 1. art. 2. 5. postrema*, lethale esse putent, siue sacerdotali benedictione matrimonium consummare: *Sotus tamen cum Caiet.* & alij plerique nobis cum sentiunt.

4. An ea verba *Ego vos coniungo* debeat parochus per interpretem proferre, si contrahentes Idiomatis ignari non intelligant? Affirmat *Vera crux apud Sanchez disp. 18. num. 8.* nam sicut tenetur per interpretem eos interrogare, quando ipse parochus contrahentium idiomatis ignarus est, ita & quando contrahentes sunt parochi linguis ignari. At verius id eum Sanchez negandum. Nec est eadem ratio de interrogacione, quæ parochio assistenti subseruit ad intelligendum mutuum coniugum consensum, quod necessarium est ad matrimonij validitatem; & de prolatione eorum verborum, quæ necesse non est, vt à contrahentibus intelligantur.

5. Anteneatur parochus contrahentes interrogare, num impedimentum habeant? Affirmat *Vera crux apud Sanchez disp. 38. n. 10.* Negat verius Sanchez, nisi aliqua sit suspicio impedimenti: id. n. Concilium non præcipit; sed ad impedimenta per vestiganda aliud præscriptit medium, sc. publicas proclamationes, quæ supponuntur ante matrimonij celebrationem factæ.

6. Quæ publicatio requiratur, vt Concilij decretum suum robur obtineat? Respondet, congregatio Cardinal. *Ad hoc ut robur suum accipiat neesse est, in parochijs publicari: nec eius publicatio in Diocesanâ Sinodo facta equipollit.* Ceterum, vt *Prepositus quast. 4. de matrim. clandestin. dub. 4. n. 12.* necessum non est, vt hæc promulgatio fiat in Ecclesiâ parochiali, sed sat est, si fiat vel in celebri aliquo conuentu, vel in Sacello intra limites parochiæ constituto: sicut; vt eadem Congregatio declarat, non oportet omnia verba decreti promulgari, sed tantum quæ ad substantiale matrimonij solemnitatē spectant, cuiusmodi sunt, vt matrimonia præsentibus parocho & testibus fiant, alioqui sint irrita.

Dubitatur. 7. An Tridentini decretum obliget in illis locis, in quibus aut Episcopi, aut parochi malitia, vel etatis ac supinâ ignorantia non est haecenus publicatum? Respondet, *eadem congregatio in declaratione verborum irritos facit, & annullat, negatiæ: quippe Concilium publicam promulgationem in singulis parochijs requirit actu factam, vt ex ipsius verbis non obcurè colligitur: Vnde ea ex quacunque causa omissa, Concilij decretum non obligat.*

Infertur 1. Si duo diversarum parochiarum clandestinè contrahant in parochia eius, *in Coroll. 2.* quā nondum est Tridentini decretum publicatum, esto publicatum sit, in Parochia alterius contrahentis, matrimonium non esse irritum: ita decidit *ad. congreg.* Ratio Trident. publicationem decreti requirit in ea parochia, in qua contrahitur matrimon. Vnde, *ut infra*, qui ex sua parochia, in qua est acceptatum migrat in alienam, in qua non est acceptatum, vt ibi clandestinè contrahat, validè contrahit. 2. Si in aliqua parochia facta fuisset publicatio decreti, antequam ex mandato Pij V. promulgata esset Bulla anno 1564. Calendis Maij, adhuc expectandum fuisse tempus 30. dierum post Calendas

19.
Dubie. s.

Calendas Maij, ut decretum obtineret suum robur. Ratio; lex non incipit obligare, nisi tempore à Legislatore constituto: cùm igitur tempus à Pontifice cōstitutum fuerit post Cal. Maij anni 1564. ante hoc tempus non obligabat: ergo etiam si ante hoc tempus decretum fuisset in aliquā Parochiā publicatum, non obligasset, nisi 30. dieb. post Cal. Maij. Dub. & An hoc decretū semel acceptatum, posset contraria consuetudine abrogari, & quod tempus ad illud abrogandum requiratur? Resp. ad 1. posse, cùm sit lex humana, cui non repugnat, contraria consuetudine abrogari, vt & lex de non contrahendo interito & 4. gradu consanguinitatis & affinitatis. Ad 2. communiter docent, sufficere decennium, ut in reliquis legibus humanis, etiā peccarent primi, qui acceptatam legem non seruarent; nō tamen posteri, nisi eis evidenter constaret, de iniusta abrogatione. 10. s. disp. 8. de consuetudine.

SECTIO IV.

An iuxta Tridentini decretum ad validitatem matrimonij requiratur pro prius Parochus, & quis ille est?

20.
His non ob-
lausib.

Certasent.

Ad rationem
dub.21.
Coroll.

Ratio dub. vbi agit de Parochio, qui debet cū duobus, aut tribus testibus matrimonio assistere, Parochum simpliciter nominat, nullā mentione facta Propri: At nihil est ad validitatem matrimonij requitendum, quam quod expressè à concilio seruandum præcipitur: quia cùmhoc sit nouum, derogans iuri antiquo, non censentur ad valorem matrimonij necessaria, nisi quæ expressè in eo præcipiuntur ad formam matrimonij necessaria. Certa sent. est, de quâ dubitare non licet, ad valorem matrimonij requiri præsentiam proprij contrahentium Parochi, vel alterius Sacerdotis de ipsis Parochi, vel Ordinarij licentiâ: idque ex cōtextu primi cap. 7ff. 24. Nam 1. definit publicas denunciations facientes esse à proprio Parochio; quibus peratis ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiaz procedendum esse; & viro ac muliere interrogatis, eorumque mutuo consensu intellecto, eos coniungat in matrim. 2. decernit, benedictionem sacerdotalem non nisi à proprio Parochio suscipiendam esse. at idem est, qui benedictionem impertit, & qui in matrim. coniungit, publicasque denunciations proclamat, ut ex textu constat. 3. pœnam suspensionis statuit, si quis alias Parochus, aut Sacerdos sine licentiâ eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat, sponsos audeat matrimonio coniungere, aut benedicere: hoc autem evidenter supponit certum Parochum, qui ex officio debeat matrimonio interesse, qui alias esse non potest, quam quem initio declarauerat, & à quo suscipienda benedictio est. Ad quid enim hæc pœna comminatio, si qui quis alias, quam proprius Parochus, interesse matrimonio posset? Hinc paret ad rationē dub. non enim necesse fuit, semper ac de Parochio mentio facienda esset, illum expressè Proprium nominare, sed sat fuit, illum semel ab initio expressisse. Infero cum Sanchez lib. 3. disp. 19. n. 3. in bullâ cruciate, in quâ cōceditur facultas suscipendi sacramenta à quouis sacerdote, non intelligi comprehendens sacramentū matrimonij, cum propter peculiarem diffīc. quam hoc habet

à reliquis sacramentis, ut non nisi à proprio Parochio, vel de illius licentiâ celebrari debeat: tū maximè, quod cùm Trident. expressè requirat licentiam proprij Parochi; nec soleant Pontifices decretis conciliorum gener. præsertim Trident. quod ultimum, est, derogare, nisi eius decreti, cui derogatur, expressâ mentione factâ, ut colligitur ex motu proprio Pij IV. qui incipit, in Principiis Apost. & definitur cap. ex parte, de capellis monachorum, & omnes fere sequuntur, non celeretur hoc sacramētū in eâ bullâ comprehensum.

Pro intelligentia posterioris diffīc. Not. Proptimum Parochum dici posse; uno modo originis, Quis sit pro-alio habitationis. Originis, est Parochus loci, pres. paro-vbi Parochianus natus est, non vbi casu & in transitu, sed vbi parentes tunc proprium domicilium habebant, quando natus est. Quod nondum est proprius ordinandos, quorum proprius Episcopus, à quo ordinari debent, non solum est Episcopus, in cuius Diœcesi ordinandus habet domicilium, vel Ecclesiaz beneficium, sed etiam vbi natus est, ut Bonifacius VIII. definic cap. cùm nullus, de temporibus ordinat. in 6. Habitationis, est Parochus loci, vbi Parochianus habitat. Conueniunt fere omnes, Parochū originis ad matrimonium non sufficere, sicut nec ad reliqua Sacra. suscipiēda, uno Ordinis excepto, propter cit: cap. cùm nullus, cuius priuilegium nō

debet ad cetera extendi, ex cod. texiu, vbi non absolute & simpliciter Pontifex dicit, Episcopū Originis esse superiorem eius, qui ordinandus est, sed cum hæc limitatione, in hoc casu, tacitè excludens alios. Ratio; dum concilium proprij Parochi præsentiam requirit, non exprimit, an sufficiat originis: debuissest autem id exprimere, ut fecit Bonifacius VIII. pro ordinibus suscipiendis; cùm ex communimodo loquendi prius Parochus, intelligatur Parochus habitationis. Vnde cùm idem concil. cap. 7. Parochum assignat, qui debeat vagabudorum matrimonio assistere, non assignat Parochum originis, quem quocunque alio certiore assignare potuisset, sed loci, vbi morantur, diligentiâ prius factâ, & re ad Ordinarium delatâ, ab eoque licentiâ obtentâ. Concilio accedit declaratio Cardi. alium illud explicatiū de Parochio habitationis: Proprius autem Parochus esse intelligitur, in cuius parochiâ habitant eo tempore, quo matrimonium contrahunt. Nec refert 1. quod Episcopus originis sufficiat pro ordinibus suscipiendis: 2. quod domicilium originis sit certius ac stabilius, quippe quod nec voluntate Parochiani mutari, nec quocunque habitationis mutatione factâ, amitti potest: 3. quod subditus originis mutans locum, semper maneat subditus Principi originis. Nam primum habemus expressum in iure: cuius posterior causa ad movendum Pontificem esse potuit, ut de ordinandorum legitimis natalibus, vitâ, & moribus, quæ ad ordines suscipiendos ex præscripto Ecclesiaz requiruntur, facilior esset inquirendi via: quod in matrimonio præstat trina proclamatio ante ipsius celebrationem in Parochiâ facta. Ad 2. in ijs, quæ ex iure pendent, nil confert, quod ex se certius stabiliusque sit, sed quod ex voluntate principis præscribitur. Ad 3. subditus, mutans domicilium non manet quoad iurisdictionem subditus Principi originis, sed solum quoad dignitates & honores l. senatores, ff. de senato, iunctâ Glossâ. His ut certis controverbia est de proprio Parochio habitationis, cui ex decreto concilij matrimonio interesse debet,

Non obstante
huc tria.

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

24.
1. Sent.

sine cuius præsentia matrimonium est iritum. Prima sent. affirmat, solū illū esse propriū parochū, in cuius parochia contrafatus habet domiciliū cum animo in eo perpetuō manēdi. Ita multi apud Sanchez l.2. disp. 23. q. 2. secuti Glössam in c. is qui de sepulturis in b. docentē, sola mora in loco nō fieri quempā loci parochianū, sed requiri animū ibi perpetuō morandi. Ex quo infert, studiosos ratione studiorū in aliquā Vniuersitate cōmorantes non fieri illius loci parochianos. Atque eadē ratio est de mercatoribus, qui ratione negotiorū, & fugitiui, qui causā hostis fugiēdi, aut pestis declinādā, in aliū migrant locū animo ad suū reuerrendi. Probant i. ex cit. cap. is quis, in quo Bonifac. VIII. definit, eum, qui in ciuitate vel castro domiciliū habet, si ad villā ruralem recreationis ergo se tranferat, ibique decedat, non electā sepulturā, non esse sepeliendū in Ecclesiā villa, sed in sua parochiali. 2. sequeretur, tales personas duas habere parochias; vnam ad quam necessitatē, vel utilitatis, aut recreationis causā se transferunt; alteram, in qua stabile haberent domiciliū animo perpetuō manendi; hoc autem est falsum, quia non æqualiter se collotarent in utraque, vt dicitur cap. 2. de sepulturis in b.

Em. s. p. Coroll.

25.
2. Sent.

Ex hāc sent. inferunt, non nisi sacramenta necessaria confessionis & communionis, iuxta declarationem Eugenij IV. posse à parochio loci, in quo ad tempus morantur, accipere: neque in eorum votis posse ab Episcopo talis loci dispensari. Ceterū, vt quis fiat alterius loci parochianus, nou requiri, vt ibi diu maneat, sed sat esse si animū habeat ibi perpetuō manendi: statim enim definit esse parochianus loci, ex quo discessit, & incipit esse proprius eius, in quo domicilium fugit animo perpetuō habitandi. Secunda docet, vt quis fiat loci parochianus, ibique validē contrahere possit, sufficere, si notabili aliquo tempore, vt maiori anni parte ibi alicuius negotij expediendi causā, non autē si ad breue tēpus animo statim ad sua reuerrendi, habiter; hanc cū multis amplectitur Sanchez l.3. disp. 23. n. 13. Fundam. hic fit subditus loci, quoad iura ciuilia; ergo & quo ad iura Eccles. Vnde, vno excepto Ordinis sacramento, reliqua omnia potest à parochio talis loci accipere; quin & votorum, & casuum omnīū qui per Trident. s. f. 24. c. 6. de reform. 2. sunt Episcopi cōmisi potestati, dispensationē ab Episcopo talis loci obtinere: nā hoc ipso, quod per habitationē fit ipsius subditus, poterit in eū omnē iurisdictio- nis actū exercere. Tertia cēset, propriū parochū in ordine ad matt. validē contrahendū dici illū, in cuius parochiā, sunt contrahentes, cū actū cōtrahunt, etiamsi brevi tempore ibi sint moreturi, s. a. in edit. anni 1627. verb. matt. n. 2. & verb. Parochus 2. Pontius l. 5. de matr. clandest. c. 13. qui addit, etiamsi recreationis causā ibi moreturi. Quod priuilegiū extēndunt ad sacramenta confessionis & Communionis. Cui sent. non leue pondus attulit declaratio Cardin. qui propriū parochū ad valorem matrimonij à Trident. requisitum, ita designant: *Matrimonium contrahitur inter duos alienigenas, & à paruo tempore in aliquo loco habitantes, si tamen sint cogniti, ita ut non sint de comprehensis inter vagabundos: proprius autem eorum parochus esse intelligitur, in cuius parochiā habitant eo tempore, quo matrimonium contrahunt.* Idem repetunt infra c. 7. Vnde sent. hāc probabilis est, & in praxi, vel proper solam Cardinalium declarationem, ad quos spectat dubia ex doctrinā Trident. emergentia declarare, tutas;

26.
3. Sent.
probabilis
duo prioros
sustiones.

Tom. IX. De Matrimonio.

et si priores duæ tūtores sint. Duo huic sent. obstant, 1. decilio Rotæ contraria apud Monach. <sup>Duo obiecta
ref. II. in ar.</sup>

Verū huic opponimus Cardin. declarationē, quā in hoc puncto plus habet autoritatis, cū ex officio ad illos spectet, talia dubia decidere ac declarare. 2. quod de tali parocco non videatur verificari tō Proprium, quo concilium virutur ad designandum matrimonij parochum, cū non nisi propriè propriū parochus dicatur. eorum quos tantū ad breue tempus in suā parochiā habet habitantes. At falsum i. est, non posse propriū parochum dici, ratione habitationis, quantumvis breuis, modò habitator animū habeat ibi ad aliquod tēpus manendi. 2. Esto spectatā voce propriū, non tā propriè quadrare videatur in parochum illius, qui ad breue tempus ipsius parochiam inhabitat: Attamen spectato fine concilij, quo parochi præsentiam ad matt. contrahendum requirit, accedeſte Cardin. interpretatione. non videtur hoc à concilij doctrinā alienum: finis quippe concilij ad propriū parochi præsentiam req. uirendam, fuit, vt per legitimū Ecclesiæ testem, eidem Ecclesiæ constaret, de matrimonij celebratione: qui finis haberi potest, etiam per parochum illius loci, in quo contrahentes ad breue tempus morantur. Ad quem finem parum refert, quod recreationis, aut negotij causā alterius parochiæ locum inhabitent. Sed eodem modo validē quis poterit contrahere coram parochio loci, per quem transit: nam si quāvis breuis habitatio sufficit, cur non sufficiet vnius, vel alterius hebdomadæ. aut eriam diei in loco, per quem transit? Confir. si sufficit breuis habitatio negotij expediendi, cur non etiam transiundi causa? præsertim si pro utraque causa æqualis sit habitationis mora. Nam sicut nil refert, num quis recreationis, aut negotij causā in loco mōretur; ita nil refert, vtrum quis negotij expediendi, aut transiundi causā in loco moretur. 2. iuxta probabilem sent. quam tom. 5. disp. 5. s. f. 16. retuli, peregrini subiiciuntur legibus loci, per quem transiunt: igitur validē possunt ibi contrahere. Nam æquitas postulat, vt qui ad grauamina loci, per quem transit, astringitur, ad eiusdem loci priuilegia admittatur. Hāc sent. præsertim cum eā limitatione, quā opinio de peregrinis docet, eos ad leges loci, per quem transiunt, seruandas teneri, vt non quando per modum breuis hospitij ad vnum vel alterum diem, sed ad aliquot ibi morantur, videri potest ob rationes adductas probabilis: eamque insinuat Pontius lib. 5. cap. 16. Fundam. num. 7. vbi ait, si contrahentes extra propriam parochiam peregrinantur, posse contrahere coram parochio, in cuius parochia morantur. Con-

23.
Em. r. s. f. dif.
ficiens.Probabilis
sens.Fundam.
Co. firm.

fir. de ijs, qui relieto primo domicilio nouum querunt, & dum sunt in transitu contrahunt in loco, vbi non sunt permansuri. Nam hi, cū nequeant contrahere in loco, vnde discesserunt, cuius desinunt esse parochiani; neque in loco, vbi sunt domicilium fixuri, cū nondum illud animo destinarunt; debent saltē posse in loco, per quem transiunt, alioqui nullum haberent locum, in quo possent contrahere. Vnde Sanchez lib. 3. disp. 25. num. 13. docet hos more vagabundorum contrahere posse coram parochio loci per quem transiunt.

Verū, opposita probabilior est, ac fere omnium. Fundam. transientes, non possunt bāvillor. dici habitatores, sed solū hospites & viatores possimmo. loci, per quem transiunt. Atquis Cardinalium

Fundam.
congre-

Disput. VII. De consensu clandestino. Sectio V.

98

congregatio requirit habitationem loci, quem contrahentes incolunt, quando contrahunt. Nam et si declarant, eam breuem sufficere, semper tamen volunt eam esse per modum habitationis: Vnde nunquam utuntur verbo sunt, quod commune est habitationis, & hospitij, sed verbo habitant, quod ab hospitari & transire distinguitur: multum autem interest, inquit lex 1. s. *hac autem verba ff. de his qui deiecerunt, inter habitatorem & hospitem, quantum interest inter domicilium habentem & peregrinantem.* Et meritò; nam qui per locum transit, non habet animum ibi habitandi, proinde nequit verificari quod ibi habitet, cùm ad habitandum eriam ad breue tempus requiratur animus: hic autem non habitandi, sed hospitandi & abeundi animū habet.

^{30.}
Confirm. 1. Confir. 1. de transeunte verificari non potest, quod parochus loci sit ipsius proprius: sit enim parochus proprius, vel ratione domicilij, quod perpetuam loci permanentiam dicit; vel habitationis, quæ saltem permanentiam ad aliquod tempus importat, ratione cuius habitator tacitè se subiicit superiori loci. At quia transit, sicut non habet animum permanendi, sed abeundi à loco, per quem transit, ita nec sufficit, ut per transitum fiat proprius loci parochianus, uti nec Episcopi subditus, ut ab eo valeat dispensationem votorum, aut eorum casuum, qui respectu suoru subditotum concessi sunt Episcopo, consequi.

^{Dices.}
At dicer quis, fieri proprium, ratione contractū matrim. nam, ut docui ro. 5. contractus sequitur leges, & consuetudinem loci, ubi celebratur: etgo sicut ratione contractū transiens adstringitur ad leges loci, per quem transit; ita ratione eiusdem subiicit superiori loci, per quem contractus celebrandos est. Fatoe hoc argum. pro contrariā sent. esse validissimum, quam non modò reddit probabilem, sed etiam, me iudice, in praxi tutam: Ceterū stando in fund. probabilitoris sent. dico hanc communem legem de contractu sortiente leges & consuetudinem loci, uti celebratur, à Concilio iuxta cit. Cardinalium declarationem, modificari, ut in contractu matrim. non habeat effectum, nisi contrahentes sint in loco, ubi contrahunt, per modum habitationis: idque ut Ecclesiaz certius constet de celebrato matrim. Ceterū et si æqualis sit mora locum transeuntis & habitantis, animos tamen distinguit unum ab alio: sicut qui accedit ad locum ibi perperuò mansurus, ipsa primā die sit incola loci, gaudet quæ omnibus illius loci priuilegijs; cùmigitur transiens non habeat animū permanēdi in loco per quē trāsit, esto casu ibi defēctu cōmoditatis discedendi, diu moretur, non tamē sortitur habitationē, quā sortitur is qui animum habet ad aliquod tempus ibi morādi, et si casu postea citius discedat, quām ipse transiens à loco per quē transit. Confir. 1. ex hāc sent. sequeretur, nullū fore propriū matrimonij parochū, cōtra Concil. Nam si solus trāitus per locū sufficit ad acquirendam propriam loci, per quem transiit, parochiam, possent cōtrahentes in quocunque loco, per quem transeunt, contrahere; Quare hāc sent. frustraneum reddit Concilij decretum de proprio contrahentium parochio. Nec iuxta concilium proprius parochus dici potest quicunque, aut ratione domicilij, aut habitationis, aut transitū, cùm verō simile non sit in tam ampli & impropriā significatione.

^{31.}
Confirm. 2. Ad fundam, usurpatum fuisse à Concilio nomen Proprij. contraria, Ad fundam. contraria, Resp. multos negare,

peregrinos teneri legibus loci, per quem transeunt, cum quibus cit. loco sentio. 2. cito teneantur ijs legibus, quæ ad Reip. pacem conseruandam pertinent, haud tamen ijs, quæ ad pacem non conducunt, vel per modum gratiæ & priuilegijs à Reip. capite communicantur membris. Nec est eadem ratio de Confessione & Communione: nam cùm hæc sint sacramenta necessitatis, vbique suscipi possunt, etiam in transitu, ut declarauit Eugenius IV. præsertim quando ad proprium parochum non est facilis recursus. Ad ^{Ad confirm.} confir. dic, eos teneri ad contrahendum in eo loco, in quo destinarunt domicilium figere.

Infertur 1. iuxta sent. quæ affirmat, matrim. coram parochio inualidē contractum propter occultum impedimentum, iterum esse coram parochio reperendum, si duo inualidē contraxerunt in propria parochia, posse illud reperere coram parochio loci, quem ad breue tempus inhabitant: & viceversa, si inualidē contraxerunt in loco, ubi ad breue tempus habitabant, reperere illud posse coram parochio proprijs parochijs. Contrà verò, si inualidē contraxerunt in propria parochia, quam deseruerunt, non posse illud reperere coram parochio prioris parochijs, quam animo & facto deseruerunt, sed coram parochio nouj parochijs, quam animo & facto compararunt. 2. Cum Sanchez lib. 3. disp. 23. Coroll. 2. num. 16. si quis se transferat ad aliquam parochiam animo ibi perpetuò manendi, etiam si animum postea mutet, posse ab Episcopo eius loci ordines suscipere: quia solo animo absque facto non amittitur domicilium semel comparatum; sicut nec solo facto absque animo, ut qui domicilium ad tempus deserit animo ad illud redeundi. 3. discrimen inter locum originis, & domicilij: quod originis loco omni nemo carere potest; nam etiam si quis casu & in transitu nascatur extra omnem locum habitatum, semper tamen locus originis assignatur is, ad quem patentes nati spectabant, antequam inde discellissent, etiam si animo & facto illum deseruerint. Potest tamen quis omni loco domicilij carere, ut constat ex l. eius qui manumisit, s. celsus ff. ad municipalem: Si quis, inquit, domicilio relitto nauget, vel iter faciat, querens quō se conferat atque ubi subsistat: hunc puto sine domicilio esse.

S E C T I O N V.

An parochianus duplicitis parochiæ coram alterutro parocbo contrahere possit?

Affirmādum sine limitacione.
A. Firmat D. præter vnu vel alterū apud Säch. l. 3. disp. 24. Requirit tamē, ut æqualiter habitet in utraque; ut in utraque contrahere validē possit, ut si per æstatē in vna, per hyemem in alia moretur, sicut fieri solet in Italia, ubi ad euitādos excessiuos calores, plerique nobiles in villis, per hyemē in ciuitatibus habitat. secus si inæqualiter, quia tūc nō posset, nisi ubi maiore anni parte habitar. matr. cōtrahere: idq; ex l. eius qui manumisit s. celsus ff. ad municipalem, & c. 2. de sepuli. in b. vbi, ut quis duo domicilia habere dicatur, æqualiter debet se in vitroq; collocare. At verius céleso, hāc sent. absque eā limitatione esse amplectendā. Ita Pöt. l. 5. c. 13. n. 8. sequiturq; ex præcedēti sectione, in qua docuimus, quempia contrahere posse, ubi causā alicuius negotijs expediēdi breue figit habitationē: at per huiusmodi breue habitationē nō amittitur domiciliū: igitur si potest cōtrahere corā parochobrevis habitationis, poterit & corā parocho

parocho domiciliij. Quod quamvis neget Sanchez disp. 23. fine, non tamen videtur consequenter ad ipsius principia negandum: nam si æqualiter habens in duabus parochijs, in alterutra indifferenter contrahere potest; cur breui tempore habitans in una, retinensque domicilium in alia, non poterit indifferenter in alterutra cōtrahere? Ad cit. cap. dico ibi sermonem tantum esse, cui Ecclesiæ soluenda sint funeralia, si quis habens duo domicilia, in quibus viues aequaliter se collocabat, decedens in alio tertio loco sepulram sibi eligeret. Cui dubio respōdens Pontifex ait, tali casu defuncti funeralia distribuenda esse inter eas Ecclesiæ, in quibus æqualiter se collocabat, non ubi mortuus est. Ex quo nullū contra nos duci potest efficax argu. eo quod funeralia, decimæ, & similes viles præbendæ debeat per parocho ratione laboris, quem in suis parochianis impendit. Proinde rectè statuit Pontifex ea non deberj, nisi illi, Ecclesiæ, in qua parochianus officia diuina consuevit audire, & recipere sacramenta: Et quia hæc per se non recipiebat, nisi ubi fixum habebat domicilium, eius Ecclesiæ, & non alteri, hæc utilia debentur. Quod siis duo habuisset domicilia, in quibus viuens æqualiter se collocasset, utrique Ecclesiæ ea distribuenda faret. Quæ ratio non militat respectu parochi matrimoniij, qui esse potest etiam is, qui nullam recipit à contrahentibus utilitatē. Neque cit. lex est contra nostrā doctrinā, in qua tantum disputatur ab Vlpiano, an possit quis habere duplex domicilium; aut nullum. Et ad utrumque responderet affirmatiuè: nam qui domicilio relitto nauigat, vel iter facit, querens quo se conferat, atque ubi, constat, omni caret domicilio.

Infertur 1. qui duo habet domicilia, non modò indifferenter posse in alterutrius parochiâ cōtrahere pro vno tempore in eo tātūm ubi habitat, pro alio verò in eo tātūm ubi moratur, sed absolute posse etiā pro eō tempore, quo habitat in vno, cōtrahere in alio, ubi actu non habitat: nā etiam eo tempore, quo habitat in vno, est parochianus alterius. Idē dico de reliquis sacramentis, non solum ea accipere posse à parocho, cuius parochiā tūc inhabitat, sed etiā à parocho, cuius parochiā tūc actu nō inhabitat. Leg. Sanchez l. 3. disp. 24. n. 5.

Infertur 2. habitantē in cōfinio duarū Ecclesiārū, posse in alterutriā cōtrahere matr. cōtra Barbos. in collecta. in Trident. sess. 24. cap. 1. n. 17. docentē, debere contrahēre in ea Ecclesiā, in quā domus aditum magis frequentatum habet, pro quā citat Aloys. Ricciūm. 3. habentē duo domicilia posse in alijs etiā locis cōtrahere, ubi domiciliū nō habet, modò in alijs, & alijs locis aliquā acquirat habitationē. Ratio: ius cōtrahendi matr. nō solum acquiritur domicilio, sed quacūq; habitatione, modò nō sit per modū transītis ac bteuis hospitij, ut praeced. sc̄t. 4. habentē duo domicilia posse ab alterutrius domiciliij Episcopo ordinari. Ratio; cū Episcopus sit superior ordinandi ratione domiciliij, qui duo habet domicilia, sit ratione utriusq; vtriq; Episcopo subiectus, proinde ab utroque poterit ordinari. Eadē ratio est, si duplex habeat beneficiū, in duplice Diœcesi situm: cū Episcopus nō solum sit superior ordinandi ratione domiciliij & originis, sed etiā beneficij Ecclesiæ.

37. 5. Si duo parochi sint in solidum eius parochiæ curati, alterutru posse, etiā inuito altero, matrimonio assistere, reliquaq; sacramēta ministrare: Ita Syluester verb. confessor 2. q. 4. Sanchez l. 3. disp. 24. fine: eo quod par in parem non habet imperiū, ca-

innovit. de electione. Non potest autē parochus in uito Episcopo, vti Episcopus inuito parocho: cū nequeat inferior inuito superiore, queat autē superior, inuito inferiori sibi subdito, ius exercere. Valet tamen matr. celebratum coram parocho, aut Vicario parochi, nutu Episcopiam ouibili, contra Episcopi prohibitionem, vt declarat Cōgregatio Cardin. Sed nū peccet contra Episcopi prohibitionē, assistendo alicui videri possit non peccare, cū hanc autoritatem parochus haheat ab ipso concilio. Sed dico, eū peccare, nō obstante autoritate sibi à concilio cōmunicatā, quia accipit illā cum subordinatione ad Episcopum, vt rectum Ecclesiæ regimen postularat.

S E C T I O VI.

An matrimonium celebrari debeat coram utriusque contrahentis parocho, & intra propriam parochiam?

Q uoad 1. indubitatum est apud omnes, ad va- 38. Snfficer al. teritatem matrimonij sufficere, si alterutrius contrahentis parochus matrim. assistat: ita cen- teritum est. suit Cōgregatio sub Pio V. initio c. 1. de refor. matr. & confirmavit Gregorius XIII. teste Nau. ins. c. 25 fine. Ratio; quæ sunt individua, & necessariò connexa, non potest concedi potestas in vnum, quin concedatur in alterum, vt definit Alexander III. c. præterea, de officio Iudicis delegati: Ex eo quod causa sibi cōmittitur, super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem: etiam si litera commissionis id non contineant: frustra enim concederetur potestas, quæ non posset se extendere ad ea, sine quibus nequit exequi, quod conceditur: at matrimonium, est duorum in ordine ad actum generationis individua copulatio: igitur parochus, qui habet potestatem copulandi vnum, necessariò habet potestatem copulandi alterum.

Quoad 2. An validè possit parochus copulare suum parochianum in parochia alterius contra- 39. 2 pars quæst. hentis sibi non subditi, vel etiā extra parochiā con. resuera, tam suam, quām alterius contrahentis; Negant Negant ex Nauar. apud Sanchez lib. 2. disp. 19. q. 2. Pontius resp. Cardin.

l. 5. de matr. cap. 1. 6. citans alios, inter quos Henrig. sed falso, vt mox. Probant t. ex tribus resp. Cardin. quibus declarant, quando vir accedit ad domum vxoris, debere matrim. contra- hi coram parocho vxoris. 2. Concilium requirit personam parochi ad assilendum matrimonio, vt personam publicā: sed extra suam parochiam parochus non est persona publica: ergo iuxta Trident. non est idoneus ad assilendum matrim. extra propriam parochiam: 3. non præsumitur concilium, nisi exprimat, concedere pa- rocho facultatem suam autoritatem exercendi extra propriam parochiam, in præiudicium al- terius parochi. Affirmant Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. n. 2. Sanchez lib. 3. disp. 19. Comito. Affirmant lib. 1. moral. resoluti: quest. 131. Conink. de matrim. cōn. unius ac disp. 27. dub. 2. Prepositus quest. 4. de matrim. clandest. dub. 9. Hurtadus de matrim. disp. 5. diffi.

6. Sylvius in addit. ad 3. part. quest. 45. art. 5. quest. sua 7. §. ceterum & alij quām platiimi apud Barbos. in collecta. in Trident. sess. 24. cap. 1. de reform. num. 14. Quæ sent. probabilior. Fundam. ad valorem matrimonij concilium solum requiri- 46. præsentiam proprij parochi; at hæc saluatur, etiam si parochus vnius contrahentis assistat in parochia alterius contrahentis sibi non subditi,

Conferm.

vel etiam in parochia neutrius; cum etiam in aliena retineat iurisdictionem & potestatem in suos parochianos. Confir. Parochus potest in aliena parochia cōfessionis sacramentū suis parochianis validē ministrare; vt admittitur fere ab omnibus: ergo & matrimonij: cū nō minus vnum, quāliū aliud ad valorē sui propriū requirit parochum.

Ad respōsō.
Ad respōsō.
Respondeo.

41. Ad respōsō. Cardina. Resp. in ea tantūm affirmari, parochum vxoris, quando ad ipsius parochiā accedit vir, debere matrimonio assistere: non tamē in ea negatur, quin etiam possit in parochia viri assistere, nec vrgit verbum debere, quod non semper necessitatem importat, sed perfectionē declarat officij. vt idem concil. sess. 6. c. 6. ad declarandum dolorem, qui debet Baptismum præcedere, illum explicat & circumscribit per actum contritionis quam ante Baptismum, inquit, agi dōportet: non quod ea debeat necessariō præcedere ad valorem Baptismi, cū sufficiat attritio, sed vt perfectionem declaret officij; decet enim, illam Baptismum præcedere, et si necessariū non sit. Ita decet parochum mulieris assistere in parochia mulieris, & si id necessarium non sit. Vel forte magis ad mentem *sacra congreg.* assignari in parochia mulieris, parochum mulieris, & in parochia viri parochum viri, non vt neget parochum mulieris assistere posse in parochia viri, & parochum viri in parochia mulieris, sed vt explicer, non esse necessarium, vt in parochiā mulieris adsit etiam parochus viri, & in parochiā viri parochus mulieris: vt colligitur ex tō sufficit: quando matrimonium contrahitur inter virum, quis sit de unā parochiā, & mulier em de aliā, sufficit, si contrahatur coram parocho proprio mulieris, vel coram parocho in parochia viri. Quod clarius explicat infra tō vel alio Sacerdote: vbi sic habet: quodsi coniungendi sunt diversarum parochiarum, sufficit, vt sit parochus, sive viri sive mulieris. Quare tō sufficit, hīc solūm excludit præsentiam alterius parochi. Ad 2. rationem, nego, parochum extra propriam parochiam, & Episcopum extra propriam Diœcesim non assistere vt personam publicam: cū enim hanc autoritatē matrimonio assistendi habeat ab Ecclesia, vt proprius contrahentis parochus, vel Episcopus est, & vbi cunque est, non amittat esse proptium contrahentis parochum, vbi cunque eius matrimonio assistit, assistit vt persona publica ab Ecclesia constituta. Ad 3. iurisdictionem contentiosam concedo, extra proprium territorium exercendam non concedi, nisi exprimirunt: quia cū hæc requirat iuridicam cause cognitionem, non potest sine strepitu exerceri, ac proinde sine iniuriā superioris loci, ad quem spectat talis iurisdiction: ita habetur l. 2. ff. de offi. proconsulis: Omnes proconsules statim ac urbem egressi fuerint, habent iurisdictionem, scilicet non contentiosam, sed voluntariam. Vnde sequitur, non posse Episcopum ordines in aliena Diœcesi absque illius Episcopi licentiā conferre, nec sacramentum Confirmationis ministrare, quia hæc sine strepitu exerceri non possunt. Nego, de iurisdictione voluntariā, quæ sine forensi strepitu exercetur, cuiusmodi est *Sacra. confessio, & coniugio.*

42. Ad secundā.

Ad 3.
Iurisdiction
duplex.

43. Coroll. 1.

Inferatur 1. non solūm posse extra propriam parochiam, & diœcesim suis subditis contrahentibus assistere, sed etiam benedictionem imperare, non tamen denunciationses præmittere, quæ sine strepitu fieri nō possunt, nisi in nauigatione, in quā sine tertij iniuriā hæc iurisdictione exerceri potest. Nam quamvis hæc ex concilij præscripto

fieri debeat in Ecclesiā, vt & sacerdotalis beneficē, id tamē ad matrim. validitatē non est necessariū, iūlāq; ex causa absq; vlo peccato posse extra Ecclesiā fieri, sicut & omitti conciliū declarat. 2. Non modò posse parochū extra propriam parochiā contrahentes sibi subditos mattiū. copulare, sed alteri sacerdoti licentiam concedere, vt eorū mattim. posse extra propriā parochiam assistere; non tamen hanc facultatem concedere posse sacerdoti, vt assistat mattim. sibi non subditi in sua parochia nisi ratione habitationis fiat sibi subditus. Nam hanc potestatem ipse non habet, nisi ergs suos subditos: at nullus potestatē delegare potest, quam non habet. Prius docet Sanchez l. 3. disp. 34. quia si potest ipse extra suā parochiā eam potestatē exercere, poterit & alteri exercendam concedere. Nec obstat, quod potestas concessa sacerdoti non sit ordinaria, sed delegata: nam vt optimē Sanchez, non solūm potestas ordinaria, sed etiam delegata, quando est voluntaria, & absq; præiudicio tertij, exerceti potest extra propriū territoriū. 3. In omniū sententiā posse parochū in aliena parochia, cū licētia illius parochi matrim. assistere. quia proprius parochus habet potestatē assistendi matrim. sui parochiani, & solūm prohibetur illam exercere in aliena parochiā, ne parochū offendat: ergo illo concedente, validē assistere poterit, etiā in sent. negante, posse parochum potestatē assistendi matrimonio extra propriam parochiā exercere.

An saltem sub præcepto teneatur parochus id propriā parochia contrahentes copulare? Affirmat Henrig. eo quod hic sine licentiā externam iurisdictionem exerceret extra proprium territorium. Negant Sanchez cit. disp. 19. n. 18. Hurtad. Negant probabilitiū. Superst. in quirendum. cit. & alij: quod probabilius est: nam exercere iurisdictionē voluntariam, qualis est assistete matrim. secluso scandalo, nullum est peccatum, cū nulla fiat iniuria superiori loci. Idque confirmat exemplum Confessarij, qui absq; vlo peccato potest extra suum territorium absolutionis sacramentum suis subditis impēdere, sine licentiā superioris loci. Ex quo paret ad rationē Henrig. quia assistere matrim. non est exercitium iurisdictionis contentiose, fori strepitum requirēntis; sed voluntariæ, quæ nullam interrogat superiori loci iniuriam.

Quæres 1. quæ patochi licentia sufficiat, vt alienus validē possit matrimonio assistere. Respondeo Cardinalium congreg. requiri expressam, nec sufficere tacitam, quæ ex tolerantiā resultat. Idem docet Henrig. l. 1. de matr. c. 3. n. 5. Quæ resp. tutiorest. Non est tamen vt improbabili reicienda, quæ asserit, sufficere tacitam per ratihabitionem, non quidem de fururo, sed de præsenti. Constat à patitate confessionis, ad quā excipiendam sufficit tacita licentia per ratihabitionem de præsenti. Ut præced. to. docui. Quod per ratihabitionem de futuro nō sufficiat, Prob. Tridentinū, prærequirit in sacerdote parochi licentiā, quæ actū assistēdi præcedit, ratihabito autem de futuro subsequitur. 2. nequit sacramēti valorem pendere à conditione futurâ: & de hæc tacitā licentiā explicari posset congregatio Cardin.

Quæres 2. An validē assistat matt. alienus sacerdos, cui ignaro cōcessa est à parocho assistendi licētia. Resp. negatiū quia cū hæc licētia sit quædā donatio, vt valida sit, suumq; effectū operetur, requirit acceptationem, vt to. 5. disp. 18. f. 3. Contra verò semel sibi cōcessa, etiā si à concedente reuocetur validē assistet; quādū reuocationē ignorat.

S E C T I O

SECTIO VII.

Quisnam sit vagabundorum proprius
Parochus?

Quod vad vagabundos Tridentinum *sef. 24. cap. 7.* Pracipit parochis ne illorum matrimonios intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium dolata ab eo licentiam id faciendi obtinuerint. Quod præceptum cum sit de re gravi, obligat sub mortali, non est tamen irritans, sed prohibens, cuiusmodi est præceptum de proclamationibus faciendis, quorum omissione matrimonium irritat. Vagabundi ex *I. eius qui manumisit 9. Celsus ff. ad municipalem*, sunt, qui nullum certum habentes domicilium, vagantur hinc inde. Qui duplices sunt conditionis; alii nechabent, nec habere volunt certum domiciliū, sed perpetuo per orbem vagantur, cuiusmodi sunt, qui vulgo *Zingari* vocantur; alii priore domicilio relicto, tamdiu per urbes vagantur, quamdiu aliud sibi acquirant: etiam hos *citata lex comprehendit* inter vagabundos, cum etiam hi omni careant domicilio; nam prius & animo & facto deseruerunt, & aliud nondum acquisuerunt. De utrisque intellige Concilium, modò non sint in locis, per quæ transiunt, noti. Hos enim, iuxta declarationem *Cardinal.* excipit à suo decreto concilium, in quo eos tantum comprehendit, de quibus diligens fieri debet inquisitio, & res ad ordinarium deferri, ab eoque licentia obtineri: quæ omnia supponunt, contrahentes esse ignotos in loco, ubi contrahere volunt. Quare de notis seruanda est regula tradita, ut proprius eorum parochus sit, in cuius parochia habitant, dum contrahunt, modò animum habeant aliquantis per ibi morandi, & non sint pure transiuntes. Quod autem utrumque vagabundorum genus concilium comprehendar, si noti non sint, patet; nam eadem est de utrisque ratio; eademque incommoda, quibus hoc suo decreto occurtere nititur, timeri possunt: ne sc. pimâ uxore viuente, aliam querant, ubi ignoti sunt. Quæ ratio etiam probat, si vel unus ex contrahentibus ignotus sit; nam etiam de illo idem incommodum timeri potest.

49. *Ad quæstionem decisionem* putantes, proprium horum parochum, esse Pontificis Legatum, cui tantum confiteri possunt. At eadem ratio est de parocho matrimonij, ut ibidem supponit *Sanchez.*

2. Sent. Secunda affirmat, eorum parochum esse illum, in cuius parochia sunt cum contrahunt. Hæc viderunt colligi ex declaratione *Cardinal.* qui dum alienigenarum parochum assignant, aiunt esse illum, in cuius parochia habitant eo tempore, quo contrahunt, mattim. si tamen sint cogniti, & non comprehensi inter vagabundos. Quod non idcirco additur à Cardinalibus, ut alium velint his, & vagabundis, parochum assignate; sed ne de his eadem debeat inquisitio fieri, eademque licentia ab ordinario obtineri, ac de vagabundis ignotis. **2. cùm hi aliquem parochum habere debeant, à quo sacramenta petere possint, & alius cōmodior esse non possit, quām is, per cuius parochiam transeunt, dum vagantur, is censenduserit à concilio constitutus.**

3. Sent. Tertia communior docet, horum parochum esse quemcumque illius Diœcesis, per quam transiunt: ita cum multis *Sanchez n. 11. Pontius l. 5. e-*

*14. n. 5. idemque sentire videtur *Henr. I. 11. de matr.* c. 3. n. 3. dum absque limitatione docet, horum parochum esse, quemcumque. Ratio: cùm horum parochus non possit esse parochus domiciliij, quo carent; nec habitationis, quam nec ad tempus stabilem habet: nec potius unius, quam alij eius ē Diœcesis, per quam transiunt, noti sunt, nullus certus esse poterit ex tota Diœcesi, per quam vagatur. Vnde si in eodem oppido, in quo vagabundi sunt, casu multi aliorum eiusdem Diœcesis parochi sunt, coram quocunque ex illis contrahere possunt. Quid si inter illos sit aliquis alterius Diœcesis, an etiam coram illo possint? Resp. licet non posse: cùm n. ante quam ipsorum matrimonio intersit, debeat diligenter inquisitionem facere rem ad suum ordinarium deferre, ab eo licentiam obtinere; cumque hanc inquisitionem, quæ causæ cognitionem postular, facere non possint in aliena Diœcesi, non poterit eorum matrimonio licite assistere; posse tamen validè, cùm possit, etiam his omib[us], validè matrimonio assistere. Sed num etiam valeat, si parochus alterius Diœcesis absque licentiâ proprij Episcopi hæc exerceat? Resp. valere: nam esto non valeant acta, quæ ex præcepto ad matrim. prærequiruntur, valet tamen matrim. quod ut validum sit, solum requirit Parochi præsentiam: sicut valeset coram proprio parocho contractu, esto inualidæ forent denunciations extra Diœcесim factæ: quia valor matrimonij non pender ex valore eorum, quæ ex præcepto duntaxat præmittenda sunt.*

Aliud dubium
*Infertur t. etiam si in Diœcesi esset certus parochus ab Episcopo assignatus, qui debeat vago- rū matrim. assistere, adhuc eos validè posse coram aliò contrahere; ita *Sanchez n. 12. & Pontius n. 7.* Ratio: non potest Episcopus auferre potestatē, quā à concilio vagabundi habet eligendi sibi quæcunq[ue] parochū. Vnde etiam si peccaret alius parochus, qui cōtra Episcopi prohibitionē vagabundos copularet, validū tamē esset matt. sicut valet celebratū coram proprio parocho, Episcopo prohibente. Dixi, ab Episcopo assignatu: nam, vi *Sanchez.* si sit assignatus à Pontifice, non valet matt. coram alio initū: Pontifex n. habet autoritatem limitandi vagabundū potestatē. Ceterū cōtra *Sanchez.* nō puto bonam esse sequelam, si sic cōfessarius à Pontifice assignatus, eundem cōfessarii assignatū pro eorū mattim. copulandis: sicut nec bene sequitur, ipso etiā fatente, ut supra, cōfessam vnicuiq[ue] per bullā cruciatæ faciliē eligendi sibi cōfessarium, eandem concessam censerit ad eligendū parochū pro matt. assistēdo, cùm multo diversa sint, quæ ad unū, ac ad aliud ministrandum requiruntur. **2. Cur qui noti sunt ubi cōtrahunt, etiam si domicilio carent, eo quod priori relicto, nondū nouū acquisuerunt, non possint contrahere in loco, per quem transiunt, possint autem ignoti. Quia ignoti, ex declaratione *Cardinal.* cōprehenduntur inter vagabundos, quorū proprius parochus non est, qui habitatione acquiritur, sed quicunque etiam existens extra locū, ubi ipsi vagabundi morantur. Qui autē sunt noti, ex declaratione corund. inter vagabundos non comprehenduntur; & cōsequenter eorū parochus erit is, qui habitatione cōparatur: cùm igitur nō quævis habitatione, sed quæ animo habitādi, licet brevi tempore, sufficiēt sit ad propriū parochū cōparandum, nō poterit eorū parochus esse ille, per cuius parochiā transiūt. At, inquires, neq[ue] qui priori domicilio relicto, dū aliud querunt, habet animū habitādi in locis, per quæ trāscunt, & tamē sibi noti sint,***

Ref.

Coroll. 3.

Ad primum

2.

sint, validè contrahere possunt, non more vagabundorū, sed habitantium. Nego, tales in transitu contrahere posse, vbi noti sunt, ob rationem assignatam; sed debere per aliquam moram ibi manere animo habitandi, donec aliud inueniant domicilium. Quanquam oppositam sent. ut probabilem & in praxi tutam *suprà* docui.

3. Cum Sanchez & Pontio contra Henrig. etiam si quis in fraudem proprij parochi, aut more vagabundorum vagetur per diversa loca, aut proprium mutet domicilium, potest non solum validè, sed etiam licitè, suo iure utendo parochio vagabundorum, vel coram parochio noui domicilijs, habitationisve contrahere. Ad 1. secundum dæ, nego illa verba, si tamen sint cogniti, & non comprehensi inter vagabundos, à Cardinalibus nō esse addita ad distinguendum parochium vagabundorum ignotorū à parochio vagabundorum notorum: siquidem illorum parochus est quicunque illius Diœcesis, in qua vagabundi morantur; horum verò non nisi is, in cuius parochiâ sunt, dum contrahunt. *vt suprà*.

Ad 2. concedo, eos aliquem parochum habere debere; sed nego, eum esse debere, per cuius parochiam transeunt, sed vel illum, in cuius parochiâ fixi sunt domicilium, vel in cuius domicilio animo tantisper habitandi morantur.

SECTIO VIII.

An Religiosi in novo orbe possint exercere officium parochi matrimonio assistendo?

Bulla conti-
nuit pucta 4.

Mouetur hæc quæstio propter priuilegium; per specialem bullam à Pio V. concessum, ad instantiam Reginis Hispa. Philippi II. Religiosi cuiuscunque ordinis ultra Oceanum in novo Indianum orbe commorantibus, in quo propter defectum Presbyterorum, concedit eis facultatem, ut possint absque licentia Ordinarij locorum, & aliorum quorumcunque, in dictis Indianum partibus, tam eorumdem ordinum Monasterijs, quam de illorum superiorum licentiâ extra illa commorantibus, in locis sibi assignatis, vel assignandis, parochi officium exercere, matrimonia celebrando, Sacramenta ministrando, prout hactenus consueverunt (dummodo ipsi in reliquis solemnitatibus concilijs Tridentini formam obseruent). ab eorum superioribus in capitulis Provincialibus obtentâ licentiâ, quæ habentur omnia in bullâ editâ 24. Martij 1567. quæ incipit, *Exponi nobis nuperfecit*. In quo priuilegio quatuor continentur. 1. facultas assistendi matrimonio, siue in, siue extra monasteria, cum licentiâ suorum Superiorum, existant. 2. in locis dumtaxat sibi assignatis, vel assignandi. 3. ut id exercere valeant absque licentia ordinarij, aut quorumcunque aliorum. 4. obtentâ suorum Superiorum in capitulo provinciali licentiâ.

Primus dubius

Quo ad 1. dubitatur, *An Religiosus existens extra monasterium, sine sui Superiori licentiâ, validè possit matrimonio assistere, posito quod per capitulum provincialē sit iam parochus nominatus?* Ratio dub. hanc facultatem Religiosus habet à Pontifice: ergo eam exercere poterit sine licentiâ sui immediati Superioris. Verum negans pars verior est: tum quia non videtur Pontifex hoc priuilegium concedere Religiosis, qui contra voluntatem suorum superiorum extra monasteria moratur: tum quia cum hæc facultas

quoad vslm immediatè pendeat ab immediatis superioribus, ut constat ex illis verbis, *de superiorum licentia*, non præsumitur superiores huiusmodi Religiosis illam contendere. Quo ad 2. dubitatur, à quo debeant hæc loca Religiosis assignari? Respondent communiter ab Episcopo, Prorete, vel gubernatore, ad quos locorum gubernatio demandata est. Quid si ea loca iniusto bello capta, ab hoste assignentur, An talis assignatio quoad hunc effectum valeat? Resp. valere, si præsumi possit de voluntate legitimi gubernatoris; secu. si de contraria voluntate ipsius constet; sine quâ non est legitima assignatio.

Quo ad 3. dubitatur 1. An hi possint vagorum matrimonij interesse, absque ordinarij loci licentia? Affirmat Veracruz apud Sanchez lib. 3. disp. 26. num. 6. tum quia Pontifex hanc facultatem illis concedit, nullâ ab ordinario, aut alio quoconque petitâ licentia: ergo ut hæc verba aliquem nouum effectum operentur, debent hoc priuilegium includere: tum quia in cit. bullâ dicitur, *Prout hactenus consueverunt*: sed ante Trident. ex priuilegio Leonis X. & Adriani VI. tales Religiosi assistebant matrimonij vagorum in India sine licentia ordinarij: tum quia hæc facultas conceditur cum clausula derogatoria, non obstantibus quibusvis Apostolicis constitutionibus &c. Negant probabilitas Sanchez, Negant probabilitas Pontius lib. 5. cap. 15. & alij, ex illis bullæ; Dummodo ipsi in reliquis solemnitatibus dicti conciliij formam obseruent. Quibus verbis iubet Pontifex, servari omnia, quæ de matrimonio in concilio præcepta sunt, in quibus ipse per bullâ expressè non dispensat. Cōficit. *vt suprà*; numquam Pontifices per suas bullas derogant decretis cōciliorum gener. præsertim Trident. nisi de illis expressâ mentione factâ: habent enim illa ob matutam deliberationem, quâ sunt condita, hanc tacitam conditionem, ut nulla priuilegia, post ipsa concedenda, sint effectum habitura, nisi eorum expressa mentio fiat. Eandem puto rationem de proclamationibus vel abbreviandis, vel omittendis, cuius rei iudicium sancta Synodus solius ordinarij prudentiæ relinquit.

Ad 1. necesse non est, *vt cit. verba operentur* Ad argum. omnem effectum, sed sat est, *vt aliquem operentur*, sc. vt tales Religiosi possint sine Parochi, vel ordinarij licentiâ matrimonio assistere, quod priuilegium non habent reliqui Religiosi extra nouum orbem Indianum existentes.

Ad 2. nego per ea verba velle Pontificem confirmare omnia, quæ hactenus ex priuilegio Leonis X. & Adriani VI. tales Religiosi in India consueverunt; sed tantum ea, quæ non sunt specialiter de novo à Tridentino sancta, quibus absque expressâ mentione factâ, Pontifex non derogat.

Ad 3. nego, eam derogatoriā esse de concilijs generali, sed tantum de Synodalibus & Provinciali. *vt in bullâ*. Ceterum hanc licentiam solum sub præcepto, non ad valorem matrimonij tenentur Religiosi in India ab Ordinario loci petere, ut & diligentem inquisitionem facere, non secus ac Parochi nostrates, cum non plus illos obliget Pôtifex, quam cōciliū ipsum, quod *vt suprà*, hanc licentiam ab Ordinario non requirit, *vt formam & substantialem solemnitatem matrimonij*, sed *vt purum præceptum*.

Dubitatur 4. *An possint tales Religiosi per tale priuilegiū parochi constituti, licentiam cōcedere alteri sacerdoti matrimonio assistēdi?* Ratio dub. hæc

Secundum
dubiumTeritus.
dubiumNegant pro-
babilitas.

dubium

Solutio nr.

hac facultas est illis à Pontifice delegata: ergo non possunt eam subdelegare: sicut nec potest sacerdos potestatem sibi à parocho delegatam, alteri subdelegare. Dico, posse eam alteri sacerdoti concedere. Ad 1. nego, hanc potestatem Religiosos à Pontifice accipere, vt delegatam, sed vt ordinariam, quā constituuntur veri parochi, non minus quam ceteri. 2. Esto illam accipient ut delegatam, adhuc nego, eam alijs delegare non posse; nam, vt definitur cap. finali, de officio delegati. & cap. cum causa, de appellationibus, potest delegatus Principis alteri subdelegare: eō quod legatus à Principe nō solū accipit vsum, sed cum vsu ipsam potestatem: ceteri autem legati solum purum vsum accipiunt à legante; idque ex eo, quod Principis priuilegium est amplè interpretandum. Porro qui habet tantum vsum, non potest illum subdelegare, sicut qui cum vsu habet etiam potestatem; quia vsum restringitur ad solam personam cui conceditur, potestas extenditur etiam ad alios.

Dubitatur 3. an vi talis priuilegij, possint fieri parochi non sacerdotes, ac validē Indorum matrimonij assistere? Ratio pro affirm. parte est; vt seq. scilicet. parochus eo ipso, quod parochus est, etiamsi sacerdos non sit, validē potest matrimonio assistere. Sed vi huius priuilegij Religiosi in novo orbe cōstituuntur à Pontifice parochi non secūs ac reliqui: ergo si possunt illi non sacerdotes validē assistere, poterunt & hi. Ratio pro negante: in ea Bulla Pontifex facultatem assistendi matrimonio connectit cum facultate excipiendi confessiones; ergo non nisi sacerdori eam concedit. Prior sent. probabilior est, tum ob rationem assignatam: tum quia cūm priuilegium Principis debeat amplè interpretari, non est ad solos sacerdotes limitandum. Ad rationem prōnegante sent. dico, ex eo quod Pontifex cum ipsa potestate assistendi matrimonio constat potestatem excipiendi confessiones, non esse signum limitandi priuilegium assistendi matrimonio ad solos sacerdotes; sed potius illud ampliandi ad confessiones etiam excipiendas.

Qoad 4. dubitatur 1. An satis sit, si hanc licentiam assistendi matrimonij, & cetera sacramenta ministrandi hi Religiosi accipient à suis superiorib; vbi cāpitulū prouinciale non habent? Resp. negatiū: vult enim eos Pontifex eligi capitulariter, vt de eorum sufficientia magis constet. Putarem tamen, eas Religiones, quā ex priuilegio sedis Apostolice habent, & ea, quā alia Religiones per cāpitulum prouinciale, ipse per solos suos consultores definire valent, posse tales parochos eligere: quia tunc ex priuilegio superior cum suis consiliariis succedit loco cāpituli prouincialis. Sic Societas nostra ex priuilegio Pii V. habet, vt constat ex Bulla, innumerabiles frātēs, edita anno 1568. & Gregor. XIII. anno 1576. quā incipit. Apostolice sedis, ex Constitut. p. 9. cap. 3. §. 5. & ex decreto 77. & 100. prima congr. generalis, cuius authoritate formatum est à publico Apostolice Cameræ Notario authenticum instrumentum, cuius mentionem facit in sua Bulla Pius V. & habetur cit. can. 100. ut non teneatur capitulo, vt ceteri Religiosi Ordines, contra eūs celebrare, sed tota potestas eos celebrandi sit penes Pr̄positum Generis, sicut & cetera negotia peragenda: quam facultatem is Pr̄positus communicare potest Pr̄positis localibus, Rectoribus, Pr̄vincialibus, Visitatoribus, seu

Commissariis, vt in ead. Bulla Gregorij XIII. & cit. Constitut. §. 7. haberur. Eā tamen condicione, vt ante quam Pr̄positus Generis habitā in informatione, suum consensum non pr̄buerit celebratus contractus robur non obtineat. Idque tantum in Europæ prouincijs: nam in India, & alijs extra Europam Regionibus, potest contractus confirmatio iphis Provincialibus, & Vice-prouincialibus, & Visitatoribus commixti, vt in ead. Bulla dicitur. Et quidem de Provincialibus declarauit Congregatio 8. can. 27. hanc facultatem eos habere vi sua regulæ: eaquā validē vti posse, quamvis non debeant, nisi in urgente necessitate, etiam superiore locali contradicente, aut etiam inconsulto. In quo casu monendus erit Generalis, ob quas causas id fecerint.

Dubitatur 2. An huiusmodi licentiam concedere debeat capitulum illius Prouinciæ, cui sub. aliud. sunt, qui in parochos eligendi sunt, an eligi etiam possint & licentiam obtinete à capitulo alterius Prouinciæ, cui non subsunt? Resp. non posse, nisi à capitulo propriæ Prouinciæ, ita Pontius. Ratio; Pontifex requirit, vt licentiam accipient à suis superioribus in capitulo Provinciali: capitulum autem alterius Prouinciæ, non est superior Religiosorum, qui non sunt de illius Prouinciâ, non est tamen necesse, vt Pontius, tales Religiosos personaliter capitulo presentati, ac nominatim designari; sed sat esse, si capitulum generalem facultatem concedat, quos Prouincialis ipse, vel Superior nominauerit.

Infortuit 1. quoad reliqua omnia seruandum esse Trident. sc. vt fiat, publica decreti promulgatio in unaquaque parochia, in qua nondum fuit publicè promulgatum, & obligare incipiat post 30. dies: ante quod tempus non solū qui sunt de illa parochia, sed etiam de alijs, etiamsi in ijs Trident. cōperit obligare, non tenentur decretum seruare. 1. Ut fiant tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter missarum solemnia trina denunciatio, & cetera, quā à Cōcilio prescribuntur, & quā in talibus partibus seruari possunt. 2. Antequam huinsmodi Religiosis certa assignentur, nullius matrimonio posse validē assistere (cūm ante talem assignationem, nullius contrahēris sint proprij parochi) postquam Concilium obligare cōperit: quia cūm ex solo decreto Trident. ad valorem matrimonij requiratur, vt assistens sit proprius parochus contrahentium, & ante Trid. quicunque etiam non parochus assistere potuerit, antequam illud obligare incipiat, validē quicunq; Religiosus matrimonio assistere poterit.

3. Religiosus habens curam parochialē vnius loci, faciens iter per alium locum, cuius parochialē curam non habet, non potest matrimonio coniungere incolas illius loci. si talis locus sit sub cura alterius Religiosi, non solū diuersæ, sed etiam eiusdem Religionis, etiamsi proprius parochus absit, nisi ita absit, vt vel haberi non possit, vel non sit tutus accessus ad illum: tali enim casu potest assistere, vt vlt. scilicet. an avtem tales incolæ eo euentu teneantur coram tali parocho contrahēre patebit ex ead. scilicet.

At, vt refert Pontius cit. lib. §. cap. I. Zenedo censet, hoc priuilegium à Pio V. concessum Religiosis in India commorantibus, revocatū esse à Gregorio XIII. pet. Bullam editam an. 1573. quā incipit, In tantarerum, in qua omnia priuilegia & indulta per tres cōstitutiones Religiosis concessa, reducit ad terminos iuris communis, &

62.
Dubium63.
Coroll. 1.

Coroll. 2.

64.
DifficultasPriuilegium
Societatis Iesu
prouocatur.

A qua facile se expedire Pontius. Conc. Trid. Pontius negat hanc Bullā Greg. quā huiusmodi Pij V. proprios motus revocat, esse acceptatam. Sed quidquid sit, an ea sit acceptata saltem quoad aliqua; teneo, facultatem matrimonio assistendi à Pio V. Religiosis in India commorantibus concessam, non esse à Gregorio XIII. revocatam.

At melius, & ratio prima. Nam 1. nulla de ea fit ea Bulla mentio, cùm tamen expressa mentio sit de singulis alijs priuilegijs & indultis Religiosis concessis. Confirm. sicut causa, ob quam fuit hoc priuilegium Religiosis in India existentibus concessum, est specialis, quæ non est in concessione aliorum priuilegiorum, quæ in nostris partibus cōceduntur, nempe defectus parochorum, debuit specialis mentio fieri, cùm hæc causa non reperiatur in alijs. 2. Contra eam non militat causa, propter quas motus fuit Gregorius XIII. ad revocanda reliqua priuilegia à Pio V. Religiosis concessa. Vna est, *multa magna dissensiones, altercationes & lites, propter huiusmodi concessa privilegia inter locorum Ordinarios, & fratrum ipsorum Ordines:* Altera, quod multa per quasdam suas litteras prædictis fratribus Pius V. non modò statuerit, sed & quia iam in Concilio Tridentino decreta fuerant, ad hac pertinentia declarauerit. Non militat prima, cùm nulla possit esse dissensionis & alterationis causa inter locorum Ordinarios, & tales Religiosos, quoad matrimonium in ijs partibus ministrandum, cùm in modo & formâ illud celebrandi eos Pontifex subiijciat locorum Ordinarijs, non secūs ac nosstrates parochos, ut suprad. solum enim illos creat parochos autoritate Pontificiæ quæ creati in reliquis omnibus ad matrim. spe & antibus, subiiciuntur Ordinarijs. Nec secunda, nam tantum abest, ut per eam Bullam aliquid talibus Religiosis Pontifex concedat, quod sit contra Trid. ut potius eos expresse moneat, in reliquis solemnitatibus seruandam esse Tridentini formam.

Tertia.

3. Etiam si concedam in tali Bulla Gregorij XIII. comprehendendi Religiosos in India commorantes, ad sumimum dicendum fore, eos tantum comprehendendi quoad reliqua induita & priuilegia; non autem quoad hoc assistendi matrimonio, cùm in hoc perfectè subiiciantur Ordinario in omnibus, in quibus reliquos parochos Ordinario loci Tridentinum subiicit. Quod autem tales Religiosi constituantur parochi ab ipso summo Pontifice, non est illa causa dissensionis inter parochos & ordinarium, quia summus Pontifex in hac promotione virtutur iure suo quod habet ut supremus Pastor animarum, independenter ab Episcopis & locorum Ordinarijs.

S E C T I O I X.

Qualis parochus ad assistendum matrimonio requiratur?

*P*arochus est, qui parochiale beneficium habet cum cura animarum. Nec sit propriè parochus sola possessione beneficij, nisi simul curam animarum accipiat. Nomine parochi, quoad effectum assistendi matrimonio, intelligitur etiam perpetuus parochi vicarius, vel ipsius in administrandis sacramentis coadiutor; ut Cardinales ex mente Concilij docent, verbo, *vbi parochus.*

*Dubium 1.
Negat.
Prob. 1.*

Dubitatur. An possit parochus non sacerdos matrimonio validè assistere? Negant Sylvius in addit. ad 3. part. S. Tho. quest. 45. art. 5. quest. 7. Egidius. in quest. moral. 10. tract. 10. nn. 303. &

-40-

*alijs apud Sanchez lib. 3. disp. 10. Prob. 1. Concilium dicit, qui aliter, quam praesente parocho, vel alio sacerdote, &c. Porro dictio alius præcedentem personam refert eadem qualitate affectam. Confirm. quando alternativa est dubia, vna pars declaratur per alteram: ergo prior pars dubia parochus, declaratur per 2. Sacerdos 2. dicit, inha- rendo vestigis Conc. Later. sed qui iuxta Conc. Later. debebat matrimonio assistere, vocatur presbyter ex cap. cum inhibito, de clandest. despons. vt idem à Trident. appellatur parochus: ergo parochus hic est idem ac presbyter. 3. Benedictionem, quam coniuges debent à parochio accepere, Concilium appellat sacerdotalē. 4. Idem est Concilio proprius parochus, ac proprius sacerdos, cap. omnis utriusque sexus, qui debet confessionem excipere. Confit. olim semper sole- bant matrimonio assistente sacerdotes: sed hanc legem Concilium non abrogat, sed confirmat, eique inhæret. Affirmant, & probabilius Henr. rig. l. 11. de matrim. c. 3. n. 5. Sanchez, & alijs quos re fert Barbosa in collectaneis in Concil. Trid. sess. 24. c. 1. n. 88. Fundam. cùm matrimonio assistere, non sit actus ordinis, sed testis, & ad summum iurisdictionis; cumque quoad reliqua munia, potestatem Ordinis non requirentia, à parochio non sacerdote valida in iure admittantur, nulla est ratio, cur hic actus sit excipiendus. Confirm. 1. in omni nouo iure, quantum fieri potest, vitanda est correctio antiqui: at hoc est nouum ius à Trident. inductum, vt ad valorem matrimonij requiratur proprius parochus: igitur non debet per hoc antiquum corrigi, in quo omnes actus, ab ordine independentes, validè à parochio non sacerdote exercabantur. 2. Satisfit fini Concilij, etiam si parochus non sacerdos matrimonio assistat: ipsius n. finis est, vt per dignum testem de validitate matrimonij Ecclesiaz constet: ad quod sufficit parochus non sacerdos: nam si sufficit ad reliquos iurisdictionis actus, cur non ad hunc? Ceterum in delegato Concilium sacerdotium requirat, ea est ratio: quia cùm de dignitate & autoritate delegati non possit Ecclesiaz constare, saltem in eo sacerdotium requirit. Demum id confirmat S. Cardin. congregatio affirmans, valere matrimonium coram parochio etiam non sacerdote, ut habetur in verbo, *vbi parochus.* Hinc infero cum Henr. sat esse, si parochus tantum sit tonsuratus. Disputant hic, an saltem grauite peccet parochus non sacerdos matrimonio assi stendo? affirmant Pet. Ledes. & alijs apud Sanchez anexa. siue quia, ut Ledes. arbitratur, non potest com mode parochus non sacerdos illis verbis: *Ego vos coniunge, coniunges benedicere:* siue quia, ut reliqui centent, cùm hoc sit dubium ad minimum, matrimonium exponeret periculo nullitatis. Negat vero cum alijs Sanchez, quod longè solvit. probabilius est. Nec prior ratio conuincit: cùm nulla sit indecentia, ea verba à parochio non sacerdore profiri, quippe quæ sacramentalia non sunt, ijque omisis validum fiat matrimonium, tam in ratione contractus, quam in ratione sacramenti. Nec posterior: nam licet sacramenta ministrare in materia, vel formâ probabili, relata certa, sit graue peccatum, ut so. 7. quia materia & forma sacramentorum pendet ex Christi institutione, quarum defectum nequit. Ecclesia suâ autoritatate supplere: quæ autem pendent ex institutione Ecclesiaz, ut sunt quæ à Trident. circa matrim. præscripta sunt, possunt ab Ecclesia suppleri, & de facto suppletur, quando cum*

66.
Questio.

cum aliquo errore probabiliter ignorato exercitentur, ut infra.

67. Ad 1. nego relativum *alius semper referre precedentem terminum eadem qualitate affectum*, ut *Glossa in cap. deinde verb. cum certis dist. 26. & permulti apud Sanchez*. Ad confirmationem, antecedens est verum, quando non obstant rationes in oppositum. Ad reliquias obiect. vnicare t.c. est; cùm parochus sit ordinari sacerdos, aut bteui futurus, merid à Concilijs nuncupatur sacerdo. Ex hoc patet ad vlt. confirm. ex sola congruitate, non necessitate, olim sacerdotes matrimonio assistebant. Infertur 1. non modò iuxta nostram sent. posse parochum non sacerdotem dare licentiam sacerdoti, etiam regulari, matrimonio assistendi; sed etiam iuxta alià sent. Nam vel hic non est actus iurisdictionis, ut infra; vel si est, potest alteri concedere, etiam si ipse exercere nequeat. Sicut potest Episcopus non sacerdos concedere alteri Episcopo sacerdoti licentiam conferendi Ordines, etiam si ipse non possit. 2. In neutra sent. potest parochus licentiam concedere diacono, ut matrimonio validè assistat: quia Concilium in delegato requirit sacerdotium, & verba semper debent in sua proprietate intelligi, vbi euidens ratio in contrarium non vrget. 3. Non modò parochus proprium, sed etiam parochi vicarius, & ab Episcopo constitutus, ab ipso amouibilis, potest licentiam alteri sacerdoti matrimonio assistendi concedere. Ratio; hic non ut delegatus, sed ex officio matrimonio assistit: ergo poterit illam alteri delegare: nam id est potest proprius parochus, quia illam non ut delegatus, sed ex officio habet.

68. An validè possit parochus excommunicatus non toleratus matrimonio assistere? Dixi, non toleratus; vti sunt nominatum excommunicati & notorij clericorum percussores: nam Concil. Constant. delarat, eorum tantum acta, esse inualida, cùm tamen ante omnia excommunicatorum gesta essent inualida.

Negat *Aquila apud Pont. lib. 5. cap. 17. nu. 8.* è quod omnes actus; quos ut publica persona talis excommunicatus exercet, sint inualidi, ut decernit *Innocent. IV. cap. pia de pauperib. in 6. & Glossa in cap. decernimus de sent. excomm. in 6. & Nauarr. in sum. cap. 27. nu. 36. fine, & communiter*; sed assistere matrimonio, est actus; quem parochus exercet, ut publica Ecclesia persona. Confirm. contractus, ad quorum validitatem praesentia tabellionis requiritur, irriti sunt, celebrati à tabellione excommunicato, ex cit. *Gloss. ergo & matrimonium, ad cuius valorem ex Tridentini decreto requiritur parochi* **Affirmans.** praesentia. Affirmant *Henriquez lib. 11. de matrimon. cap. 3. num. 5. Sanchez lib. 3. disp. 21. Koninck disp. 27. num. 24. Pont. lib. 5. cap. 17. nu. 6. Hurtadus disp. 5. de matrimon. diffic. 8. Barbosa in collect. in Trid. sess. 24: cap. 1. num. 92. & alij apud ipsum*. Quod longè probabilius est. Fundam. actus assistendi matrimonio, non est iurisdictionis, sed testis qualificati ab Ecclesia constituti. Patet: nam actus iurisdictionis ab initio extortus, est nullus, cùm tamen praesentia à parochio initio extorta, ad valorem matrimonij sufficiat. ex communis sent. & quādam Cardin. declara. in cap. 1. de reformat. matrimon. verb. *Vbi parochus, qui censent, valere matrimon. contractū coram parroco notorio fornicatore, non tamen adhuc in iudicio condemnato & confessus*. Quibus verbis insu-

natur, quoque parochus non spoliatur dignitate parochiali, validè assistere posse. Ad 1. Resp. esse actum publicum, non iurisdictionis, neque ut parochi formaliter, sed testis ab Ecclesia constituti. Instabis: at nec testimonium excommunicati in iure admittitur, ut *Glossa cit. sed esto, non admittatur in ordine ad publicum iudicium*, sicut nec admittitur testimonium infamis, serui, foeminæ, quorum tamen admittitur in ordine ad matrim. ut infra. Ratio; cùm hoc ius sit nouum à Trident. inductum, nullumque extet, horum testimonia in ordine ad matrimonium irritans, non est, cur ea irritari à nobis debeat. Ex quo etiam pater ad 2. esto id verum sit de tabellione, falsum est de parocho, cùm de hoc nullū extet decretum. Quamquam quam nec de tabellione id admittit *Suarez de excommunicatis. disp. 16. sett. 5.* cuius acta valida censet in foro conscientiz, & solū inualida censeri ex consuetudine in foro tantum externo, propter Canonistarum sententiam.

69. An validè possit parochus excommunicatus licentiam matrimonij assistendi alteri concedere? Negant *Petrus Ledesma apud Sanchez disp. cit. num. 6. Koninck disp. 7 nu. 25. Layman cap. 4. nu. 5. Nauarro tribuit cit. Sanchez, & probabilem censet*. Nam alteri licentiam concedere matrimonio assistēdi, est actus iurisdictionis, qui per publicam excomm. irritatur, ex can. nullus 3. quæst. 4. vbi Stephanus Papa vniuersaliter air, non else fidem adhibendam excommunicatis. Confirm. licentia ministrandi reliqua sacram. ab excommunicato concessa, est inualida; ergo & licentia assistendi matrimonio.

Affirmant reliqui cit. pro 2. dub. quod proba. **Affirmans.** bilius est: ex opposito fundam. quod huiusmodi licentiam concedere, non sit actus iurisdictionis, sed facultatis substituendi testem ab Ecclesia parocho concessa, quæ tamdiu in parocho perseverat; quamdiu parochiali officio non spoliatur. Ex quo patet ad fundam. oppositæ. Ad confirm. neg. conseq. nam ad reliqua sacram. validè administranda requiritur legitimus iurisdictionis actus, qui per excomm. impeditur, ne delegato communicetur.

Infertur 1. non solū excommunicatum, sed etiam suspensum, & irregularē, dummodo parochiali beneficio non sit priuatus, imo *Sayrus & Bonac. apud Barbos. nu. 93.* putant, posse parochum degradatum alteri licentiam assistendi concedere. Quod ego falsum puto, quia degradatus degradatione ipsa spoliatur officio parocho. Quætes. An mortuo parocho, exspirat licentia sacerdoti concessa? Exspirare censuit *Rosa*, referente *Barbos. nu. 116.* licet negent alij. Quid si matrim. contrahatur coram sacerdote licentiam habente à proprio parocho vnius ex contrahentibus, ignorante tamen se illam habere? Aliqui putant, tale matrim. fore inualidum. Alij distinguunt, si à parocho missa sit licentia per nuntium, matrim. valere, esto nondū notitia ad sacerdotem perueherit. Si vero parochus illam concedat motu proprio, vel ad instantiam alterius, non valere, cùm nullum priuilegium effetur & sum sortiatur ante ipsius notitiae. Ratio, ut to. 5. d. 9. f. 6. Priuilegium est quædam donatio, quæ ante acceptationē suum robur nō obtinet.

2. Parochus excomm. assistendo matrimonio, irregularitatem non incurrit: ita *Pontius*, quia nullum exercet actum Ordinis, sed solius testis.

3. Validè assistit, etiam si administratione sacra-

cram. interdictus; ita Sanchez: quia adhuc manet cum dignitate parochiali. 4. Sacerdos ex-com. à parocho substitutus, validè potest matrimonio assistere: cum eadem sit substituti, & substituentis ratio, & hæc assistentia non sit actus iurisdictionis, sed testis; excommunicatus vero non est incapax actus testificationis. 5. Peccat parochus excommun. si absq; necessitate matrimonio assistat, quia per eum actum communicat cum alijs: excusat tamen à peccato necessitas, vel magna utilitas. Vnde tali casu consultius forer, vt suam autoritatem communicaret alteri sacerdoti non excommun. 6. Contrahentes excommunicati validè matrim. contrahunt: ita contra Martin. de Magist. cum reliquis, Sanchez l. 7. disp. 9. ex c. significasti, de eo qui duxit in matrim. inndl. Glofss. Ratio: licet ipsi contrahentes sint, qui sibi hoc sacram. ministrant, ut supra, hoc tamen nullam prærequisit in ministro iurisdictionem, sed habilitatem tantum ad contrahendum.

7. Potest parochus licentiam assistendi matrimonio concedere sacerdoti, etiam ab Ordinario non approbato, quia banc approbationem Concilij Trid. sciss. 23. c. 15. solùm requirit ad confessiones audiendas.

4. An matrim. celebratum coram parocho, sit validum & potest quis communī errore putari parochus 1. absque ullo titulo, saltem præsumpto à legitimo superiori collato, sed per meram sui intrusionem. 2. Cum titulo præsumpto quidem, sed inualido, vel quia à principio subiectū fuit propter occultum impedimentum incapax; vel quia ob simile impedim. eo priuatus est. 3. cum falso titulo à non legitimo superiori collato.

71.
Dubium 4.
Duplex er-
ror commu-
nis.

Quid si
nullo istu-
lo præsum-
possi pa-
rochus?

Dico 1. matrimonium celebratum coram parocho, nullo præsumpto titulo à legitimo superiori collato, sed per meram intrusionem, ex iudicato tali, esse nullum: est certa sententia quia nemo potest matrimonio validè assistere, nisi legitimam habeat assistendi potestatem: sed talis à nullo habet assistendi facultatem; non ab aliquo superiori immediato; nec ab Ecclesia in huiusmodi casu supplete defecatum parochi, quia Ecclesia nō supplet, nisi quando cum communī errore concurrat præsumptus titulus, ut mox; nec à populo, quia populus non potest dare potestatem assistendi matrimonio, cùm hoc spectet ad Prælatos Ecclesiasticos.

Dico 2. matrim. celebratum coram parocho tantum putato, non habente coloratum titulum à legitimo superiori, est inualidum: est communis sent. leg. Sanchez l. 3. d. 2. 2. q. 2. Ratio: nec talis potestatē habet assistenti, cùm Ecclesia non supplet defectum parochi, nisi concurrente titulo à legitimo superiori collato, ex leg. Barbarius ff. de offic. Prætor. in qua narratur casus de quodā seruo, qui communī errore putatus liber, assumpsit fuit in officium Prætoris; multaque in eo officio gesit, quæ ad publicam spectabant utilitatem. Dubitatum fuit, num ea, quæ hic communī errore Prætor putatus, geserat, valida fuerint. Respondet Pomponius jurisc. Propter utilitatem eorum, qui apud eum egerunt, lege. vel quo alio iure, valere, quamdiu latuit, illum dignitate prætoriæ, functionem fuisse: quia potuit populus Rom. seruo decernere banc potestatem. Duo requirit cit. lex, ut talia gesta robur haberint: 1. communē errorem (hoc enim indicat tò quamdiu latuit, non vnum vel alterum, sed totam communitem) 2. Præsumptū titulum prætus, acceptum

ab eo, qui illum, etiam seruo, liberum efficiendo, conferre poterat. Ergo alterutro deficiente, non fuissent huiusmodi acta valida. Iuri ciuili cōsentit Canon. can. infamis 3. q. 7. Ratio: aut qui coloratū titulū contulit, nō potuit nec ipse, nec alias, cuius iurisdictioni subest, illum conferre, vt si parochum constituit sacerdatis magistratus, nec ipse hanc potestatem habet, nec sacerdatis Princeps, cui magistratus subest; proinde tali casu non potest iurisdictionis defectus suppleri, quo non suppleto inualida sunt omnia. Aut si non potest, qui immediatè contulit, saltem potest is, cui subiicitur ipse conferens immediatè: vt si non potest Episcopus, potest Pontifex validare gesta, suppledio defecatum eius, qui potestatem non habebat coloratū titulum conferendi: hoc tamen non expedit, nisi quando is, qui coloratum titulum contulit, communī errore putabatur talē potestatem habere; vt si quis substituatur parochus ab Episcopo, qui propter occultum impedimentum, non posset: tali n. casu censeretur Pontifex robur dare omnibus actis à tali parocho gestis. Ratio: potissimum finis validandi huiusmodi acta, est, ne publicum bonum lēdatur, quando propter communem errorē multi damnum paterentur. At quando sciri facile potest, potestatem non habere, qui titulum contulit, facile poterunt huiusmodi damna vitari.

Infertur 1. non valere gesta ex præsumpto titulo collato à superiori sacerdali contra ius Eccles. quia princeps sacerdatis nullam habet autoritatem in ius Eccles. proinde nequit defecatum contra illud suppleri. 2. Non valere gesta ex præsumpto titulo collato à superiori Eccles. contra ius diuinum, aut naturale, ob eandem rationē, quia superior Eccles. non habet autoritatem in ius diuinum aut naturale. Hinc sequitur, irritas esse cōfessiones exceptas à diacono probabiliter putato sacerdote; præbyteratū collatum à simpli- ci sacerdote, Episcopo communiter existimato; contra illud celebratos ab amente, communiter putato sanz mentis. Tertiō, non valere matrim. contractum coram parocho substituto ab Archiepiscopo iurisdictionem nō habente in subditos suffraganei; valere autem, coram parocho substituto à suo Episcopo, propter occultum impedimentum Episcopali dignitate priuato. Ratio: prior error facile corrigi potest, non posterior: portò superiores illum tantum defecatum supplet, qui propter communem errorē corrigitur.

Dico 3. valet matrim. celebratum coram parocho cum præsumpto titulo à legitimo superiori collato, communī errore concurrente. Requisita tria ut valere possit: 1. Titulus parochi ut sit, nimirum cit. lege Barbarius. Nam hic concurrit omnia, quæ lex requirit, ut gesta à non legitimis ministro peracta, sint valida. Primum sc. communis error; præsumptus titulus; tituli collatio à legitimo, vel saltem à legitimo superiori putato facta. Vnde siue talis parochus fuerit à principio incapax parochialis dignitatis, propter occultam simoniam, aut defectum natalium, vel propter quodcumque aliud humani iuris occultum impedimentum; siue ea priuatus sit potest, propter occultum impedimentum superueniens, modò communiter ignoretur, valet matrim. coram eo contractum. Infertur, valere matrim. coram parocho, quamdiu possessione suz parochie non spoliatur, quia semper manet cum authoritate sufficiente ad assistendum. 2. Validum esse matrim.

Ratio

73. Croll. tria.

72.
Quid si
nec colora-
to à legiti-
mo super-
iore.

Fundamen-
tum verita-
tis.

matri. corā sacerdore, de parochi licetia assistēte, esto ea sit occulte re locata, vel facte concessa. Dico 4. Non solum in foro externo, sed etiam interno conscientiae valere, quæ cum præsumpto titulo à legitimo superiore collato, ex communī errore contra ius humanum geruntur. Fundam. cum Ecclesia potestatem habeat, ea non solum in foro externo, sed etiam interno validandi; eademque sint in utroque foro incommoda, omnino censenda est, ea in utroque foro validare. Leg. Sanch. lib. 3. disp. 22. q. 1.

71.
Valida con-
fess. &c.

Ex his infertur 1. valida est confessio excepta à sacerdote, communī errore existimato ab Ordinario approbato, vel iurisdictionē non habente.

2. Validā votoru commutatio, dispensatio à casibus & censuris, priuilegiorū, indulgentiarum, & indultorū participatio, quādo iuxta probabile sent. talis commutatio, dispensatio, participatio, censemur iuxta mentem concedentis, & aliunde mens ipsa cōcedentis latet: in his. n. casibus censemur Pontifex ea valida efficer, ne publica animarū salus, quæ in rebus ad conscientiā spe & cōscientiā regulatur ex probabili sent. detrimen- tum patiatur. 3. Quando vel in electione, vel célébratione contractus, non est seruata forma à Principe præscripta, an valida sit electio, vel cōtractus, cōmuni errore, quod ea seruata sit, con- currente? Resp. Sanch. non valere, quia erratur in radice. Sed distinguo: vel nulla est inter DD. de tali forma dissensio, sed omnes, aut plerique illā censem ex mēte Principis necessariā: & tunc vera est Sanchez responsio: quia tali casu non concurrit cōmuni error de contraria voluntate præsumpta principis. Vel dissensio est, probabili ratione affirmant alij, negant alij: & tunc dico, quod in preced. coroll. ex gr. omnes cōueniunt, proprij parochi præsentia, cum duobus saltē testibus, esse formam ad valorem matrimonij ne- cessariā; proinde quoad hoc mentem Concilij no- latere. Discrepant, an parochus debeat esse sacer- dos: an possit in aliena parochia copulare: an da- bilis sit casus, ad quem forma à Trid. præscripta non extendatur, vt valeat matrimon. contractū in loco, ubi Trid. est receptum, sine parochi præsen- tia. Et quoad hāc dico, quod suprà, quādo de ea- dem re diuersæ sunt probabiles sent. 4. Validus est cōtractus, validaq; electio, in qua verbum aliquod substantiale ex communī errore omnissimum est: modò illa à legitimo ministro prolatā sit (nā etiam hīc cum præsumpto titulo prolatæ formæ à legitimo ministro, interuenit cōmuni error) si ab alio pronunciaretur, deesset legitima autho- ritas ptoferētis, nisi proferens ex cōmuni errore haberetur p̄r̄ competente ministro. Hāc tamen regula nō valet in forma sacram. quorum verba non pendent ab Ecclesia, sed à Christi institutio- ne, in quam Ecclesia non habet autoritatem. Ratio; nobis non constat; Deum suppletutū de- fectum, ex communī sapientum errore concep- tum, vti constat, Ecclesiam suppleturā defectum eorum, quæ ab ipsius potestate pendent: nec Ec- clesia habet autoritatē supplendi defectum in

Exemplum
in forma
matrimonij
à Trident
prescriptā.

76. Quid si er. sit electio Pontificis, si vel eretur in forma eli- re. ur in for- gendi, vel in persona eligibili? Quoad 1. quan- ma eligendi do forma error à legitimis electoribus prolatā accedit ex communī errore, valida est electio, cūm forma eligendi Pontificem non sit à Deo, sed ab Ecclesia, quæ potest, & de facto in casu tanti momenti censemur talem electionem vali- dam efficer: quamquam ipsi electores, qui à Deo potestate habent eligendi sibi pastore, po-

testatem simul habent huiusmodi defectus sup- plendi. Quoad 2. quando inhabilitas personæ ^{Quid si in} est de iure diuino, vt si in Pontificem eligeretur ^{personæ?} foemina, communī errore putatus vir, aut non baptizatus, qui iure diuino sunt prælaturæ Ec- cles. incapaces, omnia eius acta, non solum per- tinentia ad fidem, sed etiam ad Eccles. iurisdi- ctionem, essent irrita: nam fundamēto non sub- sistere cetera corruerent: at nequit Ecclesia dis- pensare in fundamento. Idem dicendum de er- ore contra ius naturæ, vt si eligatur amens, cōmuni errore putatus sapiens. Quamuis Deus nunquam sit permitturus, vt ad Pontificatū eli- gatur naturali aut diuino iure incapax, qui com- muni errore putetur capax, vt 10. 4. d. 6. sell. 5. fine.

Ex his constat, non bene Sanch. nn. 28. ex com- muni errore electionem illam in invalidare, quasi eo stante, non possit à Christo potestatem defi- niendi cōtrouerteris fidei accipere, sed solam po- testatem ab Ecclesia in ordine ad ea, ad quæ Ecclesia potestatem habet. Non n. minus Pontifi- cis, aut cuiuscunq; alterius Prælati elec̄tio pen- det à legitima potestate eligentis, quām à legiti- ma forma electionis: at defectus eligētis, concur- rente communī errore, suppletur ab Ecclesia: ergo & defectus formæ electionis. Nam & eadem incommoda contra publicum bonum nata sunt sequi ex defectu vtriusque, & vtriusq; defectus supplebilis est ab Ecclesia: igitur non est maior ratio cur dicatur suppléri unus, quām aliis.

2. In sent. Sanch. ex n. 19. nō solum quādo dele- gatio est inutilia ex occulto impedito perso- næ, siue concedentis, siue acceptantis; sed etiam ex occulto errore & vicio rescripti, seu commis- sionis, valida sunt ipsius gesta. At non minus rescriptum, quām electio certam requirit for- marum verborum: igitur si vna est valida non ob- stante occulto vicio & errore, erit & altera.

Dic̄s: sequitur etiam validum esse matrimon. ^{77.} Expediens ^{fuit banc} contractū in aliquo gradu, humano iure prohibi- bito, si ex communī errore cōtrahentes censem- tur habiles: quin vlt̄riū sequitur, etiam si ipsi ^{verificari in} cōtrahētibus id constaret, modò non cōstaret ^{g adibus} ^{humano iu-} alijs cōmuniter, non teneri dispensationē pte- re. Resp. neg. sequel. quia cūm hāc revalidatio ^{re prohibi- tio in} actuum contra ius humanū gestorum ab eo, qui ex communī errore putabatur legitimus actor, pendeat à voluntate Principis; cumq; de ma- trimonio in gradibus humano iure prohibitis contracto, oppōsitum nobis cohēt, meritò de eo assignata regula non verificatur, quæ tamen verificatur de reliquis, de quibus nobis constat. Et expediens id fuit, tum ne daretur occasio hu- iusmodi matrimonia frequenter cōtrahendi, si n. sciretur, talia matrimon. ex communī errore pu- tata non cōtineri inter gradus ab Ecclesia prohibitos, multi naturali affectu ducti talia cō- traherent, nullā diligētiā. Tum quia potuit Ecclesia via faciliō, vti de facto fecit, incom- modis occurtere, quæ ex huiusmodi matrimonij natūra sunt sequi, vt est prolis illegitimatio, cui facile occurritur, per Apost. sedis dispensa- tionem; ubi primum scitum fuerit, matrimon. fu-isse in gradu prohibito contractū. Incommodis autem quæ ex ceteris gestis nascuntur, vix potest alia viā occurri, nisi Princeps suā authoritate ^{De hac d. f.} ^{f. ins. f.} suppleat defectū, ex cōmuni errore commissum.

Infertur 6. cur Græci validē consecrent cor- pus & sanguinem Christi Dom. omisso in forma consecrationis verbo est: quia hoc etiam si o- mittatur, ex communī v̄su & consuetudine apud eos subintelligitur, cūm nonnisi eleganter car- sā omit-

sà omittatur: apud Latinos verbò, quia talis usus & consuetudo non est, consecratio non valere, eo omisso. Dixi, communiter: quia non sat est, vt quis illud priuatâ authoritate omisum sub-intelligat: èd quòd Christus non instituit formas sacram. per verba priuatâ, sed publicâ authoritate significantia. Dices, ergo pari modo si apud alias nationes ceteris haberetur pro vino, vel lac pro oleo, valeret consecratio in cerevisia, & extrema Vnde in la&e. Resp. neg. conseq. Hoc enim interest inter materias, & formas sacram. quod materiæ, quia sunt naturales, immutabiles sunt: Voces autem, cùm suam significationem habeant ex hominu placito & institutione, possunt ex eodem hominu placito mutari.

Dico s. non solum matrim. contractū coram eo qui ex communi errore putatur parochus, sed etiam contractum coram diacono de licentia parochi, ex communi errore putato sacerdote, est validū. Quia non solum gesta per ministrum ordinarium, sed etiam per delegatum, concurrente communi errore, sunt valida. Anteced. rectè probat cum multis Sanchez n. 16. ex utroque iure leg. si arbiter 2. Cod. de sent. & interlocut. in qua deciditur casus, si arbiter datus à Magistris qui, teste Glossâ, est index delegatus, cum sententiam dixit, in libertate morabatur, quamvis potestā in seruitutem depulsus sit (hoc est, vt Glossa explicat inuenitus sit) sententia tamen ab eo dicta habet rei indicata authoritatem. Clarius cap. infra miss 3. q. 7. Verum tamen si seruus, dum putaretur liber, ex delegatione sententiam dixit, quamvis potestā in seruitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta, rei indicata firmitatem tenet. Ratio: eadem est, necessitas occurrenti in commodis contra communem vilitatem urgentibus, siquidem eadem ex uno, ac ex alio ministro nasci possunt.

Ex his cum Sanchez infero 1. siue. delegatio sit valida ex occulto impedimento personæ, siue ex occulto vitio rescripti seu commissionis, valida erunt eius gesta, quamvis iu' vitium communiter later. 2. Etiam si vitium sit notum contrahenti, modò communiter, occultum sit reliquis, matrim. valet, vt si contrahentes sciant, delegatum, qui communiter habetur sacerdos, non esse sacerdotem, sed diaconu, posset coram illo validè contrahere. Ratio; Ecclesia in huiusmodi defectibus, ex communi errore commissis suppletis, non habet rationem unius, vel alterius, qui illud priuatim nouit, sed totius communitatis. 3. Etiam si alibi notum sit, talem non esse sacerdotem, modò communiter lateat, vbi assistit, valet matrim. si tamen ex loco, vbi notus est, non possit facilè innoscere: quia tunc perinde esset, ac si non toti communitati id foret occultum; quia eo casu nō censetur diuersa cōmunitas vbi latet, & vbi notus est. 4. Idem dico, si sacerdos excommunicatus nō toleratus sit alibi, communiter notus, modò communiter lateat vbi iurisdictionem delegat, valere confessiones à tali sacerdote ab excommunicato delegato exceptas, in loco vbi excommunicatus latet. Quid si sacerdos delegatus, qui facultatē accipit in loco, vbi delegantis excommunicatio lateat, confessiones excipiatur in loco, vbi delegatis excommunicatio est nota, posito quod delegans virtusq; loci iurisdictionem habeat? Resp. si sciatur, talem sacerdotem facultatē accepisse à delegante in loco, vbi eius excommunicatio communiter lateat, invaliditas fore eius confessiones; secūs, si id communiter non sciatur.

Resp.;

SECTIO X.

Quis intelligatur Ordinarius, qui possit matrimonio assistere, licentiam concedere, & denunciationes ante matrimonium solitas remittere?

Ex decreto Trident. non solum parochus, sed etiam Ordinarius potest matrimonio assister, & alteri sacerdoti, siue regulari siue sacerdoti licentiam concedere; quidquid n. potest parochus, potest & Ordinarius, non contraria: nam Ordinarius potest denunciationes remittere, quas non potest parochus. Item ex licentia Ordinarij, non autem parochi, post diligentem inquisitionem, copulandi sunt vagabundi. Non mente igitur Ordinarij intelligitur Episcopus in sua Diœcesi, cap. cùm Episcopus, de offic. Ordin. in 6. Archiepiscopus, Patriarcha, Primas in sua, non autem in suffraganei Diœcesi, Capitulum sede vacante, cap. un. de maioritate & obed. in 6. Legatus & Nuncius Apost. in Provincia siue legationis, Cardinales in Ecclesijs sui tituli, Abbes Ecclesiæ exemptæ, nulli Episcopo subiectæ, qui quasi Episcopalem habent iurisdictionem, ex cap. finali, de officio Ordinarij in 6. Hæc fere certa; apud Henr. lib. 6. de sacram. Pœnit. c. 7. & lib. 11. de matrim. cap. 3. n. 4. Sanchez lib. 3. disp. 28. &c. A nomine tamen Ordinarij in praesenti diffic. iuxta Cardin. declarat. excluditur commendatarius, qui in commendâ habet Ecclesiæ, cui Episcopalia iura sunt annexa.

Dubitatur 1. an Archiepiscopus possit in Diœcesi suffraganei matrimonio assistere, vel assistendi licentiam concedere? Ratio affirm. vt Glossa in can. per singulos q. quæst. 3. verb. totius, Archiepiscopus videtur esse Ordinarius iudex totius Provinciæ: tum quia saltem est Ordinarius iudex tempore visitationis, quoad absolutionem à peccatis in utroque foro, cap. finali, de censib. in 6. Potest etiam idem Archiepiscopus, dum visit, confessiones subditorum suffraganorum audire ac absoluere confitentes. & ipsis paenitentias iniungere salutares: quod non solum intelligitur per se, sed etiam per alios, ex cōmuni. At maius est confessiones audire, quā matrim. assistere.

Opposita tamen pars communior; cum multo Negandum: Sanchez lib. 3. disp. 28. quia Archiepiscopus non est Ordinarius subditorum suffraganei, ex Nisi duobus cap. Romana, de foro competenti in 6. vbi prohibetur Innocentius IV. ne Archiepiscopus iurisdictionem in subditos suffraganorum exercet, nisi aliud consuetudine præscriperit. In duobus autem casibus eam ius concedit; 1. Ad supplendam Episcopi negligentiam; & tunc non nisi causa cognitione præmissâ, cap. finali, de suppl. neglig. Pralat. in 6. notat autem Glossa in cap. 1. de suppl. &c. tñ culpis, quod si ex sua culpa excommunicatus sit Episcopus, ita quod iurisdictionem exercere non possit: non tamen proper hoc, ac metropolitanum suum transfertur iurisdictione. Vnde concludit ex sola negligentia, non ex delicto Episcopi iurisdictionem ad Archiep. transferri. 2. Quando causa per appellationem ad ipsum devoluta est; hoc est, vt num. 4. quando sententia translat, in rem iudicatam, vel quia pars aduerbia consensit, vel quia decennium intercessit; alioquin pendente causâ appellationis, nequit ex cap. non solum, & cap. concertationi, de appellat. in 6.

Ad argum.

in 6. Secus dico de Episcopo, eni ab ipso ad Archiep. appellatione dependente, valida sunt aeternam quamdiu per definituam sententiam causa ad Archiep. non devoluitur, suam iurisdictionem possidet. Ad 1. ex Glossa; ipsa de causis a iure concessis, se explicat; Sed licet posset dici, quod sit Ordinarius, scilicet non potest intramittere de causis (intellige suffraganei subditorum) nisi in causis exceptis, ut cap. 1. de officio Ordinarii. Ad 2. forte quispiam concederet, posse Archiep. tempore visitationis matrimonio subditorum suffraganei assistere: id tamen negat Henriquez lib. de Partn. cap. 6. num. 5. qui solum illi iurisdictionem concedit in administrando sacramento confessionis, non autem in reliquis sacramentis. nam de hoc tantum mentio fit in cit. cap. finali, de causis in 6. quia cum tempore visitationis debet causas subditorum suffraganei cognoscere, congruum est, ut simul cum iurisdictione in foro exteriori, iurisdictionem habeat in foro interno. In quo potest ab omnibus peccatis, etiam suffraganeo reservatis, absoluere, omnibusque occulis, a quibus per Trident. sess. 24. cap. 6. possunt Episcopi suos subditos. Quin multi docent, posse etiam ab huiusmodi causis absoluere Episcopos ipsos sibi suffraganeos. Leg. Auth. apud Barbos. in collect. Trid. s. 24. c. 6. n. 5. & 6.

82.

Dubium 2. An etiam Vicarius generalis Episcopi intelligatur Ordinarius? Negant aliqui apud Sanchez disp. 29. videtur Sotius in q. dist. 18. quest. 4. art. 3. §. circa confess. vbi alt. Vicarios Episcoporum non habere potestatem delegandi, nisi ad id expressam habeant facultatem. At qui non potest delegare, ordinariam potestatem non habet, sed delegatam. Maior prob. iurisdictione Vicarii, defuncto Episcopo, extinguitur; non igitur est ordinaria, nam haec durat cum officio; solaque delegati extinguitur, motu delegante, ex cap. relatum, & cap. gratum, & cap. liceit de officio delegati, vbi decernitur, defuncto legante, potestatem delegati, re integrâ, exspirare, 2. Principis solius est, ordinarium iudicem constitutere, can. à iudicibus 2. quest. 6. Ordinarii sunt, qui ab apostolico, ut Ecclesiastici; vel ab Imperatore, ut pote secularis, legitimam potestatem accipiunt. 3. Cum ipse Episcopus sit Ordinarius, si etiam eius Vicarius esset Ordinarius, lequeretur, eandem potestatem esse penes duos in solidum, quod ut absurdum reprobant iura.

Affirmantur. Affirmant Henrig. lib. 6. de Poenit. cap. 7. nu. 3. in comment. lit. L. & cap. 13. nu. 3. in comment. lit. M. Sanchez lib. 3. disp. 29. nu. 3. Pont. lib. 5. cap. 11. & plurimi, longè probabilius: Glossa in cap. liceit de officio Vicary in 6. ratio: licita est appellatione a delegato ad delegantem, ex cap. super quest. 5. Porrò de offic. deleg. At a Vicario ed Episcopum licita non est appellatio, cap. Romana, de appell. & cap. 2. de consuetud. in 6. Vbi ratio; ne ab eodem ad seipsum interponi appellatio videatur. Ex quibus confirm. tribunal Episcopi & Vicarii non est diversum, sed unum & idem: ergo nec iurisdictione erit diuersa: ergo si Episcopi est ordinaria, etiam Vicarii erit ordinaria. Item ex cap. liceit de officio Ordin. in 6. vbi Bonifacius VIII. ait, per commissionem officij, ab Episcopo generaliter factam, transferri in Vicarium iurisdictionem cognoscendi causas, si criminales non sint; hanc enim tantum ex confessione generali negat transferri. Cum igitur haec potestas ab Episcopo comunitetur, annuente iure, concessa censetur ab ipso iure; ac proinde ordi-

naria. Quid si sic particularis, ad particulares causas commissa, non censetur ordinaria, sed delegata, ad eas duntaxat causas cognoscendas, ad quas committitur, ut re & pont. cit. cap. 11. in 6. Quia cum potestas ad particulares causas non detur a iure, sed ab Episcopo, qui ordinariam concedere non potest, omnis potestas ab Episc. Et particulares causas concessas carentia est delegata.

Infertur 1. non solum Vicario Episcopi, sed etiam Capituli sede vacante, Abbatis exempti, & cuiuscunq; Praelati, Episcopale quasi iurisdictionem habentis, ordinariam iurisdictione competere, cum eadem sit omnium ratio. 2. Non solum posse Vicarium generalē per se matrimonio assistere, sed etiam alteri sacerdoti assistendi licentiam cōcedere, ut declarauit sacra Card. congregatio. An autē possit hanc licentiā non sacerdoti concedere. Negans pars certior est: cum nec ipse Episcopus eam concedere possit, ut Concilii indica. Nam siue haec licentia concedatur a parochio, siue ab Ordinario, semper in eo Concilium requirit sacerdotiū. Posset tamen Episcopus parochum non sacerdotem cōstituendo, illum idoneū reddere ad assistendū matrimonio: quo casu non ab ipso Episcopo, sed a iure, ratione officij parochialis, hanc potestatē sortiretur: quod inde constat, nam eam posset alteri sacerdoti demandare, quod tamen delegatus non potest.

Quæres 1. An saltem possit Episcopus, vel eius Vicarius generalis, hanc potestatē matrimonio assistendi concedere non sacerdoti, qui alibi parochus est. Resp. negariū: nā siue is sit parochus in altera diocesi, siue in eadem, semper assistit ut delegatus Episcopi, & nō ut parochus: proinde semper in eo, iuxta Concilij decretū, requiritur sacerdotium. Dices, cur non possit Episcopus parochū non sacerdotem suā diocesis, constituere pro illa vice parochum alterius parochiæ, in qua sunt contrahentes? Resp. posse, si illū constituat parochum in loci a se amouibilem; quia tunc a iure illi confertur ordinaria potestas parochiæ fecus, si illū non cōstituat talis loci parochū a se amouibilem; quia tunc erit purus tantum delegatus.

Quæres 2. An possit Episcopus, hanc licentiā concedere sacerdoti in Abbatia, existente intra suam diocesim? Affirmat Pon. c. 10. n. 12. At oppositū est probabilius: nisi Episcopus id præcipientur. Quia cum nō sit proprius Ordinarius Abbatis, nec eius subditoū; supponit. n. Abbas esse exemptus, & ordinariā potestatem habere in suis subditos, non poterit Episcopus in eius subditos hanc potestatē exercere; vel per se, vel per aliū, facultatem assistendi cōcedendo.

Infertur 3. semper sub nomine Ordinarij comprehendēti Vicarii, nisi subiecta materia aliud persuadat, sicut de hæresi occulta Trid. expeditis sess. 24. c. 6. illam non posse per Vicariū sed per ipsum Episcopū absolui: a ceteris vero causis occultis quib'cunq; sedi Apost. reservatis (sub quibus tamē, ut sacra congreg. Card. ex mente Gregorij XIII. declaravit, non cōprehenduntur, qui nouā lege post Trid. sedi Apost. reservantur) irregularitatibus, & suspensionibus omnibus, ex delicto occulto, præterquam ex homicidio volūtario, proueniētibus, posse etiam per Vicariū. Nēc obstant verba Concilij: Per seipso, nō Vicariam ad id specialiter deputatū: quz videntur hanc facultatē excludere a potestate generaliter ecclesiā vicario, tamque limitare ad solam cōcessiōnem specialiter Vicario cōmissam: nam per hæc verba Concilii voluit hanc facultatem excludere a pot-

83 - Cor. II - ad sec.

Ratio varia

potestate generaliter communicata Vicario. sed præter illam, aliâ etiam concedere, per specialem depurationem & cõmissionem. Cardinalium interpretatio luculenta: *Congregatio Concilij censit, Episcopum non posset tantum Vicario generali, sed etiam pænitentiaro, Vicario ad id specialiter deputato, committere absolutionem huic capitis. Qui etiâ declarant, non posse hanc facultate uti Episcopos earum Religionum, in quibus Trid. non est receptu, cum non mercantur gaudere priuilegiis, qui Ecclesiastice disciplinae reformationem non acceptatunt.* An hoc priuilegio gaudeant alij inferiores Ordinarij, qui quasi Episcopalem iurisdictionem habent. Negant alij: affirmant alij, & quidem de Capitulo sede vacante plurimi, apud Barbos. in collect. in Trident. cit. c. n. 4 & 7. Quin aliqui hoc priuilegium extendunt ad Prælatos Religionum exemplarum, respectu suorum subditorum.

Sed quidquid sit, an tales Religionum Prælati in hoc decreto comprehendantur, saltem illud participant per peculiares Bullas à diuersis Pontif. editas. Sufficiat Pij V. qua incipit, *Romanus Pontifex sub data 21. Iulij 1571. quia sacrum ecumenicum generale Tridentinum Concilium concessit Episcopis, ut absoluere possint in foro anima sou conscientia ab omnibus peccatis. & dispensare in irregularitatibus, prout seff. 24. c. 6. habetur, ne Prior conuentualis, & superiores Pralati dicti totius Ordinis, tam in dicta prouincia, quam extra eam ubilibet, in hac parte deterioris conditionis, quam clerici, aut secularis existant, eisdem Priori conuentuali, & superioribus Pralatis; ut ipsi per scipios idem omnino possint in fratres, & moniales dicti Ordinis sibi subditos, quod possunt Episcopi in clericos & laicos sibi subiectos, tam quoad absoluendi & dispensandi, quam alias quascumque facultates eadem autoritate & tenore, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus, ac etiam declaramus.* Quod priuilegium etiam Religiones participant. Stando igitur verbis Concilij, probabile censeo, comprehendendi etiam inferiores Ordinarios, qui quasi Episcopalem iurisdictionem habent: cum nullum sit verbum, quo videatur hæc facultas cæteris denegata, & ad solos Episcopos restituta. At per congregationem Cardinalium contrarium declaratum est: *In hoc non comprehenduntur inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, sed Episcopi, primatus quoad alios.* A fortiori ex hac declaratione sequitur, quod nec Vicarij horum Prælatorum in decreto comprehenduntur. Difficile tamen mihi est de Capitulo, sede vacante, quod Episcopo succedit quoad omnia munia iurisdictionis. Vnde nimis rigida videri poterit cœl. Cardin. interpretatione. Nam, ut 8. to. de Panit. disp. 5. nu. 106. illo decreto Trident. seff. 23. cap. 15. de confessarijs per examen approbandis ad confessiones sacerdantium audiendas, nomine Episcopi comprehenduntur etiam ij. qui Ordinarij quasi Episcopalem jurisdictionem habent in sacerdotibus. Vbi dixi, nec obstare hanc declarationem Cardinalium: *Nullus præterquam Episcopus se interponere debet in his quæspectant ad approbando sacerdotes sacra confessionis ministros.* Nam tò nullus optimè explicat Suarez to. 4. de Panit. disp. 28. seff. 5. nu. 4. vt nullus, qui nec stricte, nec per extensionem iuris, & Doctorum interpretationem, dicitur Episcopus.

Confirmari posse.

86. 4. Episcopo defuncto Vicarij iurisdictione, statim exspirat, etiam quoad negotia incepta, vt Episcopi. cum multis Sanchez lib. 3. disp. 30. contra Henrig.

qui l. 7. de indulg. c. 21. n. 5. in comment. lit. S. docet morte Episcopi non exspirare officium Vicarij, donec à capitulo deponatur: sicut nec in Societate nostra morte Generalis exspirat officium Provincialium, & Rectorum. Ratio: ex c. Romana, de Ratio appellat. & c. 2. de consuetud. in 6. vi. u. est Episcoporum & Vicarij tribunal: igitur mortuo Episcopo, statim eius tribunal in Vicario cessat. Nec est eadem ratio de delegato, cuius saltet cœpta negotia non cessant morte delegantis: quia licet delegatus non fungatur vice propriâ, sed delegans, proinde unum videatur tribunal facere cum delegante, in ordine tamen ad causas, ad quas decidendas delegatio committitur, quoad negotia inchoata, datur independenter à tribunali delegantis. Ex quo contra Henriquez sequitur, si Vicarius post mortem Episcopi, etiam ab ipso ignoratam, modò non ignoretur communiter ab alijs, Reverendas pro Ordinibus dedit. tales litteras nullum habere vigorem, etiam si ordinipes validè conferantur, cum hi quoad valorē non pendeant à iurisdictione humana, sed diuina, quæ ab homine impediti non potest, quin operetur effectum, si requisita adsint. Nec refert, quod Vicarij potestas est ordinaria, quæ non cessat morte concedentis: quia non est ordinaria principalis, sed accessoria, que cessat celsante principali. Quod autem in Societate nostra, Provincialis, Præpositi & Rectores, qui potestatem gubernandi accipiunt à Generali, ipsis morte non exspirent, ut exspirat officium Visitatoris in Europa, idè est, quia Societas id in suo decreto statuit, 6. can. 13. cōgreg. 4. gen. 87.

5. Episcopo excōmunicato, ut notorio clericis percussore, aut nominatim denunciato, vel interdicto, aut suspēso, nō modò ipsius, sed etiâ Vicarij acta, quæ à iurisdictione pendēt, sunt irrita ac nulla; ex c. 1. de officio Vicarij in 6. vbi dicitur, quod etiâ excōmunicato Episcopo, nō excōmunicetur eius officialis, nisi participet in criminis, etiam, quæ ipse gerēdo huiusmodi vices agit, eo(népe Episcopo) tot aliter excōmunicato manēt, si iurisdictionē tamē recipiunt, ab eodē nō possunt obrinere vigorem. Idē docet ibid. *Glossa.* & cū eā plurimi, apud Sācb. qui n. 7. notat discrimen inter Episcopi Vicarij, & delegatū, quod excōmunicato delegante, valida sunt à delegato gesta, salte quæ cœpta fuerūt ante excommunicationem.

6. Reuocatà iurisdictione Vicarij ab Episcopo, tunc incipiūt Vicarij gesta esse inuálida, quando Vicario legitimè constat de reuocatione iurisd. Quod alij sufficere aiunt, si quacunq; via Vicarius fiat certior de reuocatione. Alij, quos sequitur Sācb. fine, necessariū putāt, ut ab ipso Episcopo per se, vel per litteras, aut propriū nunciū, reuocatio intimetur. Quod probabilius est: nam per easdem causas res nascitur, & dissoluitur.

7. Non potest Vicarius generalis aliū Vicarij generalē loco sui substituere; potest subdelegare. *Vicarius generalis non ferre iurisd. ordinariā, quā solus princeps cōfert: potest substituere.* Princeps autem Eccles. soli Vicario ab Episcopo nominato ordinariam cōfert: Vnde quādo parochus ab Episcopo cōstituitur, ordinariā potestare accipit à Pōtifice. Item Ordinarius potest alteri suā potestatē delegare: imò ut recte Sācb. disp. 31. potest Vicarius generalis suā iurisd. cū facultatē illā alteri subdelegādi delegare, ex illo principio, quod ibid. probat, quod possit Ordin. cū facultate subdelegādi alteri delegare, sicut & delegatus ad universitatem causatum, subdelegare potest, non

non ad totam causarum vniuersalitatem, sed ad partem tantum.

^{89.} Vicarius cognoscere causas matrim. non obstante Trid. decreto. 24. c. 20. quo statuit eiusmodi causas non esse committendas Decani, Archidiaconi, inferiorum iudicio, etiam in visitatione, sed Episcopi tam examini & iurisdictioni relinquendas: nam ut Cardinales explicant, per hoc decretum noluit Conciliū denegare inferioribus Prelatis, qui nullus sunt dicēctis, & gaudent dignitate quasi Episcopi, nec Decanis & Archidiac. consuetudine, vel Apost. privilegio ab Ordinariis potestate exemptis: ergo à fortiori, nec Episcopi Vicario generali, qui vnum constituit tribunal cum Episcopo; sed solum excludere voluit Decanos, Archidiac. & alios officiales Episcopo inferiores, eis quos libeditos.

^{Dicitum in-} An possint Decani, Archidiaconi, & Archipresbyteri, ex officio matrimonio assistere? Ratio dub. cap. 1. & c. ad bac. & c. vi nostrum de officio Archidiac. Archidiaconi officium est, vniuersale curam habere totius dioecesis, eam visitare, lites ac iurgias singulorum audire, & componere, ordinandos examinare, examinatosq; Episcopo presentare: Archipresbyteri vero, plebi praesidere, & confessiones aliunde aduentantiū audire, cap. officium, & cap. vi singula, de officio Archipresb.

Dico, nec Archidiac. nec Archipresb. posse ex officio assistere matrimonium quia hoc ipso, quod dicitur ex decreto Concilij sunt à cognitione causarum matrim. exclusi, videntur etiam exclusi ab assistance matrimonium quia, cum hoc ius assistendi matrim. sit de novo à Trid. induitum, & hoc solum mentione in suo decreto faciat Ordinarij, & parochi, sub cuius nomine non veniunt Decani, Archidiac. Archipresb. ex cit. c. 20. Trid. Dicendum, eos matrimonio assistere non posse. Ad argum. pro i. sent. nego, Vicarium habere delegaram potest, sed ordinariam à iure collatā, mediante Episcopo instituente ac nominante. Extinguitur autem Vicarij iurisdiction, defuncto Episcopo, non quia est delegata, sed quia est una & eadem, principalis in Episcopo, accessoria in Vicario. Vnde, ut supra ex cap. Romana, de appellat. & cap. 2. de consuet. in b. tribunal Vicarij non est diversum à tribunali Episcopi. Quo sit, ut non solum nequeat à Vicario ad Episcopum appellari, ut cit. cap. Romana decernitur, sed nec potest Episcopus improbare, quia Vicarius ut Vicarius agit. Ad vlt. dico; iurisdiction Episcopi & Vicarij est eadem, per modum principalis & accessoriæ: proinde ex ea non sequitur, quod ex domino duorum in solidum, sc. neutrū, posse sine præjudicio alterius de re sua liberè disponere.

S E C T I O N I.

Qualis parochi, & testium presentia ad matrimonij valorem requiratur?

^{92.} ^{Presentia moralis parochi & testium re- quisita.} Ceterum est, non sat esse physicam, sed requiri moralēm; qualis ad testificandum de celebrato matrim. idētē testes & parochus à Trid. adhibentur. Proinde nec rationis expertes, nec rationis vnu impediti, habiles sunt ad assistendū matrim. i. igitur requiritur, ut Trid. prescribit, vt mutuum vtriusq; coniugis consensum intelligent. Quod non solum de parocho, sed etiam de testibus Conciliū intelligit, cdm eodem modo de parochi, ac testium presentia loquatur:

Tom. IX. De Matrimonio.

qui aliter, quām presente parocho & duobus testibus. Cū non minus testes, quām parochus ab Ecclesia adhibeantur, vt de celebrato matrim. testari valeant. Quare non sat erit, sensu tantum percipere, quāz à contrahentibus aguntur, alio mente auocatā, quia cū testificari, sit, iudicium deponere de re testificata, necessariō supponit in testifice actum intellectū, quem de re testificata formauit. His accedit declaratio Card. Quod si parochus adfuerit, nihil tamen eorum, qua agebantur, videt, vel audiuit, congregatio respondit, matrimonium non valere, si non intellexisset, nisi ipse parochus affectasset non intelligere. Non est sensus; Etiam si affectet non intelligere, ita ut reverā non intelligat, validum esse matrim. sed hic alius; etiam si fingat, seu ostendat, se non intellexisse, modò re ipsā intellexerit, validum esse matrim. cū valori matrimonij obstat non debeat parochi fatio, modò re ipsā intelligat, quāz à contrahentibus aguntur. Sed quid si intellectu ^{Dubius} parochus, & testes adhibeant post celebratum matrimonii casus est, si dum contrahentes contra-^{Ratio pro negante} xerunt, parochus sensu perceperit, sed intellectu non aduerit ad ea, quāz tunc agebantur; sed parte post omnia peracta, reflectit se ad ea, quāz antea peracta fuere, an in huiusmodi eventu valeat matrimonium? Ratio neg. parochus & testes debent intelligere, quando contraactus matrim. celebratur, cū vnum ex substantialibus requisitis, sit morali. praesentia parochi & testium: vnde si tunc intellectio non adhibetur, matrimonium non sit. Confirm. Si sacerdos proferat super materiam legitimam verba absolutionis, absque intentione consecrandi, & absoluendi, etiam si postea intentionem adhibeat, nihil efficit, quia illam non adhibet tempore, quo reliqua ad sacramenta substantialiter requisita applicantur. Pro parte affirm. est: hoc sufficit ad morale iudicium de celebrato matrimonio ferendum.

Dico, valere matrim. si talis reflexio à paro- ^{Resp. valere} cho & testibus fiat, adhuc praesentibus contra- matrim. hētibus, non autē si fiat illis absentibus. Primum probō: ex Concilio nihil aliud requiritur, quām moralis parochi & testium praesentia, vt de celebrato matrim. testificari possint: at ad hoc sufficit, si ipsis praesentibus parochus & testes iudicium forment de matrim. cōtracto: ergo etiam si hoc iudicium paulò post forment in eorum praesentia, sat erit ad fidem à Concilio intentum. Secundū ostēdo: eo casu non verificaretur Concilij decretum, quo statuit matrim. celebrandum coram parocho & testibus, vtique moraliter praesentibus, nisi per reflexā saltem aduentiam ad ea, quāz à contrahentibus aguntur, dum actu contrahunt. Confirm. Non potest parochus dici physicè praesens cōtrahentibus, quando corpore: ergo nec moraliter, quando mente ab illis abest. Ex quo infertur contra Henrīq. l. II. de ma- ^{100.} trim. c. 3. n. 1. in comment. lit. F. non valere matrim. ^{A. tenito} ^{virtualis} si parochus, aut testes ad matrim. accedant animo attendendi, sed tempore contractū distra- ^{an sufficit.} hentur mentis evagatione: quia sufficit, inquit, vt habeat attentionem virtualē, quāz in ceteris sacramentis sufficit. At contrā: praesentia parochi & testium in matrimonio requiritur, vt possint de contracto matrimonio, si opus fuerint coram Ecclesia, iuridicē testari: ad hoc autē non sufficit præcedens attentionē actualis, virtute tan- tūm perseverans tempore contractū, quia per præcedentem attentionē non intellexerunt, quāz tempore contractū postea adiuta sunt: ergo nisi a-

Qualē attentionē habeant, quando actu matrim. celebratur, aut paulo pōst per reflexā aduenten-
tiā, modō explicatam, in ualidū erit. Nec est par-
tatio de reliquis sacramentis, in quibus minister
non est testis, vel iudex, ad quos spectat actu ad-
uertere ad ea, de quibus iudicium ferre debet. Vnde
in sacram. Poenit. non sufficit attentio actualis
præcedēs, quæ solū virtute perseveret tempo-
re confessionis, sed requiritur actualis attentio,
vt sacerdos vt Evangelicus iudex iudicium ferre
possit de peccatis poenitentis. In reliquis autem
sacramētis, quia minister non debet iudicium fer-
re de ijs, quæ administrat, sed ea tantum humano
modo peragere, sufficit attentio virtualis, vt in
ceteris actib. humanis. Ad rationē neg. sufficit,
vt in aliqua parte tēporis, quo parochus est præ-
sens cōtrahentibus, intelligat, quæ ab ipsis gerū-
tur. Ad confirm. intentio ministri in sacramentis
conficiendis requiritur, vt principiū moraliter
influens in corū existentiā; nisi n. verba ministri
proferantur, ex, & cū intentione conficiendi sa-
cramenti, nihil efficient; quia non efficiunt, nisi
humano modō prolatā & applicata. Nec sat est,
talē intentionē adhibere post prolatā verba: quæ
non sunt valida ad conficiendū sacram. nisi vi à
ministro imperata: at intentio adhibita post, non
potest esse principiū imperatiū verbōrū antea
prolatorum, cùm nil, quod est extra nostrā potes-
tatē, vt sunt verba iam præterita, possit esse effe-
ctus nostri imperij. At iudicium parochi & testiū
ad matrim. nō requiritur, vt principiū moraliter
influens, cùm nō parochus, aut testes, sed ipsi con-
trahentes sint huius sacram. ministri; sed ut sub-
stancialis solennitas ab Ecclesia requisita ad testi-
ficandum de matrim. celebritate. Quam ob cau-
sam non requiritur parochi cōnsensus; nam etiā
si ipso contradicēt celebretur matrim. validum
et, vt sacra Card. congreg. declarauit; nō. n. re-
quiritur vt sacram. minister, sed vt purus testis.

102.
Requiritur
ut ea de
transfī
vocatus.

Et duo se-
fīs.

Requiritur 2. eād. Card. congr. interprete, vt
apparet parochū & testes à cōtrahentibus hāc
de causa fuisse adhibitos; etiam si ex alia causa
principaliter esset vocatus, dūmodū sit adhibi-
tus etiā ad illū actu: vnde si parochus casu tran-
siens videat, & audiat coniuges contrahētes, si ab
ipsis non sit adhibitus, nullum erit matrim. secūs
si casu transiens à cōtrahentibus ad assistēdū in-
uitetur: vel si ipsi cōtrahentes occurràt parocco
transuerti, & coram illo celebrent matrim. quia
tunc tacitē saltem illum ad matrim. adhibent.

103.
Controver-
sia.

Prob. 1.

Requiruntur 3. duo saltem testes, qui cum pa-
rocho de celebrato matrim. testari possint: hi,
ex communi, debent simul cum parochio, nec sat
est, successiū matrimonio interesse, vt n. illud
possit Ecclesia constare, debent omnes simul esse
præsentes actu, quo cōtrahentes cōsensum ma-
trim. sibi mutuo de præsenti exprimunt. Nō est
autem necesse, vt adsint rogati, vt in testamentis
condēdis sit: sed sufficit, si (vt iuxta Card. declar.
de parochio) apparet, quod sint à contrahētibus
adhibiti, etiam si ob aliā causam sint principaliter
vocati: imò etiā dolo, aut vi detenti, modō in-
telligant, quæ coram ipsis geruntur. An debeant
esse tales, quales iura requirunt, vt eorū testimo-
nium in publico iudicio admittatur? Affirmant
cū muliss. Cou. 4. decret. p. 2. c. 8. §. 12. à n. 7. M. ascari.
apud Sanch. d. 41. n. 4. & alij apud Barboſ. in collect. in Trid. ſeff. 24. c. 1. n. 121. Alex. III. c. 1. de cognit. in
cauſa matr. requirit testes omni exceptione ma-
iores: ſunt autem hi, vt Glos. ib. qui nullā excep-
tionē repelli possūt. Et Innoc. III. c. 1. licet, ex qua-

dam de testibus præcepit, ne ad causas matrim.
admittantur testes infames, ſuſpecti, ſed fide di-
gni & omni exceptione maiores. Conſirm. cūm
cauſa matrim. ſit grauiflma, quæ, vt cit. fine cap.
non debet, niſi per discretos iudices, qui canonū
ſtatuta nō. iugorant, traſtari, nō expedit, vt qui-
cunq; testes ad eato adhibeantur, ſed qui plenā ſi-
dem facere poſſunt, quales adhibentur in cauſis
criminalibus. l. finali, Cod. de probat. vii ad huius-
modi cauſas requiſitū probationes incubitare
ac luce clarioreſ. 2. Ex motiuo, quo Concilium
motum fuit ad testes in matrim. adhibendos; ne
coniuges facilē negare poſſent, ſe cōtraxiſſe; vt
hoc modo liberiū ad ſecunda vota tranſire poſ-
ſint. Cui malo nō occurrit, niſi per testes om-
ni expeditione maiores. Negant Henrīq. l. 11. de Negandum.
matr. c. 3. n. 9. Sā. verb. matr. 1. Sanch. d. 41. n. 5. Hur-
rad. d. 5. de marr. diffio. 14. Propof. q. 4. de matrim.
dub. 14. & cōmuniter recent. qui ſufficere ajuſt
quoscunque, etiam fœminas, cōſanguineos, Re-
ligiosos, infamēs, excommunicatos, irregulares,
interdictos, hæreticos, addunt aliqui infideles.

De fœminis & consanguineis, vt patrē, ma-
tre, fratre, ſorore, Couarr. ait eſſe iam vſu rece-
ptum, vt in matrimonio admittantur. Quæ ſent.
probabilior est, quia cūm hoc ſit nouum ius à
Trid. indu&6; & Trid. nullam in testibus pecu-
liarem qualitatē exprimat, non est, cur nos illam
requiramus: præſertim quia ſi aliquis ſit in testi-
bus defectus, is ſuppletur per parochū, qui eſt te-
ſis qualificatus omni exceptione maior. Con-
ſirm. cūm multa matrim. in villis & oppidiſ ce-
lebrentur, vbi non ſemper haberi poſſunt testes
in iure qualificati, multa matrim. defectu teſtiū
redderentur inualida: quod incommodū Concilium
maximē vitare cupit. Dubium nonnullum
eſt de inſidelibus, qui neq; Ecclesiæ, neque alicui
Christiano Principi ſubiecti ſunt: nam hi cogi
non poſſunt ad iuridicū teſtim. de celebrato ma-
trim. apud iudicem Ecclesiæ cūm opus fuerit, de-
ponendū: vnde finis Concilij fruſtraretur. Qua-
re probabiliū puto, eos nō ſufficere: ſi ſint Prin-
cipi Christiano ſubditii; mihi dubium non eſt:

Infertur 1. potest Procurator ſimul teſtis mu-
nus ſubire, cūm non repugnant hæc duo offi-
cia in eadem persona ſimul. Dices: ergo etiam
parochus munus teſtis & parochi ſimul præſtare
poſſet. Resp. neg. conseq. nam parochus à Con-
cilio requiritur vt teſtis qualificatus, à reliquis
condiſtinctus. 2. Potest ſacerdos etiam degra-
duis eſſe teſtis, nō loco parochi matrimonio affi-
ſtere. Quia eſt eadem ratio ac de ceteris: at licet
hic coram Deo non amittat characterem ſacer-
tamen coram Ecclesia eſt ac ſi ſacerdos nō eſt.

Ad 1. opositz, resp. ibi agi de teſtibus in ordine Ad argum.
ad matrim. diſſoluendum, ad quod ſolū in idonei
admittrūtur, eò quod plus requiritur ad matrim.
diſſoluendum, quād ad contrahendum, propter
maiora incōmoda, quæ ex illo naſcuntur. Et li-
cer idem incommodū, vt in 2. argu. ſequi poſſet
ex teſtibus infamibus, hunc tamen defectū ſup-
plet Ecclesia per parochū, qui eſt omni exceptione
maior, & cum duobus teſtibus licet infami-
bus, poterit in iudicio ſufficientē probationem
facere. In 2. loco agitur de teſtibus requiſitis ad
gradus consanguinitatis & affinitatis teſtifican-
dos. Ad conſir. vñā cum 2. argum. patet ex dictis.

An ſufficiat, vt teſtis per interpretē inelli-
gat, quæ à contrahētibus aguntur. Negat Pon-
tius lib. 5. cap. 31. nu. 10. nam hoc modo non ha-
betur finis Concilij; ſi. n. per interpretē intel-
ligant

104.
Dubium ac-
cidens.

ligant quæ geruntur, non poterunt esse certi, multoq; minùs Ecclesiam certam reddere. Confirm. 1. testis ex auditu non admittitur ad causas, præsertim matrimonii. ut statuit Innocent. III. cap. licet ex quadam, de testib. Si autem, ne super hoc (loquitur de causa matrimonii) recipiantur de cetero testes de auditu. 2. Si unus testis intelligat per alium testem, quæ à contrahentibus aguntur, non duo sed unus erit testis; quia testis de auditu non facit diuersum testem à teste de visu, ut *Glossa* in cit. cap. verb. ab uno.

Affirmat *Sanchez* lib. 3. disp. 29. nn. 3. probabilitus. Prob. valet matrimonium per interpres contractū inter vitum & vxorem, ut *Glossa* in cap. ex līt. 1. de sponsalib. verb. intellexerit, communiter recepta, ut *Conarr.* 4. decret. part. 2. cap. 4. §. 1. nn. 3. Valet matrimonii per procuratorem celebratum, ut sūprā: sed procurator agit interpres inter contrahentem, & parochum ac testes: ut etiam valet contractum per litteras, quæ etiam interpres vicem gerunt, maximè si debeant alieno idiomate conscriptæ, coram parochio & testibus, per interpres exponit. Valet confessio sacram. coram iudice secteto, sicut, & judicialis coram iudice publico, per interpretē facta: cur non matrimonii. coram parochio, aut teste per interpretē mutuum coniugum consensum intelligente! Confirm. L. i. de verb. obligat. quæ sancit, valere stipulationes, & contractus per interpretē celebratos.

Quare nego, non posse per interpretē, parochum, aut testes fieri moraliter certos de mutuo coniugum consensu. Ad 1. confirm. Resp. 1. solū ibi statui, non esse admittendum deinceps testem de auditu ad gradus consanguinitatis testandos, nullā mentione facta de reliquis causis matrimonii. Et cum hoc ius de presentia parochi, & testium sit nōū, non inclusum in antiquo, nō debet ad illud extēdi. 2. Testem de auditu à causis matrimonii non excludi, quasi hic nullam faciat in iudicio probationem, siquidem, ut ibid. & olim institutum fuerat in consanguinitatis & affinitatis gradibus computandis valere testimonium de auditu, & deinceps validum. si persona sint tales, quibus merito sit fides adhibenda: sed solū reacquiri testem de visu ad maiorem, securioremque probationem. Ad 2. confirm. neg. sequel, ex ea enim tantum sequitur, vnum esse testem de visu: nam licet quæ testis de auditu positurus est, ab alio intellexerit, interponit tamen in testificando suum iudicium & autoritatem, quæ expensis omnibus circumstantijs testatur, quæ ab alio addivit, digna esse fide. Vnde ut sit. cap. quæ ex auditu apud iudicē deponuntur, debent esse à personis fide dignis accepta. Hinc infero, nō modo parochū, vel testes per alios interpres à se distinctos intelligere posse, quæ à contrahentibus geruntur, sed etiā vnum testē pro interprete ut altero, vel parochū uno, vel utroq; teste: eò quod Conciliū solū requirat parochū & testes, ut sint moraliter præsentes, & intelligent, quæ dicuntur & aguntur. Sed qui per interpretē intelligit, quæ dicuntur & aguntur, est moraliter præsens, & intelligent, licet nō per se, sed per alium: ergo seruat præscriptam Concilij formam. Confirm. qui per aliū ut per interpretē intelligit, quæ coram se aguntur, format distinctum iudiciū à iudicio alterius testis de visu, quo iudicat ea, quæ sibi per interpretē dicuntur esse digna fide, præsertim cum possit ex alijs circumstantijs, quas ipse de visu notat, ea quæ ab alio audit, confirmare; distinctumq; iudiciū à iudicio alterius testis formare.

Tom. IX. De Matrimonio.

Per interpretē moraliter intelligitur.

SECTIO XII. De denunciationibus matrimonio præmittendis.

P Ræcipit Trid. sess. 24. c. 1. Ut antequam matrimonium contrahatur, ut à proprio contrahentib[us] parochio, tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia, inter missarum solemnia publicè denunciantur, inter quos matrimonium sit contrahendum: idq; eo fine, ut impedimenta, si quæ sunt, detegantur. Quo præceptum ante latum in Concil. gener. Lateran. sub Innoc. III. Trid. revocat & cōfirmat: additq; ut ter à proprio contrahentib[us] parochio, &c. quod in antiquo decreto nō erat, sed tantum, ut cum matrimonii fuerint contrahenda in Ecclesijs per Presbyteros, publicè proponeantur, competenti termino prefinito, ut intra illū qui voluerit, & valuerit, legitimū impedimenta opponeret: ipsi presbyteri nō habent inuestigaret, utrum aliquod impedimenta obfisteret; ut c. fin. de cland. de spons. Quare nō seruantur Trid. præceptū, si ab alio, quam à proptio parochio, denunciationes publicentur: nō tamen prohibetur, quin ex cōmissione Ordinarij, aut parochi, fieri possint per alium: nam si possunt assistendi potestate alii delegare, poterunt & hanc. Non est autem necesse, ex communī, ut sicut cōtinuis tribus diebus festiuis, si consequenter succedant, quia possit dies inter media omitti, & alio seq. festo cōtinuari, ut opportunius tempus ad impedimenta detegenda concedatur. Explicat autem Mediol.

Mediolan. Conc. sub Pio V. S. Carolo Boromeo Archiep. præside celebratum, quibus diebus festiuis debeant denunciationes fieri, sc. qui Ecclesia præcepto seruantur. Sed nunquid vi huius præcepti prohibitiū est, ne ferialibus diebus siant? Affirm. Pont. I. b. c. 30. n. 7. & alij apud Barbos. in collect. Trid. f. 24. c. 1. n. 2. duci hāc declarat. Card. Episcopus ob vicinitatē temporis, quo prohibite sunt in nuptia, omittere potest aliquas denunciationes secundum prudenteriam suam, & in dictū, non tamen inibere, ut in diebus ferialibus siant. Quin addunt, neq; ad hoc dispensare possit Episcopū, cū sit expressum præceptū sufficeret. Trid. quod violare, læchale est. Negant probabilitus Sanchez. l. 3. d. 6. fine, & d. 7. n. 3. Hurt. d. 5. de matrimon. diffic. 18. n. 61. & alij, præsertim quando magnus esset populi cōcursus, aut cōsuetudine receperū. Ratio: eodem modo Concilium præcipit, ut denunciationes siant in Ecclesia inter missarum solemnia, & tamen cōmuniſſe. docet, à qua nec Pontis recedere audet, fieri posse extra in loco aliquo apto, vbi frequens populus conveniret. Idem Concil. præcipit denunciationes fieri à proprio contrahentib[us] parochio, & tamē Pontis teste, alicubi nō à proprio parochio, sed ab alio suo sūt. Multo minùs probabile est, quod addit, nec ab Episcopo in hoc disp̄sari posse: quia cū T. Trid. prudentia & iudicio Episcopi relinquat, ut eas vel omnes, vel aliquas omittat, à fortiori celeretur eiusdem prudentia & iudicio relinquere; ut exigente causā, nō festo, sed feriato aliquo die siant, vbi vel maior populi concursus, vel commōdior occasio datur impedimenta detegendi. Declarat. Cardin. inteligitur, ut non debeat h̄c fieri ordinari & sine causa.

Porrō ijdem referunt, fuisse in Concilio R. iuent. nat. aporobatum, & in congregazione Card. decreta, quod si qui per alios denunciationibus omnibus, intra quatuor menses non contraherint, non possint contrahere, nisi iterum factis denunciationibus. Quod tempus adhuc magis abbreviat, nempe duorum mēsium, Concilium Mediolan. 3. &c. 5.

K. 3

vdi

Præcept. 105-
Conc. L. -
Trident. -

Mediolan.

Dies feriales
celebriores

sufficerent.

vbi statuitur etiam, ne ex in posterum à parocho
fiant, nisi ipsi perentibus, aut consentientibus, de
quorum matrimonio contrabendo agitur. Vbi etiam
traditur modus, quo parochus debeat in procla-
mationibus faciendis procedere.

Certum præterea est, contra pauculos apud
^{106.} Denunciations non esse de substantia matrimonij, quibus etiam in-
fiantia ma-
trimony. Sánchez lib. 3. disp. 5. n. 2. denunciationes non
esse de substantia matrimonij, quibus etiam in-
fiantia ma-
trimony. iuste & sine causa omissis, matrimonium validum est,
ut declarat Cardin. congregatio, *Eisi denuncia-
tiones omittentur, tamen matrimonium irruum
non est: ex ipso Concilio, quod potestatem Episcopi
concedit eas omittendi, quando id iudi-
cauerit expedire.* Cùm tamen præsentiam paro-
chi, & duorum saltem testimoniū, quam ut substantia-
lalem solemnitatem matrimonio præscribit,
prudentia & iudicio Episcopi non relinquit, sed
absolutè prænunciet matrimonium sine paro-
chi & testimoniū præsentia esse nullum: *Qui aliter,*
inquit, *quam praesente parocho, vel alio sacerdote
de ipsius parocho, seu Ordinary licensia, & duobus
vel tribus testibus matrimonium contrabere atten-
tabuns, eos sancta synodus ad sic contrabendum
omnini inbabiles reddit, & bususmodi contractus
irritos & nullos esse decernit.* Indubitatum etiam
est, si contrahentes duplex habent domicilium,
in eo faciendas esse denunciationes, vbi magis
noti sunt, ac diutius habitatunt, ut docet *Glossa
in cap. postquam, de electione, nisi rationabilis a-
liqua causa contrarium suadeat.* Conueniunt
etiam communiter, quando contrahentes sunt
ex diversis Diœcesibus, hoc ipso, quod vno Episcopus
dispensat cum suo subdito, ratione
connexionis, consequenter etiam dispensare
cum alio contrahente alterius Diœcesis sibi non
subdit: sc. si alter Diœcesanus velit, & nullam
rationabilem causam habeat in contrariū: alio-
qui, cùm non possit sine iusta causa eas omittere,
non hoc ipso, quod alter cum suo subdito in eis
dispensat, censebitur cum altero dispense: cùm
sapè impedimentū, quod in uno loco non
est, sit notum in alio. Quare dico, in vtraq; Diœ-
censi proclamationes ordinariè faciendas esse.

Communis
sententia
explicatur.

^{107.}
Dubium 1.

Megandum.

Dubitatur 1. an vi decreti Trid. sit in aliquo ca-
su parocho concessa potestas in denunciationi-
bus dispensandi? Affirmant aliqui in casu maliti-
osū impedimenti, non quidem eas omittendo,
cùm hoc expreſſe Conciliū committat prudentię
& iudicio Episcopi, illis verbis: *Nisi Ordinary
ipſe expedire indicauerit, ut prædictæ denunciationes
remittantur; quod illius prudentia iudicio sancta syn-
odus relinquit: sed illas differendo post celebra-
tum matrimonium ex textu: Quod si aliquando probabilis
fuerit suspicio, matrimonii malitiosè impediri posse,
si tot præcesserint denunciationes, tunc vel una tan-
tum denunciatio fiat, vel saltem parocho, & duobus
vel tribus testibus presentibus matrimonii celebre-
tur. Deinde ante illius consummationē denuncia-
tiones in Ecclesia fiant.* In his enim nulla mentio sit
Episcopi; clarum signum, quod hoc casu ius con-
cedat parocho, ut denunciationes differre valeat
post contracrum & consummatum matrimonium. Op-
positum cum *Henrig. l. II. de matr. c. 5. n. 5. Nauar.*
& alijs docet *Sánchez. l. 3. disp. 7. n. 17. nisi virgines
necessitas, nec facilis pateret ad Ordinary adi-
tus, pro dispensatione obtinenda: vel ut saepe verb.
matr. n. 5. ex præsumpta Episcopi voluntate id
faceret parochus.* Quæ sent. probabiliꝝ. Ratio:
Trid. dum de dispensatione in denunciationibus
loquitur, eam non parocho, sed Ordinary com-
mittit. Accedit, congregationis Cardin. declara-

tio: in qua ea ipsa verba, quæ contraria sent. re-
fert ad Ordinariū: *Arbitrio, inquit, Ordinary, Nec contra-
non item parochi, aut Decani ruralis. Confirmū, vt r̄a senten-
Palud. in 4.d.28.q.2.a.3.concl.3. Nauar. in sum.c.
22. n. 70. fine, Henrig. l. II. de matr. c. 5. n. 5 in com-
ment. lit. S. Sancb. & alijs, ante Trid. neq; Episcopi,*
^{108.} *nisi vbi erat consuetudine receptum in denuncia-
tionibus dispensare poterant, cùm Epicopij re-
gulariter autoritatē non habeant dispensan-
di in statutis Cōcilij generalis. Probabile igitur
non est, dum hanc author. Tridentinū concessit
Episcopis, extendisse etiam ad parochos.*

2. An vi huius decreti possit Vicarius genera-
lis Episcopi in denunciationibus dispensare? Af-
firmant *Sánchez. cit. d. nu. 10. Koninck. disp. 27. dub. 6.
Herr. d. 5. de matr. diffic. 19. & plurimi apud Barbos.
in collect. in Trid. sess. 24.c. 1.m. 50. Probant 1. Vicar-
ius, ut supra, comprehenditur sub nomine Or-
dinarij. 2. Ante Trid. poterat in hoc dispensare
Vicarius Episcopi. At Trid. hoc suo decreto nō
abrogat, quod antea Vicarius poterat. 3. Si illum
excludere voluisset, expressissimè, vti fecit *sess. 24.
c. 6. de reform.* quādo ab absolutione occulte ha-
resis exclusit Vicarium. Negant *Henrig. l. II. de
matr. c. 5. n. 5. Pont. l. 5. c. 31 n. 5. Menoch. & alijs apud Barbos.* cit. Dicendum: si solum decretum Con-
ciliij spectetur, probabiliꝝ est prior sent. cùm in
eo nullum ponatur verbum, quo Episcopi Vicar-
ius excludatur; & ex alia parte sub nomine Or-
dinarii semper comprehenditur ipsius generalis
Vicarius, nif subiecta materia aliud nos cogat
sentire. Si vero spēctetur congreg. Cardin. Con-
ciliij decretum declarantis, nec non aliorū Conc.
prouin. Vicarius generalis in hoc decreto quo-
ad potestatem dispensandi in denunciationibus
non comprehenditur. Cardinales n. i. authorita-
te Pontif. pronunciant, hīc nomine Ordinarij,
non nisi Episcopum intelligi: *Dixit. S. D. N. quod
Ordinarius hic non intelligitur nisi Episcopus.* Nec
dici potest, nomine Episcopi intelligi ipsius Vi-
carium: tum quia obstat Doctorum explicatio,
qui iuxta nostrum Tensem verba Cardin. expli-
cant: tum quia per hæc verba aliquem præter E-
piscopum sacra congreg. excludit, non parochū,
quippè quem per alia verba excluderat; nec eos,
qui iurisdictionem quasi Episcopalem habent, ut
infrā: ergo Vicarium Episcopi, cùm alius non
superbit, qui possit per hæc probabilitate excludi.
Iuxta hunc sensum Tridentinū intellexerunt
Patiens Conciliij Mediolan. 5. celebrati anno 1579.
sub Gregorio XIII. præside B. Car. Boromeo Ar-
chiep. qui diligentissimus fuit Tridentini execu-
tor, verba illius sunt: *Flas vero ab Episcopo, cùm
præfens in urbe, vel diocesi adest, solū remitti
deinceps licet, ac alio præterea nemine, ac ne à Vi-
cario quidem generali.* Idem senserunt Patres
Conciliij Tolent. celebrati anno 1583. Hinc tamen
non nego quod etiam authores nostræ sent. do-
cent. posse Episcopum hanc potestatem suo Vi-
cario ex speciali commissione communicare.*

Argumenta oppositorum hæc resp. soluuntur;
quod principium illud, sub nomine, Ordinarij comprehensi ipsius Vicarium, intelligendum
est, quando aliud in contrarium non obstat: hic
autem obstat Cardinalium declaratio, ex mente
Pontificis facta. Cùm hæc pendeant ex volun-
tate Pontificis, & voluntatem Pontificis expli-
catam habemus per sacram Cardin. congreg.

Infertur, in denunciationibus dispensare non ^{A fortiori.}
posse Vicarium generalem corum Prælatorū, qui
quasi Episcopalem iurisd. in seculares exercent.

3. Au

3. An Praelati ipsi ab Episcopo exempti, qui Episcopali quasi iurisdictione gaudet, cum subditis possint in denunciationibus dispensare? Negat Pontius lib. 5. cap. 31. n. 3: quia licet hi in iure sub nomine ordinarij comprehendantur, ex declaratione tamen Cardin. Non permititur baculae commendatariorum, licet eius abbatia iura Episcopalia habeat, cuius Abbas appellatione ordinarij venit, iuxta glossam in cap. finali de officio ordinarij in 6. Affirmant cum Navar. Sanch. Henrig. Conink, Hurtad. Barbosa, & alij apud ipsum in collect. Trident. sess. 24. cap. 1. num. 52. & 53. probabilius: nam hi in iure dicuntur ordinarij. Nec obstat Cardin. declaratio, per quam solum excluduntur, qui huiusmodi Abbatias habent in commendam, non ipsi Abbates Proprietarij, ut recte Hurtad. Neque etiam obstat, quod in eadem declaratione additur, quod solus Episcopus hic intelligatur nomine ordinarij, quia de causâ supra exclusi Vicariam generalem Episcopi, nam Episcopi nomine in favorabilibus intelliguntur etiam Praelati exempti, nullique Diocesii subiecti. Nec pars ratio est de Vicario generali, tu quia de hoc habemus expressam declarat. duorum concil. prouinc. quæ ita videntur Tridentini decretum interpretata: tum quia eti Vicarius generalis dici possit ordinarius, haud tamen Episcopus: cum non sit ab Episcopi iurisdictione exemptus, ut sunt, qui quasi iurisdictionem Episcopalem habent.

¹¹⁰⁸
Dubium 4. 4. An ad dispensandum in denunciationibus requiratur iusta causa, & quæ? Quo ad 1. omnes conuenient, iustum requiri causam; tum quia eiusmodi dispensationem concilium committit prudentiali Episcopi iudicio, quod iustum supponit causam: tum quia, cum tales denunciations sint à concilio ordinarij ad impedimenta detegenda, quæ possent matrem irritare, non debent sine iusta causa omitti, ne matrem nullitati exponentur. Vnde conueniunt communiter contra Sancum in 4. dist. 28. qu. 1. art. 2. in solut. 1. argu. peccare mortaliter Episcopum, si vel unam denunciationem sine causâ omittat, cum sit violatio precepti in materia graui. Sed quid si vel Episcopus, vel parochus sit mortaliter certus, nullum futurum esse impedimentum? An possit tunc sine peccato proclamations omittere? Resp. de Episcopo nullum esse dubium, quin possit: nam hoc ipso habet iustum causam illas omittendi. De parochio maior est diffic. cum ipsius non sit, in denunciationibus dispensare, nec legem interpretari, an hinc & nunc obliget, sed illam exequi. Vnde Pontius cap. 30. num. 3. cum Conink putat lethaliter peccare, quod prius docuit Sylvest. matrim. 6. quæ? 7. nisi esset iuris ignorans: quæ exceptio in parochum non cadit, qui tenetur scire, quæ ad ipsius officium spectant. Contrà verò Sanchez disp. 5. num. 7. eum à mortali excusat. Vraque sent. probabilis est: censetur in eo casu parochus ex presumpta voluntate Episcopi id facere. Quoad 2. unica tantum à Tridentino assignatur causa, propter quam Episcopus possit in denunciationibus dispensare, probabilis sc. suspicio malitiosi impedimenti. At sacra Cardin. congreg. declarat, posse ex alia etiam causâ, iuxta suam prudentiam & iudicium, suo arbitrio in denunciationibus dispensare. Inter alias, assignat propriquetatem temoris, quo prohibitum est, nuptias celebrari: tunc non potest unam, vel alteram omittere, ne superueniente tempore prohibito Aduentus, vel Qua-

dragesimæ, nequeant nuptiae celebrari. Alias etiam causas recensent DD. propter quas possunt proclamationes omitti, vt si contrahentes sint personæ publicæ, de quibus publicum existat iudicium; si disparis conditionis, adiutatis; ne si publicè proclamentur, pudore affiantur; si fuerint concubinarij, communiter tamen putati coniuges; ne eorum occultum crimen manifestetur; si timeantur, ne consanguinei iniustè impediант matrem. vel cum alio indigno problema collocent; si matrem maximè expedit, & periculum sit, ne, si nuptiae differantur, contrahentium voluntas mutetur; vt evitentur scandals, & pericula peccandi, quæ probabiliter timentur. De quibus causis leg. Palud. in 4. dist. 28. q. 2. art. 3. Sancus q. 1. art. 2. Sylvest. cit. Navar. in sum. cap. 22. n. 70. Sanchez disp. 9. &c. Recent.

¹¹¹⁰
^{Dubium 5.} 5. An in dispensatione denunciationum requiratur iudicialis causæ cognitio? Affirmant Henrig. lib. 11. de matrim. cap. 5. num. 5. Et alij apud Sanchez disp. 8. num. 3. Prob. 1. ex Trident. ^{Affirm. ob} sess. 14. cap. 7. & sess. 25. cap. 18. de reform. in ^{rationes 4.} quorum primo mandat, vt non prius Episcopus cum Sacerdote super homicidio casuali, vel ad sui defensionem commisso, dispense, quæm causæ cognitæ, & probatis precibus ac narratis, nec aliter dispensare posse. In 2. vniuersaliter præcipit, si quando urgente, iustæque exigente ratione, & utilitate maiore postulante, in aliquo can. cum aliquibus dispensandum sit, id causæ cognitæ, ac summâ maturitate erit praestandum: aliterq. facta dispensatio subreptitia censetur. At dispensatio in denunciationibus, est relaxatio iuris communis. 2. Quando dispensatio non committitur liberæ voluntati, sed prudenter & iudicio dispensantis, causæ cognitionem requirit, vt communiter veriusque Iuris periti. 3. Hæc dispensatio non solum requiritur pro foro interno, sed etiam pro externo: at pro foro externo necessaria est iudicialis causæ cognitione. 4. constat ex definitio-
ne, quam tradit glossa can. Requiritur 1. verb. ut plerisque. Dispensatio est iuris communis relaxatio, facta cum causæ cognitione ab eo, qui ius habet dispensandi.

Negant probabilius Sanchez cit. Ponti. lib. 5. Negandum: cap. 32. num. 3. Hurtad. disp. 5. de matrim. diffic. 20. & alij apud Barbos. cit. n. 61. ex Trident. in quo denunciationum matrim. dispensatio committitur prudentiae & iudicio ordinarij: quo-
tiescumque autem res committitur prudentiae & iudicio alterius, non eget iudicali cognitione, quæ cum strepitu sit, ex alijs partibus, examina-
tisque testibus, vt cum glossa in cap. finali, de votis, verb. conscientia vestra, communiter canonista, sed sufficere extra iudiciale causæ informatio-
nem. Confit. idem in iure est, causam commit- ^{Quid sit}
tere prudentiae & iudicio alterius, ac discretioi ^{causam com-}
& conscientiae: at hinc solum requiritur pruden- ^{ni. tere des-}
tiale conscientiae iudicium. Ex his infero, posse ^{rationi ac}
Episcopum iuxta supra dicta, hanc causam, vo- ^{conscientiae}
luntaria cum sit, & non contentiosa, extra pro-
priam Diocesum exercere. Dices: vt hæc dispen-
satio iuste sit tenetur Episcopus examinare con-
trabentes, consanguineos, & alios qui possunt
ipsum informare de malitioso impedimento, vel
alii iusta causâ, propter quam in denunciationi-
bus dispensare vult; hæc autem nequevene absq;
prævia iudicali cognitione fieri! Resp. neg. mi-
nor. nam hæc omnia fieri possunt sine strepitu-
foresis iudicij, sola extra iudiciale informatio-
ne oreponua facta, vt se fecisse facetur Guiter-
apud

Ad argumt. apud Sæc. cit. n. 4. fine, dū esset Episcopi Vicarius.

*Ad 1. opposit. Resp: in 1. loco cit. conciliis peculiaris fuit ratio, cur ea causa coram iudice debuerit examinari, sc. cùm ageretur de irregularitate contracta propter homicidium casuale, vel ad sui defensionem cōmissum, debebat causa ad pœnam iustè infligendam, iuridicē examinari per publicos ac legitimos testes. Ex 2. loco non recte colligitur uniuersalis regula quod pro quauis iuris communis dispensatione necessaria sit causa cognitionis: cùm illa verba, *causa cognitā, ac summā maturitate &c.* & quā bene intelligi possint de cognitione extrajudiciali, quā non minus quam judicialis, maturè fieri potest per secretas & priuatas informationes.*

Ad 2. &c. Ad 2. Nego antec. solum enim inde sequitur, ut & citati, quando res committitur liberæ voluntati dispensatoris, nullam requiri causam, sed sat esse voluntatē concedentis: quando vero committitur prudentiis & iudicio, non sufficere solam voluntatem, sed requiri causam, quam dispensator extra formam iudicij cognoscere & examineare potest. Ad 3. neg. minor: nam etiam pro foro externo in nostro casu sufficit dispensatio extrajudicialiter facta, præsertim quando ab ipso iudice ordinario fit. Ad 4. tradita definitio & quā bene competit dispensationi per extrajudicalē cognitionē facta, cùm etiam hēc fiat cum cognitione causa, licet nō in forma iudicij.

6. An contrahentes teneantur occultum impedimentum, etiam cùm propriā infamia manifestare? Ratio dub. nemo tenetur cùm suā infamia occulta peccata, etiam à legitimo iudice interrogatus, prodere. Sed dicendum cum cōmuni teneri: ita Angel. verb. inquisition. 1. Sylvest. cod. verb. 1. q. 4. Sors de regendo secreto memb. 2. q. 6. concl. 3. Henrig. lib. 10. de sacra. ordinis cap. 18. In comment. lit. D. Sanch. lib. 3. disp. 14. num. 2. Conink disp. 27. dub. 7. Ponti. lib. 4. cap. 33. Hurtad. disp. 5. de matrim. diffic. 21. num. 36. Horum

Omnis hoc ratione vitatur. ratio: Quando inquisitio non tendit ad puniendum inquisitum, sed ad vitandum futurum peccatum, tenetur inquisitus, etiam cùm detimento propriæ famæ, occultum impedimentum manifestare. At iuxta veriorem sent. ut infra, nemo tenetur cùm detimento suæ famæ, occultum impedimentum alterius manifestare, etiam si talis manifestatio solūm tendat ad vitandum peccatum personæ delatae, nisi in casibus, in quibus publicum bonum periclitatur. Ratio igitur est: cùm possit hic alia vi suæ famæ consulere, non contrahendo matrim. si illud contrahere vult, ex suppositione tenetur iuxta formam ab Ecclesia præscriptam contrahere; ac proinde occultū impedimentum manifestare, quod ex Ecclesiæ decreto id impedit. Sicut qui ex occulto delicto impedimentum habet ad sacros ordines suscipiendos, si illos suscipere vult, tenetur impedimentum manifestare, ne contra Ecclesiæ præscriptum facios ordines quoad executionem irritos reddat; qui religionem profiteri cupit, tenetur impedimenta, professionem irritantia superiori Religionis aperire; qui ad electionem Canonicius, Episcopatus, vel cuiuscunque alterius dignitatis accedit, tenetur impedimenta ad tales electiones; si quæ habet, propalare. Ratio: Superioris ad publica mala & incommoda vitanda, potestatem habent certa impedimenta præscribendi, cum quibus si fiat actus, ipso facto est nullus. Quæ lex iustissima cùm sit, subditos obligat, ne vel cum canonico impedimento,

prohibitum actum attentent; vel si ad illum accedere volunt teneantur impedimentum superiori manifestare. Nec refert, quod non possint, nisi cum propriā infamia illud manifestare: nam adhuc non astringuntur ab ipso superiori, qui ad illud manifestandum non cogit; sed à propria voluntate, quā sponte à nullo coacti ad tales actum accedunt. Ex his inferitur, si matrimonio contracturus de occulto impedimento dispensationem habeat pro foro interno, non teneri etiam cùm iuramento interrogatum illud manifestare; secus, si impedimentum sit publicum: ita cum Hostien. D. Antoni. Sylvest. & Tabier à Sanchez disp. 14. num. 4. Poniti cit. Ratio: quando index non interrogat ad puniendum peccatum cōmissum, sed ad vitandum committendum, si occasio peccandi sublata est, non tenerur illud facteri: quia testat causa, proper quam iuridicē interrogatur. cùm vero dispensatio data pro foro dūtaxat interno, nil cōferat pro externo, ad quod iudex Ecclesiæ attēdere deberet, ne tale impedimentum perueniat ad forū externū, tenetur iudex de illo inquirere, non obstat dispeſsa. pro foro interno. Cōfir. & si iudex sciat contrahentes habere dispensationem in foro interno, adhuc manet in iudice potestas inquirendi pro foro externo, & conseq̄uenter in subdito obligatio respondendi ad interrogata: cùm neque saluari legitima potestas interrogandi in iudice sine obligatione respondēdi in subdito. Ead. doctrina locū habet respectu aliorū, qui occultū impedim. nouerunt.

7. An qui impedimentum matrimonij occulte nouit, teneatur etiam cùm detimento suæ famæ, illud interrogatus manifestare? Resp. ex communi, negatiū: cùm nemo tenetur cùm detimento propriæ famæ alieno bono prospicere, nisi agatur de publico bono, quod semper anteponendum est priuato. Addit Sa verb. marr. num. 23. neque reveri, si aut magnum scandalū timeatur, aut nulla ex reuelatione speretur emēdatio. Ut tom. 4. disp. vlt.. Casus est Comitoli lib. Solitarii 1. moral. resp. quest. t. 12. Nobilis fœmina à filio aliis casu. cognita, qui putabat illam esse ancillam, ex eo filiam parit. Quam postea adulatam filius, consanguinitatis ignarus, matre dissuadente, quæ sola conscientia incestus erat, in uxorem ducit; ex eaque problemi suscipit. An in tali eventu mater tenebaratur suum crimen aperire ad peccatum vitandum: & sanè post contractum matrim. suscep̄tumque problemi, ad nihil tenebatur, tum propter futurum scandalum; tum quia illa criminis manifestatio ad nullum peccatum vitandum dirigebarit, cùm ambo coniuges essent in bona fide. adde quod ipsius manifestatio non fuisset in iudicio admissa. Verum nec ante contractum matrim. tenebatur, si illud impedire non posuisse, nisi proprio scelere manifestato: obligabatur tamen ad faciendum quidquid poterat, citta sui delicti reuelationem, ad illos impediendos, ne id matrim. contraherent.

8. An qui occulte nouit impedim. quod probari non potest, teneatur illud manifestare? Ne-Dubium & gat cum Maiores Pont. cap. 34. probat: vel contrahentes sunt in bona fide, & cessat causa, proper quam occultum erat manifestandum, quæ erat ad impediendum peccatum contrahentium; vel in mala fide: & tunc vel impedim. ortum habet ex peccato, ut si sacerdos filium & filiam suscep̄isset ex sacrilego concubitu: qui postea Exemplum adulii ignari consanguinitatis, publicè petenter Comiso. contrahere coram proprio parocho, qui simul esset

113.
Coroll.

esset eorum patens, & solus impedimenti conscientia defundatā matre: at hic non teneretur impedimentū manifestare. sed posset, eo tacito, contrahentes copulare: tum quia non posset tale impedim. probare: tum propter periculum infamiae, cui parochus se exponeret, illud vel in specie, vel in genere manifestando. Si verò impedim. ortum non habet ex peccato, qui tamen illud nouit, nullam spem habet suam manifestationem profuturam, nec alijs indicis probare illud potest, cùm unus testis ad faciendam fidem non sufficiat, ad nihil tenetur.

Affirmant. Affirmant reliqui teneri subditum occultum impedim, sub mortali reuelare, modò talis reuelatio non vergat in detrimentum propriæ famæ: ita *Palud. in 4. dist. 27 q. 1. art. 3. casu 9. Conar. 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 10. num. 21. Henrig. lib. 10. de sacram. Ordinis cap. 18. num. 2 in comment. lit. D. Sanch. disp. 13. Conink. disp. 27. dub. 7. Preposit. q. 4. de matr. dub. 16. Bonac. de matr. q. 2. punt. 6. fine, Barbosa in collect. in Trident. num. 34.* & alij apud eund. Dixi propria fama: quia si vergeret in detrimentum famæ ipsorum contrahentium, docent citati, esse reuelandum, præmissâ prius secretâ monitione, iuxta præceptum Christi de fraternâ correctione. Quæ sent. probabilius. Fundam. ordinarius tali casu habet ius ex officio inquirendi de impedimentis contrahentium, ad quem finem proclamationes præmituntur: ergo in diœcesanis est obligatio ea reuelandi.

Nulla excusatio à reuelando. Neque à reuelando excusat 1. quod impedimentum occultum: quia quando reuelatio non rendit ad puniendum impedimentum, sed ad peccatum, damnumve vitandum, nisi ex ea reuelatione scandalum timeatur, omittenda non est. Neque excusat 2. quod talis reuelatio, cùm sit unius tantum testis, non sit ad probandum sufficiens: tum quia, ut DD. cum glossâ in cap. præterà 2. de sponsalib. communiter, ex cit. cap. vnicus testis sufficit ad matrim. impediendum, esto non sufficiat ad dissoluendum: tum quia etiam si non sufficiat ad iuridicam probationem, saltem sufficit ad paternam denunciationem; quâ acceptâ Ordinarius, paternis secretis que monitionibus procedere poterit cum denunciato, ut vel à contrahendo desistat; vel, si opus fuerit, dispensationem petat. Confir. Ordinarius non solum est iudex, sed etiam pater; ergo subditus non solum tenetur occultum impedim. ad Ordinarium deferre, vt ad iudicem, sed etiam vt ad patrem, qui majori cum autoritate & efficacia poterit cum denunciato agere. Ad argu. oppositæ; esto, contrahentes sint in bona fide, ac proinde cum tali impedim. contrahendo non peccent, tenetur ramen, qui occultum impedim. nouit, illud manifestare, quando nullum timetur scandalum, aut periculum propriæ famæ, ab rationes assignatas. A fortiori tenetur, quando contrahentes sunt in mala fide, ad eorum peccatum & damnū, vitandum, quod tum ipsis, tum futuræ proli ex tali matr. probabilitate sequi timeatur. Ad exemplum de sacrilego sacerdote Resp. cum Comitolo cit. eo euentu teneri parochium, qui simul patens contrahentium esset, adire Episcopum, & sub iuramento testari, esse occultum impedim. dirimens, quod probari non possit. Quo casu teneatur Episcopus impedire matrim. eo quod unus testis maximè iuratus, sufficiens est ad id impediendum. Nec est cur ipsis fama periclitetur, cùm non teneatur in specie, aut genere suum crimen

prodere. 9. An qui sub secreto nouit occultum impedim. tenetur illud reuelare? duplex lecetum; sacramentale, est de iure diuino naturali, quod nascitur ex confessione sacra ut nunquam licet Confessario sine expressâ licentia penitentis illud retegere: Naturale oritur ex naturali dominio, quod unusquisque in suos internos aëris habet, ut quo iure secreti eos ipse possidet, codem possit alteri concedere.

Quo ad 1. certa omnium sent. est, illud mani- ^{D. secreto.} festati non posse, si periculum sit, ne sacramenta- ^{sacramentalis.} fessionis sigillum violetur: cùm hoc longè maius malum sit quocunque alio, quod ex illegitimo ac sacrilego matrimonio, immò quam ex quocunque alio temporali damno timeri possit; cùm odiosum reddat illud medium, à quo ex benignâ Christi institutione æterna hominum salus pendet. An autem ubi id secretum non periclitatur, licet eius notitia extra confessionem ad exter- ^{as actiones dirigendas vii:} Affirmant plerique, apud Sancb. lib. 3. disp. 16. & tunc sentent non periclitari, quando eius actionis, ad quam diti- gendam confessionis notitia quis viritur, alia causa prætendi potest, quam ipsius confessionis: ut si superior amoueat aliquem ab officio, vel loco, ex sola notitia in confessione habitâ, à quo alias liberâ voluntate amouere poterat: secus, si liberâ non poterat. Ratio; quando alia prætendit potest causa, tollitur ansa prudenter suspicandi de usu notitiae in confessione acceptâ: cumque confissio non tollat à Confessario ius, quod antea habebat, de liberis suis actionibus disponendi, poterit etiam post notitiam per confessionem habitam de illis disponere. Confir. ex absurdis, quæ sequi possent, si Confessarius nunquam ut possit notitiae per confessionem acceptâ.

Negant Bannez 2. 2 quest. 33. art. 8. *Armilla Negandum.* verb. confessio n. 7. Diana tract. II. de sigillo confess. & alij apud ipsum, ullo unquam casu licere confessario uti notitia sub sigillo sacra confessionis acceptâ, absque expressa licentia penitentis. Quidam sent. Societatis Authoribus seruandam præcepit *Claudius Aquanius, eiusdem Prepositus Gener. anno 1590.* de quâ peculiarem sanxit ordinationem, quâ postea à congregazione 7. generali in breviorum formam redacta, inserta est inter ordinationes Generalium, c. 2: statuitque; ut retineret eam vim, quam reliquæ Generalium ordinationes habere consueverunt, decreto 81. & mis. 94. eiusd. Ordinatio sic habet: *Tametsi magna au- non desint Doctores, qui notitia per confessionem horum. habita, salvo sacramenti sigillo, confessariis ut nonnunquam licere sentiant, Nostros tamen tam doctrinam sequi non expedire iudicamus. Quare ca- ueant diligenter superiores, ne vel ipsi, vel Nostrum aliquis eam uspiam introducant, privatimque, aut publicè doceant, nec ea, nisi forte à penitentis li- centia ullo modo utantur.* Eaudem proprio motu ab omnibus superioribus Religionum respectu suorum subditorum seruandam decrevit anno 1594. Clemens VIII. his verbis: *Tam superiores pro tempore existentes, quam confessarij, qui postea ad superioritatem gradum fuerint promoti, caueant diligenter, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur.*

Solum Societ. legi Tannerum, qui 4. to. disp. 6. quest. 6. dub. 6. & num. 140. viderut contrarium docete: & ad cit. ordinat. respondet, eam ex mente conditoris, ut ex quodam resp. in Germaniam dato anno 1603. testatur se legile, in- telligendam

telligendam esse de ijs duntaxat, quæ ordinantur ad gubernationem superiorum erga suos subditos: in reliquis libertate reliqua, ut possint eam sent. sequi & docere, quæ probabilem iudicauerint. Verum cùm hæc interpretatio in ordinatione à congreg. 7. approbatâ & confirmata, addita non sit, standum erit illi ut sonat: quæ non solum, ut ex citatis verbis liquet, comprehendit superiores, sed quemcunque alium auctorem nostræ Societ. Ratio: etiam si nullum sit periculum fractionis sigilli, hoc ipsum tamē, quod pœnitentes scirent, licitum esse confessariis ut scientia per confessionem habita, per eamque posse, imò ut nonnulli putant, teneri & suffragium indigno, & ordines irregulari, & sacramentum matrimonij cum impedimento accedenti, ob peccatum in confessione tantum auditum, de negare, summopere retraheret eos à tam necessario & salubri sacramento, redderetur exosum illud medium, quod Christus, post naufragium Baptismalis innocentia, instituit velut unicam tabulam, ad salutem, propriâ culpâ perditam, recuperandam. Nam etiā in defectum huius sacramenti, quando in re haberet non potest, succedat eius votum in contritione inclusum, dum tamen in re haberet potest, necessaria est eius realis suscepitio. Ceterum, ut Sanchez, hæc doctrina intelligenda est de ijs, quæ cedunt in præiudicium & damnum, quamvis debitum & iustum ipsius pœnitentis; ut quod indignus per solam notitiam in confessione depositam, priuari possit suffragio, amoueri ab officio, ab ordine repelliri, ad illegitimum matrimonium non admitti; vel quæ aliquo modo illum pudore & verecundia suffundunt: non autem de ijs, quæ in nullum pœnitentis præiudicium, damnum, aut pudorem, confusionemve cedunt. Ut si Confessarius ex sola notitia in confessione accepta sciret, se interficiendum, posset se domini continere, ibique opportunis præsidijs se munire, esto pœnitens suspicetur, hoc fieri ex notitia per confessionem acceptâ, cùm hoc ad nullum pœnitentis damnum, præiudicium, aut pudorem confusionemve vergat, sed ad puram duntaxat Confessarij utilitatem. Vnde nullam causam pœnitens habet de confessario conquerendi. Hoc autem limitandum est, si ex tali facto solus pœnitens, non autem alij in suspicionem venirent, id fieri ex notitia per sacram. confessio nem habita: quia tunc non posset confessarius se subducere, ut vitam per sacri sigilli fractionem conseruaret. Neque enim excusat, quod dubius esset de salute æternâ: nam eo casu posset & teneretur dubium de suâ salute depone re, eliciendo aetum contritionis, & sperando Deum pro cuius lege suam vitam exponit sibi non defuturum.

Ad 1. esto hæc & nunc nemo possit prudenter suspicari, quod hoc fiat ex notitia per confessionem acceptâ, hæc ipsa tamen doctrina, quod licet confessario aliquando hæc scientia vti, in præiudicium & confusionem pœnitentis, reddit hoc sacramentum mortalibus exosum, merito que peccatores possent ab hoc salubri remedio se subtrahere. Ad 2. confessio sacram. nullum tollit à confessario ius, quodante habebat; deponit tamen in eo nouam scientiam, in quam nullum habet ius, eâ in præiudicium deponentis viendi. Ad 3. vel nulla sunt absurdâ, quæ præ obseruantiâ & conseruatione tanti sacramenti minora mala admittenda sunt: vel nō

omnia, quæ ab aduersi. afferuntur, in nostrâ sent. admittuntur, quæ solum admittit, quæ in dampnum, & confusionem pœnitentis cedunt.

Quod obijciunt, hanc cautelam esse indignis medium, quo per iniquos modos & vias peruenire possint ad consequenda publica officia & dignitates, cum præiudicio & damno boni communis. Resp. 1. totum hoc dampnum, tempora le cùm sit, postponendum esse bono salutis æternæ, quod ex iniuiolabili huius sacramenti obscuruantiâ pendet. 2. cùm notitia per confessio nem accepta non impedit ius, quod Praesati habent aliâ viâ, & scientia aliunde coparata, huiusmodi iniquas machinationes impediendi; & ex alia parte notitiam per sacram. confessionem apud se depositam, accipiant sub sigillo iniuiolabilis secreti, nullum erit absurdum, si quando ad hoc sacram. sigillum sanctâ iniuiolabiliterque seruandum, aliquid accidet contra leges bonæ cœlestionis. Addo, etiam propter bonum publicum temporale magis expedire, ut homines sint certi de hac iniuiolabili secreti custodia, ut confidentius ad sacram. confessionem recurrentes, in ea efficacius, & utilius instrui, monerique à prudentibus confessariis possint. 3. esto contraria doctrina viam indignis obstruat, ne per huiusmodi iniusta media, ibiqua sua vota, cum derrimèo publici boni consequantur; attamen longè maius dampnum causat alijs, præsertim simplicibus hominibus, qui vel ex hoc sibi persuadebunt, in alijs etiam casibus licitum esse confessariis huiusmodi notitiâ vti.

Quo ad 2. ratio pro neg. parte est; etiam secretum naturale tenemur naturali iure seruare: ergo neque impedimentum sub naturali secreto acceperum, vel ab uno ex contrahentibus, vel ab aliquo alio, manifestandum erit. Confir. communiter DD. cùm de delicto subditi superiori manifestando disputant, semper excipiunt eos, quibus sub secreto naturali communicatum est. Ita congregatio 6. gener. explicans regulam 9. & 10. summarij instituti, sumptam ex cap. 4. examinis 5. 8. ut *Ad maiorem in spiritu profectum, & precipue ad maiorem submissionem & humilitatem propriam, contentus quisque esse debeat, ut omnes errores & defectus ipsius, & res quecumque, qua notata in eo & obseruata fuerint, superioribus per quemuis, qui extra confessionem eas acceperit, manifestentur: excipit ab hac lege manifestandi defectus eos, quibus hæc secreto, & consilij petendi gratiâ communicata sunt.* Verum communiter docent, impedimentum etiam sub naturali secreto acceperum, manifestandum esse Ordinario, cuius tantum est de impedimentis cognoscere ac iudicare. Ratio; quando secretum est in præiudicium tertij, non tenemur illud seruare: at hoc est in præiudicium, tum alterius coniugis impedimentum ignorantis; tum futuræ prolis, quæ ex tali matrim. nasceretur illegitima; tum sanctitatis sacramenti, quod tali casu esset nullum, ac proinde alter coniux, non solum priuaretur legitimo contraetu, sed etiam vero sacramento. Adde, quando secretum vergit in detrimentum spiritualis salutis deponentis, non tenemur illud seruare: cùm lex charitatis dicit, bonum æternæ salutis præferendum esse cuicunque bono temporali. Cùm igitur contrahentes cum impedimento dirimente ad matrim. accedentes, sint in continuo peccato fornicationis, ideoque in continuo periculo æternæ damnationis; neque huic malo alia via occurriri possit, quam

118.
Pater ad ra-
siones cõtra
rie sent.

120.
*De secreto
naturali.*

Ratio.

quād impedimentum sub naturali secreto acceptum manifestando, tenemur.

^{121.} At si impedimentum non sit dirimens, sed tā.
^{Maior diff.} rūm impediens, ut simplex castitatis votum, an
soluitur. illud teneamus sub secreto acceptum manifesta-
re? Resp. affirmatiū: ita citati. quia etiam hic
militat periculum salutis æternæ, dum voto li-
gari, in continuo sunt peccato, & periculo æter-
^{ad ratione, in} næ damnationis. Ad confit. Patres sextæ congre-
gat. intelligunt de ijs, quæ sub secreto com-
municantur concilij pœdi gratiæ. vt delinquens
ipse dirigatur, vel iuuetur; non quando obstina-
tus in suo persistit errore: nam tunc præferenda
est spiritualis ipsius salus incommode, quod ex
manifestatione secreti timeri potest. Nam si nō
teneimus secretum seruare, quod in præiudicium
tertiij cedit, neque illud seruare tenebimur, si ce-
dat in præiudicium ipsius deponentis.

SECTIO XIII.

An solemnitas à Tridentino prescripta
ita sit necessaria, ut nullo casu sine
ea matrimonium validum sit?

^{122.} ^{Duplici sole-} ^{metas pre-}
^{scripta.} Solemnitas, ad matrim. à Tridentino præ-
scripta, altera, quæ sit per denunciationses
certo tempore, loco, & modo peragendas: altera
per proprij parochi, & duorum minimum testiū
præsentiam. Prior citra matrimonij invalidita-
tem, omitti potest, ut suprà. De 2. questio est,
an in aliquo casu absque matrimonij præiudicio
omitti possit. Præcipue sunt casus 4. Primus;
quando contrahentes ex loco, in quo decretum
Trident. viget, contrahuntur transeunt ad locum,
in quo non viget: & contrà 2. quando contra-
hentes coram parocho & testibus cum occulto
aliquo impedimento, contraxerunt, ad obrenta
postea dispensatione teneantur iterum coram
parocho & testibus contrahere. 3. quando de-
cretum Trident. ignoratur. 4. quando proprius
parochus vel haberi simpliciter non potest, vel
non sine maximo periculo, aut ingens vrget cō-
trahendi necessitas, quæ usque ad parochi ad-
uentum differri non potest.

^{123.} ^{De primo.} Quo ad 1. quando cōtracturi migrant è loco,
exit. vīro-
ne sicut est. vbi Trident. viget, ad locum, vbi non viget,
animo ibi domicilium collocandi, validè con-
trahunt, non seruatà Trident. forma: & contrà,
quando è loco, vbi Trident. non obligat, com-
meant ad locum, vbi obligat animo ibi perpetuo
morandi, non validè contrahunt, neglecta con-
ciliij formâ. Ratio: homines non teneantur ser-
uare leges & consuetudines illius communitatis,
cuius desinunt esse membra, sed eius, cuius in-
cipiunt esse membra per translationem autem
domiciliij desinunt esse membra prioris, & incipiunt
esse membra 2. communitatis: ergo cum
2. vt membra cum proprio capite, non cum
priore, tenentur in legibus & consuetudinibus
se conformare. Confir. ex resp. Cardin. datâ
Episcopo Antuerpi. quam refert France. Sylviu-
mox citandus de duobus, qui ex uno loco in
alium migrarunt, ibique contraxerunt: respô-
sum autem fuit, si in eo loco, ad quem migrarunt,
Trident. publicatum non erat, validè eos con-
traxisse. Tridentini formâ non seruatâ: secus, si
ibi Trident. fuisset publicatum.

An qui tantum in transitu sunt in loco, vbi

Trident. non obligat, venientes è loco, vbi obli- ^{Hoc in dubi-}
har, validè contrahant. Tridentini formâ non ^{veretur.}
seruatâ: & contrà, qui transeunt per locum, vbi
Trident. viget, venientes è loco, vbi non viget,
validè contrahant, conciliij formâ neglectâ.
Negant Henr. lib. II. de matrim. cap. 3. num. Negant.
3. Sylviu in supplem. ad 3. part. quest. 45. art. 5.
quest. sùa 4. Rodriq. apud Hurtad. de matrim.
disp. 5. diff. 4. pro quâ citat etiam Vasquez; Pro- ^{Prob.}
bant 1. Tridentinum reddit omnino inhabiles
ad contrahendum sine parocho & testibus om-
nes eos, quibus semel publicatum est conciliij de-
cretum: non essent autem omnino inhabiles ad
sic contrahendum, si possent per tantum in alia
parochia, vbi concilium publicatum non est,
validè contrahere. 2. qui per aliam Diocesis
transeunt, non desinunt esse Diocesani alterius
propriæ, ex qua ad tempus discellere. 3. Tridenti-
num suo decreto non tam locum, quād perso-
nas comprehendit, ne aliter, quād præsente pa-
rocho & testibus contrahant: ergo ubiunque
fuerint, modò non desinant esse parochiani illi-
lius loci, vbi Trident. publicatum est, ipsius
decreto astringuntur. Sicut in uno loco excom-
municatus, ubique est, eo quod excommunicatio
non afficit locum, sed personam. 4. Non
fuisset sufficienter prouisum incommode, qui-
bus hoc suo decreto concilium occurre inten-
dit, si possent parochiani eius loci, vbi conciliū
receptum est, in fraudem tantisper secedere ad
locum, vbi receptum non est, ibique clandestinè
contrahere. Confir. quo iure posset unus, posset
alter, & reliqui omnes singillatim, hoc pa-
councilij decretum eludere ac frustrate.
Affirmant Sanchez lib. 3. disp. 18. num. 28. Co- ^{124.}
nink. quest. 27. dub. 1. concl. 5. Hurtad. cit. Prepo- ^{Affirmantibz.}
st. quest. 4. de matrim. clandest. dub. 7. Pontius
lib. 5. cap. 9. Bonaci. quest. 2. de matrim. punct. 7.
Diana part. 6. tract. 7. resol. 28. & alijs apud Sanch.
& docui tom. 5. disp. 5. num. 361. probat Pontius;
peregrini tenentur legibus loci, per quem tran-
seunt. At hæc ratio impugnata est cit. tom. Pro-
bat Sanchi contractus sortiuntur leges, & con-
ditiones loci, vbi celebrantur, l. Si Fundus ff. de
edictio. vbi glossa Bartoli, Consuetudo, inquit,
qua est in loco contractus inspicitur: & cap. finali,
de foro competenti Gregorius IX. assignat capita
4. ratione quorum homo sit loci legibus subie-
ctus, sc. dclito, contractu, domicilio, & posses-
sione rei. Cùm igitur matrim. sit contractus,
sortiuntur leges & consuetudines loci, vbi celebra-
tur: ergo qui clandestinè contrahit in loco, vbi
Trident. non viget, validè contrahit: contrà
vero, inualidè contrahit, qui clandestinè id cele-
brat in loco, vbi Trident. viget, ubiunque do- ^{Receptum}
micipium vel originem habeat. Confir. ex illo axioma.
principio; nunquam à veteri iure recedendum est,
nisi per nouum expresse corrigatur: sed vetus ius
est, ex cit. texib. contractus sortiri leges & con-
suetudines loci, vbi celebrantur: & hoc ius per
Trident. non corrigitur: igitur non est ab eo
recedendum. Verissim etsi hæc sent. probabilissi-
ma sit, vt cit. tom. & nunc etiam quoad 1. par-
tem illam approbo: Attamen quoad 2. partem,
nempe, venientes è loco, vbi Trident. non obli-
gat ad locum vbi obligat, non validè cōrrahere, ^{Limitatio-}
conciliij formâ neglegit, & absolutè approbare non
possum: sed cum hæc limitatione; si contrahen-
tes tam diu ibi morētur, quamdiu iuxta Cardin.
declarationem, dici possint locum inhabitare,
teneri ad formam Trident. seruandam: secus, si
tantum

tantum sint in transitu & per modum hospitis. Ratio; communis illa lex, quod contractus sequi debeant leges & consuetudines loci, vbi celebantur, à Trident. iuxta interpretationem in contractu matrim. modificatur, ut non habeat effectum in loco, vbi contrahentes sunt per modum transitus, sed vbi sunt per breuem aliquam habitationem. Nam Tridentini forma est, ut vbi ipsius decretum receptum est, tam proprio parochio contrahatur: at parochus non sit transiens proprius, per purum transitum: igitur non tenetur ibi coram parochio contrahere; cum iuxta Trident. non teneatur, nisi coram proprio: ergo vbi non est proprius, non tenetur, sed potest iuxta ritum suorum patrum contrahere. Confir. Non tenetur sacerdos iuxta Trident. *sess. 13. cap. 7.* si habeat peccatum reseruatum, & urgeat necessitas celebrandi, illud confiteri confessario, qui caret facultate ab illo absoluendi; eo quod rati casu non censetur habere copiam confessarii: ergo nec tenebitur contrahens coram alio parochio contrahere, quia tali evenitu censeretur carere parochio. Nec tenebitur tam diu ibi morari, quamdiu per habitationem censeretur ibi proprium parochum acquirere: sed poterit iuxta ritum suorum patrum celebrare matrem.

^{124.}
*Corollaris
quinque.*

Inferritur 1. qui habet domicilium, unum in loco vbi Trident. non est publicatum; alterum, in quo est publicatum, validè contrahit sine parochio & testibus, vbi non est publicatum.

Inferritur 2. Cū Pōtio, impeditus gradu consanguinitatis, vel affinitatis, lege Eccles. prohibito, migrans in locum, vbi talis gradus consuetudine abrogatus est, validè contrahit. Nam eti sanguinis coniunctio personam afficiat, prohibitio tamen, ne sanguine iuncti contrahant, pender à loci consuetudine & populi acceptatione. Vnde sicut potest loci consuetudo tale impedire, tollere ab eis, qui in tali loco sunt, ita ab illis, qui ad talem locum migrant: cum non minus sanguinis coniunctio afficiat personas eiusdem, quam alterius loci. 3. Cur qui ex loco, vbi Trident. viger, transit per locum, vbi etiam viger, si coram parochio loci, per quem transit, contrahat, non validè contrahat; contraria vero, qui ex loco, vbi viger, transit per locum, vbi non viger, validè contrahat; quia in 1. casu contrahens astigitur ad formam Trident. quæ praescribit contrahendum esse coram proprio parochio: & quia proprius parochus non acquiritur per purum transitum, non validè contrahit: in 2. ad formam Trident. non astringitur, cum ibi non vigeat, nec ad legem suorum parochiarum tenetur, quia illa non obligat, nisi in ea existentes; proinde siue contrahant coram parochio non suo, siue coram nullo, validè contrahit. 4. Infideles subiecti quoad temporalia Christianis Principibus, habitantes, vbi receptum est Trident. validè contrahunt, formam Trident. non servat, quia cum haec sit lex mercede Eccles. non obligat infideles, si cut nec reliquæ leges Eccles. pure, de ieiunando, audiendo sacro festiū diebus &c.

5. Posita sent. negante, validè contrahere, qui ex loco, vbi Trident. viger, transit ad locum, vbi non viger, ut ibi clandestinè contrahat, etiam si ibi contrahat coram parochio & testibus, non validè contrahit, donec per habitationem ius parochianum in eo loco acquirat. Quia iuxta eam sent. seruanda est tali casu forma concilij: At forma concilij est, ut coram proprio parochio contrahatur: proprius vero parochus non ac-

quititur per purum transitum, sed per aliquam habitationem, ex communiori sent. *supr.*

Ad 1. oppositæ, Resp. fieri omnino inhabiles ad contrahendum, sine parochi & testium presentia, in eo tantum loco, vbi Trident. est receptum. Ad 2. neque qui migrat ad locum, ut ibi tam diu moretur, quamdiu ius parochianum acquirat, definit esse parochianus alterius parochie, & tamen si ibi non sit receptum conciliū, validè contrahit, si clandestinè contrahat, aduersariis etiā fatentibus. Non igitur ex eo, quod non definit esse parochianus loci, vbi Trident. viger, sequitur, ut, si contrahant in loco, vbi non viger, inualidè contrahant: Ratio; potest manere parochianus absque obligatione seruandi leges suorum parochiarum, dum abest ab illa. Sicut incola unius loci transiens per alienum, non definit esse incola sui proprij, & tamen iuxta probabilitatem sent. non tenetur seruare leges proprij, dum transit per alienum, quia leges non obligant, nisi in loco, vbi feruntur. Ad 3. neg. conseq. Nec est eadem ratio de excommunicatione, quæ fertur in personam, propter ipsum contumaciam. Quid autem dicendum sit de persona, que ex loco interdicto migrat in locum non interditum, forte alibi.

^{125.}

*Ad primam
1. Sent. neg.*

Ad 2.

Ad 4. idem sequitur in alia sent. quæ docet, saltem id fieri posse acquisita ad breue tempus habitatione, vbi concilium non obligat. 2. satis incommodis occurritur, si in eo loco, vbi Trident. est publicatum, validè contrahi non possit: nec ad plus voluit concilium contrahentes obligare; cum n. h. haec sit lex purè positiva humana, non plus obligat, quam legislatoris voluntas obligare intendit.

Ad 4.

Dices: cur transiens per locum, vbi Trident. non vigeret etiam per modum hospitij, validè contrahat, esto discedat è loco, vbi vigeret; contraria vero, transiens per modum hospitij ad locum, vbi vigeret, etiam si discedat è loco, vbi non vigeret, non validè contrahat, nisi Tridentini formam seruat? Resp. quoad 1. quia decretum Trident. non obligat fideles, nisi in eo loco, vbi publicatum & receptum est. Cum per hanc legem noluerit concilium derogare communi opin. assertenti, legem non obligare, nisi existentes in loco, vbi lata & recepta est. Quo ad 2. cum iuxta communem sent. cui Trident. hoc suo decreto non derogat, omnis contractus, præter dotalem, sequatur leges & consuetudinem loci, vbi celebatur; hoc ipso, quod matrim. celebratur in loco, vbi Trident. est promulgatum & receptum, sequi debet leges eius loci; proinde inualidum erit celebratum sine solemnitate Trident. requisita. Et quia initio solemnitates requirunt præsentia proprij parochi, propriusque parochus in loco, per quem transitus haberi non potest, nisi ratione habitationis, per quam transiens acquirit ius parochianum in loco per quem transit, ut validè ibi contrahat, morari debet breui aliquo tempore, quo verificari possit, quod ibi sit per modum habitantis, & non mere transiens, ut *supr.* iuxta Cardinalium declarationem.

Clarior sed.

Maior difficil. An qui expresso animo clandestinè contrahendit migrat in locum, vbi Trident. non obligat, validè contrahat? negant aliqui ex auct. nostræ sent. motu illa regula, quod *fraus nemini debeat patrocinari*. At probabilius est oppositum: quia ut recte *Sanchez*, *Diana* cit. & alijs, soli intentio, interna cum sit, & ad externa actionem non influat, matrim. non irritat. An autem

126.

Matus dubit autem talis peccet? Puto minimè peccare, si ex iusta causa id faciat, seruatis reliquis solemnitatibus, quæ ante Trident. ab Ecclesia præscribabantur: nam etiam ante Tridentinum clandestina matrimonia erant prohibita, licet non irrita, vt ipsum testatur. Esto igitur quantum ad matrimonij validitatem, non teneatur ibi formam Tridentini seruare: vt tamen licet & sine peccato contrahat, tenetur seruare antiquum Ecclesiæ præceptum, de non contrahendo clandestinè. Quid autem, si iusta causa, & nullum est scandali periculum, non peccet, eo animo ad talem locum accedendi, probatur: quando lex obligat personas commorantes tantum in loco, vbi lex est promulgata, vti est hæc de matrimonio coram parocho & testibus contrahendo, quæ ex Tridentino sess. 24. cap. i. fine, suum robuit in unaquaque parochia, in qua promulgatur, habere non incipit, nisi post 30. dies à die primæ publicationis, in eadem parochia facta, numerandos, eius obseruantia ex mente legislatoris non astringit personas alio commigrantes, vbi lex non est promulgata, aut non viget: igitur sine peccato potest se eò confert, vt à legis obseruantia se eximat. Quia quando id lex permittit, non peccatur contra legem. Ita, vt quis se eximat ab obseruantia alicuius statuti synodalis, se confert in locum, vbi id non obligat, nec peccat, quia non facit contra legem aut mentem legislatoris, qui solum obligare intendit habitantes in tali loco. Dixi, si iustum habeat causam & absit scandali periculum: enim verò sine causâ eximere se à lege eius communicatis, cuius est membrum, est per se dissentaneum rationi, præbetque exemplum alijs idem sine causâ faciendo.

Obijcies: peccat qui, vt se eximat vel à ieunio peruvigilijs, vel à sacro audiendo in festo S. Bartholomæi, ex loco vbi obligat ieunium, vel sacram, migrat ad locum, vbi eâ die non obligat: ergo & quie loco, vbi Trident. obligat, migrat in locum, ubi non obligat, vt se à legis obseruantia eximat. Resp. neg. conseq. nam in 1. casu ieunium, vel sacram non obligat in vno tantum loco (vt Tridentini decretum de matrimonio coram parocho & testibus contrahendo) sed in vniuersa Ecclesia: proinde vobis que semel tenebitur in peruvigilio ieunare, & sacram festo audire; idque non faciendo, peccat contra legem latam & promulgatam omnibus. Quodsi alicubi consuetudine introductum sit, vt non obliget, tunc ex iusta causa sine peccato poterit ex loco, vbi obligat, migrate ad locum vbi non obligat, vt se ab huius legis obseruantia eximat.

Quo ad 2. Prima sent. affirmat, qui cum occulto impedimento contraxerunt, obtentâ dispensatione, teneri iterum, coram parocho & testibus contrahere: *Palat. in 4. dist. 27. disp. 1. fol. 566. Comito. lib. 1. moral. resp. quest. 120. Pontius lib. 5. cap. 6.* & alijs apud Sanchez mox cit. Nititur hæc sent. autoritate Clement. VIII. qui, vt suprà, de hoc interrogatus, respondit, iterandum esse matrim. coram parocho & testibus: ad evitandum tamen scandalum, sua Sanctitas dispensauit, vt coniuges renouato consensu, secreto contraherent. Ratio: Forma adhiberi debeat tempore, quo contractus fit: sed quando adhibita est præsentia parochi, quæ ex Trident. est forma contractus matrim. non siebat matrim. ergo quando iterum fit, debet de novo

130.
De casu 2.

1. Sen.

abhiberi; nam quæ fuit, & non est, est acsi nunquam fuisset. Ita *Comitol. Ponti.*

Secunda negat, id esse necessarium, sed sat esse, si contrahentes, impedimento sublatu, occulte contrahant, nisi impedimentum sit publicum, aut probari possit, vel tempore celebrationis matrimonij fuerit parocho, aut testibus extra confessionem notum: *Conar. lib. 4. decret. part. 2. cap. 6. init. n. 8. Nauar. in sum. cap. 22. n. 70. Henrig. lib. 11. de matrim. cap. 3. n. 6. qui in comment. lit. L. addit., ita Episcopos aliquos consultos, qui Concilio Trident. interfuerere, respondisse: Säch. lib. 2. disp. 37. Conink. disp. 24. dub. 10. Sylvi. in additi. ad 3. part. quæst. 45. art. 5. q. suâ 4. Hurtad. disp. 3. de matrim. diffic. 11. & alij. Fulcitur hæc sent. auth. Pij V. qui, vt *Nauar. cit.* declatauit tali enentu, non esse necessarium iterum coram parocho & testibus matrim. contrahete, sed sufficiere priuatum inter ipsos coniuges maritalem consensum renouare. At *Pontius*, vt priorum sent. auth. Clement. defendat, ait, *Pium V. hoc casu non declarasse, sed dispensasse*, vti dispensauit Clemens. Sed cui potius credendum? Pontius, qui non nisi ex relatione *Nauar.* illam nouit, an Nauarro. qui hanc vt Pontificis declaracionem refert? Sed hanc Pontij item decidit sacra Romana Pœnitent. à qua, vt refert *Nauar.* & *Marc. Paul. Leo, & Socie. N. insuâ praxi ad literas Maioris pœnitent. part. 2. pag. 245.* talis declaratio redacta est ad formam ordinariam, quæ dispensatio matr. pro occultis impedi. in ead. Pœnit. conceditur. Permititur enim matrimon. in facie Ecclesiæ cum occulto impedim. inualidè contractum, de novo secretò contrahi inter ipsos tantum coniuges, certioratâ priùs coniuge impedimenti ignorâ de nullitate prioris consensu: *causè tamen*, vt in eadem forma dicitur, *vt latoris delictum nusquam detegatur*. Neque dici potest, quid per hanc formam Pontifex intelligatur propriâ auth. dispensare, ad scandalum vitanda: nam si hæc Pontificis dispensatio ad validitatem matrim. foret necessaria, deberet in ipsa formâ exprimi: quæ dum non exprimitur, manifestè sequitur, eam ad valorem matrimonij necessariam non esse. Leg. formula, quam *cit. Author* ad integrum describit.*

Vt autem in hac contro: vtriusque Pontif. auth. concilium, Dico, vtramque sent. esse in *Pontificum praxi* tutam ac securam; 1. tutiorem, probabi-concordia. liorem 2. Proinde potuisse ex diuerso fundam. vtramque sent. ab vtroque Pontifice in praxi seruandam præscribi, illam vt tutiorem, hanc vt probabilorem. Nam hæc parochi & testium præsentia ab Ecclesia exigitur, vt in foro externo sibi constare possit de celebrato matrim. vt si quid opus fuerit, iuridicè valeat canonice pœnis coniuges cogere ad matrim. in facie Ecclesiæ celebratum, seruandum. At quando impedimentum fuit occultum, & matrimonij celebratio publica; sufficenter in foro externo de celebrato matrim. Ecclesiæ constat: igitur necessaria non est noua parochi & testium præsentia. Confir. cit. *Henriguez*, iure antiquo, matrimonium cum occulto impedimento in facie Ecclesiæ publicè contractum, solo priuato consensu inter coniuges renouato revalecebat: sed Trident. hoc suo decreto non abstulit ius antiquum.

Nec vrget *Comitol.*, & *Pontij*, argu. Nam ad *validitatem contractus*, non est necesse, vt ma- prime, teria & forma sint simul physicè, sed sat est, si sint simul moraliter, vt censeatur talis forma

L

cadere

cadere supra talem materiam: ut communiqueret de mutuo coniugum consensu: sufficit enim ut unus multo tempore ante alterum præcedat. Et sane minor similitas necessaria est inter consensus contrahentium, & præsentiam parochij; cum hæc ab Ecclesia desideretur, solum ut possit in foro externo sibi constare de contra&o matrim.

132. Dixi, nisi impedimentum publicum, aut probari possit: Publici im- quia tunc non vitarentur incômoda, quæ ex clan- pedim. alia destino matr. timeri possunt, & Concilium vitare intendit. Nam publicè probato impedi. possent coniuges, qui clam validè contraxerunt, cum perpetuo adulterio ad 2. nuptias transire, & cùm Ecclesia non cōstet de occultâ matrimonij reualidatione, non posset eos ad 1. matrim. cogere, sed potius ad 2. in facie Ecclesiæ celebratum.

Dixi, vel tempore celebrationis fuerit parochio & testibus notum: quia tunc non possent de validitate matrimonij, ad quam testandam ab Ecclesia sunt constituti, sed potius de nullitate testari. Quod verum est, etiamsi vel vni testium fuerit notum impedimentum, quando matrim. celebribatur: quia tunc non essent ex præscripto Trident. sufficientes testes ad matrimonij valorem testandum. Dixi, tempore celebrationis: quia si sciant post celebratum matrimonium, & adhuc manet occultum impedimentum, non erit matrimonium publicè iterandum, quia sufficit, ut non fuerit sibi notum impedimentum, quando matrimonio assistebant, ut possint de ipsius valore iuridicè testari, cùm alia scientia sit tantum priuata, & ab Ecclesia non constituantur testes, nisi in eo, & pro eo actu, quo vice Ecclesiæ assistunt.

Dixi, extra confessionem: quia, ut supra, notiā per confessionem habitā non possumus ut ad externas a&ctiones dirigendas. Addit Sanchez num. 12. cum Henriquez lib. II. de matrim. cap. 3. nn. 6. adhuc manere occultum impedimentum, etiamsi index ex falsa informatione publicè illud pronunciet, & cum eo impedimento contractum matrim. declaret nullum: nam per falsam informationem, delictum occultū non sit publicum, etiamsi à iudice pronuncietur ut publicum. Idem docet, tale matrim. posse maritali copulâ reualidari.

De malâ fide de parroco. Quid si impedimentum sit ipsis contrahentibus tempore celebrationis notum, ac proinde malâ fide contrahant, num obtentâ postea dispensatione, iterum debeant coram parochio & testibus cōtrahere? Affirmat Veracruz apud Sanch. n. 8. eo quod non censeatur tali casu Ponifex dispensare cum talibus malâ fide contrahentibus, ut eximatur à debito iterandi matt. coram parochio. Negat Sanch. & probabilius: cùm hoc non fundetur in tacita Pontificis dispensatione, contrahentes eximentis ab obligatione publicè reperiendi matrim. sed in lege ipsa, quæ iuxta mentem legislatoris huiusmodi casum non comprehendit: eo quod per primam celebrationem publicè coram Ecclesiæ factam abunde satis fiat legi.

133. Quo ad 3. ratio dub. 1. sumitur ex Concilio; De 3. casu ratio dub. duplex. tum ex verbis; Qui aliter quam praesente parochio &c. matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit; & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit: Tum ex his; Si quis parochus vel alius Sacerdos &c. alterius parochia sponsos sine illorum parochi licentiâ matrimonio coniungere ausus fuerit &c. Porro tam attentare, quam audere, scientiam rei, quæ attentatur, vel contra quam quis auderet, supponit: is enim attentare, & audere in legem dicitur, qui cōtra legem facere præsumit, contra

quam præsumere non dicitur, qui probabili legis ignorantiâ laborat. Ergo qui ignarus decreti, sine parocco & testibus contrahit, inualidè non contrahit, quia non attentat, vel audet contra legem. 2. hæc est lex poenalis, quia per eam contrahentes sunt inhabiles in pœnam, quod clandestinè contrixerint: lex autem poenalis ignorantes non obligat, ut so. 5. disp. 5. sect. 2. ditto 6. Confir. ut Sotus lib. I. de iust. q. 1. art. 4. maxima fieret matrimonij iniuria, si per ignorantiam contracta, deberent cum recip. scandalio, contrahentium damno, & prolis detrimento dissolui.

His tamen non obstantibus, communis sent. Communis est, decretum Concilij, post elapsos 30. dies à f. n. seg. promulgatione in propria parochia facta, comprehendere omnes tali parochij subiectos, etiam ignorantes. Ratio; ut rectè cum Panormit. cit. Sotus, licet lex sufficienter promulgata non habeat vim obligandi ignorantem, quoad culpam & pœnam, habet tamen vim rescindendi cōtractus statim à die, quâ incipit obligare, ut ibid. dicto 7. Sic lex reddens illegitimè natos ad Eccles. beneficia, vel bigamos ad sacros Ordines, inhabiles, obligat etiā ignorantem. Ratio: culpa, ut & pœna, culpam supponens, nequit esse sine propriâ delinquentis voluntate, quæ præcepti notitiam essentialiter supponit. At rescissio cōtractus esse potest sine propriâ contrahentis voluntate, sola voluntate principis, à quo pendet valor contractuum: habet enim princeps ad euitanda publica incommoda potestatem rescindendi contractus, etiam in iuitis contrahentibus.

Ad 1. rationem dub. Td attentare à Concilio Ad 1. ratio. non sumitur rigorosè; nec Td audere in ordine nem dub. ad coniugalem copulationem, ab alieno parochio sine licentia proprij ignorantem factam; sed in ordine ad suspensionis pœnam, à Concilio impositam, quam non incurrit alienus parochus, si inuincibili ignorantia decreti id faciat, etiamsi copulatio ipsa cum tali ignorantia facta irrita sit.

Ad 2. nego hanc esse legem pœnalem: est directa; cū non tendat ad puniendam aliquam culpam contrahentium, sed ad præscribendam formam in matrim. seruandam. Nec inhabilitas, quæ contrahentibus imponitur ad clandestinè contrahendum, est pœna, sed publica solemnitas in matrim. seruanda. Patet, quia non imponitur contrahentibus, ob matrim. clandestinè contractum, proper quod aliaz pœna à Concilio taxantur, sc. ut grauitet arbitrio Ordinarij puniantur; sed ut canonicum impedi. ad futurum matt. dirimendum. Ad Confir. occurrit hūic in cōmodo Ad confir. conciliū, non obligando ad hæc legē, nisi post 30. dies à promulgatione in propria parochia facta, post quam vix locum habere potest inuincibilis ignorantia. 2. esto accidat casus, quo quis post facta & sufficiente promulgationē, clandestinū matt. ignorantem cōtrahat, nullū erit scandalū, si ignorantia legis probatā, corā parocco & testibus contrahat. De quo non loquitur cit. Sotus, sed quādo lex inciperet obligare, nullā factā promulgatione in proprijs prouincijs, vñā tantum in Urbe factā: quia tunc non rātū metaphysicē, sed moraliter possent multi legem ignorare.

Quo ad 4. cōmunior sent. est, nullo casu, qua- De casu 4. cunque necessitate urgente, etiā periculi mortis, per difficultē possit absq; parocco & testib. matr. validè cōtra- hi, vbi Trid. est receptū: ita Henr.. LII. de matr. c. 3. n. 8. Sanch. l. 3. disp. 17. Conink disp. 27. dub. I. n. 13. Addit tamē n. 11. ex declar. Clem. 9. valere matri. contractū absque parocco in oppidis aut pagis, vbi

ubi nullus pastor, aut vicem eius gerens haberi, vel in proximis locis adiri potest: Meracius disp. 17. de matrim. sess. 17. num. 4. & 5. Prepositus quest. 4. de matrim. dub. 4. num. 14. Pontius lib. 4. cap. 6. Hurtad. disp. 5. de matrimon. difficult. 3. & alij apud Sanchez & Barbosam in collect. in Trident. sess. 24. cap. 1. num. 140. Fundamentum præsentia parochi & testium, est forma matrimonialis à concilio præscripta: sine formâ autem nequit consistere contractus, ut nulla res sine sua formâ. 2. nullo casu potest validum contrahiri matrimonium inter consanguineos, vel affines in gradu ab Ecclesia prohibito: ergo nec sine parochi præsentia, cum non minus una, quam altera sit lex, ab Ecclesia constituta irritans matrimonium. 3. nullo casu potest in materia inhabili validum confici sacramentum, ergo nec matrimonium sine parochi præsentia. Nam matrimonium est sacramentum, eius materia sunt ipsi coniuges contrahentes coram proprij parochi præsentia. Confir. Ecclesia habet potestatem instituendi materiam remotam sacramenti matrimonij: ergo in nullo euentu poterit absque parochi præsentia validum confici matrimonium sacramentum. Consequentia pater, quia nullo casu potest validum confici sacramentum sine materia à Christo institutâ: & ea ipsa materia, pro matrimonij sacramento ab Ecclesia instituta, censemur instituta à Christo. Quo fit, ut constituta materia matrimonij ab Ecclesia, statim lex ipsa diuina ad eam seruandam obliget, non secus ac obligat ad seruandam materiam reliquorum sacramentorum à Christo immediate institutam.

^{135.}
2. Sent. pro-
babilior.

trib. casib.

Secunda affirmat, posse aliquo casu validum effici matrimonium, sine parochi præsentia. ita Jacobus de Graffys lib. 2. decisionum cap. 85. Sylu. in addit: ad 3. part. quest. 45. art. 5. quest. suâ 4. probabilem censem Veracruz, & Vega apud Sanchez; dubiam Azabedo apud eundem num. 3. fine. Hæc sententia eti paucos habeat patronos, sequenda tamen nobis est ut probabilior.

Vt autem in hac singulari ac perdifficili controversia mens nostra lectori conseruit, Assignandi erunt primi casus, in quibus sine parochi præsentia matrimonium validè contrahi non potest: Primus est, quando proprius parochus sine magno incommodo haberri potest. Secundus, etiam si parochus haberri non possit, nulla tamen aut non magna vrgit ad contrahendum necessitas, quin matrimonij celebratio diffetri possit usque ad parochi aduentum. Ex quo tres supersunt casus, quibus sine parochi præsentia id validè contrahi possit. Primus est, quando parochus haberri simpliciter non potest: Secundus, quando non sine maximo, vel ipsius parochi, vel contrahentium periculo. Tertius, quando maxima vrgit contrahendi necessitas, quæ usque ad parochi præsentiam diffetri non potest.

Quoad priores duos, clara est sacræ Cardinalium congregationis decisio, quæ consulta ab Episcopo Tricaric. circa formam matrimoniorum, quæ in partibus Hollandia, Zelandia, & Frisia contrahuntur, examinatis ac persensi rationibus sibi ab Episcopo propositis, postquam declarasset, irrita esse matrimonia hæreticorum celebrata coram ministro hæretico, vel magistratu in loco, vbi Tridentinum est publicatum, subiungit: Si vero parochia, in qua fuit aliquando obseruatum decretum, proprio parochio careat, & cathedralis istidem Episcopo, & capitulo habentis-

bis à concilio facultatem alium sacerdotem ad id delegandi, nullusque alias ibi sit, qui vices parochi, aut Episcopi suppleat, matrimonium valet absque præsentiâ parochi, seruatâ tamen in eo, in quo potest, formâ conciliij, nempe adhibitis saltē dñobus testibus. Si vero exteat quidem parochus, & Episcopus, sed nullo constituto Vicario, utique metu hereticorum lateat, ita ut verè ignoretur ubi sit, vel eodem metu à Diocesi absit, nec ad alterutrum sit tunc accessus, validum est matrimonium contractum absque parochio, adhibitis tamen dñobus testibus. Hæc sacra Congregatio, quæ duos priores causis hac sua declaratione aperiè comprehendit, vel quando parochus simpliciter haberri non potest; vel quando non sine ipsius, aut contrahentium periculo. Neque ab hac sent. alienus Sanct. dum ex declaratione Clementis affirmat, valere matrimonium absque parochio contractum in oppidis aut pagis, vbi nullus pastor, aut vicem eius gerens haberi, aut in proximis loci adiri potest. Intelligi enim debet de aditu non solùm physico, sed etiam morali, scilicet, ut Cardinallium congregatio, absque vita periculo. Eisdem casus admittere tenetur Layman, qui lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 7. & 8. docet, validum esse matrimonium à Catholicis sine parochio contractum, in locis, vbi expulsis Catholicis, nullus adest proptius pastor. Item matrimonium eorum Catholicorum, qui inter hæreticos permixti vivunt. Intelligentum, quando non est tunc accessus ad proprium parochum, alioquin etiam si simul habitent cum hæreticis, tenentur Catholici coram proprio parochio contrahere, si illum sine periculo habere possunt. Idem docet, posse Sacerdotem catholicum assistere matrimonio hæretici. Quod distinguo, si hæreticus seruet Tridentini leges, alioqui si veller contrahere contra Tridentini decretum in loco, vbi illud est receptum, non posset catholicus sacerdos tali matrimonio assistere, cum non possit assistere matrimonio, in quo non seruantur Tridentini leges, vbi Tridentinum est receptum; esset enim cooperari in eorum peccatum, & matrimonij inualiditatem.

In eandem sententiam venit Cardinalis Bellarmine, ex quodam ipsius responso dato Octa-Bellar. apud uio Carafæ Nuntio Apostolico, quod refert cit. Syluum. Syluius: De matrimonij, inquit, contractis, ubi nulli iam sunt proprii pastores, iam olim actum fuit cum S. D. N. & cum congregazione conciliij Tridentini. Ac sententia communis fuit, illa efferaeta, nec ad ea pertinere decretum conciliij, cum in huiusmodi locis obseruari non possit. Non video ergo (concludit) cur ea matrimonia non debeant tollerari, cum satis constet, conciliij decretum, quod subiit matrimonium fieri coram Parochio, non se extendere ad ea loca, vbi nulli sunt Parochi. Hæc Bellarmine, qui hoc resp. excludit eorum effugium, quidicunt, hoc factum esse Pontificis dispensatione: cum verba Bellarmini significent, ex sensu Pontificis, & sacræ congregationis, decretum Trident. ad huiusmodi matrimonia non extendi.

Ex his duob. casib. à sacra congreg. declaratis, colligo tertium: si non tunc accessus ad parochum excusat contrahentes, quod minus teneantur formam Trident. in contrahendo adhibere; cur nō excusat maxima necessitas, qualis esset, si contrahentes metu mortis, vel amissionis proprij statū, cum ingenti iactura subditotum, cogentur contrahere absque parochi præsentia?

ut si princeps aliquis concubinam habeat, ex qua filium suscepit, sitque in euidenti periculo mortis, qui si absque legitimo filio decedat totus eius principatus, cum maximam subditorum iacturam devoluatur ad principem hereticum: ne in huiusmodi eventu poterit ille absque parocho matrimonium cum concubina contrahere, legitimando filium ex ea susceptum, qui possit principi succedere, & subditos in veritate fide & religione conseruare. Quis negabit, hunc casum maioris fore momenti, quam non posse ad parochum tutum habere accessum? quod si ille non censemur in decreto concilij comprehensus, posterioratione non censembitur iste. Item si quis ad euitandam mortem, sibi ab aliquo iniuste intentatem, ni statim contrahet, & consummet matrimonium, modum mors non intentetur in legis contemptum, poterit hic sine parocho contrahere. Ratio: potuit concilium cum hac limitatione suum decretum condere. Quod cum hac illud considerit, nobis persuaderet, tum relata Cardinalium declaratio: tum ratio ipsa, cum non soleat Ecclesia suas leges tanto cum damno, & detrimento subditorum seruandas ferre.

Ratio omnia:

138.

Alienus parocho nul. opus. Infertur 1. etiam si in casibus supra haberi possit loco proprii alienus parochus, posse sine illius praesentia validum contrahi matrimonium. Ratio: quando quis nequit habere proprium, coram quo tantum tenetur vi decreti contrahere, censemur parochi copiam non habere: sicut Sacerdos habens peccatum reseruatum, etiam si habeat confessarium, qui vel non sit proprius, vel a reseruatis directe absoluere non possit, non tenetur iuxta preceptum Tridentini *eff. 13. cap. 7. & can. 11.* ante celebracionem id confiteri: nec censemur habere copiam confessarij: nam confessarius censemur ille, qui facultatem habet illum a peccatis absoluendi.

Secus dicendum, si talis parochus, vel Sacerdos potestatem assistendi, vel a peccatis absoluendi haberet a Pontifice: ut fieri solet in partibus Hollandie, vbi Catholici permixti cum hereticis, proprium parochum non habentes, vocantur ad partes Catholicorum, vbi a parochis autoritatem habentibus a sede Apostolica matrimonio copulantur. Dices: qui non habent, vel habere non possunt parochum in propria parochia, tenentur excurrere ad proximiorem locum, ibique ratione habitationis, acquisito iure parochiz, contrahere coram parocho eius loci, qui ratione habitationis factus est proprius habitantis. Nego, vi decreti Tridentini ad id teneri, cum illud contrahentes non obliget ad nouam habitationem comparandam, sicut nec ad domicilium mutandum, ut possit coram proprio parocho contrahere.

139.
*Cord. de
refib.*

Infertur 2. In dictis casibus matrimonium non validè contrahitur sine testibus, si haberi possunt ex ipsa declaratione Cardinalium. Secus, si non possunt; cum eadem sit ratio testium a parocho: sed ex declaratione Cardinalium valet matrimonium. quando parochus haberi non potest: ergo etiam quando testes haberi non possunt.

Infertur 3. Tenentur contrahentes coram parocho contrahere, etiam si non sit tutus accessus ad illum, si ipse offerat cum proprio periculo ad assistendum, & nullum sit periculum ex parte contrahentium; secus, si adhuc perseveret periculum ex parte contrahentium. Tridentinum enim excusat contrahentes, ne contrahant coram parocho, ad quem non est tu-

tus accessus, ne ipsum periculo exponant: Igitur si parochus cedat huic iuri a Tridentino sibi concessio, obligantur contrahentes coram illo contrahere, quia cessat causa, quæ illos excusabat. Non tamen verd accessus non solum excusat parochum, ne afflitar, sed etiam contrahentes, ne contrahant.

Infertur 4. etiam si parochus sit in eadem civitate vel oppido, si tamen ad illum non sit tutus accessus, possunt contrahentes absque eius praesentia validè contrahere. Ratio: adhuc militat causa, propter quam concilium liberat contrahentes a praesentia parochi, quæ est periculum, cui se exponit, vel ipse parochus assistendo, vel contrahentes coram illo contrahendo. Vnde *Eftiss*, referente *Sylvio*, consultus ab Episcopo Autuerpi. an si sit, pastor ab hereticis toleratus, eà conditione, ut sacramenta sub pœna mortis, exiliij, aut gravis multæ, non administraret, possint Catholici ibi commorantes absque parochi praesentia, coram seculari magistratu contrahere: respondit; probabilitate posse: cum tali eventu non sit iuxta Cardin. declarat. ad proutum pastorem tutus accessus.

Ad 1. oppositæ sent. praesentia parochi & testium est forma moralis, dependens a voluntate Ecclesie, quæ non intendit eam in matrimonio seruandam in casibus recensis; sicut nec intendit illam seruandam, quando parochus haberi non potest, cum non possit intendere impossibile: nec credenda est Ecclesia tali casu impedire velle matrimonia: cum hæc tam in repub. ciuili, quam Ecclesiastica, necessaria sint. Nec est eadem ratio de formâ physici, quæ non pender a libera voluntate producentis, ut semel posita suum effectum formalem non conferat.

Ad 2. forte concederet quispam' antecedens. At verius neg. consequ: nam esto possit aliquis in periculo vita cum consanguineo verbis tantum contrahere interius & quiuocando, haud tamen posset, ne ad mortem quidem vitandam cum eâ consummare. Ratio: de hoc nullum habemus exemplum, aut Ecclesie declarationem, ut habemus de absentia parochi: ex quo colligimus, illud esse ab Ecclesia omni casu prohibitum: & licet nullam discriminis rationem reddere valamus, nobis sufficit Ecclesie authoritas, quæ vnum potuit semper, & omni casu prohibere: aliud et si potuerit, haud tamen prohibuit.

Ad 3. neganda consequent. nam materia reliquorum sacramentorum pender a sola voluntate Christi: nec est nobis reuelatum, aliquo casu posse eorum materiæ defectum suppleri; materia autem matrimonij, quæ est contractus humanus, pender a voluntate Ecclesie, quæ in aliquo casu potuit velle, ut ipsius defectus possit suppleri; ut constat ex citata declaratione Cardinal. Ad confirmat. quod ea ipsa materia, quæ in matrimonio ab Ecclesia prescribitur, eo ipso sit materia institutionis Christi: distinguo: sit materia institutionis Christi modo, quo est materia reliquorum sacramentorum. nego; nam materia reliquorum sacrament. persecuerat eadem omnibus: Hæc autem ex Ecclesie intentione non est eadem omnibus: & quia Christus matrimonij materiam acceptat, ut ab Ecclesia institutam, sicut Ecclesia illam instituit, ut non omnibus casibus sit eadem, sub tali etiam institutione acceptatur a Christo. Quo sit, ut omnibus ijs casibus, in quibus Ecclesia contrahentes eximit a praesentia parocho,

chi,

chi, ab eadem eximat & Christus: ac proinde talem contractum sine parochi presentia celebratum eleuat in sacramentum. Ad aliud; positam materiam matrimonij ab Ecclesia prescripta, lex ipsa diuina obligat ad illam seruandum concedo: verum sicut Ecclesia non eandem omnem casu seruandam prescribit; ita nec lex diuina semper & omni casu obligat, nisi ubi supponitur materia matrimonij secunda ab Ecclesia prescripta.

DISPUTATIO VIII.

De dissolutione matrimonij.

SECTIO I.

An validè contractum possit quoad vinculum dissolui?

ciuntur in carnali copula una caro per commixtio-
neum seminum: unde quantumcumque aliquis claus-
tra pudoris inuidat, vel frangat, nisi com-
mixtio seminum sequatur, non contrahitur ex hoc
affinitas: Sotus eadem dist. quest. unica §. hic
breuster: Bonaventura art. 1. quest. 1. Richardus,
art. 1. quest. 1. Durandus quest. 1. num. 7. vbi
docet, affinitatem contrahiri per copulam, ex
qua nata est sequi proles, non autem per alterum
actum, siue contra naturam, siue secundum
naturam, in quo non est coniunctio seminum, nisi
procederet ex maritali affectu: & tunc, inquit,
causaretur affinitas, non propter factum, sed pro-
pter coniugale vinculum, quod solum sufficit ad
causandam affinitatem. Huc ille: qui seminum
coniunctionem requirit ad matrimonium con-
summandum, licet ad contrahendam affinitatem
necessaria non sit. Sotus distinct. 27. quest.
1. artic. 4. §. hoc autem: reliqui cum glossa in
canon. extraordinaria 35. quest. 3. Ratio; Èà
tantum copula consummatur matrimonium ad
quam ut ad principalem finem ordinatur: at
ad solam copulam, ex qua nata est sequi proles,
ut ad suum principalem finem ordinatur:
ergo èâ tantum consummatur. Maior constat
inductione Gratiae: status ac vita non nisi vi-
sione & amore beatifico consummatur, quia
ad hos tantum affectus ordinatur, ut ad prin-
cipalem suum finem, & sic de reliquis: & ra-
tione: quamdiu res non pervenit ad suum fi-
nem, proptet quem est instituta, non habet
completam suam perfectionem. Maior patet;
matrimonium principaliter est propter prolis' gen-
erationem: copula autem, ex qua nata
est sequi prolis generatio, est sola ea, per
quam intra vas à natura destinatum fit semi-
num mixtio, quæ est ipsa prolis inchoatio,
per quam proles ius accipit ad sui procreatio-
nem: ita, ut si seminante viro, mulier semen
in se receptum statim expellat, matrimonium
non consummetur, quia non fit seminum mix-
tio, ex qua nata sit proli generatio sequi.

An id licet possit mulier, si intra tempus
sibi à iure concessum de statu Religionis de-
liberando, à viro opprimatur? Afirmat San-
chez disp. 22. num. 17. si illud statim & con-
tinuò, non autem si postquam semen quasi
ius possessionis acquisiuit. Negat Pontius lib.
9. cap. 10. Et merito, cum maxima iniuria
fiat proli, quæ statim ius acquirit in ipso se-
mine intra naturale vas recepto, ut ex eo pro-
creetur. Nec refert, quod statim expellatur:
nam etiam statim dominum ex propriâ domo
exturbare, est iniustum. An autem retento
semine, possit ob illaram sibi iniuriam, Re-
ligionem ingredi, infra.

Ad 1. oppositæ, negat Bonavent. & San-
chez minor. ego de affinitate inchoatâ, con-
cedo, de consummatâ, nego. Nam sicut ma-
trimonium solo mutuo coniugum consen-
su de presenti espresso, inchoatur, carnali
vero copula consummatur: ita affinitas solo
matrimonio rato inchoatur, consummato pet-
ficitur: & sicut matrimonium ratum sole-
ni Religionis professione dissoluitur, ita èâ-
dam Religionis professione dissoluitur affini-
tas, matrimonio contracta. Ad allatas defi-
nitiones, Respond. et si in eis nulla expressa
mentio fiat seminationis, tamen subintelli-
gitur in ipsa copula carnali, ad matrimo-
nium consummandum idonea. Ad 3. concedo,

^{1.} *Dicit lex ma-*
trrimon. M ATRIMONIUM, ratum dicitur, quod
validum quidem est, non dum tamen
carnali copula perfectum consummatum, quod
carnali copula completum est. Inter infideles
consummatum, alterutro coniuge ad fidem
conuerso, si nolit alter, vel cum fidelii habi-
tare, vel non sine iuriâ & contumelâ Crea-
toris, potest per nouum matrimonium cum fidelii
contractum dissolui, idque in favorem fidei, ex
disp. 1. sess. 2. Inter Christianos consummatum,
nulli potest humanâ potestate dissolui, quia
est à Christo euctum ad representandam in-
dissolubilem unionem Verbi diuini cum natu-
rà humana, & Christi cum Ecclesiâ, quæ in-
dissolubilitis est. At quæ copula ad matrimonium
consummandum sufficit: An sola penetratio
claustrî, absque seminis effusione? An sola
viri absque foeminae seminario? An sufficiat,
si absque corporum coniunctione, arte virile
semen recipiatur intra vas naturale foeminae?
An copula vi, metuere extorta? An fornica-
tus coitus, qui matrimonium praecessit?

^{2.} Quo ad 1. affirms Michael Medina lib.
5. de sacrorum hominum continentia cap. 36. &
absque se 79. Petrus Ledes. apud Sanchez lib. 2. disp. 21.
xime consu Probat Medina 1. Eo actu matrimonium con-
summatur, quo affinitas contrahitur: hæc au-
tem solo carnalis copula coitu contrahitur;
nam hoc solo actu vir & foemina fiunt una
caro, iuxta illud, erunt duo in carne una. 2.
ex definitionibus, quæ de affinitate tradon-
tur, siue à Canonistis, proximitas personarum,
ex carnali copula proueniens, omnicarens paren-
telâ; siue à Theologis, proximitas personarum
ex coitu deducta, nulla in eis mentio fit semi-
nationis. 3. Totum matrimonij vinculum per-
ficitur ante ullam viri seminationem, immo antè
ullum carnalem coitum, solo mutuo coniugum
consensu, per verba de presenti expres-
so: sed matrimonij vinculo contrahitur affi-
nitatis 1. non facite ff. de gradib. affinitat. Affi-
nes sunt viri & uxoris cognatis, dicti ab eo, quæ
duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per
nuptias copulantur: (concludit) namque con-
iungenda affinitatis causa fit ex nuptijs.

^{Nigandum.} Negant S. Thomas in 4. distinct. 41. quest.
1. art. 1. quest. 4. ad 2. scil. vir & mulier effi-
Tom. IX. De Matrimonio.

totum matrimonij vinculum ante ullam carnalem copulam perfici, quoad mutuam corporum traditionem, nondum tamen quoad consummationem, ante quam liberum est utriusque coniugi, religionem ingredi, mutuo corporum animorumque vinculo soluto. *Citare leges, cum dicunt, per solas nuptias contrahi affinitatem; vel loquuntur de affinitate consummatam; & tunc intelligendae sunt de nuptijs carnali copula consummatis: vel de inchoata, quo pacto intelliguntur de nuptijs solo coniugum consensu celebratis. Ceterum affinitas, ut recte Duran. & ipsum Trident. *sess. 24. c. 4.* non solum contrahitur copula legitimam, sed etiam fornicariam: nam etiam ex ea nata est sequi prolis generatio: licet quod attinet ad matrim. ditimentum, Trident. eam restringit inter eos tantum, qui in 1. & 2. gradu coniunguntur.*

Dubium 2. Quo ad 2. qui putant, semen mulieris esse necessarium ad generationem, consequenter dicunt, veriusque seminationem esse necessariam ad matrim. consummandum: quod probabile censet Sanchez. num. 11. docet Sotus in 4. dist. 27. quest. 1. art. 4. *causa dirim.* Ratio: eâ solâ copula matrim. consummatur, ex qua nata est sequi prolis generatio. Oppositum ex opposito fundam. verius censeo: non. n. fœminæ seminatio necessaria est ad prolis generationem, & consequenter ad matrim. consummandum; quod cum Arist. docet S. Tho. 3. part. q. 31. art. 5. ad 3. & reliqui ferè. De probabilissimam sent. hâc plura *tomo 6.*

De dubio 3. De tertio dubitat Pontius cit. & potius inclinat ad matrimonij consummationem utrumque requiri, & carnalem corporum coniunctionem, & seminum intra naturale vas seminationem. At oppositum ut commune DD. placitum sequitur *disp. 21. n. 2.* Sanchez, cum Soto cit. nam siue arte, siue dæmonis operâ, semen viri recipiatur intra claustrum fœminæ, per talis seminis receptionem consummatur matri, cum ex eo nata sit sequi prolis generatio. Confir. quocunq; tandem modo semen viri recipiatur in vasa mulieris, proles ex eo nata, erit utriusque coniugi propria, in qua & per quam uterque coniux fit una caro.

De dubio 4. De 4. sc. copula vi aut metu extortâ, dico, per eam consummari matrim. licet ob illatam iniuriam, possit sponsa vi oppressa aut metu coacta ante bimestre, à iure sibi concessum ad deliberandum de religionis ingressu, ad religionem transire. Fundam. etiam per copulam violentam, & coactam sit seminum commixtio, ex qua nata est sequi proles. Confir. licet talis copula sit violentera sponsæ, est tamen voluntaria sponsio, cuius tantum seminatio sufficiens est ad matrim. consummandum. Ob quam causam, ut ibid. Sanchez. non potest vir, inuitâ coniuge, Religionem ingredi, cum nullam iniuriam ipse passus sit, ob quam tantum conceditur sponsæ, inuito sposo, ad Religionem transire. Quo ad 5. ratio dubit. ut cap. tanta, qui filii sint legit. matrimonij visitantia est, ut qui antea sunt geniti (fornicariâ scil. copula) legitimis habeantur: ergo subsequens matrim. legitimat filios ex fornicariâ copula anteâ susceptos: legitimat autem illos, quatenus ex dispositione iuris præsens matrimon. retrotrahitur ad præcedentem copulam, quam ex fornicaria reddit coniugalem, ut ex ea proles suscepta censeatur legitima.

At oppositum verius est, ut cum multis Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 8. num. 8. &

Sanchez lib. 3. disp. 31. eo quod matrimon. non consummatur per copulam fornicariam; sed maritalem. Hæc vero matrimonij retrotrahit ad præcedentem copulam fornicariam. est tantum perfectionem iuris quoad effectum duntaxat legitimandi problem: quæ fictio in iure non admittitur in fauorem fornicariæ copulæ, quo ad effectum consummandi subsequens matrimon. tum ne delinquentibus patrocinetur: tum ne præjudicium inferatur religioni, ad quam coniuges post ratum matrim. transire non possent, si subsequens matrim. censeretur præcedente copula consummari.

S E C T I O II.

An matrimonium ratum non consummatum possit Pontificia autoritate dissolui?

P Rima sent. nega. Est ferè omnium Scholast. *9.* cum Magist. in 4. dist. 27. & 31. qui non aliam causam dissolutionis matrimonij rati ^{1. Sene.} antique. agnoscunt, quam solemnem Religionis professionem: ita Bonaven. dist. 27. art. 3. quest. 2. S. Thom. quest. 1. art. 3. Scorts. dist. 31. 9. ad quest. Richard. dist. 27. art. 2. quest. 2. Argenti. art. 3. Durand. dist. 27. quest. 2. Palud. quest. 3. Major dist. 27. quest. 2. suppl. Gabri. dist. 31. quest. vn. art. 2. concl. 9. Victoria relect. de matrim. part. 1. punct. 1. fine. Sotus in 4. dist. 27. quest. 1. a. 4. 5. alia vero, quam vocat Theologorum uniuersalem sent. uno excepto Cajet. Petrus Soto de matrim. lett. 12. 9. post hoc est: Valent. tom. 4. disp. 10. quest. 1. punct. 7. 9. tertius casus, qui quamvis utramque putet practicè probabilem, in hanc ratione ut speculatiuè probabiliorem magis inclinat: Pontius lib. 9. cap. 3 Meraci. disp. 6. de matrim. *sess. 11. num. 5. & 6.* quam Sanchez lib. 2. disp. 14. num. 1. ait esse probabilissimam. Valido prob. Prob. auth. August. qui lib. 1. de nuptijs & coniugio. appellat vinculum aeternum, quod solâ morte dissolvi potest: hoc, inquit, custoditur in Christo & Ecclesiâ, ut vivens cum vivente in aeternum nullo diuertio separetur. Et infra. vinculum matr. comparat characteri baptismali, qui per apostoliam non amittitur, sed etiam fide perditâ manet, non ad meritum præmij, sed ad vinculum supplicij: ita inter viventes manet quoddam vinculum coniugale, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre. Ratio 1. matrim. est diuino ac naturali iure indissolubile: quoad ius diuinum constat ex illis, Marci 10. Quod Deus coniunxit homo non separabit. In quem locum Beda, solus Deus, non homo, potest separare: quoad naturale, patet ex eius definit. Maris & Fœminæ coniunctio indiuiduam viræ retinens consuetudinem. At in neutrum ius dispensandi potestatem habet Pontifex, cum utrumque sit superiorius Pontifex. 2. Si posset in matrimonio rato, posset in consummato, cum consummatum non nisi accidentaliter differat a rato: nullum enim nouum ius acquirunt coniuges per matrimon. consummatum, sed purum duntaxat usum rei antea perfectè traditæ: non secus ac qui utitur re sibi venditâ ac perfectè traditâ, nullum nouum ius acquirit in re: igitur si Pontifex habet ius in mutuam corporum traditionem, coniugum consensu factam, poterit illam dissoluere etiam post consum-

consummationē, præsertim si coniuges sint steriles, quia tunc nulla fieret iniuria proli. 3. Dispensatione dīnī, non Pontificiā dissoluitur matrimon. rato, per solemnum Religionis professionem, sicut & in favorem fidei inter infideles consummatum: ergo nec in reliquis casibus Pontifex potestatem habet dispensandi in matrim. rato. Nam si in his duobus casibus necessaria fuit diuina dispensatio, probabile quoque est, eam in reliquis esse necessariam. Anteced. prob. si sola Pontificis autoritate matrim. rato dissolueretur per Religionis professionem, posset Pontifex statuere, ut deinceps nunquam per sequentem Religionis professionem dicimetur; quod absurdum. 4. Non est verosimile, concessam esse Pontifici potestatem in præaudiūm tertij: cū igitur vterque coniux per matrim. rato acquirat perfectum ius iustitiae in corpus alterius, non videtur illud à Pontifice dirimi posse. Confirm. Status clericalis & Episcopalis est perfectior statu Religionis, & tamen nunquam per ascensum ad clericatum, vel Episcopatum ditimetur matrim. rato: non ob aliā causam, nisi quia id pon est in Pontificis potestate: alioqui cum id maximē Ecclesiæ expeditat, deberet per hujusmodi ascēsum matrim. dissolui. 5. Sequeretur posse Episcopum in matrim. rato in sua diœcesi dispensare: nam quidquid potest Pontifex in toto Orbe, potest Episcopus in sua diœcesi. 6. Nequit Pontifex in reliquis sacram. dispensare; ergo neque in sacram. matrim. 7. Quod semel consecratum est, nequit definire esse consecratum: ergo coniuges semel per matrim. fatum benedicti & consecrati, neque vñquam definire esse benedicti & consecrati. 8. Matrim. significat vñionem Verbi cum natura humana, & Christicūm Ecclesiæ: sed talis coniunctio est indissolubilis; ergo & quæ inter coniuges per matrimonium ineredit.

Confirm.

Prob. 2. Senti.

Verborum
probabilitate
probatur 1.
posteriori.A similibus
dispensationibus.

Secunda affirm. est communis inter Canonist. & cum Glossa in cap. ex publico de conuer. coniugat. fine. A Canonistis discedit Conuar. 4. decret. p. 2. cap. 7. §. 4. num. 13. & 14. pro qua citat Pagn. Ex Theologis illam docent Caiet. 1. opusc. tract. 28. quast. vn. Sylvest. verb. diuortium, q. 4. Medina lib. 5. de sacror. homin. coniug. cap. 88. Bellarm. lib. 2. de monachis cap. 38. § altera solutio. Et ad 3. Henrig. lib. 11. cap. 8. nu. 11. & lib. 12. cap. 5. nu. 3. Less. lib. 2. de iust. & iure cap. 41. dub. 8. nu. 69. Sanchez l. 2. disp. 14. Koninck disp. 26. dub. 3. concl. 1. Preposit. quest. 5. de insolubilitate matrim. dub. 7. & 8. Hurtad. disp. 8. de matrim. diff. 3. & alij Recent. Quæ sent. prob. 1. de facto multi Pontifices in eo dispensarunt, vt de Martino V. Eugenio IV. Paulo III. Iulio III. Paulo IV. Gregorio XIII. referunt Conuar. Henrig. pro 1. loco cit. Nauar in summa cap. 22. nu. 21. qui addit suo consilio Paulum III. & Piom IV. ter vel quater dissoluisse quædam matrimonia clandestinæ contracta, nondum consummata. Suarez 10. 3. de relig. lib. 9. cap. 24. ait sibi ex proprio diplomate constitisse, Gregorium XIII. in matrim. rato dispensasse inter coniuges, qui suo tempore vivebant. At ex eo quodd aliquando à Romanis Pontif. dispensatū est in sacramento Confirmationis, vt à simplici sacerdote conferretur, in voto solemnī, vt professus vxorem duceret, colligimus, in Pontifice esse potestatem in talibus dispensandi: ergo ex eo, quodd aliquando dispensatum est in matrim. rato, rete etiam colligimus, esse in Pontifice potestatem in eo dispen-

sandi. Dices, id non esse signum veritatis, sed tantum probabilitatis, fundatè in auth. DD. id afferentium; etiam si re ipsa falsa sit. Sed contraria: 1. dum Pontifices èa ut regulâ vtuntur ad huiusmodi dispensationes concedendas, iudicant illam non solùm ab exercitū seca auth. DD. probabilem, sed etiā ab intrinsecis principijs veram; si n. falsam, non auderent in re tanti momenti dispensare. 2. Ex alijs dispensi factis Theologi non solùm colligunt, sententiam quoad potestatem dispensandi esse probabilem, sed etiam veram. 3. Saltem, an hæc sent. ex principijs intrinsecis sit vera, est dubium: in dubijs autem sentendum est in favorem Pontificis. Huc accedit iudicium multorum Pontif. qui teste Alexan. III. cap. licet, desponsa duor. centuerunt matrim. datum dirimi per subsequens consummatum: ex quo colligit Hostien. cap. ex publico de conuers. coniugat. apud Conuar. cit. nn. 16. posse à Pontifice statu legem, quæ matrim. rato dissoluatur per subsequens consummatum, de quib. infra.

Prob. 2. hæc potestas fuit Ecclesiæ moraliter necessaria ad multa incommoda in hac materia vitanda: credendum igitur est, Christum, qui in necessarijs Ecclesiæ lux non decet, hanc potestatem ei reliquise. Multos n. vel ante Trident. vel vbi nondum est receptum, cum una clandestinæ, cum alia publicè coram Ecclesia contrahentes, post suscepitam prolem, & diurnam cohabitationem, ad i. matrim. rato, & nondum consummatum redire, magnum esset scandalum, & multa incōuenientia, maximē si vterque coniux ante consummatum matrim. ad 2. nuptias conuolassent. At, aiunt, huic incommodo prouisum esse per Trid. decretum, quo omnia clandestina matrimonia irritantur. Sed contra quamdiu Trid. clandestina matrim. non irritauit, & vbi nunc receptum non est, debet aliquid medium esse, quo huiusmodi incommodes occurritur. 3. Potest, vt suprad. Pontifex dispensari in voto solemnī, quod strictius obligat: ergo & in matrim. rato. Probabile autem est, hanc potestatem communicari esse soli Pontifici, sicut & potestatem dispensandi in voto solemnui, non Ecclesiæ defunctori Pontifice, tum quia nunquam legitur dispensatum esse, nisi à Pontifice: tum quia est potestas supremi animatum pastoris, quæ soli competit Pontifici.

Ex his inferatur 1. hanc potestatem dispensandi in matrim. rato, non nisi ex iusta causa concessam esse Pontifici (contra Henrig. lib. 11. de matr. cap. 8. num. 11. in comment. lit. G. afferentem, etiam sine causa dispensationem datam valere: quia ita expeditbat, inquit, ad perplexitatem tollendā, hanc potestatem à Christo. Pontifici concedi) Ratio: in re tanti momenti non expeditbat, potestatē hanc sine iusta causa concedere, vt constat de potestate dispensandi in voto solemnī, quæ sine iusta causa facta, non censeretur valida. Causæ autem dispensationis esse possunt, notabilis in qualitate & conditione contrahentium disparitas: sacerdoti. n. nimia affectio excusat amantem ad contrahendum quicunque persona, qualitate, & conditione longè dissipata: Probabile periculum futuri scandali, aut perpetua inter ipsos coniuges dissensionis, vt scilicet Caiet. 1. opusc. tract. 1. morbus contagiosus, vel incurabilis superueniens, aut qui ante contractum matrim. coniugem latebat. Adducat alij, si vir promovetur ad Episcopatum: quam causam littitat Sanchez, si promotus possit Ecclesiæ

clesiae multum prodesse. In his casibus potest Pontifex, etiam altero coniuge inuito, matrimonium dissoluere, ut cum multis Sanchez l.3.d.16. Quia cum haec potestas sit concessa Pontifici, propter publicum bonum Ecclesiae, cuius causas expendere est solius Pontificis, poterit etiam consensu alterius coniugis non requisito, in eo dispensare, cum consensu vero coniugum minor desideratur causa. 2. Potest Pontifex dispensare in matrimonium consummato inter infideles, post susceptum baptismum, modò post illum non consummetur: Ratio primi; id matrimonium non est symbolum unionis Christi cum Ecclesia, nec statim per Baptismum fit talis unionis symbolum; cum nondum per copulam carnalem potest susceptum baptismum, coniuges idonei sint ad huiusmodi unionem exprimendam. Confirm. Potest aler coniux post susceptum baptismum ante consummatum matrimonium, altero etiam inuito, religionem ingredi, quo profitente, potest alter alteri nubere: ergo idem facere potest Pontifex cum eadem sit ratio. Ratio secundi; per copulam carnalem post susceptum baptismum adhibitam, statim matrimonium ex Christi institutione cœchitur ad significandam Christi coniunctionem cum Ecclesia, ratione cuius coniunctionis redditur omni humanâ potentia indissoluble. Quod attinet ad auth. Scholast. nusquam legitur eos positiuè negasse, matrimonium nondum consummatum posse à Pontifice dispensari, sed tantum affirmasse, illud posse solemnni religionis votu dissolvi, eò quod haec sola veritas erat in iure Canonico expressa. Augustinus autem de matrimonio loquitur iuxta ipsius naturam, & quid illi conueniat ex causis intrinsecis: alioqui nec in sent. August. matrimonium dirimi posset solemnni Religionis voto.

Ad 1. rationem neg. minor. nam esto matrimonium sit diuino, naturalique iure indissoluble, adhuc potuit à Christo communicari Vicario suo potestas, ut aliquando, propter grauissimas causas animarum salutem concerentes, dispensare posset. Neque enim assero, hanc potestatem habere Pontificem ex se, sed specialiter sibi à Christo communicatam, propter publicum bonum spirituale animarum. Neque indissolubilitas ita est de iure naturæ, ut per nullam causam possit à matrimonio separari: nam licet ea separari non possit, constante matrimonio, haud tamen repugnat, eam separari, eo destructo. Ex quo soluitur illud argumentum implicat separari essentiam à re, cuius est essentia: id n. implicat, manente re, non destruetà re. Illa autem verba. Quod Deus coniunxit, homo non separaret, vel intelligenda sunt de separatione factâ ab homine auctoritate propriâ, aut de coniunctione per matrimonium consummatum, ut explicat Alexand. III. cap. ex publico: Sare quod Dominus in Evangelio dicit, non licere viro, nisi ob causam fornicationis uxorem suam dimittere, intelligendum est. secundum interpretationem sacri eloquij de his, quorum matrimonium carnis copula consummatum.

Ad 2. neg. sequela: Nam quidquid sit, an ratum matrimonium à consummato differat accidentale, an substancialiter, magnu est inter utrumque discrimen, tum in ratione contractus, cum in rato nulla fiat per dissolutionem iniuria vel coniugi, quas manens incorrupra, facile poterit alteri nubere; & si qua illi iniuria sit, per acquisiti juris in coniugis corpus sublationem, ea rationem compensatur maiori bono: quod ex disso-

lutione talis matrimonij intenditur: vel proli, quæ nondum per matrimonium ratum ius acquisivit: unde esto nullum nouum ius per matrimonium vel acquiratur coiugi, acquiritur tamen proli. Nec refert, quod coniuges sint stetiles; nam hoc est per accidens, quod lex non considerat. Tum in ratione sacramenti: nam solum consummatum, non ratum est à Christo eodem ad significandam indissolubile Verbi cum natura humana, & Christi cum Ecclesia coniunctionem.

Ad 3. neg. anteced. de quo infra. Et adhuc eo concessu. negatur conseq. quia potuit Deus in favorem fidei & Religionis ipse solus dispensare in matrimonium consummato infidelium, & ratio fidelium, in reliquis vero casibus, qui ex variis pendent circumstantijs, dispensandi potestatem suo relinquere Vicario. Nam duo priores casus erant certi, reliqui vero, cum pendeant ex variis occurrentibus & contingentibus circumstantijs, sunt incerti: unde potior fuisset ratio, ut in his, quam in illis dispensandi potestas concedetur Pontifici. Sicut legislator certos casus certa decernit lege, incertos decernendos telinit quod iudicio ac prudentia judicis.

Ad 4. falsum est anteced. habet. n. non modò Princeps Ecclesie, propter spirituale bonum animalium, sed etiam secularis, ob temporale bonum Reip. potestatem transferendi ius unius ciuii in aliud; hoc. n. postulat quodcumque bene ordinatum regimen, ut semper priuatum bonum publico postponatur. Confirm. de facto Pontifex potestatem habet transferendi ius, quod religio ratione voti solemnis in suum professum acquisivit, in aliam personam, cui professum matrimonio copulat, ad publicum regni bonum conservandum. Ad confir. resp. quod per assensum ad statum clericalem, & Episcopalem ratum matrimonium non dissoluatur, non est, quia in Pontifice deest potestas, sed quia non iudicat id expedire.

Ad 5. Falsa est universalis illa, quidquid potest Pontifex in toto orbe, potest Episcop. in sua diocesi, siue quia multa sunt specialiter commissio Pontifici ut immediato Christi Vicario, ac vera supremo animali Pastori, ut constat de potestate dispensandi in voto solemnis, siue quia Episcopus suam potestatem immediate non accipit à Deo, sed à Pontifice, à quo quoad multa limitata accipit, inter quæ censemur potestas dispensandi in raro matrimonio.

Ad 6. neg. conseq. Nam reliqua sacram. pendunt immediate ab institutione Christi, quæ statim ac materiam à Christo prescriptam acquirunt, non sunt amplius sub potestate Pontificis, ut possint desinere esse sacram. at matrimonium, cum in ratione contractus pendaat ab Ecclesiæ potestate, adhuc ratum dissolui potest, quando eius dissolutione præualeat censetur indissolubilitati. Hoc autem à priori prouenit, quia materia sacramenti matrimonii pendaat ab Ecclesia, in quam non solum habet potestatem in fieri, sed etiam in facto esse, iuxta occurrentes causas: materia autem reliquarum sacram. pendaat à sola voluntate Christi, quæ semel posita, non est amplius in Ecclesiæ potestate illâ tollere, ac sublata sacramentum destruere. Idque propter grauissima incommoda, quæ ex matrimonio, vel altero modo initio, sequi possunt.

Ad 7. neg. conseq. Nam consecratio cum formaliter consistit in extrinseca denominatione ab alio præterito, qui ex suppositione quod fuerit, implicat non fuisse, repugnat, ut, quod semel fuit consecratum, consecratum non sit. At matrimonij

Coroll. 2.

Ad argumen-
ta ab
auctoribus
contraria.

Ad primam
rationem.

Ad 2.

Ad 3.

Disparitas
ratio.

Ad 4.

Ad 5.
Doctrina
non uni-
versaliter
vera.

Ad 6.

Ad 7.

^{11. 8.} **dij** vinculū non est sola denominatio extrinseca à mutuo cōiugum cōsenſu præterito desumpta, sed mortuum etiam ius præsens in corpora sibi inuicem traditæ: quod ius Pontificis autoritate iusta ex causa auferri potest; & sublato cessat matrimonij vinculum. Ad 8. non matrimon. ratum, sed solū consummatum inter Christianos significat unionem diuini Verbi cum natura humana, & Christi cum Ecclesia, ut infra.

SECTIO III.

An matrimonium ratum per solemnē Religionis professionem dissoluatur?

^{22.} **Cerium si.** **A** Trid. sess. 24. can. 6. definitum: *Si quis dixerit, matrimonium ratum non consummatum per solemnem Religionis professionem alterius coniugii non dirimi, anathema sit.* Idem cap. ex publico; cap. ex parte 2. de convers. coningat. vbi Innocent. III. declarat, antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri coniugum, reliquo inconsolante, ad Religionem transire, ita quod reliquus ex iuncte legitime poterit alteri copulari. Et can. de sponsata 24. q. 2. Eusebi. Papa ait, licet pueris despōlate (hoc est, ut omnes DD. Itaq; ex sexu, contracto & nondum cōsummatu matrim.) monasteriū sibi eligere. Intellige de Religionis ingressu cum effectu professionis secuto, ante quam non licet alteri coniugi ad 2. nuptias transire, ut clarius Trident. & aperte ex c. vñ. de voto & voti redempti. in 6. An omne & solū votu solemne Religionis matrim. ratum nondum consummatum dirimit? Dubium est de voto solemni, quod emitunt equites Ordinis Melitensis. Negat Sotus lib. 2. de iust. q. 5. a. 3. fine, & in 4. dist. 27. q. 1. a. 4. §. quo circa: quin censem, multò minus pet huius Ordinis ingressum, quām per sacri Ordinis susceptionem. matrim. ratum dirimi. Affirmat cum malis Henr. lii. de marr. c. 8. n. 6. & in comment. lit. E. & confirmat exemplo cuiusdam Dicis, qui per professionem huius Ordinis, sapientum consilio, solutus est matrimonios refertque ex Navar. in statutis huius Religionis, à Pontifice approbaris, haberi, in eam admetti posse quemcunq; post matrimon. ratum non consummatum. Quia sent. multò verior: Suarez 10. 4. de Relig. tract. 9. l. 1. c. 4. Sanchez 1. 2. disp. 18. &c. Ratio, ut Bonif. VIII. c. vn. de voto in 6. per cuiuscunq; Religionis à sede Apost. approbat, solemnem professionem dirimitur matrim. ratum. At Ordo Melitensis, est Religio à sede Apost. approbata, ut cit. probant Suarez. Sanct. Synt. verb. Relig. 1. q. 7. Quid vorum ab illis solemniter emituntur, præter DD. declaravit sacra Cardin. congreg. teste Pont. lib. 9. cap. 3. nn. 3.

Dicis, Societas Iesu Melitenses Equites vt habiles admittit, ut 1. congreg. gener. decret. 129. cū tamen vi sui instituti, nullum possit Religiosum admittere, nisi ex dispensatione Pontificis, aut eius Nuncij, aut summi Pœnitent. ut 1. par. confessar. c. 3. in declarat. lit. G. At si hi essent veri Religiosi, non potest vi suæ constitut. eos admittere. Resp. etsi vi sui instituti sint veri Religiosi, huius tamen Religionis professione non comprehēdi inter impedimenta essentialia à Fundatore in sua constitutione præscripta, ita declarante congregatione generali, cuius est dubia constitutionum explicare.

2. An vota simplicia, quæ Scholastici nostra

Societ. post biennium nouiciatus, & coadiutores formati, tam spirituales, quām temporales post aliquot annos in Religione emittunt, matrim. ratum dirimant? Affirmat Pont. l. 9. c. 6. hoc dis-

Affirmant.

cursu: *Quius status Religiosus ex privilegio Christi habet vim dirimendi matrim. ratum non consummatum: at Scholastici Societ. Iesu per vota simplicia post biennium nouiciatus, & coadiutores formati post multas in Religione experientias emissa, sunt veri Religiosi: ergo eorum vota quamvis simplicia, dirimunt matrim. ratum non consummatum. Minor definitur à Gregorio XIII. in dhab. extraag. Quan. o fructuosis, & Ascendente Domino, quas confirmavit Gregorius XIV. anno 1591. per Bullam quæ intipit Ecclesia Catholice.* Maiorem probas.

Maiorem

& ex diurna Ecclesiæ traditione ab ipso Apost. tempore constat, eorum qui post matrim. ratum ad Religiouem transeunt, maritale vinculum soluit. At non semper hi siebant Religiosi per tria vota solemnia, sed tantum simplicia in manibus Prelati missa. Nam solemnitas voti, cū sit de iure Eccles. non semper fuit in Eccles. Dei, cū tamen in ea semper fuerit status Religiosus, qui ab ipso Christo incepit. Idque confirmat decretum Eusebii cit. qui Ecclesiam rexit annib. 309. quod declarat, licere puellæ de sponsata monasterium ingredi. Præterea alij Pontifices, frequenter videntur exemplo Ioannis Euang. aliorumque SS. qui à nuptijs ad religionem vocati, matrimonij vinculum soluti sunt: igitur status ipse Religiosus, etiam in eo nullum solemne votū emitatur, ratum matrim. dirimit. Confirm. vota Scholasticorum Societ. post biennium nuncupata, dirimunt matrim. contrahendum, ut definitur cit. Bullis, ergo etiam contrahendum.

Confirm.

Negant communiter nostræ Societ. authores, Negandunt; Vafq. 1. 2. disp. 165. o. 10. Suar. 10. 4. de relig. tract. 9. l. 4. c. 2. Henr. l. 11. de marr. c. 8. n. 7. Sanch. lib. 2. d. 18. nn. 6. Koninck. d. 2. 6. de unitate & insolub. matrim. dub. 3. n. 38. Tanner. 10. 4. d. 8. q. 4. dub. 3. n. 39. Prepos. q. 5. de insolub. marr. dub. 6. n. 43. fine, Hurt. d. 8. de marr. diffic. 5. Merac. de marr. d. 6. sect. 10. n. 6. Quæ sent. etsi nihil certi de ea in nostro iure efficacissit, longè est verior. Fundam. iura, quæ dicunt, munus fundi, professione Religionis solui matrim. ratum, intelligenda sunt de professione solemni, ex cit. can. 6. Trid. cur autem antiqua iusta expressam mentionem fecerint de simplici dumtaxat Religionis ingressu, ratio est; quod ante nostrum Ordinem in nulla Religione à sede Apost. approbata, erat hæc diversit. s & distinctio votorum substantialium Religionis, ut quedam essent solemnia, quedam simplicia, sufficientia tamen ad statum religiosum constituendum, sed omnia erant solemnia, hoc est perpetua, tamen ex parte emitentes, quām ex parte admittentes: proinde id erat tunc matrim. dirimi per Religionis ingressum seu professionem, ac per solemne Religionis votum: ex cit. Bullis Gregorij XIII. in quibus nostra Religio nuncupatur peculiare institutum à reliquis diversum. Nam licet vota, quæ Eremitæ antiquitatis emittebant in manibus Episcopi, fuerint simplicia, i. sive solutis, potuissent in sæculum redire; nusquam tamen id legitur de votis, quæ in Relig. approbata emittebantur.

26.

2. Ante Gregorium XIII. vota simplicia in Societ. Iesu emissa, non dirimebant matrim. contrahendum; ex cit. Bull. Ascendente Domino, verbis: *Quinimò eos omnes ad contrahendum inhabiles, ne contractus eismodi nonnullos & irritos effe;*

^{23.} **Primum dubium.**

Probabilior
multid sent.

^{24.} 2. Dubium

esse, prout irritos facimus & annullamus. Non dicit, declaramus aut confirmamus, sed annullamus: vnde in margine cit. Bula notatur, vt nouum impedimentum: & hic communis sensus fuit nostra Societ. declaratus in congreg. i. decret. 94. in quo Patres inquirunt de remedio adhibendo incommodo, quod ex simplicibus votis, quae Scholastici & coadiutores emitunt, dum his non obstantibus possunt vxorem validè, et si non licite ducere; ergo nec dirimunt contractum: non enim minus cedit in favorem Religionis, per professionem Religiosum voto castitatis Deo consecratum reddi inhabilem ad matrim. contrahendū, quam posse prospici Religionem, & per professionem vinculo matrim. solui seu contra&tum dirimi. At hoc priuilegium non est à Christo Religioni concessum, alioqui non esset nouū à Grego.

Prob. 3.

XIII. primū Societati donatū, sed à Christo ante concessum, & à Pontifice tantū confirmatum. 3. Non est tale priuilegium Societ. instituto expediens aut consentaneum. Igitur non est à Christo primo ac sapientissimo Religionum institutore, Religioni concessum. Anteced. prob. Qui simplicia vota in Societ. emitunt, possunt pluribus ex causis dimitti, & frequenter tum propter morales defectus, tum propter defectum naturalium talentorum, quae in suis alumnis Societas requirit, vt 2. p. constitut. cap. 2. vnde continetur, vt qui post contra&tum matrim. simplicia vota emisisset, eiusq; coniux alteri interim nupisset, si postea ipse dimissus vxorem vellet, alteram deberet ducere: vel certè Societas ad incommode hoc vitandum, contra suum institutum, deberet illum, etiam si esset Religioni inutilis, ac sāpē noxijs, retinere. Restat igitur, vt tantū solemne Religionis votum, vt Trident. declarauit, contra&tum matrim. dirimat: nam hoc tantū, ex parte emittentis, & admittentis, perpetuo & indissolubili vinculo vidente Religioni ligat.

27. *Societas habet prom. pia remedia ad viaanda incommoda bac.*

DICES: Non minus inconveniens ex nostra sent. nascitur: nam si per vota simplicia in Societate emissa rātum matrim. non soluitur, sequitur alterum coniugem, aut debere in sāculo cælibem vitam perpetuā ducere, si vouens aptus non sit ad solemnem professionem in Societate emittendam: aut multos annos exspectare, vt à coniugali vinculo liberetur, quousq; alter coniux in Societ. solemnem emitat professionem post diurna experimenta de sua virtute. Resp. sunt prompta media ad hoc inconveniens vitandum. 1. Admittendo statim post vnum, vel duos annos nouitiatūs, ad solemnem professionem trium votorum, ad quam graues ob causas interdum promouentur, qui idonei non sunt ad professionem votorum 4. vt tempore S. P. N. Ignatij, referente Vafg. cit. promotus est quidam frater coadiutor temporalis, vt matrim. ratum, quod in sāculo contraxerat, dirimeretur. Secundū, peritā à coniuge facultate, vt possit Societatem ingredi, sine qua non admitteretur, 1. p. constitut. c. 3. §. 6. & in declar. lit. F. Nequit autem Societas occurso incommodo, quod ex contraria sent. sequitur, si post emissa vota simplicia, è Societate dimittatur. Instabis: hæc doctrina supponit, vinculum matrim. non esse impedimentū substantiale ad societatis ingressum: quod falsum est, ex nostris constitut. Resp. 1. hic disputo, quid ex natura rei sequatur, abstrahendo, an de facto hoc sit, vel non sit ad Societatis ingressum impedimentum substantiale. 2. Nego, vin-

Inst.

Rep. 1.

2.

culum matrimonij rati esse substantiale impedimentum ad Societatis ingressum: ita Suar. cit. ex iſd. constitut. 2. cap. examinis §. 4. vbi ponitur impedimentum 4. vinculum matrimonij dum taxat consummati, quod tamen intellige, quando sine facultate coniugis, & alijs circumstantijs, quae iuxta vsum S. Ecclesiaz obseruari solent, sc. vt vel uterque coniux Religionem ingrediatur, vel si alter sit senex, & sine suspicione in sāculo manere possit, votum perpetuū castitatis emitat, cap. cūm sis, de confess. coniugat. & alibi. Nam tunc vinculum matrimonij consummati definit esse impedimentū ad Religionis ingressum, vt in not. declarat. explicatur. Quamvis vinculum matrimonij rati in examine suppressum, possit esse causa, vt à Societate dimittatur post tria vota simplicia, etiam si in se non sit substantiale impedimentum, vt 2. p. constitut. c. 2. n. §. & 2. cap. examinis n. 6. Quo fit, vt si tale impedimentum detegatur post emissam professionem, nequeat propter illud professus dimitti: cum valida fuerit ipsius professio: alioqui si tale vinculum esset substantiale impedimentum, professo sequens foret inutilida, ex iſd. constitut.

Vrges: cap. 3. examinis n. 5. interrogandus est, Vnus locus qui Societatem petit; Num aliquando verba edivideris, que ad matrim. illum obligare videantur: ex hoc sent. 2. cap. declar. lit. C. Si propounderet per verba obflare de praesenti, matrimonium consummando, vel modo aliquo pari, diceretur is, quartum habere impedimenti, cum quo nemo in Societ. admitti potest. Quibus videtur significari hoc esse essentiale impedimentum. Resp. ipsa declaratio dubium soluit, iungens: Nisi adhinc conditiones illæ, que exiguntur, ut coniugatus Religionem ingredi possit. Eatenuis igitur hoc esset impedimentum, quatenus non seruarentur leges ab Ecclesia præscriptæ, vt si matrim. sic consummatum, & Societatem ingrediatur, altera coniuge Religionem non ingrediente, vel certe votum continentis non emittente; aut si ratum tantum sit; non seruato tempore ad deliberandum à iure concessò, vt cap. ex publico de conuers. coniugat. Quo fit, vt his non seruatis, Religionis ingressus, non tam sit peculiare impedimentū Societatis, quam cuiuscunq; alterius approbatæ Religionis, ab Ecclesia præscriptum.

Infertur, si post ratum matrimonium solemni Religionis professione emissa, cum aliquo dispensetur per Pontificem, vt vxorem ducat, non teneri eam ducere, cum qua antea contraxerat: si autem vellet eam ducere, opus esse novo consensu, nouaque coram parocho & testibus matrimonij celebratione: quia cum primum matrim. fuerit solemni Religionis professione solutum, perinde est, ac si nullus inter eos contra&tus matrimonialis intercessisset.

Ad argum. oppositæ, Resp. esto Religionis status ex priuilegio Christi habeat, vt ratum matrimonij dissoluat, de quo infra, id tamen habet ex voto solemni in ea emissio, iuxta Trid. quod nouilli putant à tempore Eusebij Papæ obseruatum fuisse, de quo sec. seq. Ad exempla constabit ex dicendis. Infertur, matrim. ratum non dissolvi per solemne votum in sacri Ordinis suscepitione emissum: nam licet hoc dirimat contrahendum, non tamen dissoluit contractum, vt in extraag. Antiqua, de voto & voti redempt. idque ex Ecclesiæ institutione. 2. Non dirimi per vota, quae nuncupant beatæ S. Dominici, vt Sotus in 4. dist. 27. q. 1. a. 4. hinc sit: nec per vota quocundam virorum tertij Ordinis S. Francisci teste Angelo.

Rep.

Coroll.

Ad argum.
opposita
sententia.

Angelo verb. matrim. 4. n. 18. etiam si talis Ordo sit à Pontificibus approbatus, quia non est approbatus ut Religio. Aduertit tamen idem, esse quasdam mulieres tertij Ord. S. Francisci, quæ collegialiter viuunt, quarum profectio dissoluit ratum matr. vti & contrahendit dirimit, vt Sixtus IV. Ex quo infertur, nō eo ipso, quo sede Apost. approbat, vt aliqui sive viri, sive mulieres, collegialiter viuant, & tria religionis vota emittant, eos inhabiles reddere ad matrim. contrahendum, multò minùs ad contractum dissoluendum, sed nouam requiri Pontificis declarationem.

SECTIO IV.

Quo iure solemnis Religionis professio matrimonium ratum dissoluat?

*P*rima sent. affirmat, illud soluere iure naturæ: S. Thomas in 4. dist. 22. quest. 1. art. 3. q. 3. S. Bonavent. art. 3. quest. 2. Richard. art. 2. quest. 2. Durand. quest. 2. Palud. quest. 3. a. 2. concl. 1. fine, Capreol. dist. 33. q. 1. concl. 2. Argent. dist. 27. quest. 1. art. 3. Bellar. l. 2. de Monachis c. 38. Couar. 4. decret. p. 2. c. 7. §. 4. n. 7. Sylv. in addit. ad 3. p. 9. §. 3. a. 2. Fundam. 1. Per solemnem Religionis professioñem homo ciuiliter moritur mundo, abrennicians omnibus, quæ in mundo possidebat. At sicut mors corporalis soluit matrimonium carnale, maritali copula consummatum; ita mors ciuilis seu spiritualis spirituale, solo mutuo animorum consensu contractum.

2. Matrimonium ratum non ponit coniuges in perfecto dominio & possessione corporum contrahentium: solemnis autem Religionis professio ponit Prælatum in perfecto dominio & possessione tam corporis, quam animi profidentis: ergo hoc posterius, cum sit perfectius & strictius vinculum, soluit prius. Maior prob. per matrim. ratum non dum sit inter coniuges corporum traditio; nam haec sit per copulam carnalem, per quam uterque coniux accipit actuale ius & possessionem in corpus alterius coniugis. Confirm. qui rem vni vendit, si ante factam traditionem, illam alteri vendat, posterior contractus, ut potè perfectior, suâ naturâ soluit priorem: ergo qui suum corpus cum alterius corpore commutat, si ante traditionem, quæ per carnalem copulam sit, illud Religioni tradat, posterior contractus, ut potè strictior, suapte natura priorem dirimit. Item solemne Religionis votum suâ naturâ dirimit matrim. contrahendum; ergo etiam contractum. 3. Quilibet ius habet à natura, ut ex imperfectiori statu possit ad perfectiore ascendere: at status Religionis est matrimoniali perfectior, ut de cœlibatu tespētu matrimonialis definit Trid. sess. 24. c. 10.

Secunda docet, Solemnam Religionis professionem ratum matrim. dirimere iure diuino positiuo: Scotus in 4. dist. 31. quest. vn. §. ad quest. vers. dici potest, Joan. Maior. dist. 27. quest. 2. Victoria relect. 4. de potest. Papa, propos. 1. in solvit. 1. argum. Dom. Sotus in 4. dist. 27. quest. 1. art. 4. §. ad illud; & de iust. lib. 7. quest. 2. art. 5. Pet. Sot. lect. 12. de matr. §. post hoc, Abulens. in 1. Reg. cap. 8. quest. 98. 103. & 113. Henriquez l. 11. de matrim. cap. 8. nu. 6. Sanchez lib. 2. disp. 19. nu. 3. Rebellus part. 2. l. 3. q. 4. sess. 2. à n. 12. Ponitns l. 9. c. 5. n. 4. Maracius disp. 6. de matr. sess. 10. & alij apud Sanchez. Prob. 1. ex cap. ex publico, & c. ex p. 2. de conuers. coniugat. in 1. Alexan. III. inna & Glossa, hoc priuilegium Religioni factum, colligit ex sacri eloquij

interpretatione: in 2. Innocent. III. id refert ad diuinam revelationem, quæ omnem superat legem. 2. Certum est, per solemnam Religionis professionem dirimi matrim. ratum: ergo hoc reduci debet ad aliquam causam certainem: at incertum est, illud dissolui lege positiua humanâ, sicut falsum est, illud dirimi naturâ & efficaciâ ipsius voti solemnis: ergo dicendum est, illud dirimi lege & priuilegio Christi. 3. Iuxta regulam Augustini, quod in Ecclesia semper obseruatum fuit, eiusque ignoratur initium, id prouenire creditur ex traditione Christi. At semper in Ecclesia obseruatum est, ut ex matrim. rato nondum consummato, liceat ad religionem transire, ut probant exempla Ioannis Euang. qui ex nuptijs Canæ à Christo vocatus fuit ad Apostolatum; Theclæ, quæ teste Ambros. lib. de virgin. & Epiph. heresi 58. ex matrim. nondum consummato vocata est à Paulo ad statum Virginitatis; Cæciliæ, & Alexij, qui teste Metaphrase & Exempla. Surgo in eorum vitis, à statu coniugali nondum consummato transferunt ad statum vitæ perfectioris. Confirm. Qui primus inter Pontifices huius priuilegiij meminit, fuit Eusebius can. def. ponsatam 27. quest. 2. qui ad Cathedram Petri electus est anno 309. ut eius vita ro. 1. Concil. p. 1. constat. At hic Pontifex non propriâ autoritate hanc legem tulit, sed illam supponit ante la-tam; desponsatam, inquit, puellam non licet parentibus alij viro tradere: licet tamen illi monasterium sibi eligere: non dicit, ut legem condens; sed licet, legem supponens.

Tertia affirmat dissolui solo iure Eccles. ita Henrig. Gandau. quodlib. 5. quest. 39. vbi ait, fuisse à Christo Ecclesiæ reliquæ potestatæ, ut tam ingressu religionis, quam alijs casibus, si iudicaret expediens, ratum matrim. dissolueret. Eandem insinuat supplem. Gabriel. in 4. dist. 32. q. 1. art. 2. concl. 4. qui docet, hunc effectum dirimendi matrim. ratum, habete solemnem Religionis professioñem, stante lege, sc. Eccles. Mich. Medin. de sacr. hom. contin. lib. 5. à cap. 87. Vasq. 1. 2. dist. 165. cap. 10. Suar. lib. 3. de Relig. lib. 9. cap. 23. & 24. Less. lib. 2. de iust. c. 41. dub. 8. Koninck. disp. 26. dub. 3. concl. 4. Propos. quest. 5. de matrim. insolub. dub. 7. dist. 2. Hurtad. disp. 8. de matr. diffic. 4. multi Canonista apud Sanchez.

Dico 1. Solemnis Religionis professio nō dirimit matrim. ratum ex natura sua. Fundam. Si hoc ex natura sua dirimere, aut esset propter incompossibilitatem vinculi matrim. cum vinculo Religionis; aut propter perfectam traditionem sui, Deo & Religioni, per votum s. lemn. factâ; aut quia unicus à natura concessum est, ut possit ex imperfectiori statu ad perfectiore ascendere: nullum ex his est. Prima pars constat 1. in matrim. consummato, cuius vinculum manet cum vinculo Religionis, quando vel ambo coniuges ex mutuo consensu Religionis ingrediuntur; vel una tantum, alterâ in sæculo manente, cum voto perpetuæ castitatis. 2. In votis simplibus à Scholasticis, & coadiutoribus in Societ. Iesu emissis, quibus ut Gregorius XIII. in Bulla, Ascendente Domine, definit, non minùs quam reliqui, tam ipsius Societatis, quam quorumcumque aliorum Regularium Ordinū profesi, Religious sunt, & existunt: nec minùs, quam reliqui Religious, sæculo relitto, carni & mundo mortui, soli Deo viuant: & tamen cum hoc statu & vinculo non pugnat vinculum matrimonij tati, quod per vota non dirimitur, ut supra.

3. Ex

Ratio.

3. Ex eo quod repugnat, & illiciti sunt aetus, ad quos haec vincula ordinantur, non sequitur, repugnare & illicita esse vincula ipsa secundum se in actu i. considerata, ut patet in eo, qui simplici castitatis voto ligatus contraxit matrimonium. hic enim habet vinculum castitatis, quo prohibetur aetum coniugalem petere, & simul vinculum matrimonij, quod per se ad aetum coniugalem ordinatur, ratione cuius tenetur reddere, si ab ipso petatur. Possunt igitur haec vincula se inuicem compati, esto eorum actus, propter diuersitatem statutis, sint repugnantes & incompossibilis inter se. Pars 2. prob. Falsum i. est, per matrimonium ratum, per verba de praesenti contractu, coniuges sibi non perfecte tradere mutuum corporum dominium. Nec est eadem ratio de contractu venditionis, in quo non eodem actu, quo res venditur, simul traditur, sed distinctio. Unde potest unius vendi, & alteri tradi, ac proinde traditio alteri facta esse valida. At vero in matrimonio eodem actu, quo unus coniux suum corpus comunitat cum altero in ordine ad actu generacionis, simul illud tradit; nec est necessarius alius distinctus. Neque per copulam subsequentem coniuges acquirunt nouum ius in corpora sibi antea tradita, sed purum dyntaxat usum rei perfecte traditae ac possesse. Oritur autem hoc discrimen ex diuersitate contractus, matrimonij, & venditionis: nam ille ex natura sua postulat perfectam corporum traditionem, per ipsum consensum, quo per verba de praesenti contrahentes maritalli affectu in sece mutuo consentiunt. Quam traditionem non postulat contractus venditionis, qui in mutuo tantum consensu, quo ab uno res, ab alio premium offertur, consistit. Nam semel per verba de praesenti matrimonio contracto, inualidum est quodcumque aliud subsequens, etiam carnali copulae consummatum, & prole suscepit: non esset autem inualidum, si per primum tantum ratum non fuisset perfecta corporum traditio facta. Sicut, quia per contractum venditionis non fit traditio rei venditae, validus est secundus contractus, in quo res vendita alteri traditur. 2. Hoc supposito, sola rei natura spectata, potius deberet ratum matrimonii Religionis professione, quam Religionis professio ratum matrimonii dissoluere: nam tradito coniugi corpore per matrimonium non posset idem corpus valide tradi Religioni, per solemne votum. cum nullus contractus de re aliena possit esse validus. Alienato igitur corpore per legitimum matrimonium non poterit superueniens contractus mancipans idem corpus solemni voto Religioni, esse validus, ut potest de re aliena. Nec refert, quod traditio, qua sit Religioni sit perfectior; nam etiam votum factum Deo, est perfectius, & tamen si hat de re alteri perfecto traditae est irritum. Pars 3. ostenditur: si haec ratio esset vera, concluderet etiam de matrimonio consummato, a quo saltet cum consensu coniugis sterilis, vir posset, matrimonij vinculo dissoluto, ad perfectiore statum transire: cum nulla fieret in eo euentu, aut coniugi, aut proli, ob sterilitatem, iniuria. Eadem ratione posset quis amore perfectioris vita, a matrimonio rato transire ad statum clericalem, aut Episcopalē, vel celibem per votum perpetuam castitatis. 2. Matrimonium natura sua est indissolubile: ergo eo semel legitime contracto, nequit contrahens, praetextu perfectioris status, ab eo recedere. Nam qui contrahit, ut validè contrahat, tenetur contrahere iuxta naturam contractus, quem init: nec libe-

rum ei est, conditionem apponere contractus destruendam; nam hoc ipso non praestaret consensum ad contractum requisitum. Confit. Nequit res dici natura sua incorruptibilis, si habeat naturalem causam, à qua dissoluti possit.

Dico 2. Solemnis Religionis professio nō dirimit matrimonium ratum proxime & immediate iuxta divinum, sed Ecclesie deriuato ex divinum. Primum prob. nullum haecenus tale ius demon-

*Tria praecepta ex quis-
tione n. 1. de-*

stratum est. Nam i. perpetua Ecclesie consuetudo, quæ, ut aiunt, traditio censeretur à Christo per Apostolos ad posteros transmissa, hoc non sufficienter probat, id proxime & immediate cœpisse à Christo, sed potuit per Apostolos authoritatem à Christo communicatam induci, ut recte Gandanus. Vnde sicut Apostolis communicauit, ut propriâ authoritate possent, matrimonium consummatum inter infideles, in favorem fidei dissoluere, altero coniuge in sua infidelitate manente, & cum fideli conuerso cohabitare holente, aut non sine Creatoris contumeliam, ut

Paulus 1. ad Corinthios 7. qui non Christi, sed suâ authoritate, ad fidem conuerso dicit: Si infidelis discedit, discedat; ira & potestatem per solemnem Religionis professionem, quæ minor est, ratum matrimonii dissoluendi. 2. Exempla Ioannis Euang. à Christo ad Apostolatum, Theologiae Secundum

*36.
Euang.*

à Paulo ad religiosam vitam, Alexij diuino instanti ex nuptijs ad perfectiore statum, vocati, minus intentum probant. Nam de Ioanne

De Ioanne quis credit Christum coniuges à nuptijs separasse tempore, quo eas suâ praesentiâ sanctificare

volet, & sanctificando contra futuros hereticos propriâ authoritate confirmare? Deinde esto Christus id primus suâ authoritate incepit, potuit tamen postea eandem potestatem

Apostolos communicare, ut tam in hoc, quam in ceteris casibus, in quibus ad salutem animatum expedite iudicassent, ratum matrimonii dissoluerent, iuxta illud Matthaei 16. *Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in celis.* De

Theologia autem facilis est solutio; cuius cum ma-

Theologia.

trim, esset cum viro gentili, potuit authoritate sibi à Christo communicatâ, illam à viro infideili separare, vel quia nolebat simul coabitare, vel non sine Creatoris iniuriâ. De Alexio incertum est, an eius sponsa ad 2. nuptias transierit.

Et esto transierit, nequit ex hoc casu colligi, quod ingressus religionis diuino iure matrimonii dirimat: cum quia ipse non fuit religionem ingressus: cum quia esto id diuino instinctu fecisset, non inde tamen sequitur, iure diuino ma-

trim, dirimi per religionis ingressum, sed pecuniaris inspiratione diuinâ fuisse ad religionem vocatum, cuius postea professio solo iure Ecclesie

matrimonii dissoluisset. 3. Est authoritas Pontificum, Tertium

qui videntur matrimonij dissolutionem per ingressum religionis ad ius diuinum referre, ut Alexan. III. cap. ex publico, de conuers. coniug. ex sacri eloquij interpretatione: Innocent. III. cap. ex par. 2. cod. tit. ex revelatione diuina colligit, posse post contractum matrimonii unum coniugem per ingressum religionis ab altero discedere. Contraria: ex eo, quod hi Pontifices dicant, hoc aliquando cum aliquibus factum esse, inspiratione diuinâ, non negant fieri etiam posse au-

thoritate Ecclesie ex diuina deriuata, ex ist. cap. ex par. 2. in quo postquam Pontifex dixit: *Nisi forte secus fieret ex revelatione diuina, qua superat omnem legem, sicut à quibusdam sanctis legitur esse factum: statim subiungit: Nos tamen nolentes à*

prade-

*33.
Secunda
probatur.*

*Id à poste-
riori effica-
citer constat*

*34.
Tertia pars
offend.*

A priori.

37. predecessorum nostrorum vestigijs declinare, qui respondere consuli, antequam matrim. sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri coniugum; reliquo inconsulto ad religionem transire; ut a quod reliquus ex tunc legitimè posterit alteri copulari.

Eadem sententia probata. Prob. 2. votum in relig. emissum non dirimit matrim. nisi sit solemne. At solennitas solo iure Eccles. est annexa voto, vt definit Bonif. VIII. c. vn. de voto in 6. (& ante ipsum vt certa res erat in Ecclesia, teste Soto lib. 7. de iustit. q. 2. a. 5. post. 2. concl.) & Greg. XIII. bull. Ascendente Domino, qui sola Ecclesie constitutione ait, voti solennitatem inuentam esse. Ergo solemne votum relig. non dirimit ratum matrim. nisi iure Eccles. Nam si dissolutio matrimonij rati est effectus solidius voti solennis, & solennitas non est, nisi iure Eccles. inducta: ergo etiam matrimonij dissolutio soli voto solenni annexa, erit iuris Eccles. At negat Sotus cit. conseq. qui quamvis propter cit. decretalem, concedat solennitatem esse solenni voto ab Ecclesia annexam: negat tamen, votum ipsum solenne ab Ecclesia habere vt matrim. dirimat; sed ex natura sua, ex eo quod per illud homo seipsum suaque omnia tradat Deo, per quam traditionem fit naturali ac divino iure inhabilis ad seipsum per matrim. alteri tradendum. Verum hoc Sotus resp. evidenter refellitur ex cit. bulla Gregor. III. in qua duo definit, & quidem non ut priuatus Doctor, sed vt Pontifex, motu proprio ac certa scientia; 1. quod per simplicia vota nostri Scholastici seipso Societati dedicant, atque acta tradunt seq. divino servitio in ea mancipant. 2. huiusmodi votis nouum annedit impedimentum, quod ante, non ostante actuali traditione & mancipazione sui in Religione ohabebat, nempe inhabilitatem ad matrim. contrahendum. Igitur inhabilitatem ad matrim. contrahendum non habet votu solemne et natura sua & ratione traditionis, quae seipsum vobis religioni mancipat, ac dedicat, sed ex sola Ecclesie constitutione: si quidem ante Greg. XIII. vota haec habebant eamdem traditionem & mancipationem sui, cum tamen non haberent inhabilitatem ad matrim. contrahendum.

38. Ex quo deducitur, alterum quoque effectum, ad ratum matrim. dirimentum, solemne votum acceptiss ab Ecclesia; cum sit pars ratio: nam licet plus sit dissoluere contractum, quam contrahendum dirimere; magis tamen expedit, vt qui solueretur a contracto, fieret inhabilis ad contrahendum; cum species iniustitia sit relata primaria, ducere secundam. At hunc 2. effectum primo acceptit votum a Greg. XIII. non iure divino: ergo nec priorem. Confirm. hanc efficaciam dirimenti matrim. contracti non habet votum solemne Ordinum, licet sit efficax ad dirimentum contractum, Joan. 22. extra ag. antique, quia Ecclesia noluit. Certe cum insolubilitas rati matrim. sit de iure divino, ut supra, solemne votum relig. eam non habet ex mera potestate humana, nisi vt a Christo derivata in lauorem relig. Ita explicatio eos, qui negant, hanc vim voti esse ab auctor. Eccl. Ad arg. non est pars ratio de morte naturali, quae etiam consummatum dissoluit, tollens fundam. vinculi ipsam personam, vt nec in resuscitato resurgat; ac de morte ciuili per professionem relig. quae vti non tollit fundam. nisi metaphorice, ita nec maritale vinculum in eo fundatum, compossibile cum vinculo relig. ut supra.

Infertur 1. potest coniux post partum matrim. inuito coinge ingredi Relig. c. ex p. 2. de conuersione coniug. si alter reclamat, dat Ecclesia bimestre;

39. Tom. IX. De Matrimonio.

quo exploro cogitur vel ingredi Relig. vel consummare matrim. Quid si autem expletum bimestre sponsa vi opprimatur, an possit adhuc iure uti? Negant aliqui apud Sanch. l. 3. d. 22. q.

2. Affirmant plures probabilitus cum Sanch. quia

dolus nemini debet patrocinari; & nullus debet ius suum perdere ob alterius culpam: sicut coniux in iusto adulterio transire potest ad Religionem.

At non minor iniuria sit sponsa, si ante expletum bimestre, sibi ad deliberandum de ingressu relig.

40. à iure concessum, vi à sponso opprimatur, quam coniugi, si sibi thori fides non seruetur. Iura vero canonica, vbi clamat, consummato matrim. neutri coniugi licere ingredi relig. intelliguntur matr. absq; iniuria coniugis consummatu. Népe matrim. consummatu cu iniuria coniugis, ex Christi institutione non evanescit ad significandam coniunctionem & erbi cu natura humana &c. quae ut summa voluntaria nequit per violentiam copulare representari. Sed nec per sponsam proficiente relig. vinculum matrim. dissoluitur, vt nec inter virum proprius coniugis adulterium proficiente relig. & uxore adulteria: cum utroq; casu sit consummatum; & nequeat qui iniuriam intulit, ad 2. nuptias transire. Posset tamen iniuriam passa impediri ratione prolis ne ingredieretur relig. 2. Non sit bigamus, qui ducit virginem solitam vinculo rati matrim. per ingressum coniugis in relig. ita Innoc. III. c. debitum past. de Bigamia: nam viro nupta non cognita carnem suam in plures non diuisit, nec per commixtionem carnis est facta plures, sed manet una, & perfecta significatio unica cum uno, & unus cum una, ut inter Christum & Ecclesiam.

3. Matrim. rati non dissoluitur per subsequens consummatum: ita Greg. IX. c. Si inter virum de sponsalib. Innoc. III. c. finali, de sponsa duor. Alex. fauet M. c. Licet eod. sit. Hic addit: Alter a quibusd. praeheresi.

decess. nostris fuit aliquando notatu. At hi, elto, alter senserint, vt priuati DD. nullam de eo sanxerunt constitut. nec hoc spectat ad materiam fideli, sed ad solam potestatem dispensandi in rato matr. quod forte posset dissolui per subsequens consummatum potestate Pontificia. De quo ramen non expedit constitutio universalis. 4. Posset infidelis matrim. cum infidelis consummatum dis. soluere per immediatum confessum relig. ante-

41. co. nuptia. quam secundum regum contrahat cum fideli, si alter coniux monitus nolit ad fidem conuerri, vel non sine Creatoris cōrūmēlia cohabitare est communis apud Sanch. l. 7. d. 7. At cum infidelis con-

summatum, altero coniuge in iniusteitate persistente dissoluatur per alterius faciem Ordinationem?

Negans pars communis est; ed quod non maiorem efficaciam habeat sacri Ordinis suscep-

42. ptio in infidelis ad fidem conuerso, quam in fideli soluitur.

De infidelis respectu rati; at illa rati non dissoluit: ergo. Imo

neq; est efficax ad dissoluendum matrim. tantum ratum infidelis ad fidem conuersi; ex extra ag.

Antique: cum sacer Ordo aliam vim ab Ecclesia non habeat nisi dirimenti contrahendum. 5. Cum

Sanch. l. 7. d. 27. n. 18. & Quar. 10. 3. de Relig. l. 1. Votum simpli-

43. cum solene ex extirpatione duxerat Ecclesie consti-

cutione & accidentaliter differe a simplici. Pijn. lennis dif-

dat. voti solennitas consistit in efficacia irritandi

44. contrahendum matrim. ut votum sacris Ordinibus annexum, vel etiam contractum, ut ang-

45. sum profissioni relig. quam efficaciam non habet

votum ex natura sua. Moralis enim ordinatio Ec-

clesie, et si congruerit ad statum Relig. & Cleri-

catus hanc solennitatem annexuerit, potuit tamen

non accidere, nec mutata intrinsecè natura

46. crimen accidens.

M. voti

voti, quæ hæc solemnitate præcisâ mansisset eadem: licet non diceretur votū solemnē, quia hoc habet ex annexa efficacia sibi extrinsecus additā.

Vnde sequitur 1. votū solemnē includere totum id, quod dicit simplex, & solum addere aliud quod extrinsecū adiungit. 2. Coram Deo eadem vim habere votū simplex & solemnē, quantum est ex parte vountis: nam qui vouet castitatem vel in Religione, vel in Sacri Ordinis susceptione, quantum est ex se, vouet illā ut perpetuā seruandam, siue habeat, siue nō habeat hanc solemnitatē ab Ecclesia annexam, ut constat de votis, quæ tam Scholastici nostri post biennium nouiciatus, quam coadiutores formati post longa experimenta emitunt, quibus vount, perpetuam in Societate Iesu castitatem. Quæ in eo ratiū à solemnibus discriminatur, quod hæc non modò sint peperua ex parte emittentis, manente ex parte Societatis potestate eos dimittendi, & à votis absoluendi, si id aut communi Religionis, aut priuato personæ dimittendè bono in domino iudicauerit. Et licet etiam manet qui busd. casibus in Pontifice potestas absoluendi à votis solemnibus, non idcirco desinunt esse solemnia, ac perpetua, tam ex parte emittentis, quam ex parte admittentis: Cùm hæc potestas non sit in Pontifice ordinaria, sed extraordinaria, & non nisi in casibus rarissimis, spectabilibus ad maximū aliquod Reip. bonum. Quæ extraordinaria potestas non tollit, quin prædicta vota dicenda sint simpliciter solēnia: scut nec potestas, quam Deus habet ut absolutus Dominus, corrumpe di Angelū, tollit, quod minus Angelus dicatur simplicitate incorruptibilis. At potestas, quam Societas habet dimittendi Scholasticos approbatos, vel coadiutores formatos, est ordinaria, cùm non sündetur in casibus rarissimis, sed cōmunib⁹, nempe in satisfactione, quam Societas ab his exigit, tum in moribus, tum in talentis ad cōsueta Religionis munia viriliter & fructuosè obœdū: licet hanc ipsam potestatē Societas Iesu habeat communicatam à Pontifice, ut cōstat ex bulla Greg. XIV. Ascendente Domino.

DISPUTATIO IX.

De impedimentis matrimonij in communi?

^{1.}
Duplicē im-
pedimentū.

A bsoluto matrimonij quoad substātiā, & principale impedimentum clandestinitatis, non uiter à Trid. inductum, sequitur ut de reliquis impedim. disputem. Alterum est dirimens, quod matt. reddit nullum. Alterum impediens, quod solum reddit illicitū. Dicitur dirimens, nō quod semel validē contractū dissoluat; sed quod reddit irritum, quod alias, non cōstituto impedim. fuisse validum. Quo sit ut sisuperueniat matrimonio iam validē contrafacto, illud non dirimat. Sed cōmunia omnibus impedimenta p̄mittēda:

SECTIO I.

Penes quem sit potestas impedimenta matrimonio constituendi?

^{2.}
Cetera ob-
incertis se-
iunguntur.

C ertum 1. hanc potestatem esse penes Ecclesiam, ita Trid. eff. 24. can. 3. & 4. cuius oppositū ut error in fide ante Trid. declaratum fuit à Concilio Senon. sub Clem. V. 11. an. 1528. Ratio: Ecclesia errare nō potest in dispositione sacram. ut saluā illorū substātia, ea statuat ac mutet, qua-

falsipientium utilitati, & illorū venerationi, prorum, temporū, & locorum varietate, magis expedire iudicauerit, vt Trid. eff. 21. c. 2. Cūm igitur matrimonij si vnum ē sacramentis à Christo institutis, ex ead. eff. 7. can. 1. de sacr. in gen. non potest Ecclesia errare, cūm pro diuersis temporibus, varijs exigentibus causis, varia matrimonio impedimenta, saluā semper sacramenti substantiā, statuit. Hanc saluam patet: quia substantia huius sacramenti, prout fuit à Christo institutum, est contractus validē inter coniuges initus: hic autem cūm ad sui validitatem pendeat ab Eccles. potestate, variatio pro diuersis temporibus ab Ecclesia cōditionibus, quibus de valido redditū est invalidum, & contraria, non est variata eius substantia, quæ est contractus inter coniuges validē initus ab Ecclesia dependens. 2. In omni benē constituta Rep. necessaria est potestas ferendi leges, ^{Ratio & pri-} ^{ri, cur ma-} ^{trim. per-} ^{deas ab Ec-} ^{clos. potest.}

Pontificis ex-
traordinaria
potestas.

C ertum 2. hanc potestatē non habere Ecclesia supra infideles sibi non subiectos, contra Rg. bionē apud Sanch. l. 7. d. 1. n. 3. quod etiam videtur contra Abulen. in l. Reg. c. 8. q. 17. vbi ait, impedimenta haec p̄tus ab Ecclesia statuta non se extēdere ad infideles, non defēctu potestatis, sed voluntatis. Verū nostra assert. deciditur ab Innoc. III. c. Gaudemus, de dñi ort. qui dōcet. Paganos legitimū contrahere matrimonij in gradibus ab Ecclesia prohibiti. quippè quis cōstitutionibus Canonis non aritantur: cōfirmat ex 1. Cor. 5. Quid mīhi de ijs, quis foris sunt, indicare? An saltem hanc potestatē habeat in eos infideles, qui sibi mediare subiiciuntur, vt i sunt, qui Christianis Principiis subduntur, *infra*.

C ertum 3. hanc potestatē habete principes infideles: experientiā n. cōstat apud multas barbaras nationes connubia inter alienigenas prohibita esse ut invalida: & hi veri sunt principes, omnemque potestatē à populo accoperunt, quæ ad publicum bonum conseruandum, legesque ferendas ad id conduceant, necessaria est.

C ertum 4. hanc potestatem non esse principibus, siue à Deo siue à populo concessam, nisi iusta ac rationabili exigēte causā: quia cūm quisque ius habeat à Deo, & naturā ad matrimonij contrahendum, non poterit princeps, nisi iustum ob causam, personas ad matrimonij contrahendum inhabilitare. Porro iusta exigēte causā, nō solum poterit princeps ad tempus, sed etiam in perpetuū. si id publico bono expedire iudicauerit personas ad matrimonij inhabilitare, non obstante, quod matrimonia sint de iure naturæ, & diuino; nam hoc ius, quod quisq; priuatus à Deo & natura habet, subordinatur iuri naturali, quod Resp. habet in ordine ad publicū bonum: cōstatā n. lemel à populo in princ; ē potestate Remp. benē gubernādi, iure naturæ consurgit in principe potestas adhibendi omnia ea media. quæ ad ipsam benē gubernandam, bonumq; publicum promouendum conducunt: cūm natura dicit, semper bonū publicū præferendum esse priuato.

C ertum

Certum 5. hanc potestatē non esse penes Iudeos: cū nullam habeant liberam rem aut supremum principē, à quo gubernentur: nam post Christi aduentū priuati sunt regni sceptro. Gen. 49. Non auferetur scepterū de Iuda. & dux de fæmore eius, donec veniat qui mittendus est. Vnde in matrimonio contrahendo tenentur seruare leges illius Principis, sub cuius ditione sunt, nisi ab ipso permittantur regis suis legibus. Tamen nō amplius obligantur ad leges cæterionales, cū ille cessarint post Christi passionem. Omne verò matrimonium, legi Euang. aduersum ab ipsis contraquā, est nullum; vt cum repudiata, vel cum pluribus uxoribus; nam haec leges super à Christo abrogatē: & permittit illis ab Ecclesia vt validū matrimonium in gradibus ab ipsa prohibitis: c. de infidet. de consang. & affin. vbi interrogatus Innoc. III. de infidelibus ad fidem cōuersis, virum si ante cōversiōnem suam, secundum legēs veteris instituta, circa gradus consanguinitatis à canone denotatos coniunctifuerint, separari debeant post baptismū. Responderet, non esse seperandos. Intellige, nō de Iudeis tantum temporali dominio Ecclesia subiectis, rationē cuius dominij eos ad leges matrimonii Christianorum cogere posset, yti & cæteri Principes sacerdotes quo scunq; infideles sibi subiectos; sed etiam de Iudeis sibi temporaliter non subiectis, subiectis alijs Principibus fidelibus; aut infidelibus, quos ad fidem conuersos Ecclesia non separat, si in Iudaismo contraxerunt in gradu ab ipsa prohibito, modò talis gradus non fuerit illis à Principe, cui erant subiecti, quādo contraxerunt, prohibitus. Alteri disponunt leges ciuitates, quā nullum matrimonium iuxta Iudeorū legem cōtractū, illis vt validum permittunt, leg. Nemo Iudeor. C. de Iudeis & Calic. Nemo Iudeoram, morem suum in coniunctionibus retinebit, nec iuxta legem suam nuptias fortiatur. Cū tamē Ecclesia omne matrimonium illis vt validum p̄mittat, quod impedimentum non habet legi Euang. aduersum. Ut rectè Abul. 1. Reg. 8. q. 178. Notat etiā Sot. in 4. d. 39. q. vn. a. 1. §. ad hoc ergo, si Iudeica Resp. aliquid impedimentū dirimēs statuisset ante Christi aduentū, quando liberā potestate potiebatur, illudq; adhuc duraret, obligaret Iudeos ad seruandū, & matrimonium illo contractum esset nullum: quia Christus per nouam legem Euang. illud non abstulit, sed solum leges ceremoniales.

Dubitatur 1. An Principes fideles potestatem habent statuendi suis subditis fidelibus impedimenta dirimentia matrimonii. Prima sent. negat: ita Glossa in can. si quis ingenuus 29. q. 2. fine, 2. q. 3. §. Hinc collig. vbi dicitur, quād matrimonia hodie regantur iure poli, non iure fori: & omnes ferē Canonistæ: S. Tho. in 4. d. 24. q. 2. a. 2. ad 4. ad Bonau. a. 2. q. 2. fine, Richar. a. 2. q. 2. Argen. q. vn. a. 4. ad 2. Palud. q. 1. a. 2. concl 7. Sotus. q. 2. fine, Pontius l. 6. c. 2. n. 3. Hurt. 12. d. de matr. diff. 2. Sylla. in addit. ad 3. p. q. 50. fine, & alij apud Sanch. l. 7. d. 3. n. 1. Fundam. matrimonium inter Christianos est sacramentum: nullus autem Princeps sacerdotes potestatem habet in sacramenta, cū sint res sacrae ad salutem animarum à Christo institutæ, quā limites sacerdotalis potestatis excedunt, & soli subiiciuntur potestati Ecclesiæ. Confirm. Trid. sess. 2. 4. can. 12. definit, causas matrimonii. ad solos iudices Ecclesiæ. spectare. Secunda affirm. Glossa in can. Si quis ancillam 29. q. 2. Verb. & legibus: S. Tho. in 4. d. 34. q. vn. a. 1. ad 4. Matrimonium, inquit, in quantum est in officiū nature; statuitur lege naturæ; in quantum est sacramentum, statuitur lege diuinâ; in quantum est

In Iudeorū matrimonio tria trim. legi Euang. aduersum ab ipsis contraquā, est nullum; ut cum repudiata, vel cum pluribus uxoribus; nam haec leges super à Christo abrogatē: & permittit illis ab Ecclesia vt validū matrimonium in gradibus ab ipsa prohibitis: c. de infidet. de consang. & affin. vbi interrogatus Innoc. III. de infidelibus ad fidem cōuersis, virum si ante cōversiōnem suam, secundum legēs veteris instituta, circa gradus consanguinitatis à canone denotatos coniunctifuerint, separari debeant post baptismū. Responderet, non esse seperandos. Intellige, nō de Iudeis tantum temporali dominio Ecclesia subiectis, rationē cuius dominij eos ad leges matrimonii Christianorum cogere posset, yti & cæteri Principes sacerdotes quo scunq; infideles sibi subiectos; sed etiam de Iudeis sibi temporaliter non subiectis, subiectis alijs Principibus fidelibus; aut infidelibus, quos ad fidem conuersos Ecclesia non separat, si in Iudaismo contraxerunt in gradu ab ipsa prohibito, modò talis gradus non fuerit illis à Principe, cui erant subiecti, quādo contraxerunt, prohibitus. Alteri disponunt leges ciuitates, quā nullum matrimonium iuxta Iudeorū legem cōtractū, illis vt validum permittunt, leg. Nemo Iudeor. C. de Iudeis & Calic. Nemo Iudeoram, morem suum in coniunctionibus retinebit, nec iuxta legem suam nuptias fortiatur. Cū tamē Ecclesia omne matrimonium illis vt validum p̄mittat, quod impedimentum non habet legi Euang. aduersum. Ut rectè Abul. 1. Reg. 8. q. 178. Notat etiā Sot. in 4. d. 39. q. vn. a. 1. §. ad hoc ergo, si Iudeica Resp. aliquid impedimentū dirimēs statuisset ante Christi aduentū, quando liberā potestate potiebatur, illudq; adhuc duraret, obligaret Iudeos ad seruandū, & matrimonium illo contractum esset nullum: quia Christus per nouam legem Euang. illud non abstulit, sed solum leges ceremoniales.

6. Dubitatur 1. An Principes fideles potestatem habent statuendi suis subditis fidelibus impedimenta dirimentia matrimonii. Prima sent. negat: ita

2. Sement.

Potissimum fundam.

in officiū communis, statuitur iure ciuili: & ideo (concludit) ex qualibet dictarum legum potest aliqua persona offici ad matrem. illegitima. Idem breuius repetit 4. contra Gent. c. 78. fn quantum matr. ordinatur ad bonum politicum, subiaceat ordinatio ciuili. Victor. relect. de matr. 2. p. 6. ad hanc quast. Sotus in 4. d. 39. q. vn. a. 1. fine, & d. 40. q. 1. a. vlt. §. interrogationis; Pet. Soto. lect. 4. de matr. fine, Bellarm. de matr. c. penult. fine. Henrig. l. 12. de matr. c. 1. n. 4. Sanch. l. 7. d. 3. n. 2. Kon. d. 30. de imped. matr. in gen. dub. 1. concl. 1. Prapos. q. 7. de imped. matr. dirim. dub. 1. & alij apud Sanch. qui omnes conueniunt. Principes sacerdotes, quācum est ex vi potestatis, quam vi sui munera à populo communicaram habent, posse impedimenta matrimonii dirimentia suis subditis statuere; de facto tamen vsum huius potestatis sibi soli Pontificem cōseruasse. Excipe Pet. Sotus, qui docet vsum huius potestatis in Principiis sacerdotalibus, non tam esse à Pontifice impeditum, quām ipsos eum ex sua pietate & voluntate Ecclesiæ cesserisse, vt nullū cēseatur matrimonium, non posse illegitimum, quod Ecclesia tale nō iudicauerit: Non in principiis propter eadē, inquit, vel legi, vel consuetudini bns secul. Reip. auferendum est, vt illegitimos aliquos reddere, ibus ab si velint, possint, sed potius, si opus fuerit, cōfirmandū impediā, Ecclesia esse ab Ecclesia; scilicet ad maiore cautelam: non quād in ipsis non sit efficax potestas, sed quia illius vsum spontē Ecclesiæ cesserunt. Verū contra Sotis assertum prob. reliquorum sent. Pontifex sorrens DD. ut suprēmus animarum Pastor habet à Deo potestatem impediendi, quā obfutura iudicat animarum saluti: at matrimonium non solum quā sacramentum est, vt ritē ac sancte administretur, sed etiam, vt cit. Victoria, quā ciuilis cōtractus est, ordinatur ad salutem animarum: sc. ad morū honestatem, & mutuam coniugum, totiusq; familiæ concordiā, ac fiscipienda proliis religiosam educationem; ex quibusc orū, & proliis, ac totius domesticæ familiæ, animi salus magnā ex parte pendet. Ita in cæteris cōtractibus ciuibibus Pontifex potestatē habet certas leges præscribendi, ad fraudes & iusticias vitandas. Maior est certa, nam qui potestatem accipit in finem simul accipit in media, quā ad finis consequitionē necessaria sunt, alioqui frustranea esset potestas in finem, quā non posset se extendere ad media, sine quibus finis consequi non posset.

Quād autē talis potestas de facto sit in Principiis sacerdotalibus ab Ecclesia impedita, ne vali. Talis potestas in printice secul. DD. sensu, cum ex multis Canon. can. M ultorum impedita est 35. q. 6. & c. 1. de consang. & affin. fine, & c. acceden. de excessib. Pralat. demum ex Trid. sess. 24. can. vlt.

vbi definit, causas matr. spectare ad iudices Ecclesiæ. Quād non solum intelligitur de causis spectantibus ad matrimonia, potius, sed etiam antequām sint contracta, an sc. expediat cum his, vel illis solemnitatibus, cōtrahi; vel hæc, aut illa impedimenta apponere: sicut non solum ad forum Ecclesiæ pertinet, iudicare, an contractus iam initus sit usurarius, sed etiam an expediat ad palliatam usuram vitandam, certas ei leges præscribere.

Quād autēm principes sacerdotes vi sui munera hanc potestatem habent statuendi suis subditis fidelibus impedimenta dirimentia, nō obstante, quād matr. inter Christianos celebratū, sit sacramentū, prob. ex eo quād Christus matr. in sacramentū cuexit, non abstulit à principibus sacerdotalibus potestatē, quā ipsi in illud habent, vt contractus ciuilis est, sed illā præsupponit, nō minūs quām præsupponit contractū validē initū; Cōfir-

9. ex eo quod Christus verba, ex hominu placito si-
gnificantia, euerit ad ratione sacramenti, non ab-
contrarium qui ad sac. itulit à Rep. potestatē illa quoad significationem
pr. supponi- murandi ac variandi. sed ea supposita, non minus
ius, principia quām suppositā verborum significatione ab ho-
voluntas re- minum placito dependente, illa in sacramentum
quiritur.

euerit: ergo pari modo &c. Ex his inferatur, multa
impedimenta matr. dirimentia, in iure ciuili sta-
tuta, per leges canon. esse revocata, ut matr. à fi-
lio familias sine Patris cōsensu contractū l. filius
famil. ff. de ritu nuptia. inter tutorē & pupillā l. tu-
tor. ff. de sponsal. inter senatorē & libertā, & inter
acholytos, vt glossa in l. can. 30. q. 3. Cōtra verò ali-
qua iure cano. esse inducta, quā iure ciuili matr.
non dirimebāt, vt coniugiū cōtractū inter fra-
tres cōsobrin. l. si neptē ff. de ritu nupt. & plurima.

Ad argum. Ad argu. primæ; S. Thom. vii & antiqui cit. in-
telligendi sunt de potestate impedimenta matri.
imponēdi, quatenus sacramentū est, non quā cō-
tractus ciuilis est, quā tātū habet principes sē-
culares. Quamquā explicari possunt de potestate
proximā & expeditā. Ad cōfir. ea tātū probat,
defacto penes iudices Eccles. tātū esse de causis
matr. iudicare: an autē hoc proueniat ex defectu
potestatis in iudice sēculari, an ex prohibitione
Ecclesiaz, vsum huius potestatis sibi reseruantis,
ex cit. confir. non colligitur. 2. An Episcopi vi suā
potestatis episcopalis, impedimenta dirimentia in
sua Diœcesi matr. imponere possint? affirmat V. i.
floria Pont. l. 6. c. 1. fine, iisque omnes, qui purant,
Episcopos suā autoritatē immediatē accipere à
Deo: ex quo concludunt, quidquid potest Pōtifex
in tota Ecclesia, potest Episcopus in sua Diœcesi.
Contā verò, qui censemus Episcopos suā po-
testatem immediatē accipere à Pontifice, to. 4. disp.
6. selt. 7. Id negamus. Et prob. cūm in hac sent.
Episcopi omne suā potestatē accipiāt à Pōtifice,
& Pōtifex vsum huius potestatis perpetuò impe-
diat in alijs, qui illā aliunde habent, à fortiori illā
negat Episcopis. Quo sit, vt hāc potestas in prin-
cipe sēculari, cui supponit à populo cōmu-
nata indepēdenter à Pōtifice, sit tātū impedita,
ne validē in actū exire possit: in Episcopo autem
nullo modo sit, ne quidē quo ad actū l. cūm illā
neque habeat à Deo, vt Pontifex; neq; à populo,
vt princeps sēcularis; neque à Pōtifice. At obijcit
Pōtius, multa impedimenta matr. dirimentia cōsti-
tuta sunt à varijs cōcilijs etiam Nationalibus &
Prouincialibus: ergo vi suā potestatis possunt
Episcopi huiusmodi impedimenta matr. impone-
re. Resp. neg. huiusmodi impedimenta, ne quidē in
cōcilio generali cōstituta, vim obligā li habere,
nisi à Pōtifice approbata & cōfirmata. Hāc autē
potestas specialiter tribuitur concilio generali,
quia includit Pōtificem vt caput. vt to. 4. disp. 8.

10. Dubium 2. In Episcopo
nec actū 1. nec aīmā 1.
potestatu sēc.
3. Dubium 3. 3. An Pōtifex potestatē habeat huiusmodi im-
pedimenta præscribendi infidelibus Christiano
principi subiectis? Affirmat Abulen. in l. Reg. 8. 9.
178. qui et si dicat, impedimenta matr. haec tenus ab
Ecclesia statuta ad infideles nō se extēdere, quā-
diu manēt infidelibus principibus subiecti, sentit
tamē ad eos extendi, statim ac fiunt Christianis
principibus subditikita & Led. apud Säch. l. 7. disp.
3. n. 3. eo quod hi subiectantur Ecclesię, hoc ipso
quod fiunt subditi Christianis principibus.

Negat Säch. Pōt. & alij. lōgē verius propter op-
positū fundam. quia Pōtifex nullā in eos iurisdi-
ctionē debet. Vt n. possit huiusmodi infideles ad
leges Eccl. matr. obligare, debet eos habere sibi
subiectos, vel quo ad iurisdictionē temporalē, vel
quo ad spiritualē: nā omnis potestas subiectōnē

supponit in eo, in quo est exercēda. At Pōtifex, Neuero modo
vi sui muneric pastoralis, nullā temporalē iuris- subiectos
dictionē directē accipit, nō solū in infideles, sed habet suos fi-
neq; in fideles: Nullā verò spiritualē habet erga fideles Pon-
s. f. x.

12. Coroll. tria.
supponit in cōtrahentibus baptismū, qui est prima ianua ad reliqua sacra. Ex his infer-
tur. 1. cur princeps sēcularis his possit impedim.
matr. dirimentia statuere, non Pōtifex, sc. quia ille
habet in eos directā iurisdictionē temporalem,
proinde eos potest ad leges matr. quatenus con-
tractus ciuiles sunt obligare. Pontifex autē, quā
Pontifex, nullā habet in eos iurisdictionē, neque
temporalē, neq; spirituale: posset tamen eos ad
huiusmodi leges obligare, si sibi subiectos quoad
temporalia haberet: quiā tūc non quā Pōtifex, sed
quā princeps temporalis, eos ad cōtractus matr.
obligaret. 2. Si infidelis matr. cōtrahat cū impe-
dimēto dirin: ēt, à principe fideli, cui subijcitur,
imposito, matr. est nullū; possetq; à principe fideli
cogit ad illud dissoluendū: multō magis ad illud
dissoluendū teneri, si ad fidē cōuertatur. Idē sen-
tiendum, si infidelis matr. contrahat cū impedim.
dirimente, imposito à suo principe infidelis, cui
subiectus erat, quando matr. contraxit.

3. Causas talis matr. iudicare, non pertinet
ad Eccles. sed ad principē sēcularē, cui infideles
subiectiuntur: quia cū tale matr. sit merus contra-
ctus ciuilis, eius cognitio nō pertinet ad principē
Eccles. sed ad sēcularē. 4. An fidelis subiectus
principi infidelis, matr. cōtrahens cū impedimēto
ditimēte, statuto à Principe infidelis, inualidē cō-
trahat? Affirmat Sanch. l. 7. disp. 3. n. 8. Conink. disp. 13.
30. de impedi. dub. 1. n. 7. Probāt; princeps infidelis
habet potestatē statuēdi matr. impedimenta, qua-
tanus ciuilis cōtractus est: & fideles illi subiecti
tenētur ipsius leges, quatenus Ecclesiast. non ad-
uersantur, seruare. Negat T. ann. 10. 4. disp. 8. q. 4. Negandum.
dub. 1. n. 20. Layman l. 5. tra. 10. c. 1. n. 3. probabi-
lit̄: probō: Fidelis subiectus principi infidelis in
contrahendo matr. tenetur seruare leges Eccles.
obligant .n. ipsos vbiq; sunt ergo in eo cōtra-
hendo nō tenetur leges profanas principi: infi-
delis seruare. Etenim hoc ipso, quod Ecclesia
obligat fidelē subditū principi infidelis ad seruā-
das leges matr. à se latas, eximit illum ab obliga-
tione seruādi lege principis infidelis: cūm nō de-
sit Ecclesiā potestas deobligādi fidelē ab obser-
vantia legis latē à principe infidelis, quando illa
vergit vel in aliquod detrimētu spirituale ipsius
fidelis, vel in præjudiciū legis Eccl. Nā licet Ec-
clesia nō habeat potestatē direcēte impediendi le-
gē principis infidelis, habet tamē potestatē exi-
mendi fidelem ab illius obseruantia, rationabili
causā exigēte: tum ne fidelē nimiū oneret, cū ad .Quis dubi-
vra q; legē obligādo: tum ne præextu seruādæ
legis principis infidelis, omittat legem principi- rationab. le-
pis Eccles. tum quia sēpe leges principis infidelis
statuentes impedimenta dirimentia, essent legi- bus Eccles. aduersæ, vt esset lex statuens pro impedim.
impedimento dirimente 5. aut 6. gradum con- infidelis prin-
sanguinitatis vel affinitatis: & contrā lex statuens cipe positi?
non

non fore impedimentum dirimens contrahere in 3. aut 4. gradu. Quod si Ecclesia hanc potestatem habet, credenda est, de facto à tali lege eximere fideles infideli subiectos. Ad rationem oppositum; licet fidelis teneatur reliquas leges ciuiles principis in fideli, cui subiectus, seruare, ad hanc tamē, non tenetur, quia ab ea ob assignatas causas ab Ecclesia eximitur, per indirectam potestatem, quam propter bonum fidelis in ciuiles leges Principis infidelis habet.

Infertur 1. Si coniux infidelis agat cōtra cōiūgē fidelem de matrimonij nullitate, aut diuortio, iudicium talis causa pertinere ad iudicem Eccles. contrā verō, si coniux fidelis de nullitate & diuortio agat cōtra coniugē infidelem, talis causa iudicium pertinere ad iudicem infidelem, ex illo principio, *Auctor sequitur forum rei l. iuriū ordin. codi. de iurisdict. omni. iudic. & foro competenti, & i. finali, codi.* Vbi in re actione exerceri debeat: *Auctor,* inquit, *rei forum siue in rem, siue in persona sit actio, sequatur. Et cap. Si clericus, & cap. cūm sit generale, de foro cōpeten. & passim. Si verō qui de nullitate matrimonij inter coniuges fidelem & infidelem contendit, sit tertius aliquis; putat, & meritō Sāt̄herz, causam pertinere ad iudicem Eccles. quia dignius trahit ad sc̄ minus dignum.*

Infertur 2. Infidelis transiens per locum, vbi est impedimentum dirimens, si cum eo ibi contrahat, matrimonium nullum, esto in loco, ex quo discessit, tale impedimentum non sit: contrā verō, si in loco, per quem transit, tale impedimentum non sit, etiam si in patria illud sit, validum fore matrimonium. Ratio: *vt 5. 10. cum communio ai sent. peregrini quoad contractus ineundos, tenentur seruare leges & consuetudines loci, vbi contrahunt, esto quo ad alias leges & consuetudines non teneantur. Nec est necesse ad validē contrahendum, ibi tam diu morari, donec fiat illius loci habitator, vt iudeat fidelis, veniens, & transiens per locum, vbi Trident. est receptum: nam hoc est in fidelis necessarium, ut per habitationem acquisito iure parochiæ, possit iuxta Trident. decretum coram parocho illius loci, ut coram proprio contrahere.*

Quid si infidelis contrahat per transitum in loco fidelium, vbi ab Ecclesia, vel principe Christiano pro infidelibus sibi subiectis inductum est impedimentum dirimens? Resp. si id sit tantum ab Ecclesia inductum, matrimonium validum, quia Ecclesia per hanc suam legem non potest nisi fideles obligare, cum non ferat illam de matrimonio. ut ciuilis contractus est, sed ut sacramentum est; quo pacto infideles non obligat: Si à principe Christiano pro infidelibus sibi subiectis statutum sit, cum eo impedimentum matrimonii est nullum. Quia cum talis lex sit de matrimonio, ut putus ciuilisque contractus est, obligat etiam transientes ad eam seruandam, vt coeteræ leges de contractibus latæ. Secus dicendum, si Princeps Christianus tale impedimentum non statuat pro infidelibus sibi subiectis, sed pro Christianis tantum: quia tunc non posset illud statuere de matrimonio. ut ciuilis contractus est, sed ut sacramentum etiam est, idque expressa, vel tacita cum autoritate Ecclesiæ, ad quam legem ne quidē infideles Christiano principi subiecti tenentur. Ceterum posset talis Princeps idem impedimentum dirimens autoritate Ecclesiæ imponere infidelibus, & simul autoritate propriæ infidelibus sibi subiectis: & tunc ea lege fideles obligaret in ordine ad matrimonium, ut contractus & sacramentum est; infideles autem solidi ad matrimonium, ut ciuilis contractus est. Vbi autem esset

peculiaris lex municipalis, vel contraria consuetudo, ut leges matrimonii non obligarent peregrinos transentes contra eas celebratum à transientibus, non foret invalidum matrimonium.

3. Fidelis per quemcunque locum transiens, in nullo potest validē contrahere cum impedimento ab Ecclesia præscripto: nam leges Eccles. obligant fideles, vbi cunque sunt: nisi in aliquo loco sit legitima consuetudine contrarium præscriptum, non quidem ab ipsis infidelibus, quorum præscriptio nequit se extendere ad fideles, ut seq. sect. sed à fidelibus, aut ibi commorantibus, aut illac frequenter transientibus.

S E C T I O II.

An consuetudo possit contra impedimenta iure canonico matrimonio constituta præscribere, aut noua inducere?

Dixi, iure canonico: nā quæ sunt iure naturali, aut ditimentia, nulla potest contra ea consuetudo præscribere, cap. finali, de consuet. etiam si omnes homines contrā facerent, cano. flagitia 32: q. 7. Ratio: ad legitimè præscribendū requiritur potestas eius, qui præscribit supra eum, contra cuius legē præscribit: at nulla potestas humana est supra potestatem naturalem, aut diuinam, nec consuetudo, cap. cit. Ergo de solis impedimentis canonico iure statutis, Prima sent. negat, ea posse humanâ cōsuetudine abrogari, aut nouâ induci, nisi scandalum foret contra tale impedimentum. consuetudine inducēt matrimonium contrahere: non quod consuetudo valeat matrimonia canonico iure permitta irritare, sed quia Ecclesia non tolerat matrimonia cū scandalo contrahi. Ita Conar. 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 10. n. 18. Canonistæ ibid. cit. Sanch. lib. 7. disp. 4. ex cap. quod super his, de cōsanguine & affi. vbi Innocēt. III. Rosaneo Archiep. mandat, ut puniat, qui contra prohibitos gradus matrimonii contrahere præsumperint, non obstante consuetudine, qua dicenda est potius corruptela. Igitur contra gradus canonico iure prohibitos nulla admittitur consuetudo, nisi scandalum affectat, cap. 1. de cognatione. Prior pars prob. Nulla consuetudo vim habet abrogandi legem, nisi ex tacito consensu eius, qui legem tulit: ut 5. tom. disp. 7. de abroga. legis, & disp. 8. de consuet. ciudem quippe authoritatis est, legem condere, & conditam auferre. Vnde Sotus lib. 1. de inst. q. 7. art. 2. ut primum principium statuit, consuetudinem de se vim legis non habere, nisi quatenus à Principiis consensu disponat. At cit. cap. quod super his, Pontifex prohibet matrimonium in gradibus ab Ecclesiæ prohibitis, consuetudine non obstante. Quare Sotus cit. vbi lex, inquit, exprimit, nullam consuetudinem contra legem, valitatem, tale decretum consuetudinem irritat, non tantum præteritam, sed etiam futurā, contra gloss. margin. in cap. statutum in Clement. de cœlest. Confit. nulla consuetudo, quæ aduersatur legi canonicae est rationabilis: at nulla consuetudo habet vim abrogandi legem, nisi sit rationabilis, cap. finali de consuetud. Posterior pars ostenditur. Maius est præscribere contra ius naturale & diuinum, quam contra ius humanum Ecclesiasticum, ut nequit consuetudo præscribere contra ius humanum Ecclesiasticum: ergo nec à fortiori contra ius naturale ac diuinum. Præscriberet autem contra ius naturale ac diuinum,

Contra ius
naturae, aut diuinae
nulla
consuetudo
præscribitur.

i. Semin.

communis
Canonist.

i. pars prob.

ii. pars prob.

Corollaria

16.
Peregrini le-
gē loci quoad
contractus
fortunati.

17.
Hec acta
sunt j. adūm
iūs cō. nūne.

2. Sent.

si noua impedimenta matrim. dirimentia induceret; inabilitaret n. ad matrim. personas, quæ naturali ac diuino iure habiles sunt.

Ceteron inter
hos aucta.

Secunda affirmat, non modò posse contra impedimenta iure Canonico instituta, legitimâ consuetudine præscribi, sed etiam noua induci, inabilitando personas, quæ iure Canonico habiles erant. Ita Sanchez cit. Koninck disp. 30. dub. 1. concil. 6. Pontius l. 6. c. 4. Hurtad. disp. 12. de matr. diffc. 2. Layman l. 5. tral. 10. p. 4. c. 1. n. 3. Banacina de impedim. matr. pun. 1. n. 7. &c. insinuat Pet. Soto licet 4. de matr. fine. An ut hæc consuetudo vim obtineat, aut noua impedimenta inducendi, aut antiqua abrogâdi, necessaria sit Pontificis scientia, per quam tacitè talem consuerud. approbet?

Duo valde
diversa apud
DD.

Quæstio duo petit, 1. an consuetudo legitimè præscripta possit impedimenta matrim. Canonico iure dirimentia abrogare? 2. An possit noua inducere? omnes aduersæ sent. se statores negant primum, non tamen omnes secundum; vt contra Driedo. cit. Couar. & multi, qui negant 2. solum negant, ne plus concedant consuetudini, quæ consuetudinis leges postulant; et quod concedendo illi, quod possit noua impedim. introducere, conceditur, quod possit præscribere contra ius naturale ac divinum, quod quisque habet ad matrim. contrahendum: at verò concedendo illi primum, non conceditur, nisi ius prædicti bendi contra legem Ecclesiasticam.

20.
2. diffc. fol-
iustur.
Efficacissimū
fund. lex
vniuers.

Dico 1. possunt impedimenta matrim. dirimentia ab Ecclesia statuta consuetudine legitimè præscripta abrogari, nullâ Pontificis scientiâ fund. lex requisita. Ita Sanchez, Koninck, Layman, sup. plen. Gabriel. in 4. dist. 42. q. 1. a. 3. dub. 6. ex cap. finali de consuet. vbi à Gregorio IX. lex statuitur, quod licet nulla consuetudo possit contra ius naturale (eademque ratio est de diuino) potest tamen contra ius positivum humanum, si rationabilis fuerit: at hæc lex est vniuersalis, nec ratio est, cur alia rationabiles consuetudines, vi huius legis præscribere valeant contra ius Eccles. etiâ nullâ Pontificis scientiâ requisita, & non etiam hæc. Nam idè reliquæ possunt præscribere, quia sufficit lex semel ab ipso vniuersaliter statuta, vt omnis rationabilis consuetudo legitimè præscripta iuri positivo præualeat possit. Nam hoc ipso talis consuetudo censetur, per eiusmodi legem à Pontifice lata, confirmata: cùm non minorem efficaciam ad præscribendum contra ius positivum accipiat consuetudo à virtuali consensu Principis lege declarato, quæ à personal-

Duplex dis-
crimē feruntur
ab aduers.

confensiū eiusdem. Dices: n̄ equit talis consuetudo esse rationabilis, cùm tamen hæc sit conditio à Pontifice ad præscribendum in consuetudine requisita. 2. Talis consuetudo est expressè à Pontifice reprobata in cit. cap. quod super his, de consang. & affin. vbi appellatur corruptela: nulla autem consuetudo à Princeps reprobata præscribere potest contra legem ipsius, eo ignorantie: cum omnis consuetudo vires ad præscribendum accipiat à consensu Principis: succedit. n. consuetudo legi, quæ vim ad abolendam præcedentem non sortitur, nisi à tacito vel expresso consensu Principis, quem sine consuetudinis scientia præbere non potest. 3. Ut consuetudo valeat contra ius præscribere, debet esse legitimè præscripta, lege, finali, de consuetudine, non potest autem ea consuetudo legitimè præscribere, quæ contra Principis legem, malâ fide per illícitos actus incipit: cùm potissima legitimæ præscriptionis conditio sit, ut per actus licitos

bonâ fide incipiat, 2. regula iuris in 6. Posse for male fidei ullo tempore non prescribit. Qui autem contra legem Eccles. impedimenta matrimonij statuentem, matrim. contrahit, non bonâ fide contrahit: igitur.

Contra 1. ut consuetudo rationabilis sit, requiri & sufficit, ut habeat conditiones iusta legis; Ratio 1. cō-
dum facili-
cùm succedat loco legis: est. n. 1. de quibus, 31. ff. iuste rejec-
tione legi ius moribus constitutum, non scripto, aut suf- tur, quæ af-
fragio, sed rebus & factis populi declaratū, quæ pro scribitur,
legi non immerito custoditur. Quis autem neget,

dari posse consuetudinem contra impedimenta matrim. quæ iusta legis conditiones habeat? nā sicut potuerunt iusta lege abrogari impedimenta quinti, 6. 7. gradus consanguinit. & affinit. quæ ante concil. Lateta. sub Innocent. III. matrim. dirimebant: ita eadem potuerint legitimâ consuetudine aboleri: & sicut nunc iusta lege posset abrogari impedimentum gradus 4. ita idem posset consuetudine legitimè præscripta. Quod si de iustitia & honestate legis nemo dubiter, nec de iustitia & honestate consuetudinis. Nec obstat, quod primi actus, per quos contra legem impedimenta matrim. dirimentia statuentem, incipit consuetudo, sint illiciti & inualidi: nam hoc non est peculiare consuetudini legem matrim. abroganti, sed commune cuilibet consuetudini, contra quascunque iustas leges præscribenti; ut per publicos frequentes actus populi legitimè introducatur contra statutâ legem. Nec tenentur posteri, ut recte Caiet. 1. 2. q. 97. art. 3. examinare, num licet, vel illicitè consuetudo contra legem introducta sit, sed possunt illam non solum validè, sed etiam licet sequi.

Ad 2. responder Sanchez. nu. 14. cum alijs citatis,

adhuc posse contra legem, futuram consuetudinem reprobantem, præscribi per consuetudinem nouâ causâ nixam, quæ auferat à consuetudine iniquitatem, quæ inesse videbatur, quando reprobata fuit. Esto igitur in cit. cap. sic à Pontifice reprobata consuetudo contra legem,

Ad 2. distri-
men.

ad 4. usque gradum consang. & affinit. matrimonia prohibentem, potest tamen, rebus ac temporibus variatis, noua surgere causa, quæ hanc

iniquitatem, quæ nunc tali consuetudini videtur inesse, auferat: ac proinde poterit contra eam legem præscribere: sicut lex 2. quæ gradus 7. ad 4. dum

taxat contraxit, mutatis temporibus abstulit eam

inhonestatem, quæ tunc temporis huic legi in-

esse videbatur. Contrà: nulla consuetudo contra

Ratio Sæc.
qui scientia
Pontif. non
requisit, nō
plicatus: ergo si Pôtifex expressâ lege prohibuit, subsistit.

legem Principis præscribere potest, nisi accedat

non negat Sanchez. cùm nullam vim vel ad nouam

legem statuendam, vel ad antiquâ abrogandam

habere possit consuetudo, nisi à tacito vel expresso

consensu principis, non minus quam lex, cui

consuetudo succedit. Conseq. prob. quamdiu du-

rat lex à Pontifice lata, consuetudinem repro-

bans, præsumi non potest de tacito consensu

principis, revocantis legem contra consuetudin-

latam, nisi per scientiam inductæ consuetudin-

illam expressè vel tacito reuocet: sc. quamdiu

consuetudo contra expressam principis legem

inducta, à principe non cognoscitur, non po-

test tacitum principis consensum habere, proin-

de nec vim principis legem abrogandi.

Confir.

23. *Nemiro modo* Confir. 1. Potest legislator suam legem reuocare, vel tacito aut expresso consensu personali, vel virtuali per legem anteā declarato: at in sent. *Sanch.* Pontifex suam legem contra futuram cōsuetud. statutam, non reuocat tacito aut expresso cōsensu personali; nam hic necessariō prærequirit scientiam cōsuet. contra latam legem inducēt: nec virtuali, quia nullā supponitur fānxisse legem, quā decretuerit valitūram cōsuet. contra latam legem, si causa mutaretur. Nec recurri potest ad legē statutā cap. finali, de cōsuet. quā vniuersaliter decernit valitura cōsuetudo, cōtra ius humanum, si rationabilis fuerit, & legitimè præscripta: nam hēc solum valet, quando Pontifex peculiari decreto sibi legis abrogationē nō reseruauit, sicut in sent. *Sanch.* dum expressè reprobauit cōsuet. præscribenē contra latam à se legem. 2. non est subditi, sed superioris iudicare, an cesseſt causa, quā reprobata cōsuetudo reddebat iniquam: ergo nec est subditi, sine scientia superioris, inducere nouam cōsuetud. quā ex noua causa cōseatur eam reddere honestam, anteā vt iniquam reprobata. Quo fit, vt etiam mutatā causā, cōsuetudo egeat confirmatione principis, vt vim legis obtineat.

24. *Ad respondendum*: Pontifex in cit. cap. non reprobatur cōsuet. quā iam sit legitimè præscripta, contra legem impedimenta matrimonij statuentem usque ad 4. gradum, sed tantūm prohibet, ne talis cōsuetudo inducat, & si quā sit inducta, cūm nōdū sit per legitimū tempus præscripta, aboleatur vt corruptela disciplina eccles. patet; cūm ipse *Innōc.* III. primus hēc legē matrimonij impedimenta usque ad 4. duntaxat gradum contrahentem statuerit in Concilio Latera. voluit illam promulgando simul prohibere, ne contra eam cōsuetudo præualeat, & si qua iam inchoata sit, aboleatur; non intendens prohibere cōsuet. quā si rationabilis fuerit, & legitimo tempore præscripta, iuxta id, quod statuitur cap. finali, de cōsuet. præscribere valeat, contra hanc legem, sed solum, ne talis cōsuetudo inducat. Nam quamdiu cōsuetudo contra latam iustum legem est in fieri, cūm obstat iusta legi, rationabilis ac legitima esse nequit: proinde meritò à Pontifice prohibetur vt corruptela iusta legi. Postquam verò diuturnis populi moribus firmata fuerit, ex irrationali & illegitima, evadit rationabilis & legitima, ipso communi & publico populi consensu, accedente principis consensu, qui nequit rationabilitet tali casu consensum negare. Actalem cōsuet. admittit *Alexan.* III. cap. super eo, de cogn. spirit. qui Vigilantio Episc. mandat, vt quādam matri. contra legem Eccles. contracta, si iuxta cōsuetudinem Ecclesie Metropol. aliarum adiacentium inita sint, non dissoluat: *Quia graue est, antiquam cōsuetudinem circum adiacentium Ecclesiarum super his contempnere.*

25. *Ad tertiam* *Præscriptio-*
nis & con-
suetu-
dis-
cimen. Ad 3. vt cōsuetudo legitimè, contra legem præscribat, non opotet, vt bonā fide per actus illicitos incipiatur, sed sat fuerit, si diuturno tempore à maioribus constantē seruata, ad posteros deuenierit. Nec est par ratio de præscriptione: quā cūm priuilegio legis, ad lites vitandas, tribuat, rem alienā possidenti, ius illam contra proprium dominum, post certum tempus suam faciēdī; manifestē iniusta fuisset, si tale ius tribuisse rem malā fide possidenti: quippe apertam occasionem dedisset furtis & rapinis, vt quisq; rem à proprio domino suffuratā lege præscriptionis suam faceret. At cōsuetudo, cūm ex propria vir-

tute non habeat, contra legem præscribere, sed ex tacito, vel expresso consensu principi, illam frequentatis populi actibus inductā approbātis, nulla committitur iniquitas, etiam si illa ab illicitis actibus inchoetur; imò summa æquitas, vt quod per illicitos actus populus contra legem agendo, erat continua occasio peccandi, cōsensu principi abrogata priori lege, fiat materia mendeti, & ex illicita & irrationabili, fiat licita & rationabilis, succedendo in locum legis.

Dico 2. Potest cōsuetudo noua impedimenta matrim. dirimentia inducere, non tamen sine 2. *Diff. sol.* Pontificis scientiā. In 2 hoc discrepo à *Sanchez* *in iur.* *Conink.*, & alijs, qui affirmant, dummodo talis cōsuetudo sit inducta per actus mixtos clericorum & laicorum. Prior pars constat: cūm nō minorem efficaciam habeat cōsuetudo ad nouam legem inducendam, quād ad pristinā abrogandam: neutrū sit minoris auct. ritatis; vtrūq; principis cōsensum requirat, sine quo nulla cōsuetudo sortitur esse. At cōsuetudo, si cōsonarationi sit, & legitimè præscripta, legem impedimenta matrim. dirimentia statuentem abrogare potest; ergo & aliam noua impedimenta matrim. dirimentia præscribentem inducere.

Posterior pars prob. in iure ex 1. sect. expedita facultas statuendi impedimenta matrim. dirimentia, est reseruata soli Pontifici: ergo nequeunt sine tacito saltē cōsensu ipsius noua induci, ac proinde nequeunt, eo ignorantē, populi cōsuetudine præscribi. Cūm nequeat princeps cōsensum præbēre in obiectū abs se ignoratū. Nempe quando princeps expresso decreto sibi aliquid reseruat, non potest contra illud cōsuetudo præscribere, nisi accedente novo consensu principis, etiam si lex ab eodem statuta, vt cōsuetudo rationi cōsentanea, & legitimè præscripta possit contra suam legem præscribere: nam ex reg. 34. *Juris in 6. & 81. ff. de reg. iuris;* *In iusto iure generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.* Cūm igitur posterior Pontificis lex sit de re in specie, derogat priori, quā est de re in genere. Ergo nisi hēc. lex derogans priori, novo Pontificis cōsensu reuocetur, resistit priori, ne illa cōsuetudo valeat contra illam præscribere.

Neque hanc vim sortiri potest cōsuetudo ex actibus clericorum & laicorum mixtis; siquidē hanc potestatem inducēndi impedimenta contra validitatem matri, non solum abstulit Pontifex à principibus sacerularibus, sed etiam à reliquis eccles. Quo fit, vt si Pontificē inferiores nequeūt hēc statuere, neque ea possint per cōsuetudinem approbatā inducere, cūm nulla cōsuetudo vim legis obtinere possit, nisi tacitē saltē a probata ab eo, qui potest talem legem condere. Confir. esto Pontifice inferiores Eccles. possint in causis matrim. se immiscere, illas iudicando; nequeunt tamen contra matrim. noua impedimenta statuere, cūm hoc sibi soli Pontifex reseruauerit, vt idem *Sanchez* expressè disp. 1. num. 9.

Dices: non minus requiritur nouus Pontificis cōsensus, vt cōsuetudo præscribat contra legem statuentem impedimenta matrim. dirimentia, quād vt noua inducat: ergo si ad 1. non requiritur, neque ad hoc 2. requiretur. Antec. prob. Pontifex reseruando sibi facultatem statuendi impedimenta dirimentia matrim. consequentur sibi reseruavit facultatem abrogandi legem statuentem matrimonij impedimenta.

Resp. neg. antec. ad prob. nego, simul com facultate

27. *Nil sine no-*
itia Ponti-
fici.

28. *Contra P. o-*
tificis reser-
uationē nulla
vit Eccles.

facultate statuendi impedimenta, Pontificē sibi reseruasse potestatem abrogandi legem impedimenta statuentem, cūm hoc 2. non sit necessariō connexum cuīm primo: plus quippe requiritur ad impedimenta matrimonij statuēda, quād ad legem impediendam impedimenta statuentem, ne suum sortiatur effectum. Vnde potest lex à Principe lata, solā populi non acceptatione impediti; non potest autem solā populi consuetudine noua induci: eo quod illud in negatiuo, quod solā populi resistentiā induci potest; hoc in positivo consistit, quod legitimam potestatem requirit. Et licet primi iūstā legem non acceptantes illicite & inualidē agant, non tamen posteri, postquā consuetudo fuerit diuturnis populi moribus, ac tacito principijs consensu firmata. Cūm igitur agere contra legem impedimenta matrim. præscribentem, non sit specialiter Pontifici reseruatum, non requiritur nouus eius consensus, vt consuetudo contra eam præualeat, sed sufficit virtualis, per legem generalem, cap. finali, de consuetud. Contrā verò, cūm impedimenta statuerit Pontifici specialiter reseruatum, nouus requiritur eius consensus, vt consuetudo contra tale reseruationem præualeat, cūm legi anteā latè de consuetudine in genere sit per specialem reseruationem derogatum. Ceterum duob. casib. potest consuetudo, absque Pontificis scientia, nouū impedim. matrimonia dirimens inducere. 1. quādo contra tale impedim. consuetudine inductū contrahere matrim. scandalum populo generaret. 2. si aliquid impedimentum quinti, 6. 7. gradū consanguin. vel affinit. alicubi populi consuetudine retentum esset post latam legem ab Innocent. III. illa 7. imponedimenta in 4. contrahentē. Nam de primo lex est cap. 1. de cognat. spiritual. quando consuetudo generat scandalum, non detet matr. contra eam initiri: tale igitur impedim. ad scandalum vitandum contra matrim. contrahendum admittit Pontifex, etiam si consuetudine inductum, ita cum multis Convar. non potest consuetudo, nisi scandalo adiuta, contra ius Eccles. præscribere. Secundum colligitur ex sent. eorum, qui dicunt, consuetudinē nō habere vim nouum impedim. dirimens inducendi, nisi ad miniculō alicuius iuris antiqui. nam hoc ipso, quod impedimenta quinti, 6. 7. gradū antiquo iure Eccles. dirimebant, si populi consuetudine adhuc post nouam legem alicubi retenta sint, manent ex antiqua Ecclesiā autoritate ad matrim. dirimenda efficacia: nam ex cap. finali, de consuet. illa improbata non sunt, sed potius virtuali Pontificis consensu, eā lege declarato, manent approbata. Nota, hanc sent. intelligi tantum de impedimentis dirimentibus, non de impedientibus, quae sine ullā Pontificis scientiā, solā consuetudine, & Episcopi autoritate in sua duntaxat Diœcessi induci possunt, ex Trident. sess. 24. cap. 1. Si qua prouincia alys, ultra predictas, laudabilibus consuetudinibus & ceremoniis hāc in re utuntur, eas omnino retineri sancta synodus vehementer optat. Episcopi verò potestatē ad ea in sua Diœcessi inducenda apertē supponit sacra Cardin. cōgreg. dum declarat, omissionē editorum, quae præcedere debent celebrationem matrim. ex cōstitutionibus synod. Diœcesanis, reddere non debere clandestinum matrimonium.

Corolla. Infertur 1. etiam si posteri evidenter sciant, Maiores illicite & inualidē contra legem impedimenta dirimentia statuentē contraxisse, postquam consuetudo est legitimē præscripta, eos

licitē & validē contrahere. Quia lex quæ priorū matrimonia contra eam cōtracta reddebat illicitā & inualida, tacito Pontificis consensu abrogata, posteriorum reddit validā & licita.

2. An possit contra impedimentum ætatis lege præscripta, qui in foemina est 12. in vīto 14. annūs, consuetudine præscribi, vt valeat matrimonium ante hanc ætatem cōtractū? Resp. non possit. *An contra aitatē præscrībi possit?* Distingu. posse contra hanc legē consuetudine præscribi, vt valeat matr. ante hanc ætatem, si contrahentes nōdūm sint doli capaces, ac perfeci iudicij prædicti; secūs posse. Nam matr. iure naturæ requirit liberum consensum: nequit autem consuetudo contra ius naturæ præscribere: vti nec vt matr. veleat in eā ætate, in qua contrahentes non sunt plenæ libertatis, defectū perfecti iudicij, capaces: eadem n. ratio naturalis dicitur, matrim. esse ex pleno & perfecto consensu contrahendum; & cūm agatur de re maximi momenti, de eā maturē esse deliberandum. Nec obstat, quod matrim.

grauī metu cōtractū non sit iure naturæ inuidum; tum quia defectus iudicij est naturaliter imperfetus, cūm non sit in potestate cōsentientis, propter imperfectum iudicium, quo in ea ratione metus ætate caret, plenum ac perfectum elicere cōsentit; posse tamen ipse esse perfectè liber: nam etiam graui metu compulsus, potest, si velit, plenā libertate in matrim. consentire, cūm habeat omnia intrinseca principia ad perfectum cōsentium præstandū. Tum quia esto, ratio non dicitur, talem cōsentium esse ad matr. insufficiētem: saltem dicitur, ad matrim. connaturaliter requiri cōsentium perfectè liberum: proinde nequit contra hoc naturale dictamen consuetudine præscribi. Secus verò cōsuetudine præscribi potest, quidquid non est contra ius naturale aut diuinum: at in ea ætate, in qua contrahentes sunt liberi cōsentīs capaces, nullum ius naturale, aut diuinum resistit, quod minus possint validum contrahere matrim. Confir: Quod de facto ante hanc ætatem lege præscriptam, sit inuidum matrim. est ex solo iure humano positivo, contra quod potest legitima consuetudo præscribere. Et licet lex ista humana nitatur naturali dictanti, securius fore, non esse ante hanc ætatem contrahendum: hoc tamen non obstar, quin possit consuetudine præscribi, vt quando ante hanc ætatem euidenter apparent in contrahentibus signa perfecti iudicij, matrim. validē contrahi possit. Nec etiam obstat, quod corpora contrahentium non sint de præsenti apta ad generationem: nam ad validitatem matrimonij sufficit, si illa futura sint idonea: vt constat de matrim. celebrato inter eos, qui de præsenti habent temporalem impotentiam.

Infertur 3. matrimonium inter infideles patrīa consuetudine contra ipsorum legem impedimenta præscribentem, cōtractū, non esse, cūm ad fidem conuertuntur, dissoluendū: contrā verò dissoluendum, si celebratum sit cum impedimento dirimente, legitimā consuetudine inducto. Ex quo colligit Abulen. I. Reg. 8. q. 176. inter fratrem & sororem iuxta patrīam consuetudinem infidelū cōtractū matr. non esse dissoluendū. Contra: vel tale coniugium est contra ius naturale, contra quod nulla potest consuetudo præscribere; aut saltem contra ius gentium; omnes quippe gentes vt indecens apprehendunt fratrem sorori copulari. Tum quia in iure ciuilī etiam si admittatur vt validum matrim. inter fratres cōsobrinos, nusquam tamen vt validum admittitur

tityt inter fratres germanos : tum quia quod nō potest iusta lege sanciri, nec potest consuetudine præscribi ; sc. ut matrim. inter fratrem & sororem celebretur. Abraham .n. Genes. 20. ut omnem suspicionem auferret à populo gentili, per quem erat, transiit sacerdos quod Sara non esset ipsius uxoris, dixit esse suam sororem, quasi in animis mortalium insitum sit, inter fratrem & sororem coniugium licitum non esse. Nec refert, quod initio mundi hæc fuerint licita & valida; nam ea permittebat humanum genus propagandi necessitas: sicut & nunc permetteret, si solus frater & soror, ceteris hominibus deletis, superessent in mundo. Contra ius autem gentium ab una provincia vel natione nequit præscribi, cum illud inductum sit consensu omnium nationum , ut tom. 5. disp. 10 sec. 4.

Quid ubi: Infertur 4. Vbi sub uno principe infidelis sunt fidèles mixti fideles cum infidelibus, consuetudo inducta à populo infidieli contra legem Eccles. non abrogat impedimenta ab Ecclesia præscripta, respectu matrim. fidelium: neque contrà, consuetudo inducta à populo fidei, præualet cōtra impedimenta matrimonij præscripta à principe infidieli. Ratio; ut consuetudo vim obtineat, aut nouam legē statuendi, aut antiquam abrogandi, debet eius principis consensu firmari, qui potestatem habet legem abrogandi, vel statuendi: at nec princeps infidelis habet potestatē abrogandi legem ab Ecclesia statutam, aut nouam statuēdi circa matrimonia fidelium sibi temporaliter subditorum, ut supra; nec princeps Eccles. potestatem abrogandi legem à principe infidieli latam, aut nouam illi statuendi: ergo neque consuetudo à populo infidieli inducta, eiusq[ue] principe confirmata, præualere poterit contra legem Eccles. impedimenta matrimonij præscribentem: neque consuetudo à populo fidei obligari ad leges matr. à principe infidieli sancitas, dico, quod licer consuetudo à populo infidieli inducta non possit præscribere contra legem eccles. impedimenta matrimonij statuentem, posse tamen præscribere contra impedimenta à principe infidelis subditis imposta, ad quæ impedimenta obligantur etiam subditi fideles: sicut & consuetudo à fidelibus contra eadem impedimenta inducta, præscribit in favorem etiam infidelium. Ratio; iuxta hanc sent. princeps infidelis habet potestatem impedimenta statuendi etiam fidelibus sibi subiectis, ac proinde tam consuetudo ab ipsis infidelibus, quam ab infidelibus inducta, & ab eodem communī principi confirmata vim habet cōtra legem ab eodem principe latam præscribendi.

Ratio primi. 5. Infideles subiecti principi fidei ligantur consuetudine, tam à fidelibus, cum quibus sub eodem principi mixtim viuunt, quam ab ipsis infidelibus, fidei principi subiectis, inducta: non tamen obligantur ad consuetudines seruandas, uti nec leges principis infidelis, cui anteā subiecterant. Quia princeps fidelis potestatem habet tam supra infideles, quam fideles sibi subiectos: ergo legitimam potestatem habet confirmandi consuetudinem ab utrisque inductam: nemo verò tenetur seruare leges & consuetudines eius communī principi, cuius desit esse membrū. Nec est eadem ratio de fidelibus subiectis temporaliter principi infidieli: quia fideles, quoad spiritualia & directionem animæ, nunquam de-

sinūt esse mēbra Ecclesiaz. 6. Ad consuetudinem, vt contra impedimenta matrimonij canonica legge instituta, præscribat, ad minimum req̄iri decenniū, si solo legali consensu principis, breuius autem sufficere posse, si personali consensu eiusdem inducatur; nunquam verò longius decennio esse necessarium. Quia nulla consuetudo contra legem principis præseribit, nisi habeat tacitum saltem consensum ipsius: sed quando consuetudo inducitur legali duntaxat consensu principis, nō acquirit principis consensum, nisi post tempus per legem à principe præscriptum; tempus autē legitimæ consuetudini à Pontifice per legē præscriptū est decenniū, ut 10.5. disp. 8. de consuetud. *Primum cōtra.* *Coroll. trias.*

Sett. 3. ergo ante hoc tempus consuetudo contra impedimenta matrimonij non præscribit, legali tantum consensu Pontificis inducta. Potest autē *Secundum Pater.* consensus personalis principis præuenire tēpus lege præscriptum, illumq[ue] præbere, antequam adueniat tempus lege præfixum. Quando verò intra decennium non habetur presumptio de tacito consensu personali principis, recurratur ad legalem declaratum, qui independenter ab illo consensu personali principis consuetudinem confirmat.

S E C T I O III.

An impedimenta dirimentia Ecclesiasticā lege instituta obligant, ut nullo casu cum aliquo ex his matrimonium contrahendum sit validum?

Ratio dub. 1. cūm hæc sit lex humana, nō videtur omni casu contrahentes obligare. 2. Fortior ad obligandum est lex naturalis, quam humana: sed lex naturalis nō obligat omni casu: nam vrgente necessitate, ne genus humanum pereat, lex naturalis de non contrahendo cum sorore, non obligat: ergo neque contrahentium vitâ periclitante, lex eccles. de non contrahendo in gradibus ab ecclesia prohibitis, obligat: & tale matrim. erit validum. 3. Potest, ut preced. sett. contraria consuetudo efficere, ut huiusmodi impedimenta non obligent: ergo id etiam efficere poterit certum necis periculum. Verū oposita sunt. communis est: difficilis ratio: Aliqui hanc assignant: et si periculū mortis contrahentes cum canonico impedimento dirimenter excusent à peccato, non tamen eos reddit ad contrahendū habiles: uti etsi grauis metus excommunicatum ab Ecclesia non toleratum, atq[ue] iurisdictionis exercentem, excusent à peccato, non tamē eius actum efficit validum: quia excusando à peccato, non restituit illi legitimam potestatem ad agendum; quā per excommunicationem priuat. Par ratio erit de quacunque alia lege actum irritante, quæ ex eo quod vrgente causâ in aliquo euētu excusent à peccato, atq[ue] tamen contra legem factum nō reddit validum. Sed contrā: rationes adductæ, non solum probat agentem cōtra legem eccles. in periculo mortis excusari à peccato, sed etiam validē contrahere: necessitas n. cōseruandi genus humanum inter germanos contrahentes validū reddit matr. quod aliqui ē necessitate cessante, validum non esset. Nec potest lex excusare à peccato, quin validum reddat actum contra legem factum, casu, quo cōrabens metu mortis cogereatur consummare matr. impedimento dirimenter vetitum.

Exemplum vetitum. Potest excommunicatus excusari à peccato, etiā si eius actus non reddatur validus. Imo si nō posset excusare aliter, metus graui ex presumpta Ecclesiae voluntate adū excommunicati sedderet validum, sc. vt illum in graui meru cōstitutum, qui etiam in constantem vitum cadit, à peccato liberaret. Qui autē meru necis cōpellitur ad matt. cum impedimento dirimentere consummandum, nequit à peccato excusari, nisi tale mattim. in tali casu validum efficiatur, cūm non possit quis à peccato excusari, inualidum matt. consummando, quippe talis consummatio esset fornicatio, à qua nemo excusari potest.

38. **Alia aliorū ratiō.** Alij sic: licet regulariter lex eccles. non obliget cum periculo vitæ, quando tamen obseruantia legis valde expedit ad bonum commune tuendum, vt sunt leges matt. ex matrimonij n. debitè contractis magnâ ex parte pender Reip. pax & tranquilitas, obligat etiam cum manifesto periculo vitæ. Sed contrà: 1. non videtur ad cōmune bonum tanti referre, vt quis debeat potius iniustâ mortem subire, quām in gradu ab Ecclesia prohibito cōtrahere; præsertim si is sit Reip. maximè utilis. 2. non minūsante Trident. quām post Christianæ Reip. intererat matrimonia clādestina non cōtrahere: & tamen ante Trident. huiusmodi lex cum periculo vitæ contrahentes non obligabat. Contrà verò, ante Innocent. III. non contrahere in gradu 7. cōsanguin. vel affini. censebatur cōmuni bono expediens, cūm tamē nunc ob iustas causas ab ipsa Ecclesia non iudicatur expediens: ergo pariter etiam si nunc expediatur, vt matt. in 4. gradu extra mortis periculum contrādū sit inualidum, haud tamen censebitur inualidū in casu mortis euadendæ: cūm nō minūs impendens mors tale matt. contrahētem excusat, quām quæcunq; alia causa permouit cōcil. Latera. ad tollendū impedim. gradū 7. 6. 5.

39. **Grauissima diffīc.** Posset esse sent. vt lex de impedimentis dirimentibus ab Ecclesia statuta, obliget quidē omnes in quocunque casu fideles, præterquam in euideni periculo vitæ; & id deduci 1. ex probabili illa opinione, quæ asserit, mattim. maritali affectu, haud tamen spontaneo, sed coacto ad mortem euadendā consummatū ex præsumptione Ecclesiae fore validum: quam opin. cum suis aucto. refert Sanch. l. 4. disp. 18. n. 13. & satis probabilem censem cum Henrig. l. 11. de matt. c. 9. n. 7. quia Ecclesia tali casu, ne fideles cogat, vel mortem iniustè pati, matt. non consummado; vel Lethaliter peccare, graui meru id inualidē cōsummando, eligit, vt matt. in his circumstantijs maritali affectu consummatū, sit validum, non obstante lege id ex meru graui irritante, auferendo tali casu à sua lege vim irritandi, relinquendo illud in puro iute naturæ, in quo, vt dīsp. 6. sct. 3. matt. graui meru contrādū, validū est. Si igitur Ecclesia ad liberandum fidelem ab huiusmodi angustijs, censem in sua lege, matt. graui meru cōtracta irritate, disp̄sare, seu potius huiusmodi matti. in sua lege non cōprehendere: cur non censebitur dispensare in lege irritante matt. in gradibus ab ipsa prohibitis cum homine fideli in simili mortis periculo constituto? Cūm eadē sit utriusque ratio, eandemque potestatem Ecclesia habeat in utrumque. 2. Posset deduci ex alia lege Eccles. à Trident. lata de non contrahendo, nisi corā parocho: in qua tamē iuxta sacra Cōgreg. Cardin. declarationem, vt suprā, non cōprehendetur, qui non habet turū ad parochū accessum: ergo neque in lege irritante mattim. in gradibus

ab Ecclesia prohibitis cōtra & a cōprehenduntur, qui ad necem euadendā matt. eum cōlanguiantur, vel affine, intertio quartoue gradu consummāt. Nam si propter solum probabile periculū, i.e. incurritur mors, aut notabile aliud temporale damnum, Ecclesia eximit à lege irritante matrimonia clādestina, ipsos clādestinè contrahentes: à fortiorià sua lege eximet eos, qui ad certam necem euadendā matt. in gradu ab Ecclesia prohibito consummant: cūm non minūs vna, quām altera lex, si propter publicum bonum tuendum sancita; nec minūs vna, quām altera visa est Pontifici publico bono Ecclesiae expedire.

40. **Ex alia lege eccl.** 3. Non deest in Ecclesia authoritas tali casu à lege eximendi, qui propter impendente mortem à priori. cum consanguinea in gradu prohibito mattim. consummant, cūm è voluntate ipsius pendeat cū hac limitatione legē condere, vt defacto, iuxta Cardin. interpretationem, legem condidit de nō clādestinè contrahendo: ergo defacto præsumendum est, eos excusare. Nam id defacto ab Observatio Ecclesia præsumendum est, quod ipsa faceret, si dignum. tali casu adesset & peteretur dispensatio; vel si dum hanc legem condidit, huiusmodi casus ei in mentem venisset, aut de eo interrogata fuisset: sc. hīc omnia concurrunt ad eiusmodi hominem à lege eximendi, potestas in eximente, iniustitia in metum incutiente, extrema necessitas absque propria culpa in consummante matt. Confir. Si quis posset absque suo dispendio hunc hominem in talibus angustijs sine suā culpā constitutum liberare, lege charitatis teneretur ergo à fortiori & Ecclesia, cui ex officio incumbit extremè indigentibus subvenire, eum à sua lege eximendo; ita de Ecclesiae benignitate & materna prouidētia præsumendum est; præsertim cūm huiusmodi casus, ut pote rarissimi ac moraliter penè impossibiles, ad exemplum trahi non possint.

41. **Vtius ex-** 4. Hanc sent. confirmat ratio 3. dub. Ideò lex facilis, ad sui obseruantiam non obligat, quia plicatur ratio 3. dub. mens legislatoris non est, ad legis obseruantiam cum tanta difficultate subditos obligare: sicut nec tales leges condere, quæ respectu humanæ imbecillitatis, sint difficillimæ seruatu, cūm tales bono communi non expadiant: ita nec eos in sua lege comprehendere, quibus legis obseruantia, propter circumstantiam redditur seruatu difficillima, ac penè moraliter impossibilis.

Dices; vt consuetudo, contra legem præscribat, requirit vel personalem, vel legalem principis consensum: at contra legem de non contrahendo intra certos gradus consanguin. vel affin. nullus præsumitur principis consensus. Resp. paritas est: si Pontifex per voluntatem aut lege Paritas hoc expressam, aut per præsentem notitiam, quā videt & non prohibet, in consuetudinem legi contrariam consentit: credendum pariter erit, in condendis suis legibus hanc tacitam habere voluntatem, ad eas seruandas, non comprehendere illos, quibus ipsa legis obseruantia, propter rarissimam circumstantiam, redditur difficillima ac moraliter impossibilis. Ita arguo, à voluntate expressa & virtuali principis ad tacitam & luntate ex-præsumptam eiusdem. Si quia non intendit sub- presid & ditos obligare supra vires & ordinarium modū tacitam & agendi hominum, quando lex contra consuetu. præsumptam redditur difficilis, & seruatu moraliter impossibilis, præsumitur princeps legali, aut personali consensu illam abrogare: pari ratione, quia per suas leges non intendit supra humanas vires, & ordinarium

ordinarium modum operandi hominū subditos obligare, credendum erit, in suis legibus condendis hanc tacitam habere voluntatem, hollē eos obligare, quibus propter rarissimam circumstantiam, lex redditur seruatu moraliter impossibilis. Nam hæc tacita voluntas virtualiter includitur in illa expressa, quam principes habent, de non ferendis legibus, humanas vires morali excedentibus. Non leue huic sent. pondus addit casus, qui accidit, sub Gregorio XV. dum quidam Episcopus nomine Apost. sedis prouin- tia casus, ciam visitaret, reperit in ea duos in gradu consanguineo, lege Eccles. prohibito coniunctos: quibus, ni statim ante villam Pontificiam dispensationem impetratam, matrimonio copularentur, certum imponebat pérículum, ne à proprijs cōsanguineis & cognatis nearentur. Episcopus ad huiusmodi impendens pérículum vitandum, seruatā formā Trident. eos matrimonio capulauit: coniugibus interim monitis, ne matri. consummarent, donec rem totam Pontifici deferret, ab eo que oraculum acciperet. Qui non modò factum probavit, verū & matri. talibus circumstantijs contractū, validum declarauit. Neque hic casus fuit occultus, quippe qui notus erat apud eorum parentes & cōsanguineos, qui huiusmodi matri. sub poena mortis per vrgabant. Hunc casum mihi reculit, quidam è Societate N. magnæ authoritatis & doctrinæ Vir, qui ex Episcopi ore illum accipit.

45. *Ex dictis in-*
ferri posse. Infert hæc sent. i. cur Ecclesia præsumatur dispēsare cum ijs, qui necis metu in gradu prohibito consummant matri. non autem cum ijs, qui eiusdem mortis metu contrahunt: quia contrahentes facile possunt utrumq; malum vitare, & mortem sibi iniustè intentatam, & peccatum, quod in gradu prohibito committeretur; sc. cōtrahendo per verbā & quiuoca, animo non contrahendi, & mul. minūs consummandi. Qui autem ad consummandū cogit, nullum habet medium, aut necem evadendi, aut peccatum fornicationis vitandi, nisi Ecclesia auferat à sua lege vim irritandi, vt ea sublata, validē, & sine peccato consummetur. Notat autem hæc sent. debere eo casu consummaturū matri. ne contra conscientiam ageret, se huic sent. vt probabili conformare; & maritali affectū ad matri. cum consanguineā consummandū accedere.

2. Ægrè hæc sent. doceri potest ab ijs, qui censem, matri. graui metu contractū, vel consummatum, iure naturæ esse irritum. Quia cū ad hoc matri. consummandū, non solum concurrat impedimentum in gradu prohibito dirimens, sed etiam grauis metus irritans, si hic iure naturæ reddit inualidum matri. non poterit ex tacita dispensa. Ecclesia præsumi validū; cū Ecclesia potestatem dispensandi non habeat in impedimentis iure naturæ dirimentibus. Dicitur agrè: nam aliā viā posset valor huius mattim. in eorum sent. saluari: si consummaturi frōneantur, vt eo euentu, metu deposito, spōntaneo affectu coniugali ad matri. consummandū accedant: quod tamen eo casu, in quo præsens metus mortis vrget, difficile est. Debet tamen consummatus ad id conari, etiam iuxta suprà explicatam sent. non quidem necessariō, sed ad tutorem cautelam. 3. Contraxit aliquis sciens eum consanguinea, in tertio, quartovē gradu, ex eaque prolem suscepit: postea pénitentiā dūctus, agit de dispensatione obtinenda; sed antequam obrineat, metu mortis cogit, suam con-

sanguinem cognoscere: At hoc casu, iuxta hæc sent. censeatur Ecclesia dispensationem concedere, antequam de ea impetranda sibi supplicetur, vt talem à morte, & simul à peccato liberet? Responder hæc sent. negatiū; eo quod Ecclesia expresse statuit, talius negahdat esse dispensationem, apud Trident. sess. 24. de matrim. cap. 5. Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonii contrabere presumserit, separetur, & spe dispensationis consequenda careat: idque in eo multi omagis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrabere, sed etiam consummare ausus fuerit. Et meritò, quia cūm hic propria culpa se in eiusmodi angustias coniecerit, non est dignus, qui Ecclesia benignitatem facile experiat, cuius salubria precepta semper contempst. Secus dicendum, si non scienter, sed ignoranter contraxit, adhibitusque omnibus, quæ ex præcepto Ecclesiæ adhibendā erant, post consummatum matri. detectum sit impedimentum, cuius contrahentes probabilem habuerunt ignorantiam, & antequam dispensationem à Pontifice obtinerent, in eum casum inciderunt. Nam tunc eadem ratio est, ac de illo, qui absque sua culpa iniusta mortis metu cogitur ad matri. consummandū. Vnde ipsa Ecclesia, vt cit. Trident. decernit, eo euentu cum tali gratis esse dispensandum. Atque ex his patet ad rationes dub. quæ potius hanc sent. confirmant.

At hæc non ideò à me pro hac sent. dicta sunt, quod putem, eam practicè veram, & in praxim redigēdam. Cū enim hæc nouitate suā ad alios casus incautos facile trahere possit, expedit potius cum communi Sapientum placito errare, quam ancam incautis præbere, disciplinam Ecclesiæ relaxandi, illam ad alios casus temerè extendendo. Quare absolute reprehendū est, ne quidem ad certam necessitatem declinandam, validū consummari matri. in gradibus lege Ecclesiæ prohibitis, donec certo Sedis Apost. Oraculo id nobis fuerit authentice declaratum: quod & opīdū est; & ratione ipsæ pro hac sent. adductæ exposcere videntur: idque maximè commendaret benignam maternamque Ecclesiæ in suos filios prouidentiam.

De impedimentis impedientib. matrimonii.

Impediunt, quæ illud reddunt illicitum, non inualidum: irritant; quæ illud & illicitū, & in invalidū reddunt: omne quippe inualidū matri. est de etiam illicitū, nisi excusat inuincibili ignoratiā contrahentiū: tunc n. erit inualidū, non illicitū: nam inualiditas respicit rē; vnde etiam si impedimentum irritans inuincibiliter ignoratur cū eo contrā matri. est inualidū: illicitū potius dicitur per ordinem ad operantē. Quo sit, vt possit matri. re ipsa esse inualidum, etiam si respectu cōtrahentiū, illicitum non sit: vt si frater & soror inuincibiliter ignorantē, se esse in r. collaterali consang. gradu coniunctos, inter se contraherēt matri. inualidē contraherent, non illicitē, excusante inuincibili ignoratiā. Porro impedimenta matri. tantum impedientia, sunt 12.

Ecclesia veritutē, nec non tempus feriatum,
Atque Catechismus, sponsalia, iungito votū, Hic versatō
Impediunt fieri, permittunt fallacē teneri,
Incestus, raptus sponsata, mors mulieris,
Suscepimus proprias sibolis, mors presbyteralis:
Vel si pōnitēat solemniter, aut Mōialem
Accipiat: prohibent bac coniugiam sociandum.
Ex his autē posteriora 7. otium ducunt ex-
crimine, de quibus hīc.

D I S P Y T.

DISPUTATIO X.

De Ecclesiæ vetito & tempore feriato.

Eccl. est. & vetitum seu interdictum, est prohibitorum à superiore Eccles. facta de matr. non contrahendo, vel ad tempus tantum, ut ne contrahatur tali, vel tali tempore, aut donec hoc, vel illud impedim. contra matr. oppositum examinatur; vel in perpetuum, ut qui uxoris consanguineam cognovit, nullo unquam tempore, etiam defuncta uxore, alij copulerur c. i. de eo, qui cognovit consang. ux. Potest autem hæc prohibitio fieri aut lege scripta, aut voce & præcepto. 1. modo pertinet ad eos, qui leges Eccles. codere possunt, ut Pontifex pro tora Ecclesia, & Episcopus pro sua Diœcesi. Episcopi n. in sua Diœcesi impedimenta, non dirimentia, sed impedientia possunt statuere, cum horum inducendi facultas non sit à Pontifice Episcopis denegata, quippe quæ cum eorū officio conexa est. Voce & præcepto potest etiā parochus, ut cum communiori, contra Goffred. & Angel. matr. g. impedi. 1. re dicit Sanchez lib. 7. disp. 6. n. 6. Nec obstat c. i. de consangu. in quo se Angelus fundat, vbi Alex. III. definit, causas matrimon. non esse tractandas, nisi per iudices discretos, qui protestatem habeant iudicandi, cuiusmodi non sunt parochi, ut supra; Nam ibi sermo tantum est de causis matr. iuridicè tractandis, non de simplici prohibitione, quæ, iusta exigente causâ, ad tempus differatur: hoc n. spe & at ad officium parochi, nec causarū indaginē requirit. Rursus, ut ibid. Angel. dividitur interdictum in generale, ut est de non clædestinè contrahendo, quod ante Tridentum, solum impediebat, nunct etiā dirimit matr. si absque parochio & testibus; secus, si absq; proclamationibus contrahatur: aliud speciale, quod propter aliquam iustam causam indicitur. Atque hoc 2. non primum potest parochus.

Dubitatur 1. An possit matr. tempore interdicti licet contrahi? Prima sent. negat: Suarez de censu. disp. 33. seq. 1. n. 15. Preposit. q. 4. de interdicto dub. 3. n. 23. Cornarius in 3. S. T. b. 10. 2. tr. 5. de interdicto disp. 2. dub. 7. Hugo. & Sayrus apud eund. Probat 1. ex c. resp. de sent. excommunic. & c. Si sent. & c. Alma mater, de sent. & excommunic. in 6. vbi tempore interdicti prohibetur omnia sacram. præter Baptismum, Confir. Pœnit. exclusis excommunicatis, & qui causam dederunt interdicti, præterquæ in articulo mortis, & Eucharistiam necessitatis tempore. Quod autem generalis fit prohibitio, quidquid expressè non conceditur, intelligitur denegatum, ut clement. i. de verb. signific. 5. Porro. Cofit. Si voluisse Pontifex matr. excipere à generali prohibitione, id expressissim, ut expressit quatuor supra sacram. 2. Non potest excommunicatus, licet contrahere; ergo nec interdictus: cum hæc censuræ, quoad sacramentorum separationem, & qui parentur. Cofit. Qui cùm sola excommunicatione minori contrahit matr. grauitate peccat, quia per illam separatur à participatione sacram. c. vlt. de clericis excommunic. ministr. ergo etiam qui cum interdicto: cum hæc sit major censura, quæ excommunicatione minor. 3. Nequit post Tridentum. matr. administrari, nisi per parochum, cui tempore interdicti prohibitum est, ne sacra ministret. Secunda affirmat, etiam cum solemnis benedictione sacerdotali, licitum esse tempore interdicti celebrare matr. ex reg. 42. Iuris in 6.

Accessorium naturam sequi congruit principalis. Ac benedictio sacerdotalis est accessorium respectu matrimonij: ergo si hoc conceditur, concessa censetur & illa: sicut quia tempore interdicti conceditur Baptismus, & Confirmatio, cum cetera, c. Quoniam, de sent. excomm. in 6. conceditur Christi matus confectio, ut accessorium; ita glossa fine. Angel. verb. interdict. 6. n. 30.

Tertia, ut communior, ita probabilius affirmat quoad matrem. negat quoad solemnem benedictionem sacerdot. Palud. in 4. dist. 18. q. 8. 3. Sent. 4. S. Quantum ad 2. principale, concl. 4. Sylvius. verb. Interdict. 5. quæst. 7. num. 9. except. 5. Nar. in sum. cap. 27. num. 179. Conar. Alma mater 2. 2. part. 6. 2. num. 7. versu. matrem. autem, Henriquez lib. 11. de matrem. cap. 16. num. 2. in comment. lit. S. lib. 12. de impedim. cap. 2. num. 1. in comment. lit. F. lib. 13. de excommun. & interd. cap. 43. num. 4. Sa, verb. interdict. nu. 13. Valen. tom. 4. disp. 7. quæst. 18. punct. 2. 6. Excipiuntur: Sanchez lib. 7. disp. 8. Conink disp. 17. de interdicto dub. 2. num. 4. 8. Hurtad. tract. de interd. diff. 8. num. 27. Sylvius in addit. ad 3. part. quæst. 50. de impedim. matrimon. concl. 6. & plurimi apud Sanchez. Prior pars deducitur ex cap. Capellan. Licitum quoad defteri, vbi Clemens III. ait, matrem. quocunq; matrem, que tempore contrahi posse. At occurrit Suarez 1. textum cit. intelligi posse de matrem. quoad validitatem: 2. de quocunque tempore non prohibito: 3. de quocunque tempore, non loco. At omnes istæ interpret. vna glossæ explicacione ruunt, quæ mentem Pontificis declarando, ait, quolibet tempore posse matrimon. contrahi sine solemnitate. Solum igitur tempore interdicti, ut & tempore feriarum, matrimonia prohibentur cum solemnitate. Ita monit cap. 1. de matrimon. contracto contra interdictum, vbi quædam mulier matrem. contraxerat contra personale interdictum sibi ab Episcopo factum. Vnde idem Pontifex, dum cap. 2. cod. tit. quendam puniti iubet, qui contra Episcopi prohibitionem matrimon. contraxit, de solo matrimon. in facie Ecclesiæ solemniter contracto, expressè loquitur.

Rationem deduceo ex communi sent. quam cum glossa in cap. penult. de sponsa. impuber. passim sequuntur D.D. apud Sanchez disp. 2. de qua dubio seq. Ad irritandum matrimon. non sufficit generalis Pontificis prohibitio, sed requiritur specialis, specificam mentionem faciens de matr. cum decreto expressè irritante: quia cum matr. sit res ardua, & ad illud contrahendum homines habeant ab ipsa natura plenum ius, non est presumendum. Pontificem velle illud irritare, nisi de eius irritatione in suo decreto expressâ mentione factâ: ergo nec erit presumendum, quod per solum generale interdictum, nullâ speciali mentione de matrimon. factâ, velit Pontifex illud illicitum reddere. Nam exdem ferè causæ, quæ Pontificem mouent, ne per solum generale decretum matrimon. irritet, mouere censetur, ne per solum generale interdictum velit illud illicitum reddere. Causæ sunt, ne naturale, ac diuinum ius, quod quisque habet ad coniugia contrahenda, Potissimum virginitatis causa impediatur: ne impeditis causâ coniugij, multa in rep. bona impedianter, quæ ex eiusmodi coniugij frequentia sperantur: ne mortales ad peccatum carni, proni, per prohibitionem liciti matrimonij, occasionem capiant fornicandi, & adulterandi. Quæ causæ & quæ militant in prohibitione, ac in irritatione matrimonij.

Alia

Disputatio X. De Ecclesiae vetito, tempore seriato.

145

Aliâ ratione vt vntur alij: quod cùm matrim. pri-
mariò & per se sit quidam ciuilis contractus, & non
nisi per accidens à Christo in sacramentū euectum,
non censemur à Pontifice tēpore interdicti prohibi-
tum, cùm solùm en tempore prohibeat, quæ à Chri-
sto accepit per ipsius ministros populo dispensandam:
cuiusmodi non est matrim. quod ab ipsis contrahé-
tibus administratur. Verùm prior ratio est solidior,
& calumnia minùs subiecta. nam esto matrim. fun-
detur in cōtractu, vbi tamen à Christo est in sacra-
mentum euectū, totum, & per se, Ecclesiæ direc-
tio[n]i subiicitur: alioqui etiā dici posset, quod vt ciuilis
cōtractus spectet ad iudices sacerdotes de illius valo-
re, & honestate iudicare, cōtra Trident. sess. 24. can. vii.

7. Posterior pars prob. 1. eadem solemnitates pro-
Hic item q[uod] solem-
nem benedi-
cionem Sa-
eccl.hibentur tempore seriariū, vt infra; at eadem tem-
pore interdicti: sicut contrà, quæ conceduntur vno
tempore, conceduntur & alio, vt supra. 2. solemnis
benedictio nuptialis fit à sacerdote certis precibus,
& sacris ceremoniis ab Ecclesia institutis, quæ eo
tempore prohibentur, quippe cùm prohibeantur
omnia sacra officia, cap. si sent. de sent. & excomm. in 6.
An autem possit ea post factam moderationē in cap.
Alma mater, vbi Bonifac. VIII. concedit, vt singulis die-
bus in Ecclesiæ & Monasterio Missa celebrentur. & alia di-
cuntur diuina officia, sicut prius: sub missa tamen voce, ianuis
claustis, excommunicatis ac interdictis exclusis, & campanis
non pulsatis: Dicendum, non posse, cùm in ea mode-
ratione excludantur laici, qui sub interdicto cōpre-
henduntur, nisi aliquo iuuentur priuilegio: & tunc
poterunt etiam in Missâ nuptiali benedictionē ac-
cipere, è moderatione, quæ in cit. cap. præscribitur.

8. Infertur 1. posse tēpore interdicti contrahi spon-
Cord. &
fieri.salia: nam hæc nec sacramenta sunt, nec inter officia
diuina computantur. 2. posse matrim. contrahere
etiam qui causam dedit interdicti; posito, quod sub
interdicto non veniant interdicta matrim. supra. At,
inquiries, tales sunt in peccato: nec possunt à peccato
absolvi, quia non admittuntur ad sacram. Cōfessio-
nem, nisi satisfecerint, vel cautionem satis faciendi
dederint, vt cit. cap. Alma mater; ergo nequeunt licite
contrahere. Resp. vt existentes in peccato licite con-
trahere possint, non teneri ad matrim. accedere cō-
fessos, sed probabiliter tantum contritos, sicut & ad
sacra. præterquam ad Euchar. vel eos tantum pec-
care peccato sacrilegij, accedendo cum peccato ad
hoc sacram quod non solùm suscipiunt, sed etiā fibi
mutuo ministrant; non autem peccato inobedien-
tia violado interdictū, in quo non cōprehenduntur.

9. 3. Matrim. contrahi potest ab interdicto etiam
Inferior 3.personaliter, ex cap. 1. & 2. de matrim. contracto consta
interd. vbi quidam personaliter interdicti contraxe-
rerunt, quorum tamen matrim. Glossa in cap. Capella-
nu. de feriis, censemur licitum, modò fiat sine solemnis-
tate. 4. Potest matrim. contrahi etiam tempore ces-
sationis à diuinis: cùm neque sub ea cōprehendantur
matrimonia, vt rectè cum Couary. cit. disp. 8. n. 13.
5. Sanchez. 5. Tempore interdicti fieri possunt denun-
ciationes in Misla, è moderatione, quæ conceditur
in cit. cap. Alma mater. Nam hæc nec sunt sacramen-
ta, nec inter officia diuina connumerantur.

10. Ad 1. primæ constat, ad matrim. prohibendum
Ad argum.
prima. interdictum requiri speciale. Ob idque necessaria
non fuit specialis exceptio, ne intelligeretur cum re-
liquis sacramentis prohibitum, cùm iam ex alijs iu-
ribus certo constet, matrim. non comprehendendi sub
generali prohibitione sacramen. Ad 2. respondent
aliqui, matrim. ab excommunicato contractum, es-
se etiam invalidum. Quia omnia eius acta sunt ioua-
lida: ergo etiam publicus matrim. contractus, qui
iuxta Trident. celebrandus est coram parocho & te-
stibus. Sed contrà ex cap. Significasti, de eo qui duxit
in matrim. Innocentius III. validum declarat ma-
trim. ab excommunicato contra dictum: nec omnia
eius acta esse invalida, sed quæ iurisdictionem dum-
taxat requirunt, cuiusmodi non est matrim. quod
neque in contrahentibus, neque in parocho, aut te-
stibus assistentibus, iurisdictionem requirit, vt supra.

11. Respondebit 2. quis & non solùm validè, sed et-
iam licite matrim. ab excommunicato contrahi Interdicti
posse; proinde nullum esse discrimen inter interdi-
ctum, & excommunicatum quoad matrimonij va-
lorem & honestatem: ex Glossa in cap. Significasti cit. discrimen
Excommunicatus contrahere potest matrim. licet alia sa-
cramenta denegentur: Ic. etiam licite: contraponit
n. matrim. reliquis sacramentis, quæ excommuni-
cato dari non possunt: At reliqua tantum licite
dari excommunicato non possunt, nam validè pos-
sunt, cùm eorum valor non pendeat à peccato &
incapacitate subiecti: ergo è contrario, matrim.
non solùm validè, sed etiam licite excommunicato
dari potest. Verùm huic obstat communis sent. con-
stant negans, matrim. licite ab excommunicato
contrahi posse; licet interdicto ab Ecclesiâ non ne-
getur matrim. Huius discriminis ratio nulla adser-
tur; & augeretur diffīc. codem modo interdictis, &
excommunicatis vniuersaliter negantur omnia sa-
cram. nullâ speciali mentione de matrim. factâ: er-
go si ob peculiarem naturam matrimonij, ad illud
interdicto vetandum, non sufficit generalis, sed re-
quiritur specialis prohibitio: neque ad illud ex-
communicato verandum, sufficit generalis, sed re-
quiritur specialis prohibitio: quæ tamen nulla est:
igitur vel utriusque sub generali prohibitione sacra-
ment. censemur etiam veritum matrim. vel neutri.
Nam siue matrim. in contracturis consideretur acti-
uè, siue passiuè, vtroque modo prohibetur excom-
municato, qui tam actiuè, quam passiuè sacerorum
participatione priuatur, ex cap. penul. de sent. excomm.
& cap. si celebras, de clero excomm. ministr. & alibi; ergo
si pari formâ interdicto prohibentur omnia sacram.
etiam interdictus arcebatur ab actiuè & passiuè par-
ticipatione matrimonij. Hæ rationes valde proba-
bilem reddunt hanc sent.

12. Verum, ne à communis recedam, respond. ad ap-
gum. 2. In formâ, neg. conseq. Quia excommunicato
prohibetur, ne licite matrim. contrahat, non inter-
dicto. Ut constat, non expresso iure, sed communi
consensu DD. qui muleò plures huic sent. patroci-
nantur: cum quæ matrim. sit res fauorabilis cap. finali,
de sent. & q[uod] indicat, in favorem ipsius sentiendū erit.
Confir. excommunicatus non ab uno tantum, sed ab
omnibus arctetur sacerdos, separaturque à cōmunione
fidelium, cùm tamē interdictis multa sacra. cōcedan-
tur, nec à fidelium cōmunione segregantur; Evidens
signū, plus velle Ecclesiam negare excommunicato,
quæ interdicto. Nam excommunicatio non fertur,
nisi ob culpā propriā, & grauem: interdictū s[ic] ob
culpā alienā, vt propter delictū capitū: & aliquando,
vt probabiliter multi, ob culpā propriā veniale. Ad
confir. neg. cōseq. nam excommunicato minori excom-
municatione ius expresse negat passiuā participa-
tionem sacram, consequenter etiā matrimonij; cùm
codem modo sub generali excommunicatione
comprehendat matrim. contrahentes, ac reliquos.

13. Ex his infero, non posse excommunicatum maiori
excommunicatione accipere benedictionē nuptiali, Corollar. de
posse tamen illam accipere excommunicatum excom-
municatione minori. Ratio: qui illam accipit, com-
municat in diuinis; excommunicatio vero minor non
priuat, nisi passiuā tantum participatione sacramen-
tum: ita Sanchez, disp. 7. n. 13. Glossa vero pro contra-
riâ

De Matrimonio, Tom. IX.

15.
Ad 3.Ad homi-
nem.16:
Ad fund. se-
cunda.17.
Dub. n. 2.
distincti
propositum
ob peculia-
res diffi-

2. Sene.

2. Sene.

rià sent. cit. intelligenda est, quod possit excommunicatus matrim. contrahere validè, de quo aliqui dubitarunt. Ad 3. respondet Sanchez. parochus matrimonio non assistere ut ministrū, sed ut testē. Sed contrā; esto assistat ut testis, negari non potest, quia etiam assistat ut publ. eus Ecclesiæ minister, non sacramentū administrans, sed contrahentes. Ecclesiæ nomine matrimonio copulans, eiq; suā præsentia valorem conferens. Rcp. igitur, esto parochus in eo actu assistat ut Ecclesiæ minister, posito, tamen quod Ecclesia sub interdicto non comprehendat matrim. consequenter concedit omnia, quæ ad matrim. substantialiter requiruntur: alioqui in suā concessione sibi contradiceret, concedendo matrim. & negando substantialia ad matrim. cuiusmodi est parochi præfentia. Vnde contra Sanchez. quia Christma est substantiale ad sacram. Confirm. & ex præcepto necessariū ad Baptismū, concessa Confirmatione & Baptismo, consequenter concessa censemur Christmatis confitio. Ad fund. secundū; regula, cui hæc 2. sent. nititur, multas patitur exceptiones, ut Glossa ibid. inter quas affert exemplū de legato, quod licet sit accessoriū testamento, tamen interdum valer, etiam si non valeat testamentum. Ratio; non eadem semper causa militat in accessorio, quæ militat in principali; ita tempore interdicti permittitur ab Ecclesiæ matrim. non tamen eius solemnitas, vti & in seriis, ut supra. Nec est eadem ratio de Christmatis confitio- ne, quæ, cap. Quoniam, de sent. excom. in 6. i. & a. Glossa, fine, ut accessoriū conceditur ad Baptismū & Confirm. tum quia Christina est de substantiā Confirmation. & de Baptismi præcepto: tum quia, ut Glossa ibid. Christma non nisi semel in anno in die Cœna Domini confici potest, veteri cremato, can. litteris, de consecr. diss. 3. nec vetus est usui, nisi præoccupante morte, can. si quis de alio, de consecr. diss. 4. benedictio autem nuptialis nec est de substantiā, nec de præcepto matrimoniij, quæ etiam sine peccato omitti potest, cum ad eam accipiendo solum horretur, non præcipiat concilium, ut suo loco.

2. An quodlibet Pontificis interdictum matrim. irritet? Videtur decisum: nam si ad matrim. prohibendum non sufficit generale interdictū, sed necessarium est speciale, multò magis id necessariū erit ad matrim. irritandum: cum expressior prohibitio requiratur ad matrim. irritandum, quā ad prohibendum tantum. Notanter tamen dixi Pontificis; nam solus Pontifex, potestatem habet matrimonia perpe- tuu impediendi. Prima sent. negat, nullum matrim. contra Pontificis prohibitionem esse irritum, nisi cum prohibitione sit annexum aliquod impedimentum. dirimēt: ita Glossa in cap. ad dissoluend. de responsar. impub. fine. Probat; matrim. cum sit iuris naturalis & diuini, fortius est quovis Pontificis interdicto. Sed contrā: hæc ratio probaret, nullum matrim. posse Pontificis interdicto irritari, quod plus quam falsum est: alioqui nullum posset impedire. dirimēt matrim. statuere, aut personas ad contrahendū inhabilitare, nisi tantum inhabiles declarare, quæ iure naturali, aut divino inhabiles essent. Nec obstat adducta ra- tio: nam ius naturale, & diuinum matrimonij, non est, ut supra, præceptiuū, absolute obligans; sed tantum permisissimum, subordinatum in bonum cōmune, & salutem animarum Pontifici. Secunda docet, prohi- bitionem, quæ habet causam perpetuā, irritare ma- trim. non quæ habet causam temporalem: Angel. ma- trim. 3. imped. 1. Sylvest. matrim. 7. q. 1. d. cto 3. Couar. 4. decret. par. 2. cap. 6. n. 6. & alij apud ipsum, & Sanchez. diss. 2. n. 4. Nititur hæc sent. cap. Tua fratern. de sponsa duor. ubi Alex. III. iubet, irritari matrim. contra Pontificis interdictum contractum, quod Glossa ver. Poterit, ex-

plicat de interdicto vetante matrim. propter causam perpetuam. Prob. quando causa, propter quam matrim. interdictum, est perpetua, interdictum semper obligat, ne contra ipsum fiat, factumque in irritum cedit. Sed contrā: tum quia multa ex impedimentis solum impeditibus habent causam perpetuam, ut simplex votum perpetuæ castitatis, incestus cū consanguineâ vxoris, qui, cap. 1. & cap. Ex lits. de eo qui cognitis consanguin. vxor. perpetuo impedit incestuosū, ne, uxore etiam defunctâ possit cum aliâ contrahere, cū tamen contractū valeat: tum quia ne matrim. contrahendum sit validum, non tam penderit à cau- sa, propter quam prohibetur, quam à volūtate prohibentis: at potest prohibens non habere volunta- tem irritante, etiam si causa perpetua sit. Ex quo pa- tet ad rationem: esto durante causā duret interdi- ctum, non tamen durat ut matrim. dirimēt, sed ut impediens tantum. Tertia affirmat, matrim. irritari, si interdictum fiat per modum constitutionis & le- gis scriptæ; lecus, si per modum præcepti, aut voce tantum. Sed contra: id parvo refert tum quia multa sunt per modum constitutionis sancta, quæ tamen matrim. non dirimunt, ut sunt impediēta tantum: maxime, quia non solum statu. o & lege, sed etiam voce & præcepto, potest Pontifex alias per- sonas perpetuo inhabiles ad contrahendum efficere: cū non minorem potestate in habeat voce & præcepto, quam lege & statuto, cōmuni boni causā & animarū salute exigente aliquos ad matrim. perpe- tuu inhabilitare. Quarta docet, matrim. irritari sola prohibitione speciali, non generali. Sed contrā: po- test esse prohibitio matrimonij specialis non irritans, sed impediens tantum, qualis est, quæ cap. 2. de contract. matr. contra edic. Ecl. facta est cuidam, qui contractis sponsalibus cum uia, matrim. initie volens cum aliâ, fuit specialiter interdictus, ne dum causa examina- retur, & de negotio coactaret, ad 2. vota transiret: quo nihilominus ad 2. vota transiente, à Pontifice iudicatum fuit, tale matrim. contra expressum Ec- clesiæ interdictum initium, validum fuisse.

Quinta supra prohibitionem speciali, ut matrim. contra eas in iure sit inuidum, requirit decretum irritans. At posse esse prohibitio specialis cum de- creto irritante, haud tamen reddere matrim. irritum. Sanchez igitur cit. diss. 2. n. 12. illam magis explicat: si decretū irritans sit ex causā perpetuā, matrim. con- tra illud contractum, irritum est; lecus, si sit ex causā temporali: quia tunc non censemur interdicti matrim. simpliciter, sed quoad illum duntaxat peculiarem effectum, ad quem vitandum id interdictum. Expli- catio hæc probabilis. At certū est, etiam ob causam temporalem, & ipsam, quam Sanchez ponit, ne pregiu- dicium paretur futuræ liti, posse à Pontifice irritari matrim. Quis n. dubitet, si Pontifex ita decretum formet: Non audeat Perrus pendente causâ, matrimonium contrahere, & si contraherit, irritum sit & nullū tale ma- trim. irritum fore? Confir. s̄pē expedit, ut non tan- tum tali casu prohibeatur matrim. quoad effe- ctum, ad quem declinandum interdicatur, sed sim- pliciter & quoad substantiam.

Certior igitur regula, seu signum hoc esse poten- 22. rit: si speciale decretum irritans immediatè cedat Cetera re- supra matrim. primarium obiectum, fore irritum ma- gula- trum, ut si Pontifex dicat: Matrimonium, lice pendente, non contrahatur: quod si contrahatur, irritum & nullum esse decernimus: lecus, si dicat: Lite pendente, matrimo- nium non contrahatur: & quidquid contra hanc nostram prohibitionem sit, irritum & inane decernimus: hic n. irritatio immediatè & expressè non cadit supra ma- trim. sed in aliquod cōmune abstrahens obiectum, in quod immediatè scrutur; ac proinde valet eo casu recepta

Prob.

Contrā:

Selvag.

3. Sene.

20.

4. Sene.

21.

5. Sene.

Disputatio X. De Ecclesiæ vetito, tempore feriato.

147

recepta regula : quod cum matrim. sit res ardua & difficultis, nonqua irritari presumitur, nisi per clausulam specialem, & expressè irritantem, quæ non possit de alio, quam de ipso matrimonio verificari.

Infertur 1. Minus requiri ad sponsalia, quam ad matrimonia irritanda, ut bene Sanchez n. 9. eo quod sponsalia irritare tanti momenti non sit. Vnde ad ea irritanda sufficit clausula generalis, non tamen, ut idem econsent, per modum simplicis duntaxat prohibitionis, sed per modum decreti irritantis.

2. Non posse coniuges, dum causa de ipsorum matrimonij validitate examinatur, ad alias nuptias transire; sed separandos esse, donec causa decidatur. Quod si contra iudicis editum, causâ pendentem, ad 2. nuptias transierint, & post causam examinationem repertum sit primum matrim. inualidum, valere secundum; coniuges tamen esse puniendos, cap. penult. de defensione. impub. eo quod iudicis editum violauerint: Sin autem primum inuentum fuerit validum, separandos esse à 2. ut potest inualido, cogendosque ad 1. redire.

24. *Quid sit?* **Tempus feriarum**, est certum anni tempus, quo Ecclesia matrimonia celebrari veta. Quod ante Trident. ut ex variis conciliis & Patribus refert Gratian. 33. totâ ferè q. 4. incipiebat ab Aduentu usque post Epiphaniâ, à Septuagesimâ usque ad octauam Paschæ, à diebus Rogationum ad octauam Pentecostes, & tribus hebdomadis ante festivitatem S. Ioannis Baptizæ: cuius etiam temporis meminit Clemens III. alias Celestinus, cap. Capellanus, de seru. Ratio prohibitions duxplex.

25. *Temporibus praecessum.* Temperatum est hoc à Trident. à quo totum hoc tempus contractum est ad solum tempus ab Aduentu usque in diem Epiphaniae. & à feria 4. Cinerum usque in octauam Paschatis inclusi. uè. Porro inclusiva non solum cadit supra ultimam diem octauæ Paschatis, sed etiam Epiphaniæ: tum quia ea sub eadem clausula continetur: tum quia antiquo iure, ut constat ex citatis auth. ultima dies octauæ Epiphaniæ in prohibitione includebatur: quod ius cum à Trident. non expressè corrigitur, manet in antiquo statu. Contrà verd. vi Palud. in 4. dist. 32. q. 1. et. 4. post 2. concl. nec Dominica post Pentecosten. quæ est SS. Trinitatis, nec Dominica ante Rogationes in prohibitione includebatur: eo quod Pentecoste non habet octauam, sed octauas; nec Dominica ante Rogationes spectat ad tempus subsequens, sed ad præcedens. Idem Palud. Sylvest. Matrim. 7. q. 2 dicto 4. Sanchez, &c. putant, prohibitionem nuptiarum incipere à primis Vesperis prime Dominiæ Aduentus, eo quod tunc incipiat officium Aduentus: contrà vero in die Cinerum, post medianam noctem, quia totum officium, quod præcedit ipsam diem Cinerum, pertinet ad diem præcedentem. Contrà Pontius lib. 6. c. 8. &c. etiæ in Aduentu prohibitionem nuptiarum incipere post medium noctem. Quod probabilius est, cum non debeat odiosa ampliari.

Couenient DD. 1. his temporibus non prohiberi, saltè post Trident. matrimonia simpliciter, sed solum cum solemnitate; antiquæ, inquit, solemnia nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari. Synodus precipit: in aliis verbis temporibus nuptias solemniter celebrari permitit. Accedit sacerd. Congreg. Cardin. declaratio; Quocunque tempore potest matrimonium contrahere co-

rām parochi: sed nuptiarum solemnitates, couenient, traductio ad domum, & carnalis copula certis temporibus prohibentur. Dixi, saltem post Trident. nam antea sunt qui putant, fuisse prohibita etiam matrimonia simpliciter. Colligunt 1. ex Nicolao Papâ ad consulta Bulgar. can.

Nec rlxorem 33. q. 4. ubi prohibet etiam uxoriemducere. 2. ex concilio Toletano an. 1473. sub Sixto IV. in quo lib. tit. Quid non facit nuptie, hæc habet: Cum secundum legitimas sanctiones non sit dubium, eos in Sermonem Cœl. legentem committere, qui verba legis amplexi, contra ius nulla voluntatem: & quia tempore, quo sacerdotum canonum decretu nuptiarum celebratio interdicatur, & carnalis copula prohibetur, non nullos laicos nubere, ac carnaliter commisceri, ac proinde coniuicia publica, stuprum & choreas facere, parentes quoque & amicos inuadere, & cum histriónibus, & ioculatoribus solemniter nuptias celebrare, & ad Ecclesiæ sic incedere plerumque contingit. Nos contendentes, quod verna Sacrorum canonum intentio fuit, non tam Ecclesiæ solemnitates & nuptiales benedictiones, quam carnales commixtiones prohibere, perniciosem cunctitudinem huiusmodi diuellere cupentes, sacro approbante concilio, cōmixtiones prædictas, stuprum, choreas, ioculationes, & alias solemnitez, ac coniuicia, temporibus quibus solemnia Ecclesiæ interdicuntur, & cessant nuptiales benedictiones, fieri de cetero prohibemus, statuentes, ut qui contra huiusmodi nostre constitutionis tenorem nupserit, ipso facto sententiam excommunicationis incurat, nibilominus clerici, qui prefatis nubentibus Missâ dixerint, & florenorum panâ puniantur. Hæc concil. Tolet. quam constat, quâlibet 1. Dominicâ Aduentus & Quadrages. à Rectoribus Patribus. Ecclesiæ in suis Ecclesiis, dum populus ad diuinam conuenient, publicari mandat. Ex quibus constat, ipsa coniugia principalius prohiberi; idque non ex mente tantum concilij, quod provinciale tantum fuit, sed iuxta etiam antiquas Pontificiæ sanctiones. Verum hæc non concurrunt ad asserendum, ante Trident. prohibita fuisse in totâ Ecclesiâ, etiam sine solemnitate matrimonia. Nam 1. multi explicant rô traducere cum solemnitate sponsam deducere. 2. cum sit concilium non fucrit generale, non obligat totâ Ecclesiâ. Nec refert, quod sanctiones Pontificum explicit de coniugiis etiæ priuatis: nam huiusmodi explicatio non habet vim obligandi omnes, cum non sit à summo Principe Ecclesiæ. Adde, quod carnalies commixtiones in concilio dictæ interligi debeat non seorsim, sed cum solemnitatibus in eodem decreto expressis.

26. *Manusolum ex decreto Trident.* 2. Hic prohibetur solemnis traductio sponsæ in domum sponsi, nuptialis benedictio, quæ in templo inter Missâ uero solemnia à Sacerdote sponsis imperit, & coniuicia: nam de his à Patribus & conciliis, quod etiæ suprà sacra Cardin. congregatio notauit, mentio fit. Vnde sine his contrahere matrim. prohibitum non est. Quare possent sponsi nuptialem benedictionem solemniter à Sacerdote accipere die ante tempus prohibitum, & tempore ipso prohibito, sine solemnitate sponsam domum ducere, & debitâ cum moderatione conuiuiū facere. 3. Violatio huius præcepti culpa est lethalis, cum sit in re graui; ex verbis Trident. quibus precipit ab omnibus diligenter obseruari: & quia est actio per se inductiva ad relaxandam pietatem & Ecclesiæ disciplinam, quæ his temporibus maximè seruanda est, in cultu & veneracionem præcipuotum mysteriorum Christianæ religionis, quæ maximè impeditur per huiusmodi profanas solemnitates. 4. Violantes hoc præceptum puniendi sunt pena arbitriâ, cum nulla à Trident. statuatur. 5. Possunt hoc tempore fieri denuntiationes matrimonio præmitti solitæ, ut & sponsalia.

Dubitant 1. An his temporibus prohibetur matrim. consummari? Affirmant aliqui, moti illi. **28.** Dubitamus 1. deo iuribus, & Patrum autoritate, quibus supra ostendit.

ostendimus, matrimonia prohiberi: plura extant apud Gratian. cit. quæ non solum prohibent, matrimonia hoc tempore inire & consummare, sed etiam ante initia, hoc ipso tempore consummare, propter factam Synaxim, quæ hoc tempore frequentanda erat. Inter Fates citatur August. serm. 2. de tempor. Quod est unque aut dies Natalis Domini, aut reliqua festivitates adueniunt, sicut frequenter admonui, ante plures dies, non solum ab infidelium concubinorum consortio, sed etiam à propriis uxoribus abstinevere: & Ambrosius serm. de Advent. Fratres, non solum debetis ab omnibus immunditia abstineret, sed etiam ab uxoribus propriis stolidissime contineratis. Nullus omnino uxori sue ieiuniorum debet coniugatur: alia cit. 35. q. 4. Ad hanc accedit Cardin. declaratio, qui, ut supra, inter prohibita tempore feriarum, numerant copulam carnalem.

29. *Verier sent.* Opposita tamen sent. anterior est, quam docent Peter. Soto lect. 14. de matrim. §. Huic proximum, fine, Narr. in summ. cap. 22. n. 71. Bellarm. cit. Sanchez. disp. 7. n. 3. Comink. disp. 30. dub. 3. fine, Barbosa in collect. in Trident. sess. 24. cap. 10. n. 5. Reginald. apud ipsum, & plurimi apud Sanchez. Prob. hoc à Trident. non prohibetur, à quo non nisi matrimoniorum solemnitates vetantur. Dices: nequit feriarum tempore matrim. cum nuptiali benedictione celebrari; sed matrim. ante nuplialem benedictionem consummare, est à Trident. sess. 24. cap. 1 proibitum. Resp. ad id concilium sponsostatuum adhortatur. Vnde ad summum culpa erit tantum venialis, si nulla subsit consummatio di causa. Congregatio autem Cardin. vel intelligenda est iuxta hanc explic. non de præcepto, sed de consilio: vel iuxta antiqua iura, quæ ex probabili opin. aliquorum obligabant sub præcepto. Tamen cum probabiliori dicendum, aut illa fuisse tantum consultiva, ut erant de abstinentia à coniugali copula diebus aliquot ante sacrâ Synaxim; vel certè, ut Peter. Sorm. illa esse consuetudine abrogata.

30. *Dubium 2.* An licitum sit clericis tempore feriarum administrare sponsis, quæ sunt pro secundis nuptiis ab Ecclesiæ instituta. Ratio dub. in secundis nuptiis non datur benedictio nuptialis, ex cap. Vir. de 2. nuptiis, quæ sola tempore feriarum Clericis prohibetur. Affirmant aliqui Salmant. apud Pont. Negat Pontius cit. cap. n. 13. Quia cum hæc dispensatio à Nuncio Apost. tempore Quadrages. petita fuisset à quibusdam nobilibus viris, ea ut probabilita fuit negata.

2. Omnia iura tam antiqua, quam noua negant tempore feriarum solemnitatem nupciatum: At hæc non solum cōsistit in ipsa benedictione, quæ sponsis à sacerdote impetratur, sed in aliis etiam ceremoniis ab Ecclesiæ institutis. Quæ sent. probabilior.

31. *Dubium 3.* An possit Episcopus in hoc Ecclesiæ præcepto dispensare? Affirmat Sorm. in 4. dist. 32. q. 4. vñ. ar. 3. fine, Pontius n. 21. pro quâ citat Synod. Neapolitan. apud Jacob. de Graffis. Probat Sorm. ex illo: Quidquid potest Pontifex in totâ Ecclesiæ, potest Episcopus in suâ Diœcesi. Confirmat Peter. iure antiquo poterant in hoc Episcopi dispensare: sed hoc ius non est per Trident. sublatum. Negat probabilius Sanchez. n. 6. nisi in casu necessitatis, quo non patet facilis ad Pontificem aditus. Ed quod inferior non potest in lege Superioris dispensare, nisi urgente necessitate: cum igitur hoc sit præceptum vel Pontificum, vel concilio generali, non poterit ab Episcopo extra casum necessitatis relaxari. Confir. ex eo, quod ante præceptum esset à concilio gener. Lateran. de praemittendis denuntiationibus specialiter Trident. suo decreto potestatem fecit Episcopis, ut in iis omittendis, vel differendis dispensare possent: tacitè insinuant, sine concessione hæc speciali, nihil in iis immutandis posse Episcopos; ut prudenter Namur. in sum. c. 22. n.

70. fine: ergo cum in matrimonii tempore prohibito solemmiter celebrandis nullam de Episcopis mentionem fecerit, reliquit illa in antiquo statu, in quo Episcopi dispensare non poterant. Quare negandum est Pontio, iure antiquo potuisse Episcopos in hoc præcepto dispensare, nili vel ex tacitâ concessione Pontificum, vel ex præscriptâ populi consuetudine. Nec refert, quod Episcopi possint auctoritate propriâ impedimenta non dirimentia statuere: nam hoc tantum possunt in suâ dumtaxat dicecessi. Atque in iis ultra concedo, ab eis dispensari posse, non autem in iis, quæ pro rata Ecclesiæ prohibentur à Pontifice. Ratio sori cōfutatur supra: ubi ostendi, Episcopos suam potestatem quoad multa limitata accipere à Pontifice, à quo, & non à Deo, illam immediatè accipit.

DISPUTATIO XI.

De Catechismo, sponsalibus, Voto.

CATECHISMUS à verbo κατηχίω, latine instruo, ^{1.} Giuxta Gloss. in 2. cap. de cognat. spirit. in 6. Est in- ^{Quid si} structio non quæcunque, sed quæ de rebus fidei ba- ^{Catechis-} ptizando fit ante fores Ecclesiæ. Vnde quæcunque ^{mum?} alia, sive publica, sive privata, quæ non fit ante, vel post Baptismum, matrim. non impedit. Ut autem hoc impedimentum contrahatur, non sufficit, ut catechizans baptizandum teneat, sed ut pro eo etiam respondeat baptizanti, de rebus fidei interrogantur. Vnde sat non est, si tantum teneat, sat autem est, si tantum respondeat, alio infantem tenente. Contrahitur autem inter eas dumtaxat personas, inter quas contrahitur cognatio spiritualis per susceptionem de pedimentis sacro fonte. Nā sicut se habet Catechismus ad Baptismum, ita impedimentum, quod ex eo contrahitur, ad impedimentum, quod contrahitur ex Baptismo: sed Catechismus est imperfecta quædam regeneratione Baptismus perfecta, ergo & impedimentum, quod ex Catechismo contrahitur, quod S. Thom. in 4. dist. 42. q. 1. n. 2. finis corp. appellat debile impedimentum, respectu impedimenti, quod contrahitur ex Baptismo, quod non solum impedit, sed etiā dirimit matrim. Quo sit, ut restrictis gradibus cognitionis spiritualis, quæ per susceptionem Baptismi contrahitur, restringantur etiā gradus huius imperfectæ cognitionis spiritualis, quando an. vnu est mensura alterius, variato mensurante, variatur alterū, cum eadem ratio militat in mensura & mensu. Vnde, quia à Trident. sess. 24. cap. 2. contracti sunt gradus perfectæ cognitionis spiritualis inter baptizatum, eiusque patrem vel matrem, & inter baptizantem & baptizatum, baptizati que patrem & matrem tantum, contracti etiam cententur inter easdem sulas personas gradus huius imperfectæ cognitionis. Leg. S. Thom. cit. ad 3.

Conveniunt D. contra Gloss. in cap. Contracto, de co- ^{3.} gnat. spirit. verb. Vix contrahendo, impedimentum hoc Non est al- solum impedire, non dirimere matrimonium: quod rimus mag- decistum est à Bonifac. VIII. cap. 2. de cognat. spirit. in 6. vbi addit: propter hanc cognitionem, matrim. posse etiam contrahendum, minime separandum. Et Trident. sess. 24. cap. 2. assignans impedimentum dirimens, quod ex cognitione spirituali contrahitur, solum meminie illius, quod per susceptionem baptizandi, & confirmandi contrahitur, nullâ Catechismi mentione facta. Nec obstant can. si quis ex uno, 33. q. 4. &c. In catechismo, de consecrat. dist. 4. quibus codem modo dicitur, impe- dimentum contrahere, qui de sacro fonte baptizandum suscipit, & ad Christum confirmandum re- nec, ac qui Christianitatis ministerium per cate- chismum

Disputatio XI. De Catechismo, sponsalibus, Voto.

345

chismum baptizando exhibet: quia cum ex cit. decretali Bonifac. VIII. decimum habeamus, impedimentum ex Catechismo contractum, matrem. non direxere, cit. canones intelligendi sunt de impedimento diuersar rationis. Contra vero Sotus in 4. diff. 42. qu. 1. art. 3. §. Vrgentius, subdubitat, an ex catechismo nullum contrahatur impedimentum, spectato iure antiquo. Quia Clemens III. cap. Contracto, de cognat. spirit. ait, quod talis res vix contrabendo matrimonio impedimentum afferat. Verum hoc dub. soluit Bonifac. VIII. cit. cap. 2. de cognat. spirit. in 6. Vbi hunc textum explicans, ait, ex eo evidenter colligi, aliquid ex catechismo impedimentum contrahi: Dicendo enim quod talis res vix contrabendo matrimonio impedimentum afferret, velle videtur, quod afferat; nam quod vix fit, fieri tamen dubium non existit.

Dubitatur 1. An hoc impedimentum contrahatur ex catechismo ante, an etiam post Baptismum factum? saepe enim contingit, ut virgente necessitate, infans baptizetur domi, & reliquæ postea ceremonias suppleantur in templo, post suscepsum Baptismum. Affirmant aliqui apud Sanch. num. 7. ex solo catechismo ante Baptismum contrahi: ex cit. cap. 2. de cognat. spirit. in 6. Vbi dicitur, hoc impedimentum contrahi per Catechismum, qui precedit Baptismum: ergo per subsequenter nullum. contrahitur, cum non sint odiosa amplianda. Negant & probabilius, ex eo tantum contrahi, Couarr. 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 4. num. 1. Sanch. num. 7. Conink. disp. 30. dub. 3. num. 24. Pontius lib. 6. cap. 11. & ab apud Sanch.

Ratio reg. Quia eadem semper militat ratio, quæ est imperfetta cognatio spiritualis inter catechizantem & catechizatum, propter quam hoc impedimentum contrahitur. Textus cit. loquitur de eo, qui plerunque fieri solet, non per accidens: nec dicit, per Catechismum, qui tantum precedit Baptismum. Nec refert, quod sit lex odiosa: quia cum verba legis in omni proprietate se extendant etiam ad Catechismum post Baptismum factum, non est cur illum à lege eximamus.

Dubitum 2. An hoc impedimentum contrahatur, Baptismo non sequuto, vel quia ante Baptismum moritur infans; vel quia adultus infidelis non vult post Catechismum ad Baptismum procedere. Negat Palat. in 4. diff. 42. disp. vn. fol. 928. Affirmat Sanchez. num. 9. qui eo eventu non solum contrahi putat à fideli catechizante, sed etiam ab infideli catechizato: sequitur Pontius sine ullo examine.

Dificultas opinionis maior. At falsum est, hoc impedimentum contrahi ab infidele. Ratio: infidelis non subicitur legibus Eccles. nisi sit quo ad temporalia immediate subiectus Pontifici; & Pontifex velit illum ad hanc legem, ut temporalis princeps, obligare; 2. dico, illud contrahi à fideli etiam respectu infidelis: ita Henr. lib. 2. de Baptism. cap. 18. num. 2. Quia fidelis subicitur legibus Eccles. etiam quoad contractus, quos celebrat cum infidelibus. Unde si fidelis vellet contrahere cum infidele, teneretur seruire legem Ecclesiast. de non contrahendo in gradibus ab Ecclesia prohibitis. Infertur i. infidele baptizantem, vel de sacro fonte suscipientem, contrahere posse matrem. cum matre, aut patre baptizati, si pariter hi infideles sint: quia inter hos nulla contrahitur cognatio spiritualis, quæ sola lege Ecclesiast. inducitur: Contra vero, nec potest baptizans fidelis contrahere cum matre vel patre baptizati, etiamsi infideles sint: quia licet hoc impedimentum non contrahant infideles, contrahit tamen fidelis; nec baptizans fidelis à fide discedens cuius matre aut patre à se baptizati; quia impedimentum quod cum matre baptizata contraxit, per apostasiam à fide non ex-

tinguitur uti nec eius erga Ecclesiam subiectio. Contrahendum nouum non est saepè per unius contrahentis impedimentum impediri matrem. Obiicies. Hoc impedimentum. impedit matrem. ut sacramentum est: at inter fidelem & infidelem nequit esse matrem. ut sacramentum est, ut supra disp. 2. sect. 2. §. Ad romp. nequit igitur fidelis hoc impedimento irretitus cum infideli contrahete. Responde. esto non possit matrem. licet contrahere, & in ratione sacramenti: potuit tamen validè, & in ratione ciuilis contractus. Neque ex eo præcisè tale matrem. non esset sacramentum, quia fidelis illud contraheret cum impedimento impediens tantum: nam etiam cum tali impedimentoo contractum cum illâ coniuge infidelis, esset sacramentum: licet contractum in loco, ubi hoc impedimentum vigeret, in ratione sacramenti, esset informe: sicut castitatis voto irretitus, matrem. etiam ut sacramentum validè contrahit, si intentionem habeat illud contrahendi ut sacramentum; esto eius esse tantum, propter obicem, quem ponit, non suscipiat. Sed ex eo formaliter tale matrem. est invalidum ratione sacramenti, quia deest illi sufficiens intentio ex parte infidelis, quam nequit habere defectu characteris baptismi. ut alibi fidelis: quâ intentione ex parte unius deficiente, totum sacramentum deficit: nam hoc essentialiter requirit sufficientem ex parte viriusque contrahentis intentionem, cum non possit claudicare. Solum igitur tale matrem. validè contraheretur in ratione ciuilis contractus.

Maior difficultas. Maior difficultas. Pro affirm. parte est, quia si non posset, id est, quia impedimentum, quod in subiecto incapaci, non poterat habere effectum, in subiecto capaci facto per conversionem ad fidem reuictus, ac proinde illud impedit à matrimonio contrahendo. Nam illud impedimentum quod in statu infidelitatis erat tantum remotum, & defectu subiectonis ad leges Eccles. obligante, evadit ad instar relationis prædicam. per positionem solius termini, proximum & formale impedimentum. Non secus ac consanguinitas, vel affinitas carnalis; quæ in tertio & 4. gradu in statu infidelitatis non dirimunt matrem. ipsum dirimit post conversionem ad fidem, accedente lege Eccles. Ita nonnulli recent. At verius dico, minimè impedire, quin ad fidem conuersus, possit cum matre à se in infidelitate baptizari, validè ac licet contrahere. Cum hoc impedimentum pendeat ex sola & pura lege Eccles. quæ dum infidelis non obligat, nequit in eo tale impedimentum causare. Nec dici potest, per Baptismum reuictus, quia non nuncquam fuit, reuictus re non potest. Nec est pars ratio de consanguinitate & affinitate carnali. Nam licet hæc quoad invalidandum matrem. pendeat ab Ecclesia prohibente; tamen quoad fundamentum superpositum, quæ est ipsa languinis coniunctio, non pendet ab Ecclesia, sed ab ipsa rei natura: quæ positâ conversione ad fidem, accedenteque legi Ecclesiast. verante, eadem sanguinis coniunctio, quæ in statu infidelitatis non erat ad matrem. impedimentum, fit impedimentum obligans ad fidem conuersum, non secus ac reliquos fideles. Dixi, cum matre baptizata: nam an validè possit cum ipsa baptizata, maius est dubium, de quo infra.

Ex his patet ad dub. contractorum hoc impedimentum, fidelem, qui vel infantem ante Baptismum defunctum catechizauit, vel adultum post catechismum ad Baptismum non accedentem: nam licet hæc imperfecta cognatio pendeat à perfecta, quæ per susceptionem Baptismi ut à mensurâ contrahitur.

Valer mā. trum in ra- tione con- tractus.

tur, non tamen pendet ab illâ actu sequutâ, sed ad instar relationis transcend. ab illâ, quæ apta erat sequi. Vnde Baptismo etiam non lequuto, nequit catechizans cum matre aut patre catechizati contrahere matrimonium.

13. Dub. 3. An catechizandus adultus idiomatis i-

Dubium 3. natus, si vtratur aliquo vt interprete ad respondendum interrogatis à baptizante factis, tali euentu Rsp. neg. interpres contrahat hoc impedimentum? Resp. negativa: nam interpres non exercet officium catechistæ. Vnde si catechista vteretur alio vt interprete ad instruendum catechizandum, non interpres, sed catechista impedimentum contraheret. At perinde est, siue catechista, siue catechizandus alio vtratur vt interprete ad respondendum interrogatis: cùm neutrō casu interpres, sed is, cuius nomine interpres ad interrogata respondet, catechizantis officio fungatur. Confirm. Qui nomine alterius baptizandum de sacro fonte suscipit, non qui suscipit, sed is, cuius nomine suscipit, cognitionem spiritualiæ contrahit, vt sacra Cardin. congreg. declarauit: ergo neque qui nomine alterius responderet, sed is, cuius nomine responderet, catechismi impedimentum contrahit.

14. Dub. 4. An hoc impedimentum sit per Tridentinum sublatum?

Dubium 4. Negant Narr. in summ. cap. 22. nn. 72. Palat. in 4. diff. 42. diff. vnic. pag. 927. Valent. to. 4. diff. 10 q. 5. pu. 4. de imped. non dirim. §. 4. Rebell. lib. 3. de impedimentis matrimonii de catech. Corne. tract. 6. de impedimentis matrimonii diff. 7. dub. 40. de catech. & alijs apud Sanch. cit. num. 1. Quod & ipse valde probabile censet. Probant 1. concilium sess. 24. cap. 2. ea tantum impedimenta cognitionis spiritualis ad pauciores gradus contrahit, quæ matrimonium dirimunt, reliquis in antiquo iure permissis. Colligitur 1. ex fine, quem ex hâc restrictione intendit, ne propter multitudinem prohibitionum, malitiae in casib[us] prohibitiis ignorantia contrahantur matrimonia: in quibus vel non sine magno peccato persistuerant, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur: quæ causæ, vt patet, in impedimento catechismi non militant. 2. nullum impedimentum ex impedientibus tantum concilium restringit, sed tantum ex dirimentibus perfectæ cognationis spiritualis, & carnalis ex illicita copula contractæ, ac publicæ honestatis. 3. cùm hoc ius sit communis iuris correctiū, non debet excludi ad ea, de quibus expressa mentio non sit.

15. Affirmant.

Potissimum fund.

Affirmant Henrquez lib. 2. de Baptism. cap. 15. nn. 4. & cap. 18. nn. 2. & lib. 12. de matrimonio. cap. 2. num. 1. Sa. matrimonii de impedimentis non dirim. num. 4. Contra diff. 30. dub. 3. num. 24. Pontius lib. 6. cap. 11. Huriad. diff. 25. de matrimonio. diff. 1. & alijs. Quæ probabilior est. Fundamentum sumitur ex concilio sess. 24. cap. 2. vbi cum restrinxisset gradus cognitionis spiritualis, quæ per susceptionem de Baptismo contrahitur, addit: Quod si alijs ultra designatos baptizatum regerint, cognitionem spiritualiæ nullo pacto contrahant: constitutum in contrarium facientibus, non obstantibus. Quod autem concilium excluderit etiam cognitionem, quæ ex catechismo contrahitur, declarat sacra Cardinal. congreg. Qui in Ecclesia duxerat fuit præsens ei, qui domi fuerat vè baptizatum, sed deinde in Ecclesia fuerunt sernate sola solemnitas, nullam cognitionem spiritualiæ cum eo contraxit. Itaq; committatur Ordinario, vt si legitimus probationib[us] competeris dictum N. filium prius domi fuisse baptizatum, declare nullum inter N. ipsum, & dictum filium ad esse impedimentum cognitioni spiritualiæ. Etsi hæc declaratio non fauet eis, qui docent, hanc cognitionem non contrahi ex catechismo Baptismum subsequentem. Confirm. hæc cognitione spiritualis contrahetur propter Baptis-

mum: ergo sublati à Baptismo omnibus personis, præter suscipientem, & susceptum, patremque ac matrem suscepti, & baptizantem ac baptizatum, patremque ac matrem baptizati, omnes alias censentur sublatæ, siue mediatae, siue immediatæ ad Baptismum concurrent.

Ad fundamentum oppositæ: esto primarius ^{Adfund.} nis concilij fuerit, tollere prohibiciones irritantes ^{oppositæ.} matrimon. tamen etiam secundarias fuit, tollere impeditentes: idque satis probabiliter colligitur ex illâ negatiuâ, omnes alias personas excludente, accedente declaratione Cardinal. Ad 2. esto non nisi de dirimentibus expressam mentionem fecerit, consequenter tamen & implicitè sub impedimentis dirimentibus comprehendit etiam impedientia, cum dirimentibus connexa. Ad 3. verum est conseq. quando ex aliis circumstantiis non constat, ius nouum se extendere ad antiquum corridentium: cùm non solùm per formalem & expressum, sed etiam per tacitum & virtualem legislatoris consensum ius nouum possit antiquum abrogare, præsertim in pœnalibus & odiosis, cuiusmodi est impedimentum ex catechismo contractum.

Dub. 5. An qui ante Tridentinum hoc impedimentum contraxerat, cum iis etiam personis, quæ per Tridentinum sunt sublatæ, fuerit illi post Tridentinum necessaria dispensatio, vt potuerit c. in tali impedim. antea contracto cum iis personis matrimonii contrahere? Quod dubium fortius militat in impedimentis dirimentibus, tum cognitionis spiritualis ex susceptione baptizandi, & confirmandi, tum affinitatis carnalis per copulam illicitam contractæ, quæ ante Trident. ultra 2. gradum se extendebat. Ratio dub. impedimentum contractum contra præcedentem legem non tollitur per sublequentem, quæ non se extendit ad præsterita, sed ad futura tantum: ergo vt tollatur, propriam requirit Legislatoris dispensationem. Confirm. si cum tali impedim. fuisset ante Trident. matrimonium contractum, non fuisset tale matrimonio subsequens Trident. decretum revalidatum, sed necessaria fuisset nova dispensatio, impedimentum antea contractum tollens, nouisque inter coniuges contractus.

Respondeat Pius V. peculiari Bullâ ann. 1566.

20. Aug. Sanctitas sua ad tollendum omne dubium, cap. Decidit acutus.

qui ante Confirmationem predicti concily cognitionem spiritualiæ contracterunt, dummodo non sint ex persona in dictu decreti emanati, & inter quas tantum concilium volunt deinceps, banc cognitionem spiritualiæ matrimonii vinculo inter se absque dispensatione aliqua liberè ac licet copulari posse, ac matrimonia, etiam post Confirmationem huiusmodi, absque dispensatione Sedis Apostolica, inter eas iam contracta valere, plenamq; roberis firmitatem obtinere. Et similes matrimonia post confirmationem concilij absque dispensatione Apostolica sequentur, ex qua de cetero sequentur inter personas, que ante dictam confirmationem, affinitatem (infra ramen secundum gradum ex fornicatione prouidentem) contracterant, propter huiusmodi affinitatem diximi non debere, sed valida & efficacia existere, declarauit. De quâ declaratoriâ rogatus Gregorius XIII. vt refert sacra Cardin. congreg. an effect revocata, quia regula: se examinata, respondebit fertur, non videri revocata, quia est magis declaratoria, quam plura. Ad rationem dab. Rsp. impedimentum contra præcedentem prohibitionem contractum; & in hoc sensu verum est, à sublequenti legi tolli non posse, cùm non possit lex sublequens reddere infectum, quod factum est: 2. modo, vt non habeat amplius vim impediendi, aut dirimenti: quod sublequens lex facere potest: sicut facit, ut prole,

Disputatio XI. De Catechismo, sponsalibus, Voto.

25

vt proles, quae ex illegitimo thoro suscepta erat illegitima, per subsequens matrem. fiat legitima: non efficiendo, vt ex illegitimâ copulâ nata, non fuerit illegitima; sed, vt in favorem subsequentis matrem. tale impedimentum non obster legitimationi, nec vlli effectui, ad quem legitimatio ex iuris dispositione se extendit.

19.
Maius du-
biu[m].

Difinitione
discussum.

20.
Quod ppi.
mentum.

Cardinalis
congregat ex
mense Pon-
tificis.

vt proles, quae ex illegitimo thoro suscepta erat illegitima, per subsequens matrem. fiat legitima: non efficiendo, vt ex illegitimâ copulâ nata, non fuerit illegitima; sed, vt in favorem subsequentis matrem. tale impedimentum non obster legitimationi, nec vlli effectui, ad quem legitimatio ex iuris dispositione se extendit.

An matrem. ipsum cum eo impedimento dirimente ante Trident. contractum, post Tridentini decretum impedimentum abrogantis sit validum? Affirmare videtur sacra Cardinal. congregatio, quae etiam iuxta hunc sensum Pij V. Bullam c.s. explicat: nam post declaratam Bullam insert: Qui igitur contraxit ante concilium matrimonium, non indiget dispensatione: unde vult matrimon. inter filium suscipientem & baptizatam, absque dispensatione, etiam post publicationem concily. Potest dubium discuti, 1. quid de facto iuxta mentem Pontificis dicendum: 2. quid de possibili, an matrimonium cum tali impedimento diremante ante Trident. contractum, potuerit Pontifex absque vlla dispensatione validum reddere.

Quod 1. dico, mentem Pontificis de facto non fuisse, revalidare matrem. ante Trident. cum eo impedimento tunc dirimente initum, sed solum impedim. ante contractum non directum matrimonium post Tridentinum contrahendum. Quare si quis ante Tridentinum contraxisset impedimentum spiritualis fraternitatis, quod nunc sublatum est, & cum hoc impedimento post Tridentinum contraxisset, cum fratre aut sorore spirituali, tale matrimon. ex mente Pontificis absque vlla dispensatione validum fuisse; non autem si cum eo impedimento fuisse ante Tridentinum contractum matrimonium. Primum constat ex allatis verbis Pontificis. Secundum aperte colligitur, cum ex contextu Bullæ, in quo semper Pontifex loquitur de matrimonio contrahendo post decretum concilij, cum impedimento ante contracto: tum ex ipsa dubijs qualitate, quæ ad notitiam Pontificis peruenit, propter quam fecit declaratoriam Bullam, quæ talis fuit: Quod cum in decretis sacri concilij Trident. certa tantum persona enumerentur, inter quas duntas cognatio spiritualis deinceps contrahatur, ab aliquibus renovetur in dubium, an qui ultra personas in dictis decretis enumeratas, quoquo modo cognatione spirituali ante confirmationem dicti concilij coniuncti erant, absque dispensatione Apostolicæ matrimonium post dictam confirmationem contrahere potuerint. Inde quo dubitatum fuit, an scilicet post Trident. matrimon. sine Apostolicâ dispensatione validè contrahi potuerit cum impedimento ante contracto. Ut igitur Pontificis declaratio dubio respondeat, debet in matrimonium post Trident. contrahendum non autem in ante contractum cadere. Et iuxta hanc Pontificis declarationem, intelligenda est relata Cardin. explicatio, ne Pontificis declarationi aperte contradicit. Quin hæc ipsa Cardin. declaratio per aliam, quam ex Farinacio referit. Pontius lib. 7. cap. 39. n. 23. explicatur: Congregatio concilij declarauit, hoc decretum retroribat ad posterita, adeo ut quod liceat omnibus, qui ante hoc decretum à iure antiquo cognationem spiritualem contrixerint, modo non sunt expressi in hoc decreto, contrahere posse matrimon. inser se absque dispensatione Apost. ut qui iam contrixerunt (intelligo cognationem spiritualem in gradu à Trident. sublato) post concilium nulla indigere dispensatione: Et ita declareuit Pius V. in unâ ex suis constitut. 20. Aug. 1566. inserta inter regulas cancellarie eiusdem Pj V. Ut igitur prior declaratio non repugnet posteriori & ante concilium referendum est ad matrimon. sed ad cognationem spiritualem. Atque hoc quid de facto Pontifex statuerit,

Quod 2. quid statuere potuerit: Dico, potuerit esse etiam matrem, cum eo impedimento dirimente ante Trident. contractum, absque vlla dispensatione, ac novo coniugium consensu revalidare, modo quo revalidat legitimatem prolis ex illegitimo thoro anteà susceptra; non efficiendo, matrem. ante contractum non fuerit pro eo tempore irritum, pro quo cum tali impedimentoum initum fuit; sed reddendo illud deinceps quoad omnes esse & us, quos habuisset, si à principio legitimum fuisse, validum, & efficax. Sicut leg. statuere posset, vt idem matrimonium cum eodem impedimento contractum, pro uno tempore esset invalidum, pro alio validum. Ratio: quando impedimentum, ex quo contractus in invaliditas nascitur, pendet à sola voluntate principis, potest illud eà conditione, quæ princeps ipse bono publico expedire iudicauerit, contractui anneccere: cum contractum esse validum lege principis, nil aliud sit quam contractum eiusdem principis dispositione habere certos quoddam effectus, qui à voluntate principis dependent. Neque huic veritati obstat regula 18. iuri in 6. Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non sufficit: nam ea intelligenda est, vt recte Glossa ibid. quod solius temporis tractu non firmatur, quod ab initio irritum fuit: eo quod sic & solum tempus obligationem non inducit, ita nec eam auferit: non autem quando cum tractu temporis novus accedit tacitus vel expressus consensus illius, qui potest contractum à principio ininvalidum revalidare. Hæc intellige, quæ à sola voluntate principis voluntate pendent, non autem quæ vel à personali consensu contrahentium, vel ab ipsa materia contractus pendent: hæc enim nequeunt sola voluntate principis voluntate conualescere, si ab initio irrita fuerit. Vnde si matrem: ab initio irritum fuit defecuta coniugalis consensus, aut idonea materie ad costrahendum, non poterit absque novo consensu eorumdem, aut idonea materia revalidari.

Infetur 1. falsa Glossa, in cit. reg. vniversali altere, quæ habent causam perpetuam, si ab initio fuerunt irrita, nunquam posse conualescere: nam si causa etiam perpetua quoad irritandum, vel non irritandum contractum, pendeat à voluntate principis, poterit non minùs, quam in temporali statuere, ut pro uno tempore contractum irritet, pro alio non irritet. Potuit quippe Pontifex statuere, ut qui cognovit consanguineam suæ uxoris, uxore defuncta, non posset pro aliquo tempore, posset verò pro alio, eodem impedimento perseverante, alteram ducere. 2. Non solo temporis tractu à possessore bona fidei ius in rem alienam præscribi, sed accedente lege principis, tale ius ad lites vitandas possessori bona fidei adiudicantis: qua lege non accedente, nunquam potuisset possessor, quantumcumque bona fidei, ius in alienam rem præscribere, quin quis tempore ad verum dominum clamasset. 3. Quid ad casum acit. Glossa adductum? Emitt quis talicem à principio sacrum, an postea profanum factum possit emptor à venditore repetere. Negat Glossa: quia cum hic contractus fuerit ab initio nullus, ut potest de materia incapaci, que in contractum cadere non poterat, solo temporis tractu, conualescere non potuit. Ratio: vna cum materia idonea defuit ab initio consensus, qui ferri non potuit in materiam incapaci: velut si quæ mulier coniugalem consensum præbuit in scholasticum N. Societatis, non posset postea illum è Societate votis absolutum dimissum, ut suum coniugem vi prioris contractus repetere, nisi novo ex parte versusque maritali interueniente assensu. Parte modo

N 4

Quod 3. ante
contractum.

Ratio omissa.

225.

23.

Quod dubium.

24.)
Ratio

modo qui à principio sacrum calicem emit, innatè contraxit defectu consensus legitimi, qui propter incapacitatem materie validus non fuit; ac prius de solo temporis tractu reualescere non potuit.

25.
Triplici vi-
babilitus.

Dices: *corpus impotens ad generandum, non est apta materia matrim. & tamen valet matrim. de praesenti contractum, si huiusmodi corpus fiat successu temporis aptum: ergo simul valebit de praesenti contractus venditionis calicis consecrati, & matrim. cum Scholastico Socie. si pro futuro tempore utique fiat habilis materia contractus.* Resp. neg. conseq. sc. inhabilitas materie in contractibus; una industa lege Superioris; altera lege naturæ; 3. voluntate contrahentium. Prima & 2. quia non pendent à voluntate contrahentium, nequit contractus cum tali inhabilitate materie initus, esse validus, resistente Superioris, vel naturæ lege. 3. cum pendeat à voluntate contrahentium, potest contractus cum eâ initus esse validus: quia possunt contrahentes suo iuri cedere, vt non obstante tali materie inhabilitate, adhuc velint interesse contrahere, vt constat de ijs, qui castitatis voto ligati, inter se contrahunt matrim. Cum igitur consecratio, & trium simplicium votorum in Societate nuncupatio lege Superioris independenter à voluntate subditi, reddat calicem, & Scholasticum Societatis inhabilem materiam, illum contractus venditionis, istum matrimonij, neuter contractus sine dispensatione Superioris erit validus. Pari modo, quia corpus perpetuò impotens ad generandum lege naturæ independenter à voluntate contrahentium, est inhabilis materia matrimonij, cum repugnet primario ipsius fini, consensus cadens in talem materiam erit inualidus & inefficax ad matrim. perficiendum. Contrà verò, quia corpus ad tempus tantum impotens ad generandum, non est neque naturæ, neque Superioris lege, inhabilis materia matrim. coniugiorum cum tali impedimentoo contractus erit validum, etiam de praesenti: nam vt de praesenti validum sit, non requirit corpora de praesenti habilia ad actum generationis, sed sufficit, si sint pro futuro tempore habilia. Quidam cum matrim. non requirat de praesenti actum coniugalem, etiam de praesenti corpus, cum quo contrahitur, non sit de praesenti ad generandum habile, poterit matrim. de praesenti esse validum.

26.
2 pari.

S P O N S A L I A, de quibus infra, contractus est promissionis reciprocæ, defuturo matrimonio inendo. Dicitur reciprocæ: nam ad sponsalia non sufficit sola promissio unius contrahentis ab altero admissa & acceptata: sed requiritur mutua utriusque & promissio, & acceptatio: non secus ac in matrim. cuius dispositio, & quædam quasi inchoatio sunt sponsalia, non sufficit præsens consensus unius admissus & acceptatus ab alio, sed necessarius est reciprocus consensus alterius vicissim ab altero de praesenti admissus & acceptatus. Contrahi possunt sponsalia inter omnes, inter quos potest matrim. cum sponsalia sint in ordine ad matrim. Vnde impedimenta, quæ obstant matrimonio, obstant & sponsalibus: nisi quoad ætatem, quæ ad sponsalia sufficit septennium, cap. Litteras, cap. Accessit, cap. Ad dissoluendum, de respons. impub. ad matrim. autem ex parte foeminae requiritur duodennum, & anni 14. ex parte viri. Quædam autem impedimenta sunt, quæ matrim. solum impediunt, sponsalia vero dirimunt, vt sunt vota castitatis, Religionis, sacros ordines suscipiendi, non nubendi: hæc n. impediunt tantum matrim. vt seq. diss. at sponsalia dirimunt, quia reddit promissionem illicitam.

27.
Quod sine
sponsalib.

Dissoluuntur sponsalia mutuo contrahentium

consensu, si puberes sunt, voto Religionis ingredienda, matrimonio cum aliâ de praesenti contracto, cap. Sicut, & cap. inter, de sponsalib. etiam sponsalia fuerint iurata, non tamen contracto cum consanguineis sponsi, aut sponsæ, respectu quorum tale matrim. propter impedimentum publicæ honestatis, est irritum. Quod impedim. non excedit primum consanguinitatis gradum, ex Triden. sess. 24. cap. 3. Item dissoluuntur sponsalia per copulam cum consanguineis sponsi aut sponsæ: quippe ex eâ copula contrahitur affinitas, inter sponsum & sponsam, ex cap. 2. de eo, qui cognovit consang. quæ matrim. in eundu impedit & consequenter sponsalia dividit: cum nequeant esse sponsalia, inter quos matrim. esse non potest.

Portò certum est, contractum sponsalium absque iustâ causâ frangere, mortale peccatum esse, Frangere cum sit contra iustitiam in materiâ graui: est enim contractum violatio mutuz promissionis de re maximi momē. sponsal. esti, cuiusmodi est matrim. ab utrâque parte accept. p. m. ptatæ: quæ si sit iuramento firmata, eius violatio, præter iniuriam, addit etiam peritrium. Causæ autem, quæ promissorem iustè possunt à refiliendo excusare, assignabuntur inf. à, cum de sponsalib. ex professo disputabitur. Neque hoc impedim. est à Triden. sublatum, cit. cap. vbi illud supponit, & solum limitat, vt affinitas, quæ cum consanguineis sponsi aut sponsæ, ratione publicæ honestatis, ex validis tantum sponsalibus contrahitur, gradum 1. non excedat. Quo fit, vt sponsalibus aliquâ ex supra numeratis causis solutis celerit impedim. publicæ honestatis. Hic etiam locum habet privilegium Pii V. vt declarauit Gregorius XIII. attestante sacrâ Cardin. congreg. vt qui ante Triden. hoc impedim. publicæ honestatis ultra gradum 1. contraxisset, validè potuisset post decretum Triden. absque nouâ Apost. dispensatione, cum iis celebrare matrim.

V O T I I M P E D I E N T I S matrimonij nomine DD. 30. intelligunt hęc omnia, simplex votū castitatis extra De voto in religionem nuncupatum, votum religionem ingrediendi, sacros Ordines succipiendi, non nubendi: nam hæc omnia obstant matrimonio, vt potè quæ vountis corpus ligant, quò minus expedite possit quoad vsum matrim. coniugi tradi. Dixi extra Religionem nuncupatum, vt excluderem vota simplicia, quæ in Societate IESV, peracto biennio Nouitarū, emittuntur: nam hæc virtute nouæ constitutionis à Gregoros XIII. anno 1584. Ascendens Domini, non solum matrim. impediunt, sed etiam dirimunt contrahendum, quod non habet votum simplex castitatis extra Religionem emissum, quod tantum impedit, ita Alex. III. c. Consuluit, Cœlestini III. cap. Rursus, qui clerici vountes &c. Bonifac. VIII. c. un. de voto in 6. Quod autem simplex votum castitatis non dirimat, sed impedit tantum, non habet ex naturâ suâ; vt nec solemne, vt dirimat, cum potuisset Ecclesia etiam simplici dirimens impedit, annexere; Non dirim. sed proximè ex constitutione Ecclesie, et si fundata in naturâ voti simplicis in sæculo emissi, quod nec status mutationem affert, nec vountis traditionem de praesenti Deo factam, sed simplicem dunt, ex promissionem de futuro, in nullius Præsidis manibus factam. Quæ cause Ecclesiam prudenter mouerunt, ne illud vt dirimens impedit, statueret: praesertim cum tales voti transgressores non possent ab Ecclesiâ iuridice cogi, vt à matrimonio separarentur. Neque contra, ex eo quod votum solemne in Religione emissum includat perfectam vountis traditionem, habet, vt ex naturâ suâ matrim. dirimat: tum quia etiam vota simplicia in nostrâ Socie- 31. tate

28.
Quoniam
dissoluun-
tur?

tate emissa, includent ex parte votantis perfectam, traditionem de praesenti Deo factam, cum tamen ante Gogorij XIII. non dirimebant matrimonium, tum quia neque haec ipsa corporis traditio est incompositibilis, ut supra, cum vinculo maritali, ut dici possit

32. Nec si verius
usque coniugis sit vo-
sum castitia. illud ex naturâ sùa dirimere. 2. Etiam si uterq; con-
trahens sit castitatis aut religionis voto innodatus, Peccat mortaliter, qui s. ient cum altero Ca-
stitatis, aut alio ex praedictis votis ligato init ma- Petcas quid
trium, tum quia inducit alterum ad peccatum, quod fuit ligato
committit, contrahendo: cum proper continuum
ac morale periculum, eti alterum exponit, debitu-
tum contra votum petendi. Quae ratio probat eum
peccare, etiam si matrim. contrahat cum parato ad
contrahendum. Quod si utetque contrahat animo
votum in statu coniugali seruandi, nisi ad sic pericu-
lum votum eo statu violandi, nullum erit peccatum.
nec s. afficit, ut tantum voto innodatus contrahat a-
nimō illud seruandi: saltē propter morale pericu-
lum, cui se exponit contra votum debitum petendi.
Ex his insertus, cur non peccet contrahens cum ex-
communicato tolerato, ad contrahendum parato; pec-
cat autem contrahendo cum voto castitatis ligato
etiam ad contrahendum parato? quia cum excom-
municato non aliud peccatum committitur, quam
vel cum illo cooperando, vel inducendo ad actum,
quem proper excommunicationem exercere licet
non potest: utrumque autem vitat qui cum excom-
municato tolerato ad contrahendum parato init ma-
trium, cum nec cum illo ad peccatum cooperetur,
nec ad peccandum inducat, cum supponatur ex se
paratus ad actum sibi per censuram prohibitum. Ac
qui cum adstricto Castitatis voto etiam ad contra-
hendum parato init matrim. licet non peccet, indu-
cendo illum ad actum sibi voto prohibitum, peccat
tamen, contrahendo cum eo, qui impedimentum
matrimonio assert: nam cum matrim. sit contractus
duorum, idem impedit. quod afficit vnum, affi-
cit alterum.

33. Semper im-
pedis. 3. Sive votum Castitatis sit absolutum, sive con-
ditionatum sive spontaneum, sive pœnale semper
impedit matrim. nam si sit conditionatum, tenetur
votens conditionem exspectare, nec licet potest
ante contrahere. Neque ex eo quod quis votum

34. Peccas qui
contrahis. 4. Grauiter pec-
cat peccato sacrilegij contra virtutem religionis, qui
aliquo ex iis votis ligatus init matrim. cum quo &
Episcopi, & confessarii nostræ Socie. ex privilegio
dispensare possunt ex commissione Provincialis, si
sint viri docti, & iuxta formam Trident. approbati,
compen. privileg. verb. Dispensatio §. 9. ad monito poe-
nitente, ut si coniugi superiuuat, votum seruet, cum
nostrî confessarii in debito coniugali dispensando,
à voto non absoluant: proinde cum teneri, defundâ
vxore, illud seruare. An autem post contractum, &
nondum consummatum matrim. teneatur religio-
nem ingredi, ut in eâ votum, seruet, infra:

35. Voti castita-
tis commu-
natio consi-
deranda pe-
nes bonum
spiritus Chri-
stianus. Conueniunt 5. à peccato nos excusari, qui ma-
trium, init praetextu, quod vehementissimis carnis
stimulis frequenter exagitatus diffidat, se votum
castitatis seruatorum: quia cum votum sit res gra-
uissima, maximaq; incommodo ex eius violatio-
ne; & contrâ, maxima commoda ex ipius obser-
vantia nasci possint Christianæ Reip. non est tale
iudicium committendum priuatæ personæ voten-
tis, cum ipse in hac causâ sit reus, sed publicæ au-
thoritati Ecclesie, quæ sola potest, examinatis
causâ non modò, quæ ad priuatum votantis bo-
num, verum etiam quæ ad publicam Ecclesie vi-
tilitatem & edificationem spectant, iudicium ferre,
an expediatur, propter matrim. in eundum votum re-
laxare. Vide Alex. III. cap. 1. de voto & voti redemp-
tit, ab eius tantum arbitrio, qui præsidet, voti
commutationem pendere, ut personæ qualitate, &
causâ commutationis diligenter consideraret, in
id, quod Deo magis acceptum iudicauerit, com-
munit, aut dispense. Neque haec obstat commune
axioma, Quando materia voti aut redditur inepta
& ingrata Deo, aut minus bona; ut foret in pro-
posito casu votum castitatis cum frequenti lapsu
carnis, posse à votente ipso propriâ autoritate in
alium melius computari; quod in presenti casu ei-
set maritus, cum solum hoc possit periculum hoc
frequenter laus carnis tollere. Nam, ut recte
Sanch. disp. 11. n. 9. materia voti non est tantum
propter priuatum votantis, sed etiam & principia-
lius ob publicum Ecclesie bonum, quod præualet

priuato damno votantis. Hoc autem iudicium certi-
re non potest votens, cuius authoritas ad commu-
natum bonum totius Christianæ Reip. non se extendit,
sed Ecclesiæ, cui soli incumbit universale bonum.

6. Peccat mortaliter, qui s. ient cum altero Ca-
stitatis, aut alio ex praedictis votis ligato init ma-
trium, tum quia inducit alterum ad peccatum, quod fuit ligato
committit, contrahendo: cum proper continuum
ac morale periculum, eti alterum exponit, debitu-
tum contra votum petendi. Quae ratio probat eum
peccare, etiam si matrim. contrahat cum parato ad
contrahendum. Quod si utetque contrahat animo
votum in statu coniugali seruandi, nisi ad sic pericu-
lum votum eo statu violandi, nullum erit peccatum.
nec s. afficit, ut tantum voto innodatus contrahat a-
nimō illud seruandi: saltē propter morale pericu-
lum, cui se exponit contra votum debitum petendi.
Ex his insertus, cur non peccet contrahens cum ex-
communicato tolerato, ad contrahendum parato; pec-
cat autem contrahendo cum voto castitatis ligato
etiam ad contrahendum parato? quia cum excom-
municato non aliud peccatum committitur, quam
vel cum illo cooperando, vel inducendo ad actum,
quem proper excommunicationem exercere licet
non potest: utrumque autem vitat qui cum excom-
municato tolerato ad contrahendum parato init ma-
trium, cum nec cum illo ad peccatum cooperetur,
nec ad peccandum inducat, cum supponatur ex se
paratus ad actum sibi per censuram prohibitum. Ac
qui cum adstricto Castitatis voto etiam ad contra-
hendum parato init matrim. licet non peccet, indu-
cendo illum ad actum sibi voto prohibitum, peccat
tamen, contrahendo cum eo, qui impedimentum
matrimonio assert: nam cum matrim. sit contractus
duorum, idem impedit. quod afficit vnum, affi-
cit alterum.

Conueniunt 7. de subdito, vel adulterante coniuge
teneri, qui voto ligatus contraxit illud seruare.
nam statim ac obseruantia voti redditur votenti
possibilis, obligat illum ad obseruantiam: vt si vo-
tum fuit de non nubendo, mortuo coniuge, tenetur
non amplius nubere; si Religionem ingrediendi,
vel sacros Ordines suscipiendi, id etiam coniuge
adulterâ iniurâ, executioni mandare, cum in pœ-
nato violatæ fidei coniugalitatis, possit ab eâ etiam in-
uitâ horo perpetuo separari. Hoc autem temperant
aliqui apud Rebell. lib. 3. de impedi. matrim. q. 17. n. 8:
nisi innocens voto ligatus reconcilietur adulteræ,
non concubandi causâ, sed cum eo socialiter co-
habitandi. Idq; Doctiss. virorum iudicio decisum
fuisse testatur; vt nec teneri vxorem, quæ castitatis
voto ligata matrim. consummavit, viro perente ad
religionem transire, facultatem concedere, etiam si
ipsa ob prouerbam statem absq; periculo possit in
seculo manens castitatis votum seruare. Quod pro-
babile est: de quo tamen exactius infra.

Ap voto castitatis adstrictus, defuncta, vel adul-
terante coniuge, teneatur Religionem ingredi. si pu-
tet se aliter castitatis votum seruare non posse pars
negans colligi videtur ex extraag. Ioh. 22. Antique,
de voto, vbi Pontifex declarat, eti qui post matrim,
sacros ordines suscepit, & hoc nondum consum-
mavit, ad religionem inducendus sit, vt in eâ sole-
ne votum castitatis per sacros Ordines contractum
seruet: Ad id tamen non teneri, sed instanti spon-
sa, compellendū esse ad matrim. consummandum;
ergo pari modo voto castitatis adstrictus defuncta,
vel adulterante coniuge, non tenerur religionem
ingredi, etiam si putet, aliter se castitatis votum ser-
uare non posse: cum non teneatur tam durum me-
diū eligere. Sed opus est distinctione: hic simili-
citer

Ratio.

citer non tenetur religionem ingredi, etiamsi puter, difficulter se in s^eculo votum castitatis seruatur. Verum si sibi certe persuadeat, se non posse aliter votum seruare, teneri tunc vel hoc medium eligere, vel difficultate proposita, dispensationem petere, ut defuncta vxore, cum aliâ contrahat; vel viuente adulterâ, cum c^a sibi reconciliata, matrem consummet. Ratio; hunc adstringit conscientia seruandi votum; nec est in ipsius potestate, materiam voti, sibi moraliter impossibilem redditam, in aliam commutare. Quare tenebitur vel religionem eligere, vt vnicum medium ad votum seruandum; vel dispensationem petere. Neque casus ex ist. extrinsecus adductus est similis: nam in primo tantum deciditur, non teneri Religionem ingredi, qui post contractum, & nondum consummatum matrem. Sacros Ordines suscepit: qui longe diuersus est à nostro, in quo quis putat, se aliter votum seruare non posse, quâm per religionis ingressum.

Primum dub. An licitum sit, voto innodato inire matrem. animo non consummandi, sed religionem ingrediendi? 2. An aliquo casu teneatur quis voto impediente matrem. contrahere? Quo ad 1. plura sunt vota, ut supr^a, quz matrem. contrahendum impediunt, certum est 1. qui votum fecit non nubendi, illicium ei esse matrem. etiam animo expresso non consummandi; eo tamen contra^cto, posse consummare, nisi in ipso voto non nubendi incluserit votum castitatem seruandi. nam matrimonij contractio, est ipsissima voti de non nubendo violatio. votum vero non nubendi, si castitatis votum non includit, eo fracto, ad aliud non obligat, quam ad non tuncundum coniuge defuncto ad 2. nuptias; vnde poterit non solum requisitus debitu reddere, sed etiam exigere. 2. qui post sponsalia maximè iurata, votum castitatis, aut Religionis emisit, potest cum sponsa matrem. inire, animo post matrem. contractum Religionem ingrediendi: si nullum ex tali matrem. timetur periculū alicuius notabilis mali. An autem ad id teneatur, qui sponsalia iuravit, vt iuramento satisfaciat, disp. vte. sed. 3. Certum 3. non posse voto suscipiendi sacros ordines innodatum, matrem. contrahere, etiâ animo non consummandi. Ratio; cùm hic non possit ad statum clericalem transire, nisi vxore consentiente, cit. Extrinsecus. Antique, de voto, exponit se periculo non obtinendi ab vxore facultatem suum votum adimplendi; ac tantò probabilitius, quanto difficultius concessura est vxor licentiam ascendendi ad sacros Ordines, quam ad Religionem; eò quod sacer ordo matrem. contractum non dirimit, vt ibid. difficile quippe est vxori, cœlibem vitam perpetuam in s^eculo agere.

40:

De voto su-
suscipiendo
Ordines SS.

Certum 3. non posse voto suscipiendi sacros ordines innodatum, matrem. contrahere, etiâ animo non consummandi. Ratio; cùm hic non possit ad statum clericalem transire, nisi vxore consentiente, cit. Extrinsecus. Antique, de voto, exponit se periculo non obtinendi ab vxore facultatem suum votum adimplendi; ac tantò probabilitius, quanto difficultius concessura est vxor licentiam ascendendi ad sacros Ordines, quam ad Religionem; eò quod sacer ordo matrem. contractum non dirimit, vt ibid. difficile quippe est vxori, cœlibem vitam perpetuam in s^eculo agere.

41.

Conversio-
nia.
Affirmans.

Tota controv. est inter DD. an voto castitatis innodatus, nullâ exigente causâ, licet possit matrem. contrahere, animo non consummandi, sed religionem ingrediendi. Affirmant Scetus in 4. dist. 38. §. Dico ad qu. ver. Si ponatur Angel. Matrim. im- pedi. §. n. 1. pro quâ citat Calderi. Ponti. lib. 6. cap. 12. pro quâ citatur Nauar. sed alia est mens ipsius, ut max. fundam. Quiuis contrahens à iure priuilegii habet post contractum, & nondum consummatum matrem. etiam inscio & invito coniuge Religionem ingrediendi: nullam igitur illi iniuriam facit, si adhuc eo inscio, contrahit, animo statim post illud contractum ad Religionem conuolandi, quia uitetur iure lege sibi concessa.

42.

Negant pro-
babilius.

Negant Rjchar. in 4. dist. 38. 41. 7. q. 1. ad 3. Scetus q. 2. 41. 1. §. Contra 1. concl. quam ait esse S. Thos. cum toto Theolog. coetu, Sylvest. Matrim. 7. q. 5. Rebell. lib. 3. de matrim. q. 17. sect. 1. Nauarr. in sum. q. 16.

nu. 30. fine, qui cum Soto, & Sylvest. docet, hunc matrim. contrahendo, etiam animo non consummandi, grauiter peccare; quia decipit sponsam, nisi aliquâ gravi causâ, qualis esset notabilis mortis, vel infamie motus, ad contrahendum cogeretur. Quæ longe probabilius est: eamque probat Sotus: qui sic contrahit, violat iura Eccles. quæ huiusmodi matrimonia prohibent. Sed contraria: iura, ex iur. quæ Clerici, vel voentes, matrim. contrah. & 27. tota qu. 1. solum prohibent, ne qui se per votum castitatis, aut Religionis Deo dicarunt, matrim. contrahant animo consummandi. Vnde can. Nuptiar. bonum 27. q. 1. Tales non damnantur, quia coniugalem fidem posterius inierunt, sed quia continentie primam fidem irritam fecerunt. Non igitur canones prohibit, ne post votum nubant, sed ne nubendo votum frangant.

Ratio: magna irrogatur iniuria coniugi, ita matrim. cum c^a contrahendo, vt debeat post contractum matrim. in s^eculo deseriri: quippe quæ & difficultius alteri nubet, ut potè suspecta de carnali copula cum priori coniuge; & cum molestiâ exspectare debet utque ad coniugis solemnem Religionis professionem, ante quam matrim. ratum non dissoluitur. Adde & periculum, cui voto adstrictus matrim. contrahendo se exponit, vt si ad professionem non admittatur, compellatur ad coniugem redire cum periculo fractionis voti, si fit de castitate seruandâ; cum hoc per exclusionem à Religione non saluetur, esto saluetur ipsum Religionis votum, si non fuerit coniunctum cum animo seruandi castitatem. Confirm. Iniquè agit, qui nullâ virgente causa proximum periculo exponit alicuius notabilis damni: qui voto adstrictus matrim. contrahit, animo, coniuge reliquâ, ad Religionem conuolandi; nullâ virgente causâ, neque propriæ obligationis seruandi votum, cum illud seruare potuerit, matrim. non contrahendo; neque publici boni, ut supponitur, iniquè agit.

Dices. Ratio non militat in viro ab vxore relatio, quia vir nulli infamie periculo exponitur, quod difficultius ipsius secundum matrim. reddatur.

Resp. 1. militare, cum debeat coelebs in s^eculo expectare, donec coniuix religionem profiteatur. 2. militare alteram saltē rationem, quâ mulier se ipsam periculo exponit, vt si ad Religionem non admittatur, compellatur cum periculo violandi votum ad maritum redire, si votum fuit de castitate seruandâ. Ad fundam. oppositæ, resp. ex eo

quod contrahenti matrim. priuilegium concessum transire, non sequitur eum, non iniquè agere, qui cum potuerit absque ullo damno coniugis ad religionem transire, id tamen noluit, nullâ virgente causâ ductus. Quare cum hoc priuilegium iura concedunt, vel supponunt matrim. aliquâ virgente causâ esse initum; vel animum ad religionem post contractum matrim. contrahenti accessisse; vel adhuc posito contrahentis peccato, quod cum potuerit, noluit sine notabili danno coniugis, saum votum adimplere, nec per eiusmodi peccatum sit votum religionis extinctum, adhuc in fauorem religionis stat priuilegium, quo non solum possit, sed etiam teneatur tali privilegio vti, religionem ingrediendo. Sed an etiam qui votum tuncum castitatis emisit? Resp. negari v^e, nisi poterit, se aliter non posse votum castitatis seruare: licet nonnulli putent absolute teneri, Toletus in sum. lib. 7. cap. 1. 8.

An saltē possit voto ligatus alij parte consente, matrimonium sub tali conditione contrahere? Affirmans pars videri posset alicui probabilior: quia tunc cessat iniuria, quæ irrogatur

43.
Vt in ea fo-
lida humu-
rante ratio,

44.
Allata pro
conclusa,
tio.

45.
Ad fundam.
opposita.

46.
Moralis in-
quiritur.

tur coniugi. Verum censco hoc licet fieri non posse. Nam etiam si cesset prima ratio iniurie, haud tamen cessat secunda periculi, cuius se exponit, si ad Religionem non admittatur, redendi ad coniugem cum periculo frangendi votum castitatis. Faceor, si votum religiosis tantum sit, neutram ex aliatis contra hanc sententiam rationem; fore tamen tale matrimonium, actum merè otiosum, nisi aliquā coherestaretur causā.

47. Quoad 2. An si quis voto castitatis, aut religio. **Dubium 2.** nisi ad strictius, spe & pacto futuri coniugij, virginem defloravit, aut honestam aliquam viduam carnaliter cognovit, voto non obstante, teneatur matrimonium. cum è contrahere, & consummari? Negant aliqui apud Sanch. lib. 1. de matri. disp. 45. Inter quos citatur Natur. 1. quia nequit obligatio posterior praesudicare priori: igitur non potuit posterior promissio de matrimonio contrahendo praesudicare priori de voto seruando. Confir. maior est promissio per votum facta Deo, quam de matrimonio facta homini. 2. posterior promissio est inualida, tunc quis iniqua; tum quia de re per votum Deo ad strictiā. Hanc sententiam valde probabilem censer Sanch. Affirmat verò Vasqu. in opus. de restitu. cap. 3. §. 2. dub. 6. Less. lib. 2. cap. 10. dub. 4. Sanch. cit. Ponti. lib. 6. cap. 12. longè probabilitas: ex illo principio: Quando duo precepta concurrunt, quorum alterum tantum seruari potest, illud præ altero seruandum est, quod strictius obligat: at strictius obligat præceptum iustitiae ad damnum, v. g. pudicitiae proximo iniuste illatum resarcendum, quam votum ex virtute religionis. Confir. 3. Qui centum promisit Petro, aut Ecclesie donanda voulit, si postea aliquem damnificauit, & non habeat, unde verique satisfaciat, tenetur à se illatum damnum resarcire, etiam si prior obligatio fuerit antiquior: cum in his non tam habenda sit ratio antiquitatis, quam strictioris obligationis.

Affirmandum ex receptissimo principiis

48.
à pari

ex probabi-
litate com-
muni orique
sent

49.
à fortiori

Ratio voti

promittentis propriā; sed etiam ad honestatem eiūsdem, ut non fiat in praesudicio tertij. Vnde votum factum post illatum damnum non tenet, cum non sit de re gratiā Deo: tenet autem factum ante, sed accedente obligatione maiori, cessat quoad impletionem, et si non cesset quoad obligationem, quae per obitum, vel adulterium, aut expressam vel tacitam licentiam coniugis, reviuiscit.

Inferitur 1. contra emissum votum non solum ad matrimonio contrahendum obligari, qui re ipsa virginem, aut honestam feminam, sub promissione futuri coniugij defloravit, sed etiam qui per frequentem conuersationem, malam de illa suspicionem vulgo ingenerauit; cum & quae ex hoc pudicitiae periculum apud homines incurrat: ut fere omnes. 2. non sit esse, cum huiusmodi matrimonio contrahere, contractoque ad religionem transire: cum per hoc non satisfiat illato damno coniugis, quae est difficultas nubendi alteri secundum proprias conditiones statum. ut Gabriel, Vasquez cit. 3. qui castitatem voulit, matrimonio constante, teneri ad non petendum, sed solum ad reddendum debitum coniugale, etiam quando tacite existit. nam ad ea duntaxat tenetur, qui voto ligatus contraxit, ad quae vi matrimonij se obligauit: scilicet ad non negandum usum sui corporis coniugii, in qua vi contractus matrimonio. in ordine ad generationem transiit; non ad utendum ipse alterius coniugis corpore, sibi ad generationis actum, vi contractus tradito. 4. Si votum fuit de non nobendo, aut religionem ingrediendi, vel sacros Ordines succipiendi, posse non solum reddere, sed etiam petere: licet votum non cesset, & sublati impedimenta, sit seruandum. Ratio: voulens, vi voti solum tenetur ad ea, ad quae votum se extendit: at hanc vota per se non se extendunt ad castitatem seruandam: igitur qui ea emisit, non tenetur, matrimonio constante, à petitione debiti coniugalium, à quo solum prohibetur per votum castitatis, abstinere. 5. deflorans non tenetur cum deflorata contrahere, sed votum seruare, si aut nulla præcessit promissio, aut deflorata sciebat deflorantem esse voto ligatum. Nam in 1. casu proprio iure cedit, libens admittens deflorantem ad actum deflorationis. In 2. sibi imputet, quae dum probabilitate scire potuit, & debuit se fare decipiendam, dum id nihilominus permisit, censetur in sui deceptionem consensisse: vt etiam si deflorata sponte libenter defloranti concedat, vt emissum votum reserueret vel religionem ingrediendi, vel factos Ordines succipiendi, quo casu si de Religionis ingressu, aut in sacros Ordines ascensu votum fecit, seruare tenetur; fin de castitate colendā, non tenetur, religionem eligere ad illud seruandum. 6. Potest talis casu deflorans per seipsum, sine recursu ad superiore matrimonio. cum deflorata contrahere: tutius tamen fore, si dispensationem à superiore petat. Ratio: tali casu lex naturalis evidenter dictat, obligationem resarcendi damnum iniuste illatum præualere obligationi ad implendi votum: vbi autem lex naturalis causam decidit, non est opus pro causa decisione ad aliud tribunal recurrere: sicut nec quando duo precepta simul concurrunt, quorum unum strictius altero obligat, cum tunc quis securè possit, prætermis leuiori, adimplere grauius. Quin urgente causa, nequa suspicio patenti criminis suboriantur, tenetur nullā expectatā dispensatione, contrahere matrimonium. Nec est paratio de eo, qui ob virginissimos carnis stimulos propriā autoritate vellet votum castitatis in matrimonio come-

50.

Corollaria

sex,

51.

In hoc con-

nentia

viriusque

sunt au-

to-

commutare: quia cùm hoc periculum pendeat à liberà nostrà voluntate, quod diuinà gratiâ adiuti superare possumus, non evidenter nos cogit ad votum cum matrimonio commutandum.

52. Ad 1. oppositæ; esto obligatio voti sit anterior, ce lit tamen posteriori fortiori, quando simul cum priori seruari nequit. Ad confir. verum est antec. seruatis cæteris paribus. maior quippe est promissio pendendi centum Ecclesiæ in honorem Dei, quām homini. vnde si non habes soluendo utriusque, prævaleret promissio facta Deo. Verū nostro casu non seruantur cætera paria: siquidem per votum fit simplex duntaxat promissio Deo; per deflorationem cum pacto futuri coniugij, ultra promissionem nascitur nouum ius in defloratâ, vt damnum sibi illatum per matrem, sibi resarciantur.

53. Ad 2. nego antec. eiusque prob. Ad 1. quidquid sit, an ex iniquâ promissione, promissarius possit ius acquirere, attamen nemo negat, si ex cædam promissario iniustè causetur, ex iustitiâ esse resarcendum. Ad 2. quando res est obstricta alteri titulo simplicis duntaxat promissionis, vt res vota, adhuc manet sub dominio promittentis, qui validè potest, et si illicite, illâ in alterum transferre.

Dices: si ex damno iniustè illato deflorata acquirit ius, vt sibi matrimonio resarciatur: ergo etiam tale ius acquirit, nullâ sibi factâ promissione, cùm etiam damnum patiatur. Resp. neg. ex damno illato præcise defloratam ius acquirere, vt sibi ex iustitiâ pudicitiae decus resarciantur; sed ex damno sibi iniustè illato: promissione autem non intercedente, damnum pudicitiae sibi non iniustè infertur: quippe ipsam libens ac volens in illud consentit. Quid si ipsa non consentiat; sed vi oppressa deforetur? Resp. eo casu deflorantem teneri illam in coniugem accipere, non obstante voto, si aliâ viâ nequeat eius damnum resarcire.

Quid si consentiat, graui metu coacta? Resp. iuxta nostrata sent. quâ censemus, consensum gravi metu ex tortum sufficientem esse ad transferendum dominium rei propriæ in alterum, deflorantem non teneri ad eam ducendam, sed ad votum seruandum. Nam quamvis illi sit facta iniuria incussione iniusti metûs, eo tamen incusso, validè sui corporis usum in deflorantem transtulit: obligatio autem illam contra votum ducendi non oriatur ex iniuria, quæ ipsius libertati sit, cùm adhuc possit & debeat metu coacta non consentire, sed ex damno pudicitiae, quod ei iniustè infertur: iniustè autem non infertur, si ipsa consentiat etiam metu coacta, cùm adhuc in eius potestate sit, pudicitiae florem non consentiendo conferuare.

Quid si consentiente ipsâ, repugnant parentes, aut ij, sub quorum cura est? Resp. penderit ex illâ qu. An deflorans non modò iniustitiam committat in defloratam, sed etiam in parentes defloratæ. Qui putant, iniustitiam solum committi in defloratam, consequenter afferent, tali eventu deflorantem non teneri ad eam ducendam: secus, qui censem, iniustitiam etiam in parentes committi, & parentes nolint aliâ viâ sibi satisfieri, eo quod patient alia viâ non posse famæ & honori familiæ de tracto satisfici.

55. Ultimò, interroganti; An validum contrahat matrem, qui aliquo ex his votis adstrictus est, ne principale apud sancti. aut ansa detur transgrediendi votum, si validum fore dicatur; aut mendacium committatur, si negetur, quid respondendum est? Abundè satisfcit officio fidelis Doctoris, qui veritatem aperte declarat, matrem. quidem fore validum, transgres-

sionem tamen voti, quæ contrahendo committitur, maximum coram Deo esse sacrilegium. Neque præbet interroganti scandalum, sed instruit de veritate rei, quæ si interrogans abutitur, ipsius malitia tribuitur. Cæterum charitas, quam proximo debemus, monet, vt tali casu pius Doctor debeat, si interrogantem aduertat ad matrem. in voti præiudicium inclinare, efficacibus rationibus ex criminis gravitate petitis, quoad fieri potest illi persuadere, vt vel à tanto sacrilegio committendo desistat, vel vt saltenti voti dispensationem petat.

An vt minus malum licet matrem persuadere ei, qui voto castitatis innodatus, frequenter in carnis peccata labitur, non obstantibus multis variis, que remediis ad hoc attentatis, pendet ex uniuers. qu. An licitum sit ad maius malum vitandum minus suadere: cuius affirm. pars communior vt. 3. ss. nam in his circumstantiis non tam suadetur malum, quām fuga & declinatio maioris mali, ad quod patrandum proximus peruersâ suâ voluntate est determinatus.

56.
Dubium 4.

DISPUTATIO XII.

De Impedimento incestus.

Explícatis impedimentis à crimine independētibus, explicanda sunt, quæ à crimine ortum impedimenta. Et 1. de incestu. Non defuerunt, qui incestu inter impedimenta dirimentia comprehendunt: quorum sent. refert & sequitur *Glossa in can.* Si quis cum duabus 33. q. 2. Contra quos reclamat communis DD. cùm nullus in iure sit textus, qui hoc afferat. Nam licet incestus matrem, contrahendum dirimat inter eos, inter quos commissus est, & inter eorum consanguineos, saltem usque ad 2. gradum, cùm quibus per incestuosam copulam affinitas contrahitur: non tamen dirimit, sed solum impedit cum ceteris contrahendum. Est autem incestus, vt Magist. in 4. dist. 4. cap. ul. & *Gratia in can.* Lex illa 36. q. 1. consanguinearum, vel affinium abusus. Notat *Couar.* 4. decret. p. 2. cap. 6. §. 8. nu. 1. consanguineos & affines intelligi eos, inter quos iure prohibente matrem. esse nequit: nam in his tantum, inquit, incestus esse potest. Quod verum est de incestu quoad culpam considerato, vt *Caiet.* 2. 2. q. 154. ar. 9. §. 2. Ad 2. non quoad impedimentum, quod contra matrem, inducit: considerari n. potest 1. modo quoad malitiam, quam *S. Tho.* cit. delimit ex speciali deformitate, quam vt actus venereus importat inter personas sanguine, vel affinitate iunctas, quæ est violatio naturalis reverentiae, parentibus, eorumque sanguine & affinitate propinquis debitis: & hoc sensu eo usque se extendit incestus, quo usque se extendit attinentia personarum, inter quas sine naturali ac diuino, sive humano & positivo iure, matrem. esse nequit. 2. modo quoad impedimentum, quod contra matrem, inducit: quo pacto non se extendit ad omnes eas personas, inter quas iure prohibente, matrem, contrahi non potest: nam, vt *Triden.* sess. 24. c. 4. ex fornicatione affinitas contrahitur usque ad 4. gradum, cùm tamen impedimentum dirimens matrem, aut tantum impediens, non inducat nisi usque ad 2. Et ut infra ante Iacob. III. personas prohibebantur contrahere usque ad 7. gradum consanguinitatis, ut

vel affinitatis, cum tamen si ultra 2. gradum con-
traxissent, non incurribant impedim. incestus,
vt nulli nubere potuissent, aut debitum exigere.

^{3.} *Seuerissimis, legibus vesti- bus.* Fuit autem semper incestus gravissimus po-
nis vindicatus, cum in iure canon. 32. quest. 7.

& 35. quest. 7. & 8. vbi inter alias poenas ince-
stos impedita erat excommunicatio, qua à
communione fidélium segregati, damnaban-
tur cum gentilibus, & Catechumenis ad cibum
& potum sumendum: & si matrimonio iuncti
erant, arcebantur à coniugali debito petendo.
& vxore defuncta, nulli alij nubere poterant:
quodsi absque Eccles. dispensatione nuplissent,
debitum petere non poterant, cap. 1. & cap.

Transmissa, de eo, qui cognovit consanguineam.
Quæ quoad priuationem iuris debitum petendi
adhuc durat, propter affinitatem ex incestu
cum consanguinea vxoris contractam. Tum in

Erit cœlib. iure ciuili c. de incestis nupt. vbi l. Si quis, &
seq. qui incestas nuptias contrahebat, si persona
villis erat, verberata in exilium mittebatur, bo-
nis omnibus fisco adiudicatis, cuiusque filii sal-
legitimis existentibus; si honesta, infamis esse
eta, pari modo bonis omnibus spoliata in exi-
lium relegabatur. Et in utroque iure uterque
coniux, qui incestum committit, subiicitur po-
nere lege statutæ: in iure cano. can. Si quis vi-
duam 32. quest. 7. & cano. Si quis cum matre 34.
quest. 2. in iure ciuili l. Incestas nuptias, de ince-
stis nuptrijs: Femina quoque talia scienter peccan-
te simili poena subinganda: eadem quippe ratio-
militat in utroque, quæ est tum affinitas ex ini-
qua copula scienter & voluntariè contracta;
tum violatio naturalis reverentia debitas san-
guine & affinitate iunctis. Nec tantum qui in-
cestum committunt, sed cum quibus commit-
titur cap. 1. de eo, qui cognovit &c. & 32. quest. 7.

^{4.} *Erit in re-
modo coope-
racionis.* can. Si quis cum nouerca dormierit, neuter ad coniu-
gium potest pervenire: nam hi ad idem facinus co-
operantur, ex quo iniuria matrimonio irrogatur.
Nec solum qui in copulam incestuosam imme-
diatè cooperantur, sed etiam qui remotè, ince-
stus poenas & impedim. incurruunt cap. Discre-
tionem, de eo qui cognovit &c. vbi eadem poena
statuitur cuidam, qui suam vxorem tradidit pro-
prio consang. in eo cognoscendam.

<sup>requisi-
ficiens in
spacio.</sup> Ad hanc poenam contrahendam requirunt
tam ciuiles, quam Eccles. leges in delinquente
scientiam, non quidem poenæ, cum hæc volun-
taria esse non debeat; sed culpæ, ob quam po-
ena imponitur. Etsi non desunt, qui existiment,
quando poena est atrocior, necessariam quoque
esse poenæ notitiam, ut incurritur; aut quando
est medicinalis imponiturque monitione præ-
via, ut excommunicationis poena. Nec sat est
scientia delicti in genere, sed in specie. Vnde
qui accedit ad consanguineam vxoris, igno-
rans esse consanguineam, et si accedit cum scien-
tiâ delicti in genere, quia tamen non accedit
cum scientiâ delicti incestus, incestus poenam
non incurrit. Quia licet omnis actus ex obie-
cto malus sit dignus poenâ, ac proinde eten-
teratum contrahat, hanc tamen, vel illam de-
terminatam poenam non incurrit, nisi sit malus
etiam malitia, propter quam poena imponitur: si-
cū omnis actus virtutis ex se habet, ut sit lau-
de & præmio dignus, ut tamen mereatur hoc,
vel illud præmium determinatè, debet à præ-
miante determinari. Quænam ignorantia ex-
cuset ab huiusmodi poenis incurrendis? Sotus
in 4. dist. 37. quest. un. art. 2. §. debet autem; &

Tom. IX. De Matrimonio.

multi apud Sanchez lib. 9. disp. 32. num. 4. cum
glossâ in Clement. un. de consang. & affini. verb.
scienter, putant, solam inuincibilem excusare. *Sentent.*

nam ea tantum ignorantia ab hac poena incur-
renda excusat, quæ excusat à culpa, propter
quam poena hæc imposta est: hæc autem, est
sola inuincibilis. Confir. ut cap. discretionem,
& cap. penale. de eo qui cognovit &c. coniux, qui
non est culpæ particeps, nec est particeps factus,
ergo è contrario, qui est particeps culpæ, erit
& poenæ. *Couar.* 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 8. *2. Sentent.*
num. 19. *Nauarr.* in summ. cap. 27. num. 141.
Henriquéz lib. 13. de excommun. cap. 23. num. 3.
*Sanchez lib. 9. disp. 32. num. 36. & seqq. & pluri-
mi ignorantiam deliderant dolo & quivalentem.*

Probant: Quotiescumque in iure imponitur *Prob. ex hoc*
poena aliquid scienter facienti, intelligitur de principio.
scientiâ, quæ equiparatur dolo: l. *Igitur ff. de*
liber. causa, vbi *Ulpia.* iuris loquens de igno-
rantia à poena excusante, ita conclu. it: *Ergo-*
generaliter quoies quis iustis rationibus duellus, vel
non iustis, sine calliditate tamen putavit se libe-
rum, & in libertate moratus est: dicendum hunc
*in eâ causâ esse, ut sine malo dolo in libertate fle-*rit, atque idè possessionis commodo fruatur. Hæc**
lex, vbi glossa ad confirmandas alias adducit.
Confir. Si sola ignorantia inuincibilis excusat,
frustra imponitur particula scienter, cum ea ad- *Confirm.*
huc non positâ, inuincibilis ignorantia excusa-
ret: ergo aliquem effectum habere debet, quem
non haberet, si ea posita non esset: hic aliis esse
non potest, quam ut ignorantia minor, quam
inuincibilis, excusat, cum hæc semper excusat,
sive addatur, sive non addatur particula scienter.

2. Quando legislator poenam imponit legem *Prob. 3.*
scienter violandi, intendit obligare ad vitan-
dam malitiam expressam & formalem delicti,
quæ non contehitur quacunque ignorantia cul-
pabili, cum non quacunque culpabili ignoran-
tiâ malitia obiecti fiat manifesta operanti, quæ
manifestatio necessaria est, ut criminis malitia
expressa & formaliter contrahatur.

Hæc sent. quam *Nauarr.* sacro pœnitentia. *Ampliata*
rix prætorio sequendam suasit, probabilior *ex hoc princ.*
est, vel ex illo principio, quod leges pœnales,
quod fieri potest, restringendæ sunt. Ex qua
sequitur, etiamsi quis non ignoret, copulam
cum Vxoris consanguineam esse naturali ac diui-
no iure vetitam, modò ignoret, eam esse vetitam
lege Pontificiâ, vel consanguineam esse in
eo gradu vxori coniunctam, in quo lege Eccle-
siasticâ prohibitus est cum eâ incestus, poenam
incestus non incurrit: eo quod hæc poena non
est imposta contra eos, qui naturalem aut di-
uinam, sed qui Pontificiam legem, incestum
in certo gradu consanguinitatis prohibentem,
violant: sicut qui non ignoraret Petrum esse ho-
minem, ignoraret tamen esse clericum, illum
occidendo, non incurrit excommunicationis
impositam clericidio, sed tantum pœnam
homicidij. Ad fundam. oppositæ, culpa, Theo-
logica una, legalis altera. Illa fit contra Deum, *Ad fundam.*
culpa duplex

quam non nisi inuincibilis ignorantia excusat:
idq; ex præsumpta voluntate legislatoris, que ex
præscriptis verbis nobis innotescit. Vnde texius
in confirm. adducti, sunt de culpa legali à Pon-
tifice prohibita, non de Theologicâ contra Deum
commisâ. Ad eandem incestus pœnam contra-
hendam requirunt ista ut sit voluntariè com-
missus. Quare si consanguinea vxoris fuerit per
vitam à viro cognita, solus vir incestus pœnas
incurrit,

incurrit, Innocent. III. cap. Discretionem de eo qui cogn. Sed nec affinitas, que post contractum legitime matrimon. inter virum & uxorem inique contrahitur, ei debet officere, que huiusmodi iniquitas particeps non existit. Vnde nec priuatur iure petendi debitum, constante matrimon. nec alteri nubendi, viro defuncto: etiamsi per eam copulam affinitatem cum proprio viro contraxerit.

3. Dubium in aduers. Quid si graui metu coacta mulier in copulam incestuosam consentiat? Negant eo casu penam incestui secretam contracturam Richard. in 4. dist. 35. art. 2. qu. 4. Sylvest. verb. Luxuria qu. 4. dicto 3. Jacob. de Graffis lib. 2. decisi. cap. 79. fine. Ratio: licet eo casu peccet mulier peccato incestus, affinitatemque cum marito contrahat; attamen in odium criminis à viro commissu potest debitum petere, teneturque vir reddere: secus si leui tantum metu consentiat: quo casu potest vir ei ut adulteræ debitum negare.

Affirmatio. Affirmat, & probabilius cum alijs Sancb. lib. 9. disp. 31. Quia metus grauis non tollit voluntarium ad culpam requisitum; neque malitiam incestus, ob quam poena imposita est, occultat: ergo non est, cur sit à poenâ eximenda, qua à culpa prohibita non eximitur. Nec presumi potest, nolle Ecclesiam eo casu incestuosam ad poenam obligare: cum potius presumptio sit in oppositum, ut colligitur ex cap. Sacris, de his, que vi metusve causâ. vbi Innocent. III. definit contrahere excommunicationem, qui metu coactus communicat cum excommunicato: quia licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam pro rorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrire, excommunicationis labo credimus inquinari.

9. Ad fundam. nego, ea casu in detestationem criminis à viro commissi, posse vxorem debitum petere: cum hæc poena imposita sit incestum culpabiliter committenti. Quare huiusmodi incestuosa negandum erit debitum, & propter commissum adulterium diuersâ tamen ratione: nam propter incestum, non potest petere: propter adulterium, non tenetur ei vir reddere. Vir autem, qui illam à suo consanguineo cognosci cogit, incurrit poenam priuationis iuris petendi debitum, propter affinitatem inter se & vxorem inique contractam.

10. An quæ vi à consanguineo viri cognita fuit possit defuncto viro, nubere consanguineis viri, cum quibus per carnalem copulam, et si vi extortam, affinitatem contraxit? Ratio dub. si talis affinitas cum proprio viro contrafacta non inducit impedimentum petendi debitum, ut supra, et quod sit contracta sine propriâ cognitâ culpâ, Neque impedimentum inducit contrahendi cum consanguineis viri, cum quibus, per copulam quamvis extortam affinitatem contraxit: cum non minus unum, quam alterum statuatur in poenam affinitatis culpabiliter contractæ. Igitur si vis excusat ab uno, excusabit ab altero: & consequenter poterit vi cognita nubere consanguineis præcedentis viri, cum quibus ratione copulae affinitatem contraxit. Ut si cognita fuit à consanguineo viri intra quartum gradum, affinitatem contraxit cum consanguineis eiusdem intra quintum & reliquos gradus vique ad octavum, cum in eisdem gradibus contrahatur affinitas per illicitam, ac per licitam copulam. Idemque dubium fieri potest de ea, quæ fornicariè per vim absque sua culpa

cognita fuit, an possit contrahere cum consanguineis fornicarij io 1. & 2. gradu, ad quos tantum Trident. testringit affinitatem ex copula fornicaria consurgentem.

Forsitan aliquis, ob rationem adductam putaret, posse talēm fœminam cum ijs, cum qui. Oppositæ omnibus absque sua culpa affinitatem contraxit, matrimonio copulati, ut potuit, constante matrimonio, debitum petere à viro, cum quo absque sua culpa affinitatem contraxit. At op. possum omnino dicendum est; et si propositum dubium apud alios non legerim. Ducor, quoniam longè diuersa est ratio de debito petendo à viro, cum quo absque sua culpa affinitatem contraxit, & de matrimonio contrahendo cum eo, cum quo etiam absque sua culpa affinitatem contraxit. Nam in priori casu agitur de conservando iure, quod titulo legitimi connubij coniux acquisiuit in corpus sui coniugis, in nullius alterius nec priuati, nec publici iuris præiudicium: cum per talis debiti petitionem nulla fiat iniutia matrim. sc. petens ius habet petendi; & ipsum in petitione debiti contra contractam affinitatem excusat innocentia, quæ affinitati causam non dedit. In casu vero contrahendi matrim. cum eo, cum quo absque sua culpa affinitatem contraxit agitur de priuato iure nondum acquisito, sed acquirendo in maximum præiudicium iuris communis vetantis, cum in publicum bonum, cum in reuerentiam matrimonio debitam, ne certo affinitatis gradu personæ copulentur. Cum igitur in hoc nullum ius priuatae personæ saltem acquisitum, ledatur, si prohibetur cum affine contrahere, maximè autem ius commune ledatur, si cum affine contrahere permitteatur, esto affinitatem sine culpa contraxerit, ipsa non potest, ex illo principio; quia quando duo iura simul concurrunt, illud præualet, quod maius est, & strictius obligat.

Infertur 1. poenam incestus incurri, etiamsi committatur post contractum, & nondum consummatum matrim. cap. Discretionem, de eo quic cogno. vbi incestus poenam in currisse decernitur, qui post contractum & non dum consummatum matrim. suam uxorem tradidit proprio consanguineo cognoscendam. Ratio: etiam ante consummatum matrimonio contrahitur affinitas inter virum & uxorem per incestum cum consanguineo uxoris commissum.

2. Hæc poena non incurrit nisi copula consummata intra vas ad generationem destinatum, can. Extraord. 35. qu. 3. tum quia ex ea tantum copula hæc poena incurrit, ex qua affinitas, propter quam principaliter est imposta, contrahitur: atque ex sola copula consummata intra vas ad generationem destinatum affinitas contrahitur: nam ex ea tantum affinitas contrahitur, ex qua per seminum mixtionem duo una caro fiunt: cum quia quando alicui actui impunitus poena, intelligitur de actu consummato, nisi alter in lege exprimatur.

3. Poena priuationis iuris petendi debitum non solum durat constante matrim. sed etiam eo dissoluto per mortem naturalem, aut spiritualem alterius coniugis, si alteri velit nubere, ex cap. 1. cap. Transmissio, cap. Discretionem, & cap. penult. de eo qui cogn. in quibus dicitur eadem poena manete incestuorum post mortem coniugis, quam habebat viuente coniuge. Vbi autem hæc prohibito nubendi alteri post mortem coniugis legitimâ consuetudine abrogata est,

est, cum ea quoque abrogata censetur prohibicio petendi debitum ab ea, cum qua post mortem prioris coniugis contraxit: ita *compilatio nostrae priuileg. verb. Dispensatio* s. 8. qui monet, nostros confessarios, qui commissione Prouincialis dispensare in foro conscientia ad petendum debitum cum ijs poslunt, qui consanguineam sui coniugis post matrimonium carnaliter cognoverunt, admonito pœnitente, ut si coniugi sit superstes, iterum ne contrahat absque dispensatione impedimenti incestus, si eo loco voluerit contrahere, vbi illud non fuerit consuetudine legitime abrogatum. De qua abrog. infra. Dixi, ab ea, cum qua contraxit post mortem coniugis: nam viuente coniuge, non potest ab ea debitum petere, quia cum ea semper durat affinitas, quæ sicut contrahendum dirimit, ita contractum impedit matrimonium.

14.
Nulla cum
spirituali
aut legali.

Infertur 4. hanc pœnam non incurri ex copula cum cognata spirituali, aut legali: tam quia nullus est textus id probans: tam quia ex ea tantum copula hæc pœna incurritur, ex qua nata est propria affinitas oriri, inter virum & uxorem, quæ ex copula cum spirituali cognata oriri nata non est: quippe quæ propriè contrahitur inter carnaliter se cognoscentes, & eorum consanguineos.

5. Cur affinitas superueniens matrimonio iam contrafacto, etiam non consummato, esto uterque coniux incestum commiserit, matrim. non dirimat, sed eius tantum usum impediatur, toto. sit. de eo qui cogn. dirimat autem ineundum; si ea ante initum contrahatur: sc. indissolubilitas matrimonij est de iure dipino, & aliquo etiam modo naturali, ut 1. disp. affinitas solo iure humano matrim. dirimit: quando autem duo iura simul concutuntur, fortius ac strictius præualeat. Redd. Sotis. Vnde monet Sotis in 4. disp. 37. qu. vn. art. 2. s. Debet autem, cautè legendos esse canones *Qui dormierit & Concubisti* 32. qu. 7. vbi dicitur, *Qui cum sorore uxoris sue dormierit, neviram habeat: & si uxor sceleris conscientia non fuerit, & se continere non vult, nubat in Domino, cui velis:* sc. neutrari habeat, quo ad usum & actum coniugij: & alteri nubat defuncto viro, quod etiam utriusque can. glossa explicat.

15.
Aliud dispa-
ratis.

6. Cur non possit uxor propter incestum, possit autem propter adulterium à viro commissum, ius petendi debitum ei concedere, non obstante, quod propter utrumque delictum ius petendi debitum viramiserit, sc. quia prior est pœna in iure constituta ipso facto incurrenda, independenter à voluntate coniugis: posterior pœna imposta adultero dependenter à voluntate coniugis innocentis, quæ semper ius habet reconciliandi sibi coniugem adulterum, cum qua reconciliatione ius petendi debitum ei restituitur.

16.
Dubium de
incestu pri-
uouu.

DUBITATVR 1. An ut incestus hoc impedimentum debitum non perendi inducat, debeat esse publicus? Affirmat Panormit: *de præsumpt. cap. literis nu. 2.* vbi postquam dixit, quod hæc sit pœna ipso iure delicti, addit, qualitercumque de eo constet: requirit igitur, ut hoc impedimentum incurritur, ut de commisso delicto constet: expressè Angel. verb. *incestus* nu. 4. *Sylvest. verb. Luxuria* qu. 4. dicto 2. videtur approbare, dum non impugnat: alij cit. à Sanch. infra, qui tamen non loquuntur de pœna priuationis iuris petendi, sed matrimonij cum alia post mortem coniugis contrahendi.

Tom. IX. De Matrimonio.

Negat cum glossâ in can. *Qui dormierit* 32. qu. 7. *Alph. de Castro lib. 2. de pœnâ legis pœ- nalis cap. 5. §. Verum, Joan. Andre. Sanch. lib. 7. disp. 15. num. 13. Rebello. qu. 10. de impedim. Bonaci de non dirim. n. 10. Guttier apud Sanch. & aly.*

Dua sent.
extrema.

Tertia sent. esse potest media inter illas, quæ asserit, utramque sent. esse probabilem, licet posterior tutor sit. Utriusque fundamenta pendent ex eo, Au hæc pœna sub hac limitatione sit à iure decreta; siue quid ius Ecclesiasticum, de facto statuerit, vel expressè, qualificando delictum, sub hac vel illa forma committendum; vel tacite & virtualiter, ita tamen, ut ex fine legislatoris, & reliquis circumstantijs colligatur qualitas delicti, sub qua pœna taxetur. Cum igitur in iure expressè non habeatur, incestum vindicari, etiam qua occultus est, si ea sent. erit probabilius, iuxta maiorem, aut minorem probabilitatem, quod hoc sit sub lege comprehensum. Rationes, quæ ostendunt, incestum etiam occultum esse hæc pœna vindicandum, hæ sunt: 1. Cap. Transmissa, cap. Discretiōnē, & cap. Tua fraternitati, deco qui cognon. indistincte interdicunt debiti petitio ei, qui vel consanguineam propriæ uxoris cognovit, vel causa fuit, ut propria uxor à proprio consanguineo cognoscetur. Vbi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. 2. est canon, *Qui dormierit cum duab. soror. & una ex illis antea uxor fuerit, neviram ex ipsis habeat.* Vbi eodem modo dicitur incestuosus incurrire pœnam non habendi suam uxorem, (hoc est iuxta modum loquendi sacerdotū *Canonū illam carnaliter non cognoscendi*) atque in uxorem ducendi sororem propriæ uxoris, uxore defunctâ; at hanc ducere non potest, etiam si incestus fuerit occultus: 3. Hæc pœna in iure imponitur propter affinitatem, quæ inter virum & uxorem contrahitor ex incestu cum consanguineâ uxoris, ut constat ex cit. iuribus: hæc autem contrahitur etiam ex incestu occulto. 4. Incestus plerumque occulte committi solet: delicta autem à legislatore punici sententur, sicut solent plerumque committi: Si quidem leges feruntur de ijs, quæ solent, & modo, quo solent plerumque fieri. Confir. Si tantum publicus incestus in iure puniretur, vix hoc delictum sub hac lege comprehendenderetur, cum rariissime soleat publicè committi.

Rationes vero pro 1. sent. sunt. 1. Alex. III. 18. quoties de pœna incestuosis imponenda loqui- Rationes quæ tur, semper illam limitat ad incestum publicum ostendunt, & manifestum: in append. ad Concil. latera cap. occulum in- 1. 5. & 7. & part. 50. cap. 4. vbi varijs casibus ceſsum non propositis, quibus vel ante, vel post matrimonium. eſſe vindicandum has vir cognovit consanguineam suæ uxoris sem- pania. per distinguit, si incestus fuerit publicus & manifestus, virum esse sine spe coniugij ab uxore separandum (intellige quoad thorum) quando aliud impedimentum dirimens non miscetur, ut miscetur in eo, qui post cognitam fœminam, ipsius consobrinam ducit: quia tunc est etiam dirimens, propter affinitatem ex fornicacija copula cum consanguinea eius, quam uxorem duxit contractam: si occultus, non esse separandos, sed pœnitentiam imponendam. Quo casu Pontifex, propter scandalum quod ex separatione oriri posset, dispensat in gradu ab Ecclesia prohibito, tollendo impedimentum dirimens, quo sublatu, cessat etiam impediens de debito petendo.

Q 2

Nec

Nec obstat 1. quod cit. cap. 1. Pontifex dicat, si secretum & occultum fuerit, paenitentiam de commissione debet accipere, & uxoris sua debitum, si exegerit, soluere: ac si soli vxori, & non viro petendi ius concedat: nam hoc non idem de uxore tantum exprimit, quia viro negare intendit, sed ut de uno expresso, idem tacite intelligatur de altero. Et quod haec sit mens Pontificis, constat ex cit. cap. 5. Vbi ita concludit: *Quod si delictum eius occultum esse cognoscis, ipsum cum uxore morari permittas, & eidem de commissione condignam paenitentiam imponas.* Cum uxore autem morari, seu illam ut uxorem habere, idem significat, quod ea uti posse ad actum coniugij. Idem repetit cap. 4. part. 50. Si delictum occultum existit, condigna paenitentia imponatur, & ab uxore non separetur.

19. Nec obstat 2. quod cum cit. cap. 7. propositionem fuerit Pontifici, An qui uxoris consanguineam cognouit, teneatur uxori debitum soluere, & ab ea non posse exigere; solum de viro respondet, ut debitum soluat: nam ex eod. cap. deducitur, 3. Idem intelligi de uxore respectu viri, sic enim concludit: *Cum delictum probari non possit, nec ipse velit ullatenus continere, attentius est monendus, ut uxorem suam laboret inducere ad continentiam seruandam: ut si illa contineat voluerit, continentiam simul obseruent.* Cum igitur causa, cur non obstante incestu, permit, tancut simul commanere, sit utriusque communis, nempe difficultas continendi, de utroque intelligendum erit, ut debitum exigenti soluat, quando incestus est occultus. De uxore tantum, non de viro sit expressa mentio, quia vir propter incestum debebat paenitentiam agere: quam dum ageret, prohibebatur debitum petere, licet exigente uxore reddere teneretur, ut 1. cap. cit.

20. Manifesto colligitur mens Pon-
tificis.
Quod haec fuerit in citatis cap. Pontificis mens, colligitur ex Innocent. III. qui hoc sensu illum intellexit, ex cap. Discretionem, de eo qui cognov. ubi postquam dixisset affinitatem inter virum & uxorem, absque uxoris culpâ, iniquè contractam, innocentii coniugi nocere non debere, subdidit: *Quamquam à quodam predecesse-
sore nostro (sc. Alexandro, inquit glossa) dicatur in simili casu fuisse distinctum, utrum incestus, vel adulterium manifestum fuerit, an occultum: nempe ad affectum priuandi virum iure petendi: cum de uxore absque suâ culpâ à consanguineo viri, viro consentiente, per vim cognitâ, nulla potuerit esse dubitatio, quod ei officere non potuerit, siue incestus fuerit occultus, siue publicus.* Confir. 1. antiquitus pro incestu publica paenitentia imponebatur, quæ iuste imponi non potuerat, propter delictum occultum. Nec dici potest, paenitentiam quidem publicam de publico delicto, priuationem autem iuris ad perendum debitum, etiam pro occulto incestu impositam fuisse, cum iura eodem modo loquantur de una ac de alia. 2. Decreta paenalia, quoad fieri potest, in benigniore mitioremque partem interpretanda sunt.

21. Posset ad
hoc omnia
responderi
quadrupliciter.

Dices 1. Alex. III. non via declarationis, sed dispensationis in hoc impedimentum processit, sicut processit in altero dirimente, de non contrahendo in gradu prohibito. 2. Pontificis finis, cur propter incestum publicum separabantur coniuges, non autem propter occultum, fuit ad vitandum scandalum; hoc autem non militat in pena priuationis iuris debitum petendi; cum

haec sit secreta, & propter occultum incestus idonea. 3. In adductis cap. sola mentio fit de eo, qui uxoris consanguineam cognouit ante matrimonium, post quod publicè contractum, ad scandalum vitandum, Pontifex dispensabat, ut si delictum fuisse occultum, coniuges simul manere potuissent. 4. Alexand. III. hoc non statuit per modum legis uniuersam Ecclesiam obligantis, sed per modum præcepti, quod cum ipso præcipiente spirat. Idque constat ex eo, quod haec Pontificis decreta citata, non sunt per modum perpetui statuti in corp. iuris inserta, ut notat *Glossa in cit. cap. Discretionem.*

Respondet sent. 1. ad 1. non ex eo, quod Pontifex dispensauit in uno impedimento dirimente, de non contrahendo cum affine in gradu prohibito, dispensasse in alio de non petendo debito, sed solum declarasse, eo casu, quo incestus est occultus, huiusmodi impedimentum non incurri. Ad 2. finis Pontificis de non puniendo incestu, nisi esset manifestus, non tantum fuit ad vitandum scandalum, sed etiam incontinentiam, ex cit. cap. 7. p. 12. illis verbis: *Si nec ipse velit ullatenus continere.* Nec fuit ad vitandum scandalum, quod ex paenae impositione oriiri poterat, sed quod ex incestu publicè commissione natum fuisse, si tale delictum vindicatum non fuisse, & quia hoc scandalum non nisi ex publico incestu oriebatur, solum hic puniebatur. Ad 3. primò, esto de solo incestu ante matrimonium, commissio sermo sit, adhuc in eo militare potest eadem ratio, cur si occultus fuerit, contracto matrimonio, incestuosum non priuet iure petendi: ed quod noluit tam gravem paenam, cum qua ferre certum coniunctum est periculum transgrediendi legem, ob naturam fragilitatem, & nimiam ad venarem inclinationem. 2. Falsum est, Pontificem in cit. decretis non loqui etiam de incestu post matrimonium, commissio, concludit: *In hoc verò casu cum aliquis post contradicendum matrimonio, uxoris sua matrem, siue sororem cognoscit, id quod in priori servetur: sc. ut si fuerit occultus, vir & uxor simul maneat, condigna paenitentia in incestuoso imposita.*

Ad 4. neg. hoc statuisse per modum præcepti, vel ut legem à se primò conditam, sed potius declarasse illam multo tempore antea latam, & in Ecclesia obseruatam, ex can. de incestuosis 35. qu. 3. qui desumptus est ex Concilio Agath. sub Symmacho Papa, an 498. multò antea Alex. III. Ceterum, quod haec Alex. declaratio non fuerit in corp. iuris inserta, vel quod Innocent. III. visus sit, illam non amplecti, summum probat, de hac controversia diuersas fuisse sententias. horum Pontificis processus definitius, Neuter Pontifex processus definitius
vnius quidem censentis, ad hanc paenam incurrit, iuxta canones, sufficere incestum occultum; alterius, iuxta eosdem canones, putantur requiri manifestum: nam neque Innocentius reprobavit Alexandri sententia, sed illam in sua probabilitate relinquit; neque canon aliquis est expressè statuens, ad hanc paenam sufficere occultum incestum. Et idem, quia neuter Pontifex in hac controversia processus definitius, declarando unam tantum controversie partem, sed unusquisque iuxta propriam sententiam canones explicando, non sublatâ alterius sententiaz declaratione, utraque opinio manet probabilis. scilicet, cum haec non sit materia ad fidem pertinens, potuerunt Pontifices contrarias habere sententias, utramque probabilem. Dixi, sumum probat: quia verba Pontificis non sunt aduersatiua, sed tantum narratiua, quid predecessor fecerit,

federit, nō indicado, se in casa sibi proposito alter facere, cum neq; id propositi casus deciso exigeret. Nec vlla ibi mentio sit de publico, aut privato incestu, sed solum de incestu in communione.

Ad alias rationes pro ead. 2. sent. Respondeat hæc sent. ad i. citatos canonos non expressè dicere, occultum incestum esse hæc poenam vindicandum. Addit. cit. decretum, *Transmisse*, esse Cœlestini III. nec in eo mentio sit de incestu occulto, sed de incestu in genere. Neque eadem ratio est de non ducenda ea, cum qua quis affinitatem contraxit, ac debito non petendo: nam illud expressè prohibetur in iure. Ad 3. negat, hanc poenam in iure imponi ob contractam cum uxore affinitatem quomodounque, sed per publicum & manifestū incestum. Cum n. hæc sit poena ab Ecclesia imposta, potuit illam cum hæc limitatione imponere: quod i. sit imposta, constat ex rationibus, & Auth. Ad 4. esto incestus plerumque soleat occulte committi, at negat hæc sent. legem semper prohibere, quod plerumque & modo, quo plerumq; sit, sed iuxta legislatoris mentem, pensatis omnibus, quæ tuum ad communem bonum, tum ad priuatæ personæ pericula arcenda cōducunt. Cœterum non eo animo hæc 3. sent. in medium producta est, ut eam censeam præ alia in præxi sequendam; sed tantum quid pro ea dici speculatiū possit. Nam practicè omnino iudico, sent. 2. esse amplectendam. Fundam. ex Recet. qui hanc quæst. oculatiū examinatur, nullus illam docet, & in moralibus, ubi ratio in cœtrarium non cōuineit, authoritas DD. semper præferenda est. Argu. pro 1. sent. adducta ferè soluta sunt: nec responsum ita efficaciter, ut adhuc suam vim contra 1. sent. non obtineant.

Dubium 2. An hanc poenam incurrat, qui cognovit consanguineam spōsæ de futuro, propter impedim. publicæ honestatis? Ratio dub. siue ex copula cum consanguinea uxoris non solum oritur impedi. ex se aptū ad dirimēdum matr. cū propria uxore, si cū ea initū non fuisset, propter affinitatē cum ipsa cōtractam; sed etiā impediens quodcūq; aliud matr. cum quacūq; alia ineundū: ita ex copula cum consanguinea spōsæ de futuro, nō solum oritur impedim. dirimens matr. cōtrahendum cum sponsa; propter affinitatem cōtractæ, nec non cum ipsa consanguinea carnaliter cognitæ, in 1. gradu cū sponsa coniuncta, propter institiam publicæ honestatis, sed etiā impediens quodcūq; aliud matr. cū quacūq; alia ineundū.

Negat Angel. verb. *Incest. n. 5. Pöt. l. 6. c. 13. n. 11.* & alij apud Sanch. l. 7. de matr. disp. 15. n. 5. Probat; nullus est in iure textus id assertens: nec talis est propriæ incestus: poena autem ex ēdi non debet ad actum impropium, & qui nō sit sub prohibitione manifestè cōprehensus ex generali regula; poenas & odia esse restingēda. Affirmat probabilius Bonau. in 4. dist. 34. a. 3. q. 2. Richard. a. 4. q. 2. Palud. q. 1. a. 2. concil. 2. suppl. Gabri. q. un. a. 1. Syll. verb. *Luxuria q. 4. fine, Cœna 4. Decret. p. 2. c. 6. init.* n. 4. Palat. in 4. dist. 34. disp. 2. § Cœterum, Valen. to. 4. disp. 10. q. 5. pu. 4. § Sextū, Jacob. de Graffij. l. 2. dec. c. 79. n. 4. Rebell. q. 18. de imped. nō dirim. sub tit. De incestu, Sanch. l. 7. disp. 15. n. 5. & alij apud ipsū. Probat Sanch. ex c. 2. de eo qui cognouit. Vdidiicitur, Si matrem sponsa sua cognouit, & sponsa nunquam carnaliter adhæsit, imponenda est ei pœnitentia pa-

lī maior, quam pro adulterio: quā pœnitentia, vel parte ipsius, poteris ex dispensatione cum aliâ matrimon. contrahere. Cum igitur hæc sermo sit de sponsa per verba de futuro, alioquin non po-

tuisse ex sola dispensatione Episcopi, de qua ibi Pontifex loquitur, cum alia contrahere, cum non nisi Pontificis sit, dispensare cum eo, qui d. præsenti contraxit matrī. sequitur, hanc poenam incurri per copulam cum consanguineā sponsa de futuro, contra iustitiam publicæ honestatis. 2. probat ex glossa ibid. verb. *Ex dispensa.* Sed nequæ glossa hoc dicit; nec textus loquitur de sponsa de futuro, sed de præsenti, quod inde probat Pontius, quod Pontifex præcipiat, imponendam esse pœnitentem, maiorem, quam de adulterio: adulterium autem supponit matrī. At non aduertit Pontius ad adulterium commitendum sufficere, vt alterut̄ tantum sit conjugatus: sicut in proposito erat mater sponsæ, quæ, vt cit. cap. à proprio viro tradita fuit cognoscenda sponso.

Aliunde igitur prob. hæc sermo esse de sponsa de præsenti. sc. ex integra decretali Alex. III. ea decret. sic in append. ad concil. Latera. part. 12. cap. 4. Ve-

niens ad nos latero præsentium nobis fraternitatis sue litteras reportavit: ex quārum tenore perpendimus, quod cūm quandam uxorem daxisset, quidam diffusarunt ei per mensum, quo eam duxerat, carnaliter cognoscere. Contigit autem, sicut dixit, quod pater in se uxorem s̄nam, que mater erat sponsa in letto huīus iacere, quam diabolo suadente cognouit.

Transacto verò mense, tam pater, quam alij propinquæ coegerunt, ut matrī. cum sponsa sua consummaret. Quod facere noluit, donec tecum super hoc loqueretur. Tu verò auditæ eius confessione, ipsum cum litteris tuis ad sedem Apost. transmisisti. Tuā igitur inquisitioni taliter respondemus. Quod si oc-

cultum esset huīus delictum, non posset rescindere matr. quod publicè contraxisset. Verum si publicū est, quod matris sponsa carnaliter adhæsit, imponenda est

pœnitentia paulo maior, quam de adulterio: & exinde pœnitentia vel parte pœnitentia poterit ex dispensatione, cum aliâ matr. contrahere, & illa alij nubere. Cœterum si sponsam cognoverit, antequam matrem, vel post, nunquam poterit eam, vel aliam in uxorem accipere. Quæ verba omnia conspirant

in sponsam de præsenti: nam eam uxorem vocat, & viro dissualsum dicitur, non vt cum ea matr. non contraheret, sed ne eam carnaliter cognosceret, sc. quia matrī. supponebatur iam contraactum. Præterea mense transacto, eum coegerunt, non vt matrī. initret, sed vt consultaret. Et sane non ita potest sponsus cogi ad matr. contrahendum, sicut ad contractū consummandum: ad hoc n. iuridicē potest: ad illud, cūm adhuc matuoriū indigeat deliberatione, non potest. Deinde verba illa, *Si occultum esset huīus delictum, non posset rescindere matrī. publicè contractum*, quid aliud sonant, quam matrī. in facie Ecclesiæ celebratum: qui mos semper fuit in Ecclesia seruatus in matrimonij celebrandis, non in sponsalibus contrahendis, vt idem in ead. append. part. 5. tit. de sponsalib. cap. 8.

Nec te moueat, quod Pontifex permittat, matrī. iam contractum licet non dum consummatum, ex dispensatione dirimi: nā, vt supra, id potest Pontifex autoritate à Christo comunicata in bonū Ecclesiæ, & ad scandalū vitanda. Falsum est, quod Sanch. ait, eo cap. supponi hanc dispensat. dādam fuisse per Episcopum: & esto, haud tamen propriā, sed Pontificis autoritate.

Objectio est ex illis vlt. *Si sponsam cognoverit* post matrem, *nunquam poteris eam*, sc. sponsam, *Vna hic pereat obsecro*. *vel aliam in uxorem accipere*. Nam si sponsa fuit de præsenti, copula cum matre non potuit ma-

trim. cum propterea vxore dissoluere: quippe affinitas superueniens, matrim. non dirimunt, licet dirimat contrahendum. Resp. i. hanc obiect.

Ex mala in- oriri ex mala intelligentia verborum, *nunquam intellig.*

poterit eam in uxorem accipere: non n. significat, per talem copulam, matrim. fuisse dissolutum quo ad vinculum, sed solum impeditum quo ad usum & ius perendi coniugale debitum, ex causa canon. Qui dormierit. Et concubus: quibus dicitur, non posse in uxorem habere, qui uxoris sororem cognovit, nempe, ut cum Soto, & glossa explicui, quo ad usum & ius petendi. Confirm. eodem modo dicitur illam in uxorem habere non posse, siue ante, siue post consummatum cum sponsa matr. matrem cognoverit: eodem etiam modo dicitur, non posse habere illam & aliā quamcumque: & tamen si matrem cognovisset post cognitam sponsam de futuro, ut aduersarij contendunt, non potuisse talis incestus impedire, quin sponsa de futuro, subsequitur copulam facta esset sponsa de praesenti, ac propria sponsa uxori: nam ante Trident. copula superueniens sponsalibus ratum faciebat matrim. quia presumebatur facta animo maritali: pari modo aliud quodcumque matrim. non diripebat, sed tantum impediens, ne licet contraheretur, contractumque contrahendum priuabat iure petendi. 2. citata verba adhuc intelligi in proprio & rigoroso sensu de non accipiendâ sponsâ in uxorem: quia dissoluto matrim. per Pontificis author. inter ipsum & eius sponsam de praesenti, propter commissum incestum, desinebat esse eius uxori: ad quam iterum ducendum prohibebatur nouo Pontificis praecepto.

33. Hoc igitur tex tu excluso, hanc sent. efficaciam hinc ter probat, cap. Duo pueri, de despon. impub. sexum non quod est Clement. III. cuius species facti haec est: Duo pueri Gulielmus & Gulielma, alter sexennis, septennis altera, sponsalia contraxerunt.

Post tres verò annos pater Gulielma cuidam alteri eam copulauit: qui post cohabitationem annorum 7. dimisit illam, ed quod putasset, eam virum habere Gulielmum, cui fuerat primò despontata: Gulielmus verò ad annos discretionis perueniens matrim. contraxit cum Berta Gulielma consobrina sponsæ prioris. Post haec pater Gulielma videns eam à 2. viro dimissam, compulit Gulielmum, ut Gulielma consobrinâ dimissa, ad suam filiam anteà sibi despontatam redire. Interrogatus Pôrifex, quid in hoc negotio agendum esset, respôdit: inter Gulielmu & Gulielmam desetatu statis non potuisse matr. intercedere, proinde potuisse alteri alteri nupiâ, aeternum cum alia contrahere: non tamen cum prioris sponsæ consobrinâ, propter impedim. publicæ honestatis, quod est dirimens: nec ad ipsam redire, ut potè alteri legitime copulatam, non obstantibus sponsalibus cum eâ anteà contractis, cum matrim. de praesenti sponsalia dissoluat. Quare si Gulielmus, inquit Pontifex, Bertam prioris sponsæ consobrinam non cognovit, poterit tam ipse aliam ducere, quam Berta alteri nubere, quippe cum tale matrim. propter impedim. publicæ honestatis fuerit nullum. Si verò constet, Gulielmum cognovisse Bertam, neutri, altero viuente, concedatur licentia, cuicunque alteri nubendi. En impedimentum ortum ex copula cum consanguineâ sponsæ, quod tam matrim. cum sponsâ, ob contractam cum ea affinitatem; quam cum consanguinea sponsæ, ob iustiam publicæ honestatis, dirimit, & simul impedit, quod mindâ possit alteruter, altero delin-

quente viuente, ad alias nuptias transire, ut reticere cum alijs Conarr. quos sequitur cu. S. et. ut hoc impedim. solum duret ad vitam delinquentis complicis, quo defuncto poterit superesse alteri nubere. Idque factum videtur, ut nunc in pœn. hic incestus puniatur, quam contra uxoris consanguineam commissus, sicut minor est affinitas, propter quam imponitur.

3. An incestus cum proprijs consanguineis hoc impedim. inducat? Negat S. Tho. in 4. dist. 34. Dubium. 3.

q. nn. art. 5. qui sibi obijcens, quod grauius sit propriam, quam uxoris consanguineam cognoscere; respondet, hoc impedim. non tam esse inductum ratione culpæ, quam affinitatis, quam cum propria uxore contrahit: at solus incestus cum consanguinea uxoris, affinitatem cù uxore inducit: ita Richar. ead. dist. a. 4. q. 2. ad 1. Caiet. 2. sequis S. Tho.

2. q. 154. a. 9. S. ad 2. obiect. Sylvest. verb. matr. q. 6.

dict. 3. Palat. dist. 2. §. Porro. Conarr. 4. Decret. p. 2. c.

6. init. n. 4. qui in hoc recedit à canonistis, Henr. I.

12. de matr. n. 2. & 4. fusiū in comm. lit. S. vbi cit.

Palud. sed falsò: Tolet. lib. 5. c. 12. Jacob. de Graffys.

lib. 2. decisi. c. 29. n. 12. Lessi. lib. 4. de iure c. 3. du. 11.

num. 82. Fagn. 6. cap. 6. num. 32. Corne cit. Fundam.

S. Tho. hoc impedim. ponitur propter affinitatem, inter virum & uxorem ex incestu contrahendam: at haec non contrahit, nisi ex incestu cum affinitibus, non ex incestu cum proprijs consanguineis, quia affinitas contrahit cum consanguineis eius, cum quo, vel cum qua per copulam carnalem fit una caro, non cum proprijs consanguineis viri, cum sint facti affines uxori, propter coniugalem copulam inter ipsum & uxorem; neque affinitas cadet affinitatem. Major prob.

sola affinita, obstat matrimonio, ob reuerentiam affinitibus debitam. Affirmant Palud. in 4. dist.

34. q. 1. art. 2. concl. 2. Supple. quest. vn. art. 1. not. 2. Affirmant Angel. verb. Incestus n. 5. Sotus in 4. dist. 37. art. re diligenter.

1. §. Inter hec, & art. 2. ad init. Nauar. in sum. perspicac.

cap. 2. 2. n. 74. & 75. qui ait, pro ea state omnes canonistas: Sa verb. matr. de impedim. nondiscrim. n. 7. Valent. Rebell. Pontius cit. & plurimi apud.

Sanchez. Temperat hanc sent. Sotus, ut qui cum proprijs contang. rem habuit, solum impedia tur, mortuo coniuge à contrahendo cum aliâ matrim. non autem à petendo debito. Vtrumq; locis cit. & art. 2. fine. Alij de hac re dubitant, eiusque declarationem à sede Apost. desiderant.

Ego omnino veram, & canonibus Eccles. conformiore censeo 2. sent. Canonones expressi sunt:

Si quis viduam 32. q. 7. De incestu 35. q. 3. prior

sumpus est ex cap. 36. Primi, & cap. 29. Secundi

concilij Mogunt. sub Leo. III. & IV. posterior

ex cap. 61. concilij Agate. sub Symmaho Papâ.

In utroque canone exempla afferuntur deincestu cum nepte, consobrinâ & auunculi filiâ com

missio; eademque pœnâ yindicatur, ac incestus

cum consanguineis uxoris patratus: ut 1. ma

trimonio separantur; 2. ut nullo vñquam co

pulari possint coniugio. Nec satis facit Sanchez. qui

cum Castro hâc pœnam interpretatur, quoad mu

tuum tantum separationem, ut non possint ad

talem copulam iterandam conuenire. Tum quia

alter canonum præcipit, ne vñterius vñquam co

pulentur: alter, ne incestuosus vñlo unquam cōiu

gij nomine sint depurandi: tam quia eandem

dicis texti pœnam, & sub eodem prohibitionis tenore ful

lurisq; can. interpr. Sanc mani

feste contra

poenam, & sub eodem prohibitionis tenore ful

minat in eos, qui proprias, & qui uxoris consan

guineas polluerunt. Tum maximè, quod citatis

nouam aliquam pœnam intendunt statuere,

contra incestuosos, præter eam, quam sua natura

incurrunt,

incurrent, suppositâ prohibitione de non contrahendo intra certos gradus consang. & affin. qui vxoris consanguineas cognouerunt, nempe priuationis iuris petendi debitum, & nulli alteri post mortem vxoris posse copulari. At quæ pœna esset, post tam abominabile scelus, eos tantum ab inuicem separare, ut solùm non possint ad eandem scelastam copulam redire? aut cur grauiori pœna puniendi essent, qui cùm vxoris, quam qui cum proprijs consanguineis incestuosè se commiscuerunt? Hoc sensu citata Concilia intellexit Gregorius 12. lib. Epist. 31. Si aliquis ex di incestuosis propria consanguinitate coniugem habuit, vel alius subdit Greg.

^{37.} De huic m^ono 37. incestuosis propria consanguinitate coniugem habuit, vel alius quam illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere nulli liceat Christianorum, vel licebit: subdit: Incestuosos nullo coniugij nomine reputando à SS. Patribus dudum statutum esse legimus. En

præter separationem à matrimonio noua pœna, ut nulli sint coniugio deputandi.

Nec fauent aduersarijs, quæ citatis can. subiungunt: Sanè quibus consuntio illicita interdictatur, habebunt inueni melioris coniugij libertatem. Quasi velint licentiam, ut abstinentes ab illicita copula cum proprijs consang. meliora ac licita possint inire coniugia. Nam 1. qualis foret pœna, post tam grande & enorme scelus, eos liberos dimittere, ut possint cum quacumque alia contrahere? 2. Hoc dicitur de omnibus incestuosis, & qui propriam, & qui vxoris consanguineam, impio incestu commacularunt: atqui de his per aduersarios non intelligitur; ergo nec de illis. Sensus igitur est, qui *Glossa in can. de incestis*, fine, ut hoc intelligatur vel ante patratum incestum, vel post ex dispensatione, si iuuenes, vel incontinentes: nam propter alterutram ex his causis in iure permittitur, ut cum omnibus incestuosis dispensetur.

^{38.} Confirma- 38. tur claro iuri- 38. tis testimo- nio. Sed age, adhuc ostendamus, esse in iure utriusque incestus authoribus eandem pœnam statutam. Leg. can. finalis 35. quest. 8. sumptus ex 10. cap. Concilij III. Aurel. sub Vigilio Papa, vbi de omnibus incestuosis dicitur: Si alter eorum morte præuentus fuerit, alter quam diu vivit. grauiter paeniteat, & sine spe coniugij maneat.

An occurrit Sancb. id nō prohiberi ratione incestus cum propria consang. commissi, sed ratione pœnitentiaz, quam pro rora vita agere debet: nam inter impedimenta, quæ matrimonio impiedebant, vnum erat, ut dum pœnitentiam ageret, id contrahere non posset. Sed contraria hoc resp. aduersatur alteri, quo idem suprà dixerat, nō esse incestuosis cum proprijs consang. alia pœnam in iure impositam, quam ut matrimonio se parentur. 2. Cùm hæc pœna statuatur pro omnibus incestuosis, non est ratio, cur non de omnibus etiam intelligenda sit, tam ratione pœnitentiaz, quam ratione incestus. Alij arbitrantur, hoc esse decretum pœnale, quod non debet extra casus in lege expressos extendi. At hi, aut volunt, hunc casum de incestu cum proprijs consang. non esse in iure expressum; & in hoc produnt, se canonis non legisse: aut nos extendere illos ultra casus in iure expressos, ut non irrationabiliter extendere possemus; sc. ex suppositione, quod d Ecclesia punit incestum cum consang. proprijs intra 2. gradum, non est ratio, cur etiam non punit cum consanguineis intra teliquos ab Ecclesia prohibitos: sicut ex eo quod in iure sit tantum expressus incestus cum affinibus in 2. gradu, aduersarij, propter rationis similitudinem, extenuant etiam ad teliquos, de quo dub. seq. At in-

ter Canonistas & Theol. primaria controv. est de incestibus etiam in iure expressis, quos aduersati negant inducere impedim. ad matrimon. sicut inducunt incestus cum affinibus commissis.

Nec placet Sotii limitatio, cum citati can. eodem modo loquantur de pœna unius, ac alterius incestus; neque ullum discriminis signum afferatur. Est igitur hæc sent. iuxta canones certa: idq; confirmat stylus Curia, qui semper in dispensatione cum quibuscumque incestuosis hanc insectit clausulā, Ut superstes sine spe coniugii maneat. Non me latet hoc impedim. quo ad matrimonium post mortem coniugis cum alia contrahendum, esse in multis saltu locis legitimè consuetudine abrogatum, ut rūm multis probat cit. *Nauar.* de quo infra: negaritamen non potest, quin & vbi hoc impedim. seruatur, & quoad alterum saltu de priuatione iuris petendi debitum, vivente coniuge, stylus Curia hanc sent. valde confirmat: dum enim Pontifex, propter utrumq; incestum dispensationem concedit, utrumq; insinuat esse eidem pœnæ subiectum.

Ad fundam oppositæ, negatur, vniqa & præcisæ causa, cur incestum Ecclesia puniat, esse propter affinitatem inter virum & vxorem, ex copula cum consanguinea vxoris contractam; est etiam propter indecentiam contra honestatem & reverentiam sanguine & affinitate iunctis, naturali iure debitam, iuxta illud *Lexit.* 18. Turpidinem matris tuae, sororis, filie, aut nepri non discooperias: vbi non solùm prohibetur accessus ad affines, sed etiam ad consanguineos. Ad quas leges respexisse videntur Patres, & concilia, dum citatos can. contra incestuosos condiderunt, ex cit. anth. B. Gregorij, qui huius scripturæ verbis vtitur, *Quia talis costis,* inquit, abominabis est Deo. Nec minus obstat honestati & sanctitati matrimonij incestus cum consanguineâ, ac cum affine, tum propter violatam fidem vxori datum, quo ipso facto incestuosus amittit ius petendi debitum: tum propter iniuriam, quam propriæ coniugi interrogat, dum ipsius affinem cognoscit. Cæterum causam *Nauar.* reddit, cur frequentior de iuuestu cum affinibus, quam cum consanguineis in iure mentio fiat: quia magis cum affinibus, quam cum consanguineis de incestu dubitari poterat, ob actionem cum consanguineis, propter naturalem eiusdem sanguinis participationem, à qua natura magis abhorret, quam cum affinibus coniunctionem.

4. Usque ad quem affinitatis gradum hoc impedimentum iure antiquo extendebatur? Prima sent. afferit usque ad 4. quam *Sancho* lib. 9. disp. 27. num. 12. ait esse omnium quotquot de hac re scriplerunt. Fundam. hoc impedim. nascitur ex affinitate, quæ ex incestu cum consanguineis coniugum inter coniuges ipsos contrahitur, cap. *Discretionem*, & cap. *penult.* de eo qui Fundam. cognou. Hoc autem ex cap. *Non debet, de consanguinitate & affinitate,* se extendebat usque ad 4. gradum; ergo & impedim. ex ea consurgens.

Secunda affirmat, non extendi nisi usque ad 2. gradum; ita *Pontius* lib. 6. cap. 13. & rationum momentis priori præualet. 1. Ratio: dum iura sequenda per exempla hoc impedimentum nobis explicant, nullum afferunt, quod gradum 2. excedat. Cur igitur hæc lex sit prohibitoria ac pœnalis, non debet ad ulteriore extendi gradum, quam qui in lege exprimitur. 2. Id habetur in append. ad *Concil. Lateran.* sub *Alexandro III.* part. 6. sub

^{40.} Confirmat stylus Curia.

^{41.} Ad fundam. oppos. sent.

^{Causa ex} ipsi sexibus non conremonda,

^{42.} Dubium. 43.

^{1. Suntent.}

^{Ratio 1.}

Narratio
Pontif.

sub sit de sponsalib. & matrim. cap. 15. vbi Pontifex Vigoriensi Episc. scribit. Ad aures nostras perletum fuisse cognoscas, quod cum quidam parochianus eius uxorem duxisset, eam dimissa, uliam (sc. ei consanguineam) sibi copulare presumpsit, & eam carnali commixtione cognoscere, & secum tenere minimè dubitauit. Cumque prius mulier super hoc quarela mouisset, matrimonium eius denegauit, & secunda copulam professus est. Vnde cum primum coniugium aduersus eum per testes probatur fuisse, quoniam à secunda recedere noluit, ad

44.
Decisio.

audientiam nostram appellauit. Super quo utique prudentia tua respondemus, quod si prima mulier, & secundae vel primæ, vel secundæ linea contingunt, tu virum facias, viraque, omni contradictione & appellatione cessante, carere, & sine spe coniugij perpetuo manere. Si vero eas in tertio gradu solummodo, vel suprà, se attingere constituerit, tu ipsum compellias à secundæ recedere; & de commissso paenitentiâ sibi condignâ impositâ, eum priorem sicurum suam recipere, & maritali de cetero effectione tractare constringas. Vbi poenam separacionis à choro incestuosis iure taxatam imponit, si in 1. & 2. duntaxat gradu viroris consanguineâ cognoverit. Hanc sententiam etiam Pontif. fuisse confirmat Innocent. III. cap. Discretionem, de eo qui cognovit, qui post illa, Quamquam à quodam predecessore nostro dicatur, &c. Adiicit: Alijs affarentibus inter gradum proximum & remotum esse potius distinguendum. Etenim dum ait alijs in plurali, plures huius sententiae indicat.

45.
Ratio tertia
enulsiva
fundamenta
sentent. contr.

Tertia: Si idè hoc impedimentum antiquo iure ad quartum usque gradum se extendebat, quia statutum erat in poenam affinitatis ex incestu pullulantis, quæ maximam irrogat matrimonio iniuriam, ad 7. usque gradum, se extendere debuisset: cum ante Innocent. III. ante quem hæc poena incestuosis statuta fuerat, ut constat de Alexandro III. & Cælestino III. à quibus huius poenæ mentio fit, cum tamen hi multis annis præcesserint Innocentium III. à quo primum in Concil. Lateran. impedimentum consanguinitatis & affinitatis à septimo ad quartum gradum contractum fuit, cap. Non debet, de consanguinitate & affinitate, cum autem ad eundem gradum se extendat affinitas ex copula licita, ac illicita consurgens, ut Sanchez cum communis fatetur lib. 7. disp. 67. num. 3. & insinuat Glossa in cano. De incestis 35. quæst 3. verb. Concubitu: Affinitas contrahitur per coitum fornicarium, sicut

Adversari
hoc non au
dem conce
dero.

per legitimum: consequens est, ut si per aduersarios hoc impedimentum impositum fuit in poenam affinitatis, ex copula incestuosa consurgens, debuisset etiam ad gradum septimum extendi. Si dicant, illud esse consequenter contrarium ad quartum gradum ab Innocentio. III. cum antea se extensisset usque ad septimum nullum habent textum, ex quo illud proferant: & oppositum conuincit Alexander III.

Dicent cum Glossa in cap. 1. de consanguinitate & affinitate, verb. Quarto gradu, quod licet ante Innocentium III. prohibitum fuerit contrahere usque ad 7. gradum, dispensatio tamen tolerabatur in quinto, & ulteriori; ex textu Alexandri III. præcipientis, matrimonio esse separandos, qui in quarto gradu sunt coniuncti. Ve-

46.
Dispensatio
relebat
Eccl. qui
in 5. gradu
ignorantie
compraxis
sent,

rūm etsi hoc verum fuerit, quando ultra quartum ignoranter contrahebatur, secus quando scienter, ut cit. Glossa & can. De gradibus 35. q. 8. ex Gregorio: De gradibus verò cognationum, qui infra septimam generationem in matrimonio sunt

inuentis, si ne scientes fuerint, & iam multa currēcula annorum sint revoluta, si a vi filios habeant, in sexto qui inuentis sunt, aut foris in quinto, bususmodi non separantur, donec nos, &c. Qui verò (subiungit) de bis duobus gradibus, nempe quinto & sexto nonas contraxisse nuptias videntur, id est infra anni coronam, modis omnibus separantur. Vbi vides, duo requiri, ut 5. & 6. gradu coniuncti tolerantur: 1. ut ignoranter: 2. ut multis annis suscepit prole conuixerint. Ita intellig. cit. text. Alexandri III.

Quare dicendum, hoc impedimentum non esse ab Ecclesia impositum in poenam iniuriaæ affinitatis, Concludo ac ex quocunque gradu consurgentis, sed tantum ex primo & secundo, quia in his tantum gradibus notabiliter laedit matrimonii sanctitatem & honestatem, ad honestas, ad quam iniuriam vindicandam hac poena imposta est. Idipsum in sua sententia dicere debent aduersari. ante Innocent. III. hoc impedimentum non extendi ad 7. usque gradum, quia non ex quocunque gradu iniuriaæ affinitatis consurgens, notabiliter laedit matrimonii sanctitatem & honestatem: quod ergo ipsi dicunt de 4. gradu respectu septimi ante Innocent. III. fundatius dicimus etiam post Innocent. de secundo respectu quattuor, cum ante & post Innocentium idem semper fuerit impedimentum.

Iuxta hanc sententia cessat lis illa, an nouo iure Trident. hoc impedimentum contractum sit, ad 2. dun. taxat gradum; cum in nostra sententia illud nunquam cessat, excederit 2. gradum. Ex suppositione vero contraria sententia longè probabilitas afferunt, illud esse per Trident. contractum sensu. 24. cap. 4. vbi affinitatem ex fornicatione consurgentem, quæ est impedimentum dirimens matrimonio contrahendum, restringit ad 2. gradum. Nam si hoc restringit, ut A fortiori, est dirimens contrahendi, quod maius est; illud censetur restingeret, ut est impediens tantum, ne sc. defuncta virore, cum alia possit contrahere, vel è viuente, debitum petere; quod minus est. Ita S. D. N. Gregorius XIII. ex sententia Verba sacra congregationis dixit: per hoc decretum sublatum censetur Cardini impeditum quoque superuenientis affinitatis post contractum matrimonium: quia si impedimentum dirimens sublatum est, quod maius est: ergo & illud, quod solum impedire ne is, per quem contracta est affinitas, sine peccato posse exigere debet, quod minus est: propterea Concilium sustulit tertium & quartum. Hanc sententia cum multis propugnat Sanb. lib. 9. disp. 27. nu. 14. in quam inclinasse ait sacram poenitentiaria Romana prætorium. DICES, hanc Pontificis ac Cardin. auctoritatem contra nos pugnare, qui assertimus Nil definiti- per Concilium non fuisse hoc impedimentum. ad 2. gradum restrictum, cum nunquam illum excederit. At hic supponitur, ante Concilium se extendisse ultra 2. Resp. in hac declarat. Pontificis & congreg. nil certi definitiè supponi: sed ex suppositione duntaxat communioris sententia. quod illud ultra 2. gradum antea se extenderit, declarat, vi noui Trid. decreti fuisse ad 2. duntaxat restrictum. Nil definiti- ne suppon- nunt.

DISPUTATIO XIII.

De impedimento raptus, &c.

Quid sit raptus malitia, quæ dis-
criminatur à reliquis luxuriæ speciebus: 1. Raptus que-
conditiones iure requisitæ, ut subiaceat poenit-
tiale statutis, & matrimonio contrahendum impeditat.
1. Quæstio

1. quæstio pertinet ad materiam de peccatis, temperantia aduersis, de qua S. Tho. 2.2. q. 154. art. 7. concernitque forum conscientia, ad diconoscenda peccata specie diuersa in confessione explicanda. 2. est huius loci propria: definitur que Violenta honesta fæmina de loco ad locum, libidinis causâ traductio.

Definitur.

Valentia.

Dicitur *Violenta*: quia in hoc raptus differt à reliquis luxuriaz speciebus, quod præter carnalem copulam extra matrem, castitati aduersam, importat violentiam iustitiaz contrariam: siue hæc violentia fiat raptæ, siue parentibus, aut ijs, sub quorum custodia est raptæ. Vnde ad raptum sufficit. siue parentes resistant, consentiente raptæ; siue consentiant parentes, renitente raptæ. Ex his explicatur lex vn. c. de raptu Virgin. quæ ad raptum, ut pœnas lege decretas raptor incurrit, sufficere statuit, siue volentibus, siue nolentibus raptis, hoc facinus perpetetur; præsumit n. lex, vel parentes, aut eos, sub quorum potestate est raptæ, in rapinam non consentire: vel certè consensum fœminæ raptæ, per dolum & insidias fuisse à raptore extortum, ex illi, cit. legis: *Quia hoc ipsum velle mulierum ab insidijs nequissimi hominis, qui meditatnr rapinam, inducitur: nisi n. illam sollicitauerit, nisi doloris artibus circumuenierit, non facit ecm velle in tantum dedecus se prodere.* Neque huic iuri, quod parentes ratione custodiæ in filias habent, filia raptæ cedere potest, cum ipsa nullam in parentes potestatem habeat.

Honestæ
fæmina.

Dicitur, *honestæ fæmina*, cit. l. vn. c. de raptu Virgin. Raptore virginum honestarum, vel ingenuarum, siue iam despontata fuerint, siue non, vel quarumlibet viduarum fœminarum. Raptum igitur, quantum ad pœnas incurrendas, non committit, qui meretricem, vel quamcunque aliam projecti nominis fœminam traducit. Limitant tamen hoc DD. nisi meritrix sit coniugata ciuique vir leno non sit: vel quæ per aliquod tempus iuceperit honestam vitam ducere: nec sufficit, si statim, ad initium, quo nouam vitam incipit, rapiatur. Dicitur, *de loco ad locum traductio*. Vnde raptus non est, si mulier violenter in eodem loco cognoscatur: imò, ut cum multis Sanch. lib. 7. disp. 12. nn. 20. & ante ipsum Iul. Clarus lib. 5. sent. 5. *Raptus*, etiamsi de uno loco ad alium, non abducendi, sed commodiis abutendi causâ talis mulier adducatur, raptus non est. Indicat Gelasius Papa can. lex 36. q. 1. qui ad raptum requirit, ut puella videatur abducta: pro qua etiam citat leges Imperatorum.

De loco ad
locum tra-
ductio.

Libidinis
causa.

Dicitur, *libidinis causâ*: vnde ob quamcunque aliam raptor fœminam abducatur, raptum non committit: nam raptus ex Isid. lib. 5. Etym. cap. 2.8. cit. can. lex 36. q. 1. S. Tho. cit. à corrumpendo dicta est, quia qui raptu positur, stupro fruatur.

Quid si raptor, raptam carnaliter non cognoscit? Affirmant aliqui apud Iul. Clar. cit. adhuc committi raptum: Negant alijs: Distinguit ipse: Aut non cognovit, quia non potuit; & vera est prior sent. Aut quia delicti pœnitens noluit; & vera est 2. Quam distinet. cum alijs sequitur nn. 18. Sanch. ea tamen cum Conarr. & Deciano limitat, nisi raptæ fuerit monialis: quia tunc quamcumque ex causa copula sequuta non fuerit, committitur raptus.

3.
Limitatio
de raptu.

Quæ de raptu dicta, limitanda sunt iuxta cap. penult. de raptor. & cit. can. lex 36. qn. 1. vbi Luccius III. & Gelas. ad raptum requirunt, ut nullus de matrem. in eundo inter raptam & raptor-

rem tractatus præcesserit: nam tunc, etiam parentibus reclamantibus, ut III. definir, potest sponsus consentientem spontanè domo parentum abducere. Atque in hac parte ius canon. corrigit ciuile, quod i sdam pœnis subjicit, etiam qui propriam sponsam abducit, ut cit. lex vn. c. de raptu virgin. quibus connumeramus, inquit, etiam cum, qui saltem sposam suam per vim rape re ausus fuerit.

Legem ciuile quispiam interpretabitur, quando sponsus sponsam è domo parentum abducit Reconcilia. renitentem. At hæc reconciliatio reiicitur à Iu- tuo juris can. stin. in authen. de raptis mulier. collat. 9. Sed mi- cum ciuili rati sumus, quod conati sint aliqui dicere, raptam mulierem, siue volentem, siue nolentem, et si raptoris fit amplexa matrimonium, contra nostra consti- tutionis tenorem, debere tamen eam raptoris habere substantiam, vel quasi legis premium, vel ex testa- mento, forte si hoc etiam factum esse contigerit. Qui enim talia dicere presumpserunt, predicta legis se- riem intelligere non potuerunt. Superfluam igitur (concludit) eorum dubitationem vel imposteriorum refecantes, priorem legem per presentem interpre- tari censimus. Sancimus itaque &c. Tum quia in- ter raptorem & raptam matrem. esse non potest: ibidem. Ratio duplex tum quia ad validum matrimonium iuxta ciuiles leges requiritur parentum consensus. Cærerum no- tant DD. ut huiusmodi tractatus de futuris nup- tijs raptorem excusat, debere mutuo sponsi & sponsæ consensu esse conclusum. Quin aliqui censem, etiamsi nullus præcedat de nuptijs tra- ctatus, modò matrem. subsequatur, non debere raptorem ordinari pœnam multari.

Insertur 1. raptum non committere, qui fœ- minam sub nullius potestate constitutam libidi- nis causâ volentem abducit: quia nulli vis in- fert, quam raptus essentialiter petit, ut definit lex, *Quo naufragio, ff. de incendio; nam aliud esse rapi, aliud amoueri, palam est. Si quidem amoueri aliquid etiam sine vi potest: rapi autem sine vi non potest.* Dices, saltēm vis insertur legi id prohibenti: sicut sacrilegium committit, qui clericum etiam volentem percurrit. Resp. neg. assumpt. nam lex non prohibet raptum, nisi ut violenter com- missum: & mulier ius habet in usum sui corpo- ris, & in propriæ personæ abductione: at de per- cutiente clericū lex statuta est in statu clericis immunitatem, quæ violatur, etiam clericō in sui percussionem con sentiente.

2. Ad raptum sufficit, si aut sola fœmina, aut soli parentes abductioni resistant. An sufficiat, si fœmina consentiat, ignorantibus tantum parentibus? Negat Henr. lib. 12. de matrim. c. vlt. n. 5. quem sequitur Less. lib. 4. de iustit. c. 3. dub. 4. n. 66. Sanch. id negat sufficere ad incurrendam pœnam ordinariam, cum nulli vis propriis inferatur, quæ positivam postulat resistantiam, iuxta violentiaz definitionem, quæ sit renitente passio. Vtraque sententia probabilis est.

3. Si mulier volens abducatur, etiamsi postea inuita cognoscatur, raptum non committit: quia hic violentiam in abductione exposcit. Contrà verò, committi raptum, si violenter abducatur, etiamsi postea sponte consentiat: nam in his, quæ violentiam requirunt, initium potius specia- dum est, ut cum alijs affirmat Sanch. n. 7. quamvis ipse putet, talem non esse ordinari pœnam mul- tandem, eo quod actus consummatus non sit.

4. An pœnas raptus incurrit fœmina viru- piens? Affirmat Glossa in cit. leg. vn. de raptu virg. Quid ad verb. Sponsam, multi apud Iul. Clarum cit. 5. Sed hanc queri- pono

pone, affertque exemplum de quadam meritrice, quæ Florentiæ combusta fuit, in poenam quod adolescentulum libidinis causâ rapuerit: aitque ex sent. Papo id communiter in Gallia practicari. Eandem docet lib. 12. cap. 14. n. 4. Verum contraria probabilius est, quâm cum multis ibid. se quitur *Clarus*, & communem DD. appellat. Prob. nullum in iure exemplum affertur dc fœmina virum rapiente & cùm sit casus rarissimus, non censetur in lege comprehensus: demum, ut reætè *Clarus*, in fœmina rapiente virum cessant ferè omnia scandala, propter quæ principes moti sunt, ad raptore tam atroci poenâ mulctandos: cùm nullum aut viro, aut viri parentibus sequatur damnum, si à fœmina rapiatur libidinis causâ. Etsi putet, huiusmodi fœminam graui poena citra mortem iudicis arbitrio, attenuat personarum qualitate, esse puniendam. Idem censet Sanch. n. 25. fine, de fœmina rapiente fœminam, cùm etiam hic casus sit extraordinarius. Verum de hoc multi Sanchez fatente, oppositum sentiunt, & forte probabilius: nam cito hic etiam casus sit rarissimus, tamen quia ex eo eadem ferè scandala, quæ ex viro rapiente fœminam nascuntur, censetur in lege comprehensus.

7.
Pœna raptori-
bus iure
imposita.

Pœna raptori bus iure ciuili statutæ, sunt amissio capitis, & omnium bonorum, quæ per sententiam judicis statim applicanda sunt raptæ, si ingenua fuerit; si seruilis, aut libertinæ conditionis, reseruantur raptoris successoribus. Quod si raptæ raptori nupserit, raptoris bona deuolyuntur ad parentes raptæ, si huiusmodi matrimonio ipsi non consenserint, aliæ fisco adjudicantur, authen. de raptis mulier. Præterea impunè possunt, si in tapina, & fragrantici criminæ depræhensi fuerint, à parentibus consanguineis, tutoribus, curatoribus, patronis, aut dominis raptæ interfici. Quæ pœna, ut culpa casteat, intelligenda erit, vel quod tali casu principes eos constitutæ suos ministros, ut non priuata, sed publicâ principis autoritate raptorem interficiat: ad eum modum, quo solent principes priuatis personis potestatem facere proscriptos aut publicos latrones interficiendi. Vel certè si periculum sit, ne nisi raptoris interficiatur, raptæ nequeat recuperari. Nam si naturæ iure licitum est, ad proximi innocentis defensionem, iniustum inuasorem occidere, quanto magis ad filiaz, consanguineæ, vel pupillæ sibi in custodiæ traditæ, contra iniquum raptorem iustum defensionem id licitum erit? Eadem pœna extenduntur ad eos, qui huius criminis in ipso raptæ particeps sunt, quique raptorem in raptu comitantur. Reliquis verò, qui opem, auxilium, aut fauorem præstiterunt, citra sexus & dignitatis discretionem, sola capitæ pœna imponitur. Et si inter hos aliquis fuerit seruilis conditionis, siue viri, siue fœmina sit, iubetur cremari: quin & ipsius raptæ parentibus deportationis pœna imponitur, si vindictâ remiserint. Hæ sunt pœnae, l. vn. de rapt. virg. & authen. de rapt. mulier. raptoribus statutæ, spe eis sublatæ ad principes appellandi.

8.
Vna super-
et exami-
nanda dif-
fici.

Negant.

An istæ pœnae iure ciuili decreta, per matrimonium inter raptorem & raptam initum, per ius canon. cessent. Negant multi apud Iul. Claram lib. 5. §. Raptus, vers. Quero modo, aitque se in facti contingentia audiuisse, ita plerumque à multis iudicatum fuisse: & in specie narrat casum, quem refert ex de Afflictis, fuisse per Regem Hispaniarum decapitatum raptorem post matrimonium. cum raptæ contractum. Quam sent. quoad capitæ pœnam,

ipse indecisam relinquunt; quoad priuationem vero bonorum, quæ in pœnam initii matrimonii. cum raptore, à raptæ auferuntur, & ipsius parentibus, si in tale matrimonio non consenserint, vel fisco adjudicantur, omnino negat, eam legem per ius Canonicum esse correctam. Quod etiam docet *Glossa* in cap. cum secundum, verb. Ceteraque casu de hereticis in 6. vbi non obstante, quod per ius Canonicum validum inter raptorem & raptam ineatur matrimonium. adhuc ait, legem ciuilem locum habere in terris Ecclesiæ temporaliter non subiectis. Fundam. citata lex bona raptoris assignat raptæ sub conditione, si raptori non nupserit: nequit autem ius Canon. priuare luxuriam, quod lex sub conditione donat. Quin ipse Pontifex est. cap. videtur hanc legem approbare, vbi supponit raptam cum raptore contrahentem peccare, ac proinde pœnam lege statutam incurtere. Plures apud Sanchez nn. 27. solūm hanc controvrsiam examinant quoad admissionem bonorum, quæ amittit raptæ cum raptore contrahens. Affirmant vero quoad omnes pœnas aliqui apud Clarum, qui referunt, se in facti contingentia iudicasse per eiusmodi matrimonium tam raptam, quâm raptorem fuisse ab omnibus pœnis lege statutis liberos. Quoad admissionem verò bonorum, hanc sent. docent *Glossa can. de pœn. 36. q. 2. fine*, Abul. in 5. c. Matr. q. 205. col. vii. Henrig. l. 12. de matr. c. 14. n. 4. in comment. lit. N. Sanch. n. 28. & alij apud ipsum.

Verum, distinctione opus est. Nam pœna raptori impositæ, tam capitæ quâm admissionis bonorum, non sunt per ius Canon. sublatæ: cùm dum, hæ sint debitæ culpæ raptus antecedenter ad matrimonium. quæ culpa per matr. non corrigitur. Proinde poterit raptoris, etiam post initium matrimonii, cum raptæ, decapitari, vt fertur fecisse Rex Hispan. Neque Ecclesia admittendo matrimonium inter raptorem & raptam, tollit pœnas à principibus decretas raptoris, ad eos à tanto facinore deterrendos. Pœna verò, quam per ius ciuile ineutrebat raptæ raptori nubens, amittendo bona raptoris, quæ sibi beneficio legis adjudicabatur, si raptoris non nuberet, corrigitur per ius Canon. hoc ipso, quod inter raptam & raptorem admittit matrimonium. Ratio: auferendo à tali matrimonio pœnam culpæ, quâm ex prohibitione legis ciuilis contrahebat, aufert consequenter pœnam, quæ illi per transgressionem legis debebatur. Potuit autem Ecclesia in fauorem matrimonij, & bonum spirituale animarum, eximere hunc contratum matrimonii à prohibitione legis ciuilis, ac proinde à culpa, quâm ex lege humana prohibente contrahebat. Sublatâ autem culpâ, cessat pœna, cùm nō possit infligi pœna, vbi nulla est culpa.

Quare nego, hanc priuationem bonorum fuisse per legem impositam raptæ per modum conditionis, si raptori nupserit; sed per modum pœnae, vt ex ipsa authent. de raptis mulier. constat: in qua Justin. confutans sent. eorum, qui dicebant raptam etiam nubentem raptori beneficio legis, debere habere bona raptoris, nouâ declaracione confirmat, ea bona non deberi raptæ: Lex causa. Quia tale stare matr. est raptæ voluerit, prohibitus assignatur. & ob hoc parentes raptæ mulieris deportationis subiiciemus pœnae, si huiusmodi ovesenserint matrimonio. Encausa cur raptæ raptoris bonis priuanda erat, raptori nubens, quia sc. contra prohibitionem Imperatoris matr. cum raptore inierat pœnam dignum, cumque potuerit Ecclesia, in fauorem matrimonij, tale coniugium à prohibitione

tiones legis eximere, ab coquationem malitię, ex prohibitione legis prouenientis auferre, consequenter sustulit ab eo pœnam, quæ propter malitię à lege prohibete ei obueniebat. Non sustulit autem malitię à raptā: tum quia huic malitia nō pèdet à lege humana, sed naturali, in qua Ponitifex ius dispensandi nō habet: tum quia est illam auferre posset, propter grauissima tamen incomoda, quæ propter huiusmodi raptus Reip. obuenire solent, eam tollere non expediret. Nec est eadem ratio de pœna decreta raptæ ob matr. initum cum raptore, tum quia hoc malitię rātūm habet à lege positiva principis, tum quia ex eo non timentur inconvenientia, quæ ex raptu timentur. Tum maximè, quia supra matrem Ecclesia habet immediatam potestatem, quam non habet supra raptum: proinde potuit ab eo malitię auferendo, auferre simul & pœnam.

Hec de possuere cōsiliis rationib[us] statutis.

11.
Quid iure canonico.

Ad auth. Bonifacij VIII. qui est. cap. Cūm secundum leges, tale matrim. contra legem civilē initum, appellat legis transgressionem, id dixit, ex suppositione legis illud prohibentis. Ceterum ibi non definit, an hæc lex sit per ius Canonicum correcta.

Quoad pœnas verò iure cano. raptoribus decretas, pro laicis usque ad ipsa Apost. tempora fuit excommunicatio, cap. 66. Apost. Si quis virginem non desponsatam vi allata habet segregatur, sc. à fidelium communione, non tantum à raptâ; Et autem aliam accipere non ticeat, sed illam retinere, quam elegit, eisam pauper sit. Et in Concilio Chalced. acti. 15. cap. vlt. Eos qui sibi rapiunt uxores, vel eos qui ois auxilium praestiterint, statuit sancta synodus, si quidē clericifuerint, caderet de proprio gradu: si verò laicifuerint, anathema sine. Idem cap. Statutum 57. quæst. 2. Quam pœnam Gregor. II. in synodo Rom. extendit ad fautores, ut 36. quæst. 2. can. Si quis virginem ex vi duam, nisi desponsauerit, rapuerit, vel furatus fuerit in uxorem, cum sibi fauentibus anathema sit. Hæc autem pœna, ut rectè cum multis Sancb. cit. disp. 12. nu. 2. non erat latæ, sed ferendæ sent. quod expressius indicatur cit. can. Statutum, ubi loco anathema sit, dicitur anathemizentur in futuro, quod ferendam sent. importat. Nouissimè Trident. sef. 24. cap. 6. prater excommunicationem latæ sent. ipso iure incurram, quæ teste Sancb. disp. 13. nu. 1. non est Papæ reseruata, tres alias addit pœnas, ut sint perpetuū infames, omniumque dignitatum incapaces, quam extendit ad consilium, auxilium, & fauorem præbentes: & si clerici fuerint, de proprio gradu decident: & præterea, ut teneatur raptor mulierem raptam, siue eam vxorem duxerit, sive non, decenter arbitrio iudicis dorate. Quæ pœnas ut incurvantur, judicis postulant sent. quo fit ut clericus, antequam declaretur infamis, irregularitatem non incurrat. Quas pœnas putat Sancb. cit. non incurare parochum assistentem matrimonio raptoris cum raptâ, nondum libertati restituta: secùs si ante raptum illi suam assistentiam promitteret. Neque has pœnas evitare raptor, raptam in uxorem ducens, ut contra Henriquez lib. 12. cap. 14. nu. 4. censem Toleto. lib. 5. cap. 12. Less. lib. 4. de iust. cap. 3 dub. 9. nu. 69. ex verbis Concilij: Nibilominus raptor ipse ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem præbentes, sint ipso iure excommunicati, &c. Igitur non obstante inter raptam & raptorem-matrimonio, adhuc vult Concilium, ut raptor cum fautoribus decretas à se pœnas incurrat.

21.
Tres pœna
prater ex-
communicat.

Dub. AN RAPTVS DIRIMAT, VEL IMPEDIAS TANTVM MATRIMONIVM? Quoad ius civile certa est sent. raptum dirimere matrim. inter raptorem & raptam tantum, ex cit. legi un. c. de raptis virg. Imperator auferat parentibus raptæ potestate cōsentendi in matrim. in ipsius cum Quoad ius raptore: ergo irritat illud sc. dum auferat aliquid ad matrimonij valorē essentialiter requisitum, unde immerito Sancb. dixit, ex hac lege non claret cōstat, nullitatem matrimonij inter raptorem & raptam. Idem constat ex anh[er]em de raptis mulier. vbi Imperator: Tute stare matrim. si raptæ voluerit, prohibuitur; sc. suum habere valorem. Vnde Tridentinum cùm voluit sef. 24. cap. 6. nullitatem matrimonij inter raptam & raptorem, quamdiu raptæ in potestate raptoris manserit, exprimere, expressi per verbum, Non consistere.

Quoad ius verò Canon. iterum distinguo de antiquo ante Trident. triplex est sent. 1. affirmat inter raptorem & raptam fuisse impedimentum dirimens, & quidem ante Innocent. III. abso- lute, nullà desiderata condicione: post Innocent. verò III. quamdiu raptæ manebat in potestate raptoris, ut in Trident. sancitur: ita ut per Trident. non fuerit Innocentij decretum correxum. 2. Affirmat, fuisse dirimens ante Innocent. non post ipsum. 3. Neque ante, neque post Innocentium fuisse impedimentum dirimens.

Prima fundatur in can. De pueris. can. Si autem & can. Placuit 36. q. 2. vbi matr. inter raptam & raptorem seuerè interdictur. Hanc interdictionem Innocent. III. cit. c. finali de rapt. moderatus tantum est, ut nō nisi poltquam raptæ suæ fuerit potestati restitura. 2. Nititur cit. can. & c. finali, vbi Innocent. III. antiquo iure corretto, nonnisi liberum consensum perit inter raptorem & raptam. 3. Fundatur in eo, quod nulquam extat expressum ius, matrim. inter raptam & raptorem dirimens.

Daco 1. Nunquam raptus fuit protota Ecclesia impedimentū dirimens matrim. inter raptam & raptorem: ita Pont. lib. 7. cap. cap. vlt. dub. Pro solutione de impedimentis raptis: ad quarti inclinat Sancb. lib. 7. disp. 12. nu. 41. vbi assertit, à tempore Innocent. III. raptum fuisse impedimentum dirimens, ante ipsum verò semper inter eos fuisse interdictum matrim. nullibi autem reperiri textum affirmantem, illud fuisse irritum. Prob. ex cit. can. Apost. tantum abest, ut fuerit irritum, ut potius raptori non licuerit accipere aliam, quam raptam in uxorem. Idque affirmat Hieron. relatus canon. Tria 36. q. 2. qui docet, tria coniugia legitima in Scripturis reperiri: 1. Si aliquis virginem duxit uxorem: 2. Si raptæ nupserat raptori, patre consentiente. 3. Si pater raptam abstulevit à raptore, & alij eam dederit. Id ipsum confirmat cit. cap. vlt. de raptoris. vbi Pontifex, nullà mentione factâ de contrario iure, consultus responderet, raptam puellam legitimè contrahere posse cum raptore, si prior diffensio transeat in consensum. Manifestum signum, quod etiam ante ipsum hoc fuerit in vsl., alioqui contrarij iuris, quod per nouum corrigebat, meminisset, sicut meminit, antiqui iuris matrimonia ad 7. usque gradum consang. prohibentis, cùm ad 4. duntaxat contraxit. Prob. 2. nulla auctoritas excitatis casu nonib. emanauit ab aliquo Papâ, aut genetali Eueritetur Concilio, qui tantum possunt protota Ecclesia fun' am 1. huiusmodi impedimenta statuere; sed ab Episcopis. & Conciliis Provinc. quæ ad summum obligabant eos, qui erant illius Provinciez. Quia vero

22.
Dubium, an
an raptu di-
runtur: ma-
trium.

23.
Quoad ius
Canonicum
antig. tri-
plex sent.

24.
Pro solutione

25.
Eueritetur
fun' am 1.
ac 2. sent.

verè suprà docui, neq; Episcopos in sua diœcœsi posse impedimenta matrim dirimentia statueræ consequenter dico, neq; in his prouincijs hæc decreta habuisse vim obligandi, nisi ex tacita, vel expressa concessione Pontificis. neque ex eo, quod illa sint in corp. iuris inserta, censentur obligare omnes, nisi quæ sunt à Pontifice acceptata, vti est regula Concil. Tribur. relata 31. q. 1. can. si quis viuente, quæ prohibetur vir uxorem duce-re illam, cum qua adhuc suā uxore viuere, adulteratus est, si adulteri vel adulteria mortem fuerit machinata uxori adulteri. Hac enim lege vitiorum Cœlest. III. cap. 1. de conniv. infidel.

^{17.} Intelligentia maior de sa-
cris canon.

Cæterum multa in corp. iuris posita sunt ad doctrinam tantum & directionem: sciendum n. fuisse semper morem, vt notat author prefat. ad decret. Gratia. init. omnes canones & decretal., quæ in particularibus Ecclesijs, per prouinciales synodos constituebantur, assurgi in Roma-na Ecclesia, vt ex ea deinde possent cæteris Ecclesijs communicari, vnde multi fuerunt eorum collectores: antiquissimus Jffidor. culus collectio protenditur à Canonibus Apost. usque ad Con-cilium Hispal. 2. an. 619. sub Bonifac. V. sequuntur sunt Burchardus Vuorina Episc. sub Othono III. & Henrico II. Iuo Garnot. Episc. Crescon. Ansel. Densdedit Cardi. Gregori. presbyri, & alij. No-nuissimus si vnum excipias, iuxta citati autho- sent. Pannomiam, fuit Gratianus Monach. Be-denedict. qui anno 1151. tempore Eugenij III. non modò decretal. & canones, vti alij fecerunt, in vnum collegit; sed quæstionibus insuper propositis, quid in utramque partem ex cano-nibus, qui interdum pugnare videbantur, dici possit, ipse extulit, & ex propria sent. declaravit, eorumque contrarietatem, quæ speciem dissen-sionis habebant in discordiam redigit, quæ pro-pterè Cōcordia discordantium canonum appellatur. Totum igitur hoc opus à Gratiano confe-atum & elaboratum, à mendis quæ in tanta tem-porum diuturnitate, & collectorum varietate, irreperant, Pius IV. & Gregorius XIII. sub cuius Pontificatu absolutum est, perpætra-ri curarunt, & in lucem edi in utilitatem eorum, qui huic studio operam darent, vt Gregorius XIII. In prefa. testatur. Ex quibus omnibus ap-paret, non omnia, quæ in hoc Gratiani decreto per modum canonum digesta sunt, obligare; præsertim cùm non solum ex concilijs, sed etiam ex patribus afferantur multa. Ex his abunde sa-tisfactum est aliarum sent. fundamentis. Cæte-rum fallum est, quod 1. sent. akerit, etiam tem-pore Innocentij III. irritum fuisse matrim. inter raptam & raptorem, quamdiu rapta mansisset in potestate raptoris, cùm id Pontifex in suo de-creto non exprimat, sed solum, vt dissensus tran-seat in consensum.

¹⁸ Multa hic
posta doctrina
& direc-
tionis causa;

Dico 2. post Trident. solum matrim. inter ra-ptorem & raptam initum tempore, quo rapta commodo o- manet sub potestate raptoris, est irritum: ita sef- currus Trid. 24. cap. 6. Decernit, S. Synodus &c. si rapta à raptore separata, & in loco tuto ac libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat. Quippe potissimum intentum concilij fuit, hoc suo decreto matrimonij liber-tati fauere: quæ poterat lædi, 1. si rapta existens in potestate raptoris cum eo contraheret; hoc n. tempore maximè timeri potest; ne rapta non liberè in matrim. consentiret: 2. si volens non posset cum raptore, contrahere: hoc liberum rapta reliquum est, vbi in tuto collocatur.

Dices: ergo si rapta liberè consentiat, dum est sub potestate raptoris, validum est matrim. quia concilium irritans matrim. contractum tempore, quo rapta est sub potestate raptoris, fundatur in præsumptione consensus coacti: at lex in præsumptione fundata, non habet lo-cum, vbi veritas est in contrarium. Resp. neg.

^{20.} Fundato in
periculo non
liberè con-
sentendo.

Sequel. eiusque prob. nam hoc Trident. decre-tum, fundatur in periculo coacte consentendi, quod semper adeat, quamdiu rapta manet sub potestate raptoris. Sicut decretum irritans pro-fessionem in religione emissa ante 16. annum, etiam si libertimo consensu sit emissa, illam ta-men irritat & annullat: idque ex eo, quod tale decretum non fundatur in præsumptione, sed in periculo non liberè consentendi, quod ante eam semper adeat.

Cæterum hoc decretum quoad poenas à Tri- dent. iuri communii additas, non habet locum, vbi Trident. non est receptum: ibi n. seruan-dum est ius antiquum explicatum cap. finali. de raptori. vt valeat matrim. inter raptam & rapo-rem, etiam manentem sub potestate raptoris, si vere & liberè consentiat. Vti nec reliquæ po-ñæ incurruunt, sed sola excommuniicatione non latet, sed ferendæ sent. & si clerici sint, decidant à proprio gradu, vti erat iure antiquo consti-tutum. Quid si tractatus aliquis de matrim. præ-cesserit, ne poenæ quidem raptori statutæ incur-runtur, quia tunc non committit raptus, vt Laci- ciu III. cap. penult. de raptor.

Dubitatur 1. An hoc impedim. cum reliquis poenæ in decreto expressis incurvant, qui mulie- res rapiunt, non causâ cum eis matrim. ineundi, sed causa duntaxat libidinis explenda? Propo-nit hoc dub. lacra Cardin. congreg. de excom-municatione incurrendâ tantum: appareat tamen voluisse omnes poenæ comprehendere. Saltem quæ de novo sunt à concilio decretæ, Ref-pondens, decisum fuisse per sacram congreg. die 23. Janu. 1586. raptores ab aliis sansam, quæde- ut in uxores ducant, non comprehendendi à concilio, propriæ identitatem, vel majoritatem rationis: nec constitutio penalis extenditur tali casu. Hæc con-greg. quam pro contrariâ sent. citat. Sà ver. ma-

^{21.} Dubium 2.
circa decre-
tum Trident.

Verior de-
cisio

trum. num. 9. cum Navar. &c. Verum allata de-cisio verior est, cùm nullibi opposita impressa legatur: vel si forte emanauit, fuit per poste-riorem correcta. Et ratio conuincit, sc. non esse hoc decretum, cùm poenale sit, & correctiōnem iuris communis, quod matrim. permittebat in-ter raptorem & raptam, adhuc manentem sub potestate raptoris, ad alios extendendum. Ita cum alij Sanch. disp. cit. num. 4. plures apud Bar-bos. in collect: in Trident. sess. 24. cap. 6. num. 2. Fundam. intentum concilij fuit, hoc suo decreto conculere libertati matrimonij, ad quod nil con-ducit prohibitio rapti ob quemcunque alium finem, quædam ad matrim. cum raptâ contrahendum. Nec refert, quod in ist. cap. videatur de ra-ptore & rapta in communii sermonem institue-re: nam statim ad matrim. limitat. Nec refert 2. quod iure antiquo non solum puniebatur ra-ptus, matrimonij causâ, sed etiam libidinis er-go: nam Trident. quoad hoc antiquum ius cor-rigit, & solum illud limitat ad matrim. ineun-dum. Colligimus hoc tum ex gravissimis poenis, quas superaddit: tum quia hoc decretum ponitur sub titulo de reforma. matrim.

^{22.} Ex his infertur 1. hoc impedim. à raptore con-
trahi cum quacumquæ fœmina, etiam meretrice: quinque.
quia

quia cum reliquis pœnis est à Concilio imposi-
rum, ad conseruandam matrimonij libertatem,
quæ respectu cuiuscunque fœminæ habilis ad
matrim. locum habet. 2. Qui contrahit hoc im-
pedimentum dirimens matrim. contrahit & reliquas
pœnas in hoc decreto contentas: non contrà, qui
contrahit reliquias pœnas, contrahit impedimentum
dirimens. Nam auxiliantes, & fauentes; con-
trahunt reliquias pœnas, exceptâ pœnâ doratio-
nis; non tamen contrahunt impedimentum dirimens:
quia potest rapta adhuc manens sub potestate
raptoris, contrahere cum aliquo ex auxilianti-
bus, aut fauentibus. 3. Si quis fœminam rapiat;
non ut ipse, sed ut alius cum ea matrim. ineat,
non incurrit hoc impedimentum. quare posset cum
rapta, adhuc manente sub sua potestate, validè
contrahere: incurrit tamen reliquias pœnas au-
xiliantibus impositas. Sed quas pœnas incurrit
is, cuius causa fuit rapta mulier? Respondet &
benè nu. 8. Sanch. si ille fuit causa, ut talis raptus
ficeret, iucurrere cum impedimento reliquias etiam
pœnas raptori decretas: cùm re verâ ille per in-
terpositam personam fuerit raptor, non secus ac-
mandans incurrit pœnas homicidii impositas:
nec posse cum rapta contrahere, quamdiu ma-
net sub potestate raptoris, qui censetur facere
vnum cum ipso mandante. 4. Hoc impedimentum
cum reliquis pœnis incurti, siue sequatur copula,
siue non: quia non imponitut ad coercen-
dam libidinem, sed ad euendam matrimonij li-
bertatem, quæ semper læditur, siue sequutâ, si-
ue non sequutâ copulâ. 5. Quid si raptor ab ini-
tio mulierem abduxit causâ matrim. ineudi, po-
stea pœnitentiâ ductus nolit illam ducere: vel
contra ab initio ob aliam causam illam abduxit,
quam postea mutata voluntate velit illam in
uxorem ducere, an incurrit Trident. pœnas?
Ad 1. resp. affirmatiuè: nam ut supra, in raptu ini-
tium spectandum est. Quare si ab initio fœmina
rapta fuit, matrim. causa, iuxta Trident. decre-
tum, raptus fuit consummatus, cùm per eum ir-
rogata fuerit matrimonio iniuria, ob quam
Trident. pœnas raptori imposuit, etiamsi po-
stea voluntatem muter. Quoad 2. si postquam ob
aliam causam illam de loco ad locum abduxit
(est n. h. de loco ad locum abductio, ad rap-
ptum, & consequenter ad eius pœnae incurren-
das necessaria) non amplius illam ex loco in lo-
cum abducit, neque impedimentum, neque pœ-
nas à Trident. decretas incurrit: esset enim ac si
ipsa ad tales locum venisset: nam perinde est,
siue ipsa ad tales locum venerit, siue à raptore
ducta, dum non eo sine eo fuerit ducta quo à
Concilio prohibetur. Secūs, si vterius ex eo lo-
co in alium postea abducatur. Hinc habes, hoc
impedimentum. & reliquias pœnas non incurrit, qui
mulieri vim infert in eodem loco existenti, vt
secum ineat matrim. validumque fore, si fœmi-
na liberè consentiente ineatur.

24.
Duplex ca-
sus.

25.
Ad 2. di-
stinguendu-
m.

A fortiori

26.
Dubium 2.

Negandum.

2. An si mulier, inuitis parentibus, volens ab-
ducatur à viro matrimonij causâ, incurrit im-
pedimentum reliqui pœnis à Trident. decretis?
Affirmant Henrig. lib. 12. cap. 14. nu. 4. Sæ. verb.
matrim. nu. 9. Rebello. qu. 11. de impedim. vis &
raptus, nu. 7. Tolet. lib. 7. c. 17. & alij apud Bar-
bos. cit. nu. 3. & Sanchez nu. 13. Opponunt do-
cent ibid. Sanchez Koninck. disp. 31. nu. 48. Hur-
tad. 23. diffic. 3. apud Barbos. Quod probabilius
est. Ratio: hoc decreto solidum Trident. inten-
dit, immunem à coactore seruare raptam in or-
dine ad matrim. At visillata parentibus nil con-

Tom. IX. De Matrimonio.

ducit ad hanc libertatem in raptâ seruandam,
cùm patentum voluntas ad liberum matrim. ra-
ptum cum raptore, non sit necessaria. Sequitur, ^{A fortiori.}
consistere matrim. inter raptorem & raptam,
etiam manentem sub potestate raptoris, si vo-
lens abducatur, consentientibus, vel ignoran-
tibus parentibus, quod etiam dotent authores
primæ sententiaz.

3. An in hoc decretô comprehendatur, qui
dolo fœminam rapuit, ad contrahendum cum Dubium 3.
ea? Ratio dub. etiam dolus libertatem lædit in Ratio dub.
ordine ad matrim. quam hoc suo decreto scruta-
tam vult Trident. nam dolus inducendo erro-
rem in intellectum mulieris, tollit voluntarium
circa obiecta, quæ error occultat, quæ si mulie-
ri manifesta fuissent, non consenserent. Confirm.
1. vn. cap. de raptu virginis: non solum vis, sed
etiam dolus matrim. prohibet, inter raptorem
& raptam. Nisi n. eam sollicitauerit, nisi odiosis
aristis circumuenerit, non facit eam velle in tan-
tum dedecus se se prodere.

Dicendum tamen, hunc in Trident. decree-
to non comprehendendi. Ratio: hic non est pro-
priè raptor: ad raptum quippe requiritur vis: ^{37. Negandum.}
qui autem dolo fœminam decipit, nullam infert
vim, sicut, nec qui falsis promissis, aut importu-
nis precibus, nisi æquivalent vi, fœminam ab-
ducit, raptum committit. Confirm. qui dolo alie-
nam rem furat non committit rapinam, cò
quod hæc præter furtum vim requirit: ergo nec
qui fœminam dolo abducit.

Ad ration. dub. 1. non omnis dolus auferit vo-
luntarium ad libertatem matrim. requisitum.
2. Esto illud auferat, ut cùm occultat cum dolo
personam, vel personæ conditionem, aut ali-
quam circumstantiam ad matrimonij substan-
tiā, matrimonium non contrahit. Quia tam-
en vim non infert, pœnas raptori impositas non
incurrit. Vnde poterit talis fœmina adhuc ma-
nens sub potestate deceptoris, sublatu dolo
impediente voluntarium ad matrimonium re-
quisitum, cum deceptore contrahere. Ad con-
firm. citata lex intelligenda de dolo & circum-
uentione inferente vim. 2. Non tam attendit ad
vindicandum raptum, quæ raptus est formaliter,
quam ad consulendum publico bono, ut ead.
lex insinuat. Tridentinum autem pet se tantum
hoc decreto intendit, punire raptum; quæ raptus
est formaliter: nam sub hac tantum ratione
illud sub certis pœnis prohibet.

4. An his pœnis subiaceat fœmina rapiens vi-
rum matrim. ineundi causâ? Affirmat Henrig. Dubium 4.
lib. 12. cap. 14. nu. 4. & alij apud Barbos. cit. n. 5.
Negant Sanchez. disp. 13. nn. 76. Rebell. cit. Basili.
lib. 7. cap. 69. nu. 6. Hurtad. disp. 22. diffic. 3. &
alij apud Barbos. idque conformius est dictis:
quia cùm hic casus sit extraordinarius, non cen-
setur in lege comprehensus: præsertim cùm in-
sit. decreto sola mentio fiat de viro rapiente fœ-
minam. Neque ut sacra congreg. Cattin. in simili casu declatauit, debet hoc decretum, cùm
sit pœnale, ob idemtatem rationis ad alias per-
sonas extedi, quam quæ sunt in decreto expressæ.

5. An his pœnis subiaceat, qui nuptiam rapit
animo cum illa contrahendit? Negant aliqui ^{39.} Dubium 5.
apud Sanchez. cò quod hic nequeat de iure cum ea
li contrahere. Affirmant, & probabilius Sanchez.
disp. cit. nu. 14. quia sicut Concilium hoc suo de-
creto non attendit, an raptor contrahat, vel
non contrahat cum raptâ, ut pœnas à se decre-
tas incurrit, nam sive contrahat, sive non con-
trahat,

trahat, poenas à Concilio statutas incurrit, ut supra; ita nec attendit: siue raptor cum ea iure contrahere possit, siue non ut ex ead. Concilio deducitur, dum eisdem poenas imponit clericis, qui iure inhabiles sunt ad matrim. contrahendum. Solum igitur intendit punire raporem, qui de facto scaminam rapit animo cum ea matrim. ineundi, siue iure, siue facto tantum. Quare his poenis subiacent Religiosi ad matrim. inhabiles, & omnes siue naturali, siue positivo iure ad contrahendum impediti.

30. Dubium 6. 6. An has poenas simul cum impedimento incurrat, qui sponsam de futuro rapit, animo cum ea matrim. de praesenti concludendi? Affirmat Rebell. cit. idque turpis, ac verosimilius censet. Negant Henrig. lib. 12. cap. 14. nn. 4. pro qua multos citat in comment. sit. N. & O. Sà, verb. matrim. nn. 9. Sanch. cit. disp. nn. 16. Quod probabilius est: quia hic non est propriè raptor iuxta declarat. Lucy III. cap. penult. de raptor. Raptus tunc dicitur admitti, ubi nil ante de raprys agitur. Decretum autem Trident. cum sit personale, intelligendum est de proprio raptu lege explicato. 2. Quoad fieri potest, semper vitanda est iuris communis correctio: at Trident. expressè non corrigit ius commune; ergo censetur illud relinquare in antiquo suo robore. 3. Sponsus propter sponsalia cum sponsa contracta, habet in eam ius subducendi, etiam invitio & reclamantibus parentibus, quorum consensus ad matrimonij valorem non desideratur: haud tam in iurâ sponsâ, ut cit. cap. de raptorib. vbi Pontifex abduxit sponsa consensum requirit.

31. Dubium 7. 7. An vi huius decreti irritentur etiam sponsalia, inter raptorum & raptam, adhuc sub protestate raptoris existentem contracta? Ratio dub. Trident. solum loquitur de matrimonio: non igitur debet ad sponsalia, cum lex poenalis sit, & iuris correctoria, extendi. Confirm. nam propter eandem causam lex à Trident. contra matrimonij clandestinitatem lata, non extenditur ad sponsalia, quæ etiam clandestinè contracta valent. Verum his non obstantibus, dicendum cum Sanch. & alijs, vi huius decreti etiam sponsalia irritari. Quia eadem causa, quæ Trident. mouit ad matrim. irritandum inter raptorum & raptam, militat in sponsalibus: hæc autem est perfecta libertas, quam iura in utroque contractu requirunt. A fortiori hoc impedimentum incurrit, qui alterius sponsam rapit, animo eam sibi copulandi. Ad ration. dub. allatum principium est verum, quando eadem ratio non militat in utroque casu. Nec eadem ratio militat in matrimonio & sponsalibus in ordine ad clandestinitatem, cum non eadem absurdum propter quæ fuit clandestinum matrim. à Concilio irritatum, sequantur ex uno, ac ex alio. Etsi non desint, qui dicant etiam clandestina sponsalia esse à Trident. irrita, de quo suo loco.

De uxoricidio, & reliquis matrimonii impedientibus.

32. Dupliciter committi posse.

V XORICIDIVM committi potest, vel animo ad alias nuptias transiungi, quo pacto est impedimentum dirimens, de quo infra: vel ex ira, odio, aut vindictâ, quo modo est tantum impediens contrahendum, canon. malefactores, can. Admonere, can. Quicunque 33. qu. 2. Quicunque propriam uxorem absque lege, vel sine causa, & certa proba-

tione interficerit, aliisque duxerit uxorem, armis depositis, publicam agat poenitentiam: & si continuo fuerit, anathematizetur. Excipit ab hac pena iuxta B. Leonis regulam Canon. 1. cit. adolescentes. Quam reg. Palud. in 4. dist. 34. qu. 1. art. 2. post 3. conclus. interpretatur dispensante Episcopo. Hinc inferatur impedimentum hoc non contrahere, qui alterius uxorem occidit: ita S. Tho. in 4. dist. 37. qu. 2. art. 2. ad 3. Bonav. art. 2. qu. 3. Palud. dist. 34. q. 1. a. 2. Palat. in 4 dist. 34. disp. 2. §. Tertium. Ratio S. Tho. hic non peccat contra id, propter quod hoc impedimentum inductum est, quod est propriæ uxoris occisio: unde hæc pena iuxta canones imposita est uxoricidis: at qui alterius uxorem occidit, uxoricida non dicitur.

Dubitatur 1. An hoc impedimentum contrahat, qui uxorem in adulterio reprehensam peccat? 2. quod tunc non videatur eam sine causa necare, quo tantum euentu Canones poenam uxoricide imponunt. Negant Palud. cit. Sà, verb. matrim. de impedimentum non dirimus. nn. 6. Rebell. qu. 8. de impedimentum criminis nn. 15. Fundam. leges ciuiles tale uxoricidium permittunt: ergo licet hic peccet contra Deum, haud tamen contra legem; proinde legis poenam non incurrit, quæ sola imposta est ob legis transgressionem.

Affirmant probabilius S. Tho. in 4. dist. 37. q. 2. art. 1. Bonav. art. 2. qu. 1. in corp. & ad argum. Ricbard. art. 2. qu. 1. Durand. q. 2. nn. 8. Sotus quest. vn. art. 4. conclus. 2. Palatin. disp. vn. §. I am vero, Poe. Pontius lib. 6. cap. 14. nn. 2. & alijs. Fundam. Canones hoc delictum puniunt, quatenus contra matrim. committitur: at contra matrim. committitus etiam in uxorem in adulterio reprehensam. Ita Glossa in can. Inter hæc 33. qu. 2. ex ipso Can. qui est Nicolai, vbi negat licere viro secundum legem mundanam uxorem adulteram occidere. Ceterum conueniunt DD. si maritus uxorem adulteram iudicis autoritate occidat, hoc impedimentum non incurrit, quia tunc non priuatâ, sed publicâ autoritate, ac proinde sine culpa occidit: culpâ autem sublatâ, cessat poena. Ad fundam. oppositæ; licet hoc permittant leges ciuiles, haud tamen permittunt leges Ecclesiastice, quibus in poenis, vii & in causis matrimonialibus standum est.

2. An idem impedimentum incurrit uxori utrum occidens? Negant Sylvest. matrim. 7. qu. 6. Dubium 2. dicto. 2. Tolst. lib. 7. cap. 19. de impedimentum criminis, Sanch. lib. 9. disp. 16. nn. 6. & alijs apud ipsum. Fundam. nullus est in iure textus, qui id expressè prebet: & cum sit lex poenalis, non est, nisi ad casus iure expressos extendenda.

Affirmant probabilius Palud. in 4. dist. 37. qu. 2. art. 2. fine, supplem. Gabriel. cit. Sotus qu. 1. ar. 1. §. Simplex. Navarr. in summa cap. 22. nn. 74. citans Panormit. & Felin. Palat. in 4. dist. 34. disp. 2. §. Tertium referens S. Antonin. Henrig. lib. 12. cap. 2. nn. 1. Rebell. qu. 18. de uxoricidio. Corne. disp. 17. dub. 40. de uxoricidio. Sà, cit. utraque sent. relata, ueraram decidit. Ratio; ut optimè Palud. quem reliqui sequuntur, lex data pro uno correlativo, extenditur ad alterum, quando eadem militat pro utroque causa. Sed eadem potius quæ causa militat in viricidio. Quia hoc delictum punit Ecclesia, quatenus est contra conjugalem nexum: at non minus viricidium est contra conjugalem nexum: ergo.

En textum ex Canon. iure, cap. 1. de diuortijs: 35. Si qua mulier in mortem mariti sui cum alijs consenserit, Ex casu iniurata est, & ipse aliquem illorum se defendendo occidere expedit;

derit; potest ipse post mortem uxoris, si voluerit, atiam ducere: ipsa autem insidiatrix pœnitentia absque spe coniugij stet subiecta. En casus in iure expressus de uxore attentante, & à fortiori re ipsa necem viro inferente, ut omni spe matrimonii contrahendi defuncto viro priuetur. Nec dici potest, textum hunc intelligi de machinatione mortis, animo transiundi ad alias nuptias, quo pacto machinator incurrit impedimentum dirimentiens: tum quia textus solum loquitur de morte marito inferenda, non de matrimonio per eam cum alio contrahendo: tum quia, esto præsumatur mortem inferre voluisse ad hunc finem; hoc tamen non erat impedimentum ad dirimentiens.

Qum omne matrimonium sed tantum cum adultero, ut ipse Sanchez fatetur disp. 78. de quo nos infra: cùm tamen notatus textus mulieri mortem viro attentanti interdicat matrimonium cum quocunque; absque spe coniugij, non solum cum eo, cum quo marito mortem machinata fuit, sed cum quocunque alio.

Hinc infertur; de foemina rapiente virum, aut de parricidio vel matricidio, non militat eadem ratio: nam ex 1. non eadem sequitur infamia viro à foemina rapto, sicut foemina à viro raptæ. In reliquis verò non peccatur contra vinculum matrimonii præter cuius lesionem hoc impedimentum currit, esto patricidium, & matricidium sint grauiora delicta, quæ non hanc, sed alijs grauioribus poenis in iure vindicantur. Et si Pontius censeat, eandem pœnam impositam esse parricidis, matricidis, filicidis, & fraticidis: quam sententia quoad filicidas sequitur Sanchez. Verum contradicunt reliqui fecerunt D.D. qui in Canonibus accuratissimi fuerunt, & tamen hisquam horum delictorum ad esse etiam matrimonij impedienti meminerunt. Et dum sibi obieciunt, grauius crimen esse parricidium & matricidium, quam uxoricidium: ergo si uxoricidio, inquit, imposita est hæc pœna, à fortiori etiam parricidio & matricidio. Respondent; hæc pœna non est imposta pro quocunque homicidio, sed pro eo, quod violat vinculum matrimonii. 2. In toto iure non legitur hæc pœna decreta, nisi uxoricidis: nam et sic can. Latorem 33. quest. 1. Nicolaus Papa, pœnam imponat cuidam matricidæ, huius tamen impedimenti nullam mentionem facit: Neque idem in append. ad Epist. 18. ad Roman. Episc. in 3. to. Concil. p. 2. pag. 543. puniens quendam propter homicidium trium filiorum, talis impedimenti meminit, quin expressè monet, non esse à propria coniuge separandum. Neque id colligi potest ex Alexandro III. qui in append. Concil. Lateran. p. 50. c. 12. dum ad perpetuam pœnitentiam in aliquo monasterio agendum damnat mulierem, quæ proprium filium interfecit, subdit Episcopo, cui causam commiserat, si repugnante carnis fragilitate ad hoc induci noluerit, ei licentiam nubendi in Domino tribuat; quasi per hoc crimen nubendi impedimentum contraxerit, quod dispensatione agebat. Nam hæc licentia non conceditur, propter impedimentum nubendi, ob filicidium immediatè contractum, sed mediatè tantum & secundariò contractum cum pœnitentia perpetuâ in monasterio agendum, in quâ dum perse & primariò dispensatur, consequenter etiam & accessoriò dispensatur in impedimento nubendi, inclusa in pœnitentia. At controversia nostra non est de prohibitione nubendi mediata & consequente in pœnitentia inclusa, sed im-

mediata & antecedente, quam haecenys neque apud Canones, neque apud Doctores legi. Vnum extat in Concilio Moguntino sub Rabano Archi-episc. anno 847. tempore Leonis IV. celebrato, in quo cap. 20. de parricid. hæc lego: Non eis (videlicet parricidis) licebit ultra nuptijs & coniugij copulari: & addit, quia sacri Canones hoc eis non concedunt: sed intellige de sacris Canonibus mediata tantum prohibentibus: quia dum huic delicto perpetuam imponunt pœnitentiam, mediata tantum, & consequenter prohibent, ne matrimonio copulentur. Cùm Canonicò iure licitum non fuerit, pœnitentiam agenti nuptias celebrate.

Cum alter, vel uterque coniux proprium filium de sacro fonte suscipit, matrimonio insidiandi causâ, ut debitum coniugi neget. contrahit impedimentum incundi matrimonium cum alio, soluto primo; & simul iuste experendi debitum, viuente coniuge: valet tamen matrimonium defuncto coniuge, contractum: can. de eo: 30. qu. 1. Si coniuges legitimi unus, aut ambo ex industria fecerint, ut filium suum de fonte susciperent, si innupti permanere voluerint bonum est: Sin autem, gravis pœnitentia insidiatori iniungatur, & simul maneant: & si prævaricator coniugij superuixerit, acerrimâ pœnitentiâ multetur, & si ne spe coniugij maneat. Idem impedimentum contrahit, qui hoc animo proprium filium baptizat, aut in Confirmatione tenet: secus, si id fiat ex necessitate, ne filius sine Baptismo moriatur. Idem dicendum, si filius non sit utriusque, sed unius tantum coniugis.

Idem impedimentum contrahit, qui presbyterum occidit, cap. 2. de pœnitent. & remiss. Qui presbyterum occidit, 12. annorum pœnitentiâ, eis secundum Canones imponatur. Conviuetus usque ad ultimum tempus vita sue, militia cingulo careat, & absque spe coniugij maneat. Notat autem cum alijs Sanchez disp. 9. nu. 9. non incurri hoc impedimentum, nisi Presbytericida fuerit in foro contentioso de crimine coniuctus: idque colligit ex verbo coniuctus, quod de sacra, vel secreta confessione, in qua idem est accusator & testis, non verificatur.

Quamdiu quis publicâ agebat pœnitentiam, non poterat debitum coniugale petere; nec de solennitate coniuge, pœnitentia nondum pœnitentia, ad nouum transire matrimonium: quæ pœna cedebat in utrumque coniugem: ita can. De his, & can. finali, 33. qu. 2. Quæ publica & solemnis pœnitentia cum cessauerit, cum ea quoque hoc impedimentum cessauit.

Hoc impedimentum statuitur, can. Hi ergo 27. qu. 1. Qui sanctimonialibus scientes matrimonio ad iniuriam Christi populati sunt, iuxta sensum zeli monialium Christi, separantur, & nunquam eis concedatur accipit, coniugali vinculo religari, sed in pœnitentia lamentis se vehementer, dum vinunt, afficiant. Inquires, matrimonium cum moniali solemniter professa est nullum: ubi autem est dirimens impedimentum, frustrâ additur impediens. At nego esse frustaneum: quia potuisset quis cum moniali inualide contrahere, & nullum cum alia quacunque impedimentum incurtere: incurrit autem impedimentum dirimens respectu monialis, respectu cuius matrimonium est irritum; & impediens respectu cuiuscunq; alterius, cum quatenus si contrahit, matrimonium tenet; intelligitur de moniali professâ, non nouitiâ, aut in invalidâ professâ. Sunt & alii pœnitentia huic delicto Duplex impedimentum.

¶
Peccatum
contra vin-
culum ma-
trim. enten-
ditur.

Respondent
monachini
confessores
Doctores.

Nihil
colligitur.

41. *Aba pene in iure can.* impositæ : in iure Canonico excommunicatio ipso facto incurrienda, ex *Clement. vn. de consang.* & affinit. ad quam incurrendam Pontifex requirit, scientiam, quæ qualis esse debeat, *sopræ dictum est*, & animum cum ea matrimonium contrahendi, vt colligitur ex verbis, quibus Pontifex vtitur, *Scienter & matrimonialiter*. Incurritur autem hæc excommunicatio etiam copulâ non securâ, vt notat *Glossa verb. Contrahere*: nam hic punitur ipse contractus, ex verb. matrimonialiter contrahere. Notat *cum multis San. chez disp. 47. nu. 8.* non esse huic pœnæ locum, si matrimonium clandestinè, vel quocunque alio ex capite inualidè contrahatur. An vero foemina contrahens cum professo hanc excommunicationem incurrit, & an uterque contrahens, dicam *cum de impedimento votis solennis*.

42. *Alia in iure civili.* Ius autem ciuale cum moniali contrahenti pœnam capitii sanxit, *I. Si quis C. de Episcopis & clericis*: *Si quis non dicam rapere, sed attentare* tantum iungendi causâ matrimonij, *sacratissimas virgines ausus fuerit*, capitali pœnâ feriatur. Vbi *Glossa Bartoli*: *Punitur effectus, licet non sequatur effectus*: sc. cum tale matrimonium sit nullum, non potest puniri opus, sed animus & effectus ad illud exequutioni mandandum.

43. *Consuetudo ne abrogata bac impedi. validè probabile.* Atque hæc de impedimentis non dirimentibus; quæ, vt notant communiter Doctores cum *Nauarr. insimil. cap. 22. nu. 75. & 85.* duobus duntaxat, voti, & sponsalium exceptis, per consuetudinem abrogata sunt: nam consuetudo obtinuit, vt nullus aliquo ex his impedimentis affectus dispensationem petere soleat, vt contrahere possit. Quid tamen explicatione indiger. Nam 1. contra interdictum Ecclesiz quod ab homine fit, nequit consuetudo præscribere; cum non possit consuetudo præscribere, vt superiori legitimè præcipienti non pareatur, & si præscribere possit contra edictum lege statutum, de quo temper consulenda est praxis. 2. Tempus feriarum vbique ferè seruatur; illudque superiores, ad quos ea cura spectat, diligenter virgin. Impedimentum incestus etsi consuetudine abrogatum sit, quantum ad matrimonium post obitum coniugium alia contrahendum, non tamen est abrogatum, quoad priuationem iuris petendi debitum ab uxore viuente, propter affinitatem ratione incestus cum ipsa contraham: nam sicut non posset cum ea absque dispensatione contrahere, si ante initum matrimonium ipsius consanguineam in secundo gradu cognouisset: ita nec post matrimonium initum potest ab ea sine dispensatione debitum petere: nam affinitas, quæ ante contractum matrimonium dirimit, post contractum impedit, ne debitum petatur. Solennem pœnitentiam iam constat cessasse, & consequenter impedimentum cum ea contrahendi.

44. *Episcopus in omnibus dispensari.* Omnes ferè etiam conueniunt, vbi hæc impedimenta seruantur, posse in eis ab Episcopo dispensari, non solum occultis, sed etiam publicis & manifestis: nec tantam cum lumenibus, & ijs, qui difficile possunt se continere, vt passim *Canones Episcopis* concedunt, sed cum omnibus. Cui tamen communi sent. contradicit *Palatin.* cò quodd inferior non habet potestem dispensandi in lege superioris, nisi vbi fuerit legitimâ consuerudine præscriptum. Sed hoc ipsum & non aliud intendunt Doctores, cum dicunt, de facto posse in his omnibus impedimentis ab Episcopis dispensari. Sicut etiam com-

muniter docent, peccare mortaliter eum, qui aliquo ex his impedimentis affectus matrimonium contrahit, vbi ea viget, cum sit violatio legis in re graui.

DE IMPEDIMENTIS DIRIMENTIBVS.

Explícatis impedimentis, quæ matrimonij substantiæ non aduersantur, sed ipsius duntaxat honestati & solennitati, explicanda sunt, *Quod si di- rumens.* quæ matrimonij essentiæ contraria sunt, illudque dirimunt: ita vt non possit quis cum eo impedimento cocontrahere validum matrimonium: non quod semel contractum dissoluant, cum nullum impedimentum adueniens matrimonio inualidè contracto illud dissoluat, exceptâ solenni approbatæ religionis professione. Quæ tamen nec dissoluit consummatum, secundum iura Canonica, quæ clamant, consummato matrimonio, neutri coniugi licere, inuito altero, ingredi religionem; quidquid statuant iura ciuilia in oppositum, vt constat lege, finali *Cod. de Episc. & Cler.* quæ *Iustinian. Imp.* statuit, non solum, post ratum matrimonium, sed etiam post consummatum posse unum coivit ab altero recedere propter ingressum religionis. Nihilominus iure Canonico in causa matrimoniali standum est, quod nullam agnoscit impedimenti rationem superuenientem matrimonio inter fideles consummato, quæ ratio hoc ipsum possit dirimere.

Impedimenta autem cum quibus contrahi nequit validum matrimonium, sunt 14. his versi- *Quoi sunt;* bus contenta:

Error, condicio, votum, cognatio, crimen.

Si sis affinis, si forte coire nequitis:

Raptava sit mulier, nec parti reddit aguta:

Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas:

Siparochi, & duplicitis desit presentia testis:

Hec socianda verant connubia, facta retractant.

Congruentiam autem horum impedimentorum lege apud *S. Tho. in 4. dist. 34. qu. vn. art. 1. Bonau. art. 1. qu. 2. Durand. qu. 1. & reliquos Scholast.* Duo postrema addita sunt à Trident. *sess. 24. cap. 1. & 6.* cum antiquo iure fuerint tantum impedientia: de quibus *sopræ*.

Quocirca triplex matrimonij impedimentum *naturale palliæ* distinguendum est, ac in primis, vbi de dispensatione agetur; sc. naturale, diuinum, humanum; naturale est quadruplex, ex defectu consensu, impotentia coëundi, sanguinis propinquitate saltem in primo gradu rectæ ac transversæ lineæ, & ex ligamine consurgens. Nullum autem ius Pontificium, nullâve humana potestas dispensare potest in impedimento orto ex defectu consensu secundum omnes Doctores, quorum aliqui hanc vim negant etiam Deo, vt *disp. 4. sess. 2.* Ratio allata est: quia nulla est *Ex defectu potestas humana*, quæ vergat in destrucciónem boni communis; cum omnis, siue à populo, siue à Deo concessa potestas sit in conservationem & promotionem boni communis. Nempe huiusmodi matrimonia consensu principis solo, nullo contrahentium inita, magna adferrent Reipublicæ incommoda, quæ illam non mediocriter turbarent. Neque talis consensus, cum sit actus vitalis ac liber, suppleri potest ab extrinseco. Ex his infertur dispensari non posse in errore personæ, quia hic tollit voluntarium, ad consensum essentialiter requisitum.

Conueniunt etiam Doctores n*l impedimentum ligaminis.*

rum ligaminis nullam cadere dispensationem; sc. ut ligata cum uno viro possit accipere alium; cum hoc sit in perpetuum prauidicium proli, quæ ex semine plurium concepta, nequit certò sciri, cuius sit parentis, cui tamen proli cura incumbit. An eadem sit ratio de viro, ut ligatus cum una uxore, nequeat cum dispensatione Pontificis alias accipere, communis sententia affirmat, ex diuerso tamen fundamento. Qui putant polygamiam adversari iuri naturali, ut docuit *tom. 3. disp. 4. sect. 3.* consequenter doeent, dispensationi in illa obstat ius naturale. Qui vero consentent eam aduersari tantum iuri diuino positio, ut probabilius iudicauit *disp. 1. sect. 3.* coherenter afferunt, non ius naturale, sed diuinum. Saltem Euangelium obstat huic dispensationi. De dispensatione in impotencia coeundi, & sanguinis propinquitate, erit *disp. 25.* suis dicens locis.

50.
In impedimenta dirimentia matrimonium que cadas dispensatio.
Nulla igitur cadere potest Pontificis dispensatio in impedimenta diuino aut naturali iure ditimentia matrimonium: quæ vero humano iure illud dirimunt, ut dispensatio licita sit, iustam requirunt causam. etiam si Pontifex dispenset: quia cum omnis dispensatio sit communis iuris relaxatio, & legum obseruatio publico bono maxime conduceat; ut licita sit, iustam requirit causam; quæ huic bono, quod ex legum inuiolabili custodia Reip. obuenit, præpondet. Quâ de causa *Arist. 2. polit. cap. 6.* legum mutationem damnat, etiam si cum aliqua vtilitate fiat, quia præstat etiam cum minori vtilitate subditos legum obseruantæ assuefieri. Vnde *Trid. sess. 25. cap. 18. de reform.* non nisi iusta vrgentique causâ, quæ maiorem sit vtilitatem allatura, in sacris Canonibus dispensandū statuit. A fortiori hæc causa requiritur, cum dispensatio sit ab inferiori in lege superioris; quâ causâ si careat, non modò erit illicita, sed etiam inualida dispensatio. Cæterum necessitas vel vtilitas, proper quam in lege dispensatur, ultimâ debet ad bonum commune ordinari; non quidem immediatè, sed sat erit si respiciat priuatum, quod saltem mediata in commune bonum redundat, ut non obscurè colligatur ex san. *Requisitus, f. nisi rigor, 1. quest. 3.*

51.
Cetera ac
prænoranda
de impedimen-
tis ad
valorem
dispensa.
Certum quoq; est, si quis est irretitus pluribus impedimentis, quorum singula dirimunt matrimonium, omnia esse Pontifici aperienda, ac de singulis petendam esse dispensationem: an eadem petitione, proponendâve sint etiam quæ reddunt matrimonium tantum illicitum, constabit ex *disp. 25.* constet modò ad valorem dispensationis non sat esse exprimere impedimenta solùm in genere, sed singula esse in specie ex primenda, nisi supponantur inclusa in expressis. Ratio: cùm non omnia sint eiusdem grauitatis, sed aliud alio grauius; & quod grauius, ed dispensatu difficultius, vrgentioresque requirat causas maiorēque pro compositione pecuniam, ad publicas necessitates applicandam, non sat erit ea in genere proponere.

52.
Ratio dis-
pensa.
Certum denique non tandem respectu omnium desiderari causæ necessitatè: maior quippe desideratur, in dispensando cum plebæo, quam nobili; minor cum principe, quam cum simplici nobili; maior in gradu propinquiori, quam remotori; consanguinitatis, quam affinitatis; in recta, quam in transuersa linea, &c. quæ *disp. 25.* peculiariter cum suis dubijs prosequemur, postquam de singulis impedimentis dirimentibus enucleati egerimus.

Tom. IX. De Matrimonio.

DISPV TATIO XIV.

De impedimento erroris & conditionis.

SECTIO I.

An *U* qualis error, *U* quo iure matrimonium dirimat?

Q Vadruplex ex Magist. 4. dis. 30. cap. 1. error: personæ, conditionis, ierua ne sit, an libera; qualitatis, sitne nobilis, virgo, pulchra, proba; & fortunæ, diuëscit, an pauper. Scite S. Tho. q. 1. a. 1. ad 1. esto & quæ ex ignorantia, ac ex errore impediatur voluntarium ad matrim' requisitum; & licet semper cum errore sit coniuncta ignorantia veritatis; quod tamen in contractu matrimoniali proximè voluntarium tollit ad matrimonium requisitum, non est ignorantia veritatis cum errore coniuncta, cùm n. hæc nullum per se supponat actum in intellectu, nullus ex ea natus est sequi in voluntate consensus: attamen in omni contractu necessarius est aliquis consensus; sed id est positum iudicium erroneum proximè voluntatem inducens ad præbendum falsum consensum circa personam, cum qua contrahitur.

Certum est errorem personæ dirimere matt. tollit n. causam matrimonij, quâ sublata, ipsum tolli necesse est. sc. causa matrimonij est consensus in hanc, vel illam singularem & determinatam personam: hic autem tollitus ignoratæ personæ, cum qua est contrahendum; cùm nequeat voluntas in incognitu consensum præbere. Ita Florent. in decreto Eugenij IV. §. 7. Causa efficiens matrimonij regulariter est mutuus consensus per verba de presenti expressus. Quia matrimonium in mutua cōsensit corporum ad actum generationis traditionis: hæc autem fieri nequit, nisi mutuo contrahentium consensu. Nihil n. quod est proprium unius transferri potest in aliud sine libera voluntate transferentis: peculiariis vero natura matrimonij, cùm sit maris & feminæ individuam vitæ consuetudinem retinens coniunctio, consensum postulat in determinatam personam, cum qua perpetua vita agenda est. Reliqua sacramenta ut valida sint, non requirunt ministri consensum in certâ & determinatam personam, cui conférenda sunt, sed sufficit consensus in personam præsentem, etiam si ex errore putetur alia, modò cæteræ positiuè non excludantur; in reliquis n. persona est subiectum, cui applicandum est sacramentum; non est materia circa quam contractus: sicut nec in reliquis contractibus requiritur consensus in determinatam personam, cum qua contrahitur, nisi quando persona cadit in materiam contractus, ut in venditione, & emptione serui.

Quod si error sit tantum in nomine, inattim. non irritat, ut nec reliquos contactus, l. in Error in no- venditionib. ff. de contrahend. empt. si in nomine mine nullus, dissentiamus, verum de corpore constet, nulla dubitatio est, quin valeat empirio & venditio: nihil enim facit error nominis, cùm de corpore constat. Hæc lex, ex qua soluitur casus Innoc. III. c. Tua, de sponsal. vbi quidam juuenis sub ficto nomine mulierē sibi desponsavit: dicens, Ioannes (cùm Ioannes non vocaretur) ducit te. nam si hic cōsensit in mulierē & mulier in virū, validū fuit matt. et si in nomine erratum, quia nomen est extrinsecum perso-

nz, quā possit eadem persona dīversis nūcupa-
xi nōminibus, consensus autem maritalis feratur
in intrinseca personā.

Dubium 1. An sufficiat consensus in per-
sonam concomitans & conditionatus, vt si in

Mariam præsentem, quam putas Catharinam,
dicas: Acciperem te, si es Maria. Negant
communiter; aiunt requiri expressum & abso-
lūtū de præsenti. Quod verum est, si contra-
hens nullum de præsenti consensum præbeat,
sed solum præberet, si sciret illam esse Mariam.
At difficultas est, num si de præsenti consensum
præbeas, dicendo: Si es Maria, duc te, an tunc
valeat matrimonium, non obstante, quod de

præsenti ignores esse Mariam? Resp. valiturum;
quid alij dicunt?

Mariam præsentem. Nec illum impedit igno-
rātia: nam, eā non obstante, consensus abso-
lūtū fertur in Mariam præsentem, cum qua ig-
norans contendit contrahere: vt qui ignorans
materiam præsentem esse aurum, putans esse au-
richalium, contrahit his verbis: Si est aurum,
emo illud validum efficit contractum. Concede-
dunt n. communiter, va're matrimonium sub
conditione de præsenti iam suq'istente: vt Du-
co te, si es virgo: at hoc est matrim. sub condi-
tione de præsenti subistente; ergo erit validum,
non minus quodlibet aliud sub conditione de
præsenti subistente contractum.

6. Dubium 2. An sufficiat consensus in personam deter-
minatam quoad familiam, vagam tamen quoad

individuum? vt si consentias in aliquam mulie-
rem ex familia Austriaca, quæcunque illa sit;
vel in vnam ex tribus filiabus, quas Petrus ha-
bet. Ratio affirm. validus est contractus, quo
quis emit vnum equum ex centum, quos vendi-
tor habet: ergo pariter validum erit matrimo-
nium, si quis in vxorem ducat vnam ex tribus
filiabus, quas Petrus habet, non designando
hanc, vel illam in individuo.

Negandum. Ratio com-
muni. Dico, tale matrimonium non valiturum:
tatio: ad matrimonium requiritur, vt contra-
hentes mutuo consensu sibi ad actum generatio-
nis corpora tradant: ad hoc autem requiritur
consensus in personam determinatam, cui cor-
poris traditio facienda est; vaga n. persona si-
cut non potest ius in corpus alterius acceptare,
ita nec in eam ius acceptandum ditigi: cùm tam
agere, quā pati, singularis sit personæ. Nisi
n. contrahens ius sui corporis ad certam perso-
nam dirigat, non erit maior ratio, cur potius
ad vnam, quā ad aliam censeatur direxum:
quia cùm actio non habeat ex se, vt vnam po-
tiū personam respiciat, quā aliam, id habere
debet ex intentione contrahentis.

Ratio discri-
minis. Ad rationem affirm. Resp. neg. conseq. nam
in emptione consensus ementis non debet diri-
gi in materiam, de qua contrahitur, sed in personā,
cum qua contrahitur; inter quam vt acceptantem
& alterā premium offerentē, perficitur contractus.
At in matrimonio consensus dirimens est in per-
sonam ipsam, cum qua contrahendum est, quā
simile est contrahens, & materia contractus.

Notandum. 7. Nota; posse contrahentes à principio con-
sensu quodam conditionato ferri in vagam per-
sonam & indeterminatam ab alio determinan-
dam: cùm quis intendit contrahere cum aliqua
ex decem filiabus, quā pater, vel alius desi-
gnauerit: necessarium tamen est ad substantiam
& valorem matrim. vt sint determinatae, certae,
individua personæ, quā ipsum concludant ac

perficiant. Ita actores qui admittunt, validè ma-
trim. contrahi cum aliqua ex filiabus, quam pa-
ter ipse designauerit: vel cum vna ex pluribus,,
feminis quā ip. ciuitate sunt, Sanchez lib. 1. de
matrim. disp. 26. Pont. lib. 12. cap. 5. & communia-
ter. Ratio, sufficit, vt tunc consensus contrahen-
tis habeat determinatam personam, in quam de-
terminatè feratur, quando in illam fertur abso-
lute, non quando fertur cōditionatē. Sed quan-
do contrahens absolute fertur in personam ab
aliо, ex ipsius consensu determinandam, perso-
na supponit determinata: nam illa determina-
tur ex voluntate eius, cui ex consensu contra-
hentis determinatio committitur. Maior ostend.
sufficit vt tunc temporis contrahens determina-
tam habeat personam, in quam determinatè fer-
atur, quando matrim. concluditur; seu con-
sensus sub conditione præstitus transit in abso-
lutum; seu purificatur conditio, quā erat deter-
minatio personæ ab alio ex cōsensu contracturi
facienda. Quippe sufficit, vt tunc constitutæ
existant, quando constitutum sit. At quādū
consensus manet conditionatus, manet ex in-
tentione contracturi suspensus, & ad copra-
ctum matrimonij concludendum inefficax, vt
de quois conditionato contractu constat.

Ex his inferatur 1. non requiri novum consen-
sus contrahentis, vt tale matrim. concludatur;
sed sufficere priorem conditionatum, qui positā
conditione transit in absolutū ac mortaliter per-
seuerat, vt disp. 5. sect. 3. requiri tamen consen-
sus sponsi, si nullum antea præstitit: secūdū, si il-
lum præstitit sub conditione, si ipsa ex illis elige-
retur. Etenim dupliciter possunt, quando vna ex
multis debet ad matrim. cum certo viro contra-
hendū ab aliquo ex consensu ipsius viri contra-
cturi eligi; uno modo, vt omnes & singulz ante
electionem suum consensum exhibuerint sub
conditione, si ipsa ad tale matrim. contrahendū
elegetur fuerint: alio modo, vt nullum ante
talem electionem consensum præstiterint. Læcta
hunc secundum modum, necessarius est con-
sensus absolutus per verbā de præsenti expre-
sus, cūm nullus supponatur præcessisse. Læcta
1. nullus nouus ex parte sponsi requiritur con-
sensus: sed sufficere prior, qui sui electione posi-
tā transit in absolutum: & qui nullo alio acce-
dente consensu ad præsens matrim. concluden-
dum efficax est. 2. Quid illa, cap. finalis, de pro-
curat. in 6. Procurator non aliter censoretur idoneus Verus intell.
ad matrim. contrahendum, quād si ad hoc manda-
tum habuerit speciale. Non n. sensus est, vt Glossa
verb. Speciale, arbitratur, quod necesse sit specia-
le mandatum de expressa & determinata perso-
na, cūm qua nomine principalis contrahendum
est: cūm satis sit, quod speciale mandatum sit
de matrim. contrahendo, nec sufficiat solum ge-
nerale procuratori datum circa omnia negotia.
Ceterū non apparet, cur non possit principi-
alis contractus validè contrahere cum ea,
quam procurator ipse ad hoc specialiter destina-
tus, elegerit: nam si validum potest matrim.
contrahi cum filia à parente, vel alio designata;
cur non etiam à procuratore ex consensu ip-
sius principalis eligenda?

An saltem aliqua notitia præcedere debeat in
principalī contrahente earum fœminarū, ex qui. Ma-
bus omnibus vna est à procuratore nomine prin-
cipialis eligenda. Affirmat Glossa in can. nec illud
go. qu. 5. At cohærentius ad iacta principia dico;
ea ad matrimonij valorem necessaria non est.
Nam

8.
Ratio;

9.
Concl.

10.
Verus intell.
lectus illo-
rum vert.

Nam si potest mandans suas vices procuratori committere, quoad personæ electionem, vt quam ipse elegenter, sit ipsius vxor: cur etiam non poterit easdem suas vices cōmittere, quoad personæ notitiam, vt quam ipse iudicauerit, esse

^{12.} *Ratio à priori & vixia.* ducendam, ipsa eius vxor fit & etsi n. debeat connaturaliter contrahentes, antequam matrem concludant, se ipsos & mutud in coniuges eligere: non est tamen hoc ad substantiam matrimonii essentialiter requisitum. Ratio; contractus matrimonii, quoad ea, quæ non sunt diuinæ, vel Eccles. lege præscripta, regulatur *Ulpiano test. in Condit. ff. de condit. & demonst.* vt ceteris contractus à voluntate contrahentium. At hec diuina, nec Eccles. lex præscribit, vt non valeant contrahentes matrimonii initio, nisi per se ipsos intermediate coniuges, & nouerint, & elegerint: per hoc vero matrimonii saluantur omnia, quæ lex naturalis præscribit. Nam quodd matrimonii iure naturæ sit coniunctio indissolubilis vita individuum retinens consuetudinem, ac sua natura videatur exigere antecedentem notitiam personarum, per quam utriusque contrahenti constare possit de qualitate personæ, cum qua perpetuam ducturus est vitam, ne personæ qualitate ignorata, matrimonium malum sit exitum habitu- ram, solum ostendunt, id esse de convenientia & connaturalitate, non de substantia matrimonii.

^{13.} *Confirm.* utique n. contrahens iure suo cedens, potest etiam cum expressa notitia mali exitus futuri, validè, etsi forte non licet, initio matrimonii. Confir. Idem notitia personæ, censetur necessaria contrahenti, ne errans in persona, consensum ferat in aliam, quam cum qua contrahere intendit: at quando contractus tam notitiam, quam electionem personæ committit alteri, nequit vel in persona errare, vel in aliis consentire, quam ipse intendat: cum non in aliam personam consentire intendat, quam in eam, quam alter, cui suas vices commisit, iudicauerit, & elegenter esse ducendam. Atque hæc non solum vera censio ante Trident. quando matrimonii clandestina non erant Eccles. lege irrita; sed etiam post, quia posset parochus acceptâ per procuratorem informatione de consensu & voluntate principalis contrahentis, quodd cum ea contrahere vellet, quam Procurator ipse ex multis fœminis ad matrimonio, idoneis eligendam iudicauerit. Quâ informatione ex parte principalis contrahentis acceptâ, posset consensum alterius contrahentis, à procuratore nomine principalis electæ, intelligere; eoquæ intellecto, ac nullo reperto impedimentoo in matrimoniu coniungere. Hæc doctrina applicari potest sponsalibus, quæ etiam post Trident. clandestinæ contractæ valida sunt, ut infra. 3.

^{14.} *Infertur 3.* Cuius sit coniugem, vel sponsam eligere, quando una ex multis eligenda est, promittentis, an re promittentis. Promittentis censet Sanchez lib. 1. disp. 26. n. 2. Ponti. lib. 12. cap. & nn. 3. ex regula 70. Iuris in 6. In alternatione debitoris est elec-
tio: & l. Si ita, de contrah. emp. iuncta Glossa: & l. Plerumq. ff. de iure dotum. Vnde si pater promisit unam ex decem suis filiabus in sponsam dare, ipsius erit eligere quam maluerit. Quod si omnes decesserint, una tantum superstite, illam dare tenebitur: & re promittens tenebitur illam acceptare. Contrà vero, si vir promisit unam ducturam ex illis, & omnes è conditione consenserint, si electæ fuerint, sponsalia, vel matrimonium promittente contracturas, viri promitten-

tis erit, sibi eligere quam maluerit: & electa tenebitur virum eligentem in sponsum, vel matrum acceperare.

^{15.} *Ratio Sanchez* Quid si sponsalia contracturas, antequam unam ex promissis à patre in sponsam accipiat, aliquam ex illis carnaliter cognoscat? An renegatur pater illam dare, cum reliquias propter contractam affinitatem non possit? Respondet Sanchez cit. num. 4. cont. Henric. negatiuè: eo quod commissa copula non abstulit patri ius, quod habebat, dare quam malueret.

Dices: saltem secundum ius antiquum, quo sponsalia conditionata transibant in matrimonium. ex Alexand. III. cap. de illis, de condit. appos. teneri patrem, cognitam cognoscenti in matrimonium cedere, cum non habeat potestatem contractum iam matrimonii impediendi. Resp. id tantum verum esse, si conditio penderet ab ipso cognoscente. At casu nostro electio sponsæ non pendet ab ipso cognoscente, sed à patre.

^{16.} Certum quoque est, contra gloss. in Cap. vn. Error perso-
na. q. 2. verb. 1. verb. Quod autem matrimonium na etiū iure ex errore personæ contractum, iure naturæ esse naturæ irri- nullum. Quia consensus in personam, cum qua contrahitur, est de iure naturæ ad matrimonium requisitus: hic autem tollitur per errorem personæ: quia vbi est error, est ignorantia rei, de qua erratur: vbi autem est ignorantia, nequit esse consensus in rem ignorantiam, cum ignorantia occulte obiectum, in quod nequit voluntas ferri. Maior prob. matrimonii de iure naturæ requirit mutuam corporum traditionem ab utroque coniuge liberè factam. Iuti naturali substitbit ius cah. cit. & ciuile l. Si per error. ff. de iurisdict. omnium Judic. & l. cùm testamen. c. de iuris & factis ignor. Ex quo contra cit. gloss. non potest Pontifex statuere, vt matrimonium ex errore personæ contractum sit validum; cum nulla humana potestas, ut supra, valeat liberum consensum ad matrimonium requisitum suppleret: hoc vero impedimentum dirimit matrimonium etiam inter infideles contractum, cum ius naturæ sit idem apud omnes.

^{17.} Dices: Validum fuit matrimonium inter Iacob & Liam, cum tamen fuerit ex errore personæ, Genes. 9. vbi dicitur Laban, supposuisse Lian loco Rachelis, cum qua tantum Iacob matrimonium consummare intendebat. 2. Valida fuit benedictio ab Isaac per errorem Iacob data, quem putabat Esau, Genes. 27.

^{18.} Ad 1. Magister cum schola. in 4. dist. 30. Responsio cap. 1. ait matrimonium illud fuisse validum, non ex consensu concubitum antecedente, sed subsequente. Nec tamen illi eo concubitu fornicarij fuerunt: nam & Iacob maritali affectu accessit ad illam putans Rachelem; & Lia virilio effectu debitum soluit, existimans iuxta patræ consuetudinem, lege primogenitarum, iure se illi à parente fuisse copulatum.

Ad 2. ait Abulensis in cit. cap. quest. 7. Isaac suam benedictionem direxisse in personam presentem. At hoc resp. non cohæret textui, in quo antequam Isaac benediceret Iacob, interrogasse illum dicitur, an esset iphus filius Esau? Qui cum annuisseret, benedixit illum. Confirmat illa; Expansus Isaac stupore vehementi, &c. Quæ ex pendens Augusti. lib. 16. de ciuit. cap. 37. Ecce, inquit, benedictionem promissam, repetente maiore, expansus Isaac, & aliam pro alio se benedixisse. cognoscens miratur, & quis nam ille sit, percutitur. Verius igitur responderet ibi Augusti. benedictio-

Hac de errore personæ. nō ex errore Iacob datam fuisse poste à ab eodem confirmatam, fuisse poste à ab eodem confirmatam, reuelato sibi intus in corde magno sacramento. Quam explicationem sequitur Bonau. dist. 30. art. 1. qu. 3. ad 1.

18. De errore qualitatis.

Examinandus error qualitatis, an & quando hic matrimon. dirimat. Duo sunt certa. 1. matrimon. non dirimere, quando non redundat in errorem personæ: dirimere, verò quando in errorem personæ redundat. 1. ob vniuersale princip. quod accidentia non ingrediantur substantiam rei: qualitas autem est quoddam accidens adhærens personæ: ergo in matrimon. contractu, qui corpus versatur circa substantialia personæ, contraactus substantiæ non ingreditur: ergo, saluâ substantiâ matr. errari potest in qualitate personæ, quando qualitas in errorem personæ non redundat. Nam accidéntia supponunt rem quo ad substantialia constitutam. Minor prob. quidquid non impedit primariū finem cōtractus, accidentaliter se habet ad illū: ubi n. consistit primarius finis contractus, consistit ipse cōtractus, qui propter talē finem est institutus. Primarius autem finis matr. est legitima prolatione, quæ mutuam corporū traditionē ad hunc liberè factam supponit: Hæc autem solo mutuo cōsensu in determinata personâ, ad actū generationis non impedita, habetur: ergo quidquid huic consensui de præsentí præstito accedit, est sola extrinseca circūstantia, supponēs cōtractum substancialiter perfecū. etenim si error personæ matr. dirimit, quia tollit primarium finem ipsius, etiam qualitas, cùm in errorem personæ redundat, dirimit illud.

Secundum sequitur ex primo.

19. Varias à variis regula. 1.

Totalis est in aliquād certa regula ad dignoscendū, quando error qualitatis redundat in errorem personæ. Prima à S. T. b. in 4. dist. 30. q. 1. art. 2. ad 5. Sylvest. matr. 8. q. 1. dist. 4. Secunda ead. dist. q. 1. ar. 1. q. resp. Et. Quando quis directè cōsentit in persona, puras esse filiā Regis, cùm non sit, error est qualitatis: quando vero directè intendit consentire in filiā Regis, & alia sibi præsentatur, error est personæ. Secunda à Bonau. in 4. dist. 30. a. 1. q. 1. ad 5. Qui cōsentit in præsentē, quā purat esse filiā Regis Anglia, quæ tamē non est: si filiā Regis Anglia nouit, error est personæ, quia cōsentit in illā, de qua cogitat, & quā nouit: si filiā Regis Anglia nō nouit, sed solū cogitat Regiam dignitatē, creditq; hāc, in quā cōsentit, habere talē dignitatē, error est qualitatis. Tertia à Richar. ar. 1. q. 2. ad 2. Quādo erratur in subiecto qualitatis, error est personæ; vt si intēdas cōtrahere cū filia Regis, & tibi offeratur filia ciuis: Quando verò erratur in ipsa qualitate, error est solius qualitatis, vt si cōsentias in persona tibi nota, quā credis esse nobilē. Quarta à Säch. l. 7. disp. 28. n. 26. Quoties qualitas, in qua erratur, non determinat personam individuā, non est personæ, sed qualitatis error: vt si quis se filiū Regis singat, nō explicat, cuius Regis filius sit, fœmina tali nubens, eo errore ducta, in sola errat qualitate: Si qualitas, in qua erratur, designat personā individuā, error est personæ: vt si quis singat, se esse filiū talis Regis, & in illū fœmina cōsentiat, errat in persona: quia per præsentē notitiā de filio Regis habita, intellectus manuducit volūtatem ad dandū cōsensū illi personæ, quæ per præsentē notitiā sibi præsētatur.

Tertia.

Quarta.

20.

Ex varijs aut. etoribus princijsque certior regula.

cū persona per se intenta, etiam si error talis qualitatis causam dederit contraū. Explico quod modis possit qualitas, seu circumstantia acciden. concurrere cum voluntate illius, qui contrahit. 1. vt nullo pacto in mentem veniat, quando do celebrat matrimon. 2. vt tantum concomitante concurrat ad consensum matrimon. quia si illa sit, siue non sit, matrimon. contrahitur. 3. antecedenter causam dans contraū, quia si illa non esset, matrimon. non contraheretur. Quod adhuc cum voluntate contrahentis concurrere potest, uno modo, vt tantum sit causa impellens contrahentem ad matrimon. qua non existente, contrahens non fuisset cum tali persona id initius. 4. vt simul per modum vnius integrum ac totalis obiecti, consensum terminet. Porro quando qualitas non occurrit, dum matrimon. contrahitur, etiam si occurrat poste, cuius difficultas si à contrahente animaduera fuisset, id initium non fuisset, non obstat validitati, vt recte Vales. tom. 3. disp. 5. qu. 20. punct. 4. alioqui nullas humanus contractus esset ratus & firmus: quia cū non omnia sint nota contrahenti, sed multa lateant, nullus fertur esset, qui post celebratum contractum dicere non posset, si hoc sciuisset, non contraxissem: ac proinde omnia humana commercia tuerent. Multo minus obest matrimonio, quando solū concomitantे concurredit. Sola ergo diffīc. est, quando qualitas personæ ad matrimon. antecedenter concurredit, dans causam contractui: 1. vt pura ac mera causa impulsua, dans nihilominus causam contraū; quia nisi talis qualitas in tali persona præconcepta fuisset, contrahens impulsus non fuisset ad matr. cum tali persona ineundum; quamvis ad id semel impulsus, non ducatur poste ad cohaesum præbendum, propter qualitatē in persona præconceptam, sed propter solam personam, in quam tantum fertur contrahentis consensus. 2. vt qualitas in persona præconcepta non tantum ad matrimon. concurrit ut causa impellens, sed etiam ut terminans consensum matrimon. integrans simul cum persona, cum qua contrahitur, vnum obiectum totale. Si 1. modo concurredit error qualitatis, non redundat in errorem personæ; redundat autem, si 2. modo.

Prior pars deducitur ex sent. eorū, qui dicūt, erat qualitas nō redundare in errore personæ, quando ad matr. solū cōcurrat ut causa impulsua: nā per particulam taxatiū solū excludere volūt causā obiectivā seu terminatiū consensus matr. quā exclusā, adhuc verū est, quod multidicunt, etiam si error qualitatis det causam contraū, non redundare in errorem personæ: quia licet qualitas proximē impellat ad cōsensum matrimon. illum tamen non terminat. Ratio: quando ad qualitatē personæ non fertur consensus contrahentis, etiam si eā impulsus fuerit ad contrahendum, illam poste virtualiter excludit à contractu matrimon. & solū vult illum, ut terminatum ad personam. Sæp. n. aliquid non fecissemus, nisi aliquā causā impulsū, quām poste à fine nostræ operationis excludimus: velut cum titulo beneficiorum acceptorum impellimur ad diligendum Deū, quem poste titulum excludimus à nostra dilectione, amando Deum, nō propter beneficia, sed ipsius solam bonitatē. Et quia exclusā à consensu matr. personæ qualitate, manet substantialie obiectum matrimon. quæ est persona singularis & individua, adhuc qualitate non terminante, licet impellente, nihil obest matrimonio. Posterior

23.
Posterior de-
ducitur. Posterior deducitur ex communi sent. in hac materia ab omnibus admissa: Quando qualitas personæ à contrahente intenditur per modum conditionis, sine qua cum tali persona non contraheretur, error in qualitate redundat in errorem personæ: quia tunc contrahens nō aliter vult personam, quam tali qualitate affectam. Nam talis consensus virtualiter excludit cōsensum in personam, tali qualitate carente: qui autem expressè fertur in personam certā qualitate affectam, aliter com ea non contracturus, virtualiter intendit illam per modum conditionis, si non explicite & signatæ, saltem implicitè & exercitè.

Dices: qui habet voluntatem contrahendi eum præsente, si sit Maria, non validè contrahit, si ignorat illa esse Mariam, esto sit: quia ad matrem non sufficit consensus conditionatus & virtualis, sed requiritur absolutus & formalis: ergo nec satis erit cōsensus virtualiter tantum exclusivus personæ, sed requiritur exclusivus formaliter. Resp. neg. conseq. Nam plus desideratur ad consensum matrem. cum persona conclusum, quippe bonum ex integra causa quam ad exclusivum, quia malum ex quocumque defectu. Merito igitur ad illum desideratur cōsensus formalis & expressus, ad hunc sufficit virtualis & exercitus, qui re ipsa æquivalet formalis & expresso.

Eadem colligitur ex dupli principio à Iuris-consultis tradito, & Theologis admisso. 1. Est, in conditionibus primum locū haber voluntas, eaque conditiones regit: Vlpian. l. in condition. ff. de condit. & demonst. 2. contractus legem accipiunt ex conuentione contrahentium, reg. §. iuris in 6. quippe seruanda sunt pacta secundum conuentionem pacientium, qui possunt certas leges, sibi imponere, iure non prohibitas: quibus non seruat, inualidus erit contractus.

Regula easde
colligitur.

24.
Conclusio

25.
Ex hac reg.
iudicium in-
ferior de-
catoris.

sente contratum, putata filia Regis: contrà vero, si dignitas regia habeat se obiectuē & conditionaliter, error est in personam redundantis: irritumq; est matrem, cum filia cuius, regis filii existimat. Ita reg. Sanchez, siue quis se singat filium regis in communī, nullū in particulari determinādo, siue talis regis in particulari, semper recurrentum erit ad intentionem contrahentis, an ea qualitas tantum impulerit ad matrem. cum tali persona ineundum, an etiam per modum implicite conditionis, cōsensum terminauerit. Nam esto huiusmodi qualitates sint accidentiales circumstantiæ personæ, quæ sola est obiectu substantiale matrem. quia tamen quando à contrahente intenduntur per modum virtualis conditionis, ex intentione eiusdem virtute excludit persona ipsa, siue indirecte & consecutiæ substantiales. Ceterum, quando mens & intentionem contrahentis ex ipsis voluntate haberit non potest, colligenda erit ex circumstantijs, vt in casu, quem Tabiena refert apud Sanch. lib. 7. disp. Casus singul. 18. n. 35. Quidam captus pulchritudine filiæ minoris cuiusdam ciuis, perit illam sibi in matrem dari: negavit parens se daturum minorem; sed natu maiorem. Rogat iuuenis, vt illa ostendatur suo amico, à quo postea possit de ipsis pulchritudine informari. Annuit parens, sed non maiorem natu, quæ turpis erat, sed minorem ostendit. Instructus iuuenis ab amico de pulchritudine pueræ, dicit in uxorem natu maiorem, quam ipse pulchram putabat. Quæsitum fuit, an tale matri, esset validum. Respondit Tabiena, quem sequitur Sanchez. fuisse validum: eo quod talis error fuerit tantum qualitatis, cum non potuerit iuuenis consentire in minorem, quæ sibi fuit denegata; sed in maiorem, quam falsò putabat esse pulchram; proinde error pulchritudinis non redundauit in errorem personæ.

At aliter iuxta nostram reg. Resp. si pulchritudo non fuit sola causa impellens iuuenem ad tale matrem, sed simul obiectuē per modum virtutis conditionis ipsis consensum terminauit, alias cum illa non contracturum, vt satis clare apparet ex diligentia, quam adhibuit, vt ab amico cognosceretur, à quo posset de pueræ pulchritudine certior fieri, non poruit tale matri, fuisse validum. Idem dicendum, si parens negat natu minore, maiorē postea dedisset. Quo tamē euētu Tabiena dubius est: distinguit vero Sanchez aut oblatæ est iuueni filia speciali aliquâ notâ designata; & tunc quamvis volenti filiam pulchram, per se aut pet tertiam personam ostendatur pulchritus, & ipse eo errore deceptus, ducat filiam prius sibi oblatam, error est solius qualitatis, eo quod maneat consensus in determinata personâ sibi ante oblatam; & pulchritudo, quam existimat inesse personæ, error est tantum circumstantiæ accidentis. Si vero nullâ singulari notâ filia illa designata fuisse, sed genericè aliqua filia Petri ex gr. oblatæ fuisse, & alia postea amico, vel iuueni inspicienda ostensa: si alia postea supponeretur, error esset personæ, quia intentio iuuenis determinata fuit ad personam, quæ sibi, vel amico inspicienda ostensa fuit: unde si alia postea supponeretur, error esset personæ. Facilius reg. Quotiescumque persona, quæ in matrem ducenda offeratur, non determinat consensum contrahentis, sed relinquit illum suspensum, quo ad hanc, vel ullam personam, in particulari, solumque determinat illum genericè in aliquam ex multis, ex gr. Petri filiam: tunc quæcumque ostendatur, si in

Par. modo
in erpres eda
regula 4.

27.
Respondebit
suiss.

28.
Similicafu-

29.
Quod per-
ferrut, non deter-
minat consensum contrahentis,
sed relinquit illū suspensum, quo ad hanc, vel il-
lam personam, in particulari, solumque deter-
minat illum genericè in aliquam ex multis, ex
gr. Petri filiam: tunc quæcumque ostendatur,

Si in illam feratur contrahentis consensus, cum illa matrim. contrahitur: unde si alia postea supponatur, error est personæ. Si ex descriptione personæ contrahens in unam certam filiam ex multis, quas Petrus habet, consentit; cum ea concluditur matri. Vnde quæcunque alia postea ostendatur, vel supponatur, error est personæ: eo quod cum prima à parente sufficienter descripta, & à contrahente cōprehensâ & volitâ cōclusum fuit matrim. Eodem modo, si consensus contrahentis determinetur genericè ad aliquam Petri filiam, licet non ad hanc, vel illam in particulari, si postea ostendatur fœmina, quæ non sit Petri filia, non valet matrim. cum ea præsente contractum, quia saltem consensus contrahentis fuit determinatus ad aliquam Petri filiam: nisi absolute consentiat in presentem, quæcunque illa sit, quia tunc virtute reuocat priorem intentionem.

^{30.} An sit error personæ, si intendenti contrahere cum primogenitâ regis, eâ defunctâ offeratur secundogenita, quæ in defunctâ primogenitura ram succedit? Si primogenitura fuit tantum causa impulsua, & consensus directus tantum fuit in personam, in qua erat primogenitura, non valet matrim. si eâ defunctâ supponatur secundo genita: quia consensus contrahentis fuit determinatus ad personam, in qua erat primogenitura. Si primogenitura fuit causa terminativa, consensu contrahentis: tunc vel cum primogenitura contrahens intendebat determinatè personam, in qua erat primogenitura, quando initum fuit matrim. & sic non valet matrim. si eâ defunctâ offeratur secundogenita: quia consensus contrahentis non solum fuit in primogenitaram, sed etiam in personam, in qua tunc erat primogenitura. Si vero primogenitaram intendebat primariò, & personam tātū secundariò, vt non primogenitaram propter personam, sed personam propter primogenitaram intenderit, ita vt consensus non fuerit ad determinatam illam personam, in qua tunc, quando contractum est matrim. erat primogenitura, sed ad quamcunque filiam regis, in qua reperitur primogenitura; tunc defunctâ primogenitâ, valet matrim. cum secundogenitâ in defunctâ primogenitura succedente: eo quod consensus contrahentis non fuit in hanc primogenitaram determinatè, sed in primogenitaram filiaz regis, quæ quoad effectus morales, & ius successionis, quæ erat in defuncta, ac in succedente defuncta, propter quos effectus & iura contrahens intendebat cum primo genitâ contrahere. Eadem regulæ valent in alijs etiam contractibus, præsertim prior: sc. si consensus contrahentis sub certa aliqua conditione feratur in rem, de qua contrahitur, error talis conditionis redundat in errorem substantiæ contractus, quæ est materia, de qua contrahitur: quia tunc consensus contrahentis non est in materiali nudè spectata, sed certâ qualitate affectam: etsi huiusmodi contractus in foro externo presumi soleant validi, cum non possint probari.

^{31.} Innumerous cases hinc decidere est.

subsunt, aut in temporali officio alicui obligantur, si ad tempus, dicuntur mercenarij; si in perpetuum, Vasalli: Adscriptiij seu Originarij. Et certis terris colendis astrikti sunt; è quatum cultura absque domini voluntate recedere non possunt: de quib. gloss. in cap. 2. de Judeis. de his non est quæstio, cum verè liberi sint, ex cit. glossâ & textu: & licet sine voluntate domini ad ordines promoueri nequeant. dist. 54. can. Quis aut leges, id quod etiam decreuerunt Apostolicæ. 81. ad omnes tamen actus legitimos, & consequenter ad matrimon. admittuntur, vt cit. glossa: cùm verè hi, legum distributione, vt Pontifex cit. cap. ait, sint liberi, & solùm prohibentur ad Ordines ascendere, ne dominos, quorum terris colendis astrikti sunt, defraudent. Alij sunt propriæ servi, qui sui iuris non sunt, sed quidquid sunt, domini sunt, de his est quæstio.

^{33.} Fit autem quis seruus primò nativitate, vt de ancilla natus: nam secundū iura, teste S. Tho. Exglicandū, in 4. dist. 36. q. vn. art. 4. Partus quoad libertatem & seruitutem, sequitur matrem: quoad dignitates verò, honores, & nobilitatem, patrem.

de rei vendicâ. Partum ancille matris sequi conditionem, nec statum in hac specie patris considerari, explorati juris est. Addit glossa Baldi: Sed quantum ad dignitatem & honorem sequistur patrem, quia ex virili sexu eos metimus. Quod antea docuit Celsus iuriscons. ff. de statu homin. I. Cùm legitimè nuptiae facta sunt, patrem liberis sequuntar: Et Gregorius IX. cap. fin. de seruis non ordin. Ratio cit. S. Tho. proles à patre habet complementum formale, quippe à quo procedit vt à principio digniori, proinde quoad honores & dignitates sequitur patrem, sicut decus & dignitas rei sequitur formam: à matre autem accipit substantiam corpoream, penes quam attenditur conditio seruitutis. An si dominus propriam ancillam ducat, qlij ex ea nati sint servi. Affir. Dubitare mat cum Padilla Sanab. lib. 7. disp. 24. nu. 6. Ne merito quid probabilitas Sotus in 4. dist. 35. qu. vn. art. possit. 2. 6. Ex his, Henrig. lib. 11. de matrim. cap. 10. nu. 4. Vasqu. de incarna. disp. 80. cap. 8. nu. 41. & 44. Ponti. lib. 7. de matrim. cap. 44. nu. 4. & hinc 6. tom. disp. 28. nu. 47. probauit, Christi humanitatē statim Verbo copulatam exuisse seruæ conditionem: eo quod pati modo ancilla per coniugium suo domino copulata, statim seruæ conditionem deponit, & euadit ingenua, participans eandem dignitatem cum suo coniuge: Amben. de consulib. colla. 4. 6. Si autem etiam Expressi: id uxorem, ait, eadem claritate fulgere uxorem, Iustin. Imp quæ ipsius maritum; iijdemque radijs coruscare uxores, quibus earum maritos. Idem statuunt Hispanicæ leges, vt Vasqu. & Ponti. Confir. statim ac mulier legitimo matrim. copulatur viro, participat eosdem honorum & dignitatum titulos. At repugnat ex terminis, uxorem fruicendum regiæ, vel imperialis maiestatis titulo, & adhuc manere seruam: cùm de ratione servi sit, manere infra titulos honorum & dignitatum, sui domini: contrà verò de ratione uxoris sit, euebi ad eosdem honorum & dignitatem titulos sui mariti. Cùm enim per matrimon. fiat, Christo attestante, ex duobus vñacaro, vterque participat morales proprietates alterius: sicut ex eo quod ex natura humana & Verbo facta est vna persona, tam Verbum participat proprietates naturæ humanae, quæ hæc proprietates Verbi. Vnde filij ex tali uxore nati iure hæreditatis

SECTIO II.

An error conditionis seruilis fit impedimentum dirimens, & quo iure?

^{32.} Seruus natus postulari queat.

D Vplex seruorum genus: alij impropriæ servi, qui alterius temporali iurisdictioni,

35.
Id verum
sive etiam
natura.

hereditatis succedunt patentibus: ergo nascuntur liberi. Pontius hanc sententiam iure etiam naturali veram existimat, quod probabile est: nam sicut iure naturae, ob mutuam seminum mixtionem, sunt una caro; ita eodem iure morales proprietates, quae ex sanguinis nobilitate originem trahunt, tibi mutuo communicant.

2. Fit aliquis seruus iure belli, quo iuste capti-
tus fit capientis, eius morte in servitutem com-
mutata; quod iure gentium introductum est can.
ius gentium, dist. 1. innt. à glossa verb. Servitutes, &
l. Et seruorum ff. de statu homin. Quia lex locum
non habet apud Christianos, qui ob dignitatem
Religionis, quam proficiuntur, à servitutis condi-
tione eximuntur, sylvest. verb. Seruus q. 3.

Fit 3. iure ciuili seruus, qui maior 20. annis
permittit se vendi ad participandum pretium,
cit. l. & seruorum: & Institut. 9. Strui, de iure per-
son. Serui, aut nascuntur, aut sunt. Nascuntur ex
ancillis nostris; sunt iure gentium, id est capti-
vitate, aut iure ciuili, cum homo liber maior 20.
annis ad premium participandum se se venundari
passus est.

36. 4. Fit quis seruus emptione, vt cum ab alio,
Triples mo-
vel à se ipso venditur: ad valorem sex cum Ho-
duis seruus-
stien. Azor, & Goffr. requirit Sylvest. ex varijs
iurib. 1. vt qui venditur, sit maior 20. annis. 2.
vt intendat premium participate. 3. vt re ipsa illud
participet. 4. vt emptor credat ipsum esse
seruum. 5. vt qui venditur, sciat se esse liberum.
6. vt vendor, etiamsi sit alius à vendito, sciat
ipsum esse liberum: quorum vel uno deficiente,
deficit venditio. Si quis autem scire cupit, quod
modis serui sunt liberi, legat c. de latina libertate.
De his igitur, qui verè ac propriè serui sunt,

37. Dico 1. error conditionis servilis irritat ma-
trimon. à libera persona initum. Est certum in
utroque iure; Autben. de nuprijs. 9. Si vero de-
cretum: Si ab initio putauerit aliquis libera iungi
personae: illa vero famula postea declaretur exi-
stens, non dicimus solvi matrimonium, sed ab ipso initio
neque matrimonium fieri proper in aequalitate fortuna-
rum. Canonicum vero id exprimit cap. 2. d' con-
iugio seruor. vbi Alex. 111. non solum mandat,
matrimon. errore servilis conditionis à libero cum
ancilla contractum, separari, si post notam ser-
vitutem, carnaliter eam non cognoverit (quia
tunc censeretur cedere iure suo, velleque cum ser-
ua contrahere) sed etiam pecuniam, pro dote
viro datam mulieri restitu: & finali; & 29. q. 2.
can. Si quis ingenuus homo uxorem ancillam alterius
aceperit, & existimat quod ingenua sit, si ipsa
femina fuerit posse in servitute detinuta, si eam à
servitute redimere potest, faciat; si non potest, si vo-
luerit, aliam accipiat. Idem dicitur de libera con-
trahente cum seruo, servitutis conditione igno-
rante. Coeterum cum glossa nota, illud quod
additur, si redimere potest, faciat, non præcep-
tum, sed consilium: quippe detecta servitute,
statim illam dimittere potest, idque, cessante
scandalo, etiam propriè autoritate: secus, si
scandalum foret, sc. quia matrimonium esset publicè
celebratum: tunc n. b. requiritur indicium Eccle-
siaz: ita cum alijs Sanch. disp. 19. apud quem ha-
bes, cui incumbat in tali casu ignorantia proba-
tio. Ratio S. Thom. in 4. disp. 36. qu. vn. art. 1.
servitus impedit debitum coniugale, quod minus
ad libitum exigentis reddi à seruo possit, cum sit
astrictus servituis domini: aduersatur etiam pro-
li, quia ex matre ancilla nascitur serua: ex patre
vero seruo, et si conditionem servitutis non con-

trahat, notam tamen servitutis contrahit, quæ
multum famæ & dignitati obest.

Insetur; cum S. Tho. ad 5. solus error servitutis, non libertatis, impedit matrimonium. Nisi libertas
contrahit cum liberâ, putans esse seruam, validè ignorata.

contrahit, nisi error servitutis redundet in errorem personæ, ut sed: 1. quia in libera non est im-
pedimentum reddendi debitum coniugale ad li-
bitum exigentis; nec proli nascituræ servitus, aut servitutis nota: Ita valet matrim. inter utrumque coniugem seruum, cum ignorantia viri usque servitutis contractum. Nec matrimonium irritat
error conditionis æqualis, vt si seruus contrahat cum ancilla, putans esse liberam. Solus igitur ille error matrimonium irritat, qui deteriorem reddit
errantis conditionem, non qui digniorem, aut
æqualem. Ratio: iura tale matrimonium prohibent ad resarcendum damnum, quod, tum in prole, tum in matrimonium ipso liber cum serua servitutis ignarus, conte-hens incurrit: quod non incurritur, nisi quando errantis conditio sit deterior.

At quo iure error servilis conditionis irritat matrimonium. Nonnulli putant iure naturali, quia
impedit lib. ram redditionem debiti coniugalis,
quod est de iure. Verius alij censem, irritate solo iure positivo: nam ius naturale absolute non dicitur, semper ad exigentiam pertinentis red-
dendum esse debitum, sed quando, & vbi iuxta
occidentes circumstantias, rationabiliter iudi-
catur reddendum. Quare nisi ius positivum sta-
tuisset, tale matrimonium esse irritum, vi solius iuris
naturalis, irritum non esset: et si ius positivum
illud irritans sit conformius iuri naturali, quod
et si omnino modum libertatem in debito coniuga-
li reddendo necessariò non requirat, requirit ta-
men illam connaturaliter: sicut idem ius natu-
rale, et si non necessariò omnino modum liberta-
tem in matrimonium contrahendo requirat, eam sa-
tem requirit connaturalius: vt propter ea ad ir-
ritanda matrimonia graui metu contracta, opus
fuerit iure positivo irritante, alioqui solo iure
naturali non fuissent irrita. Dices, hinc sequi,
valete huiusmodi matrimonia inter infideles
contracta, qui legibus Eccles. non subiiciuntur.
Concedit Sanch. disp. 19. n. 17. Sed verius nega-
tur: nam licet non sit de iure naturæ, est tamen
de iure gentium, quod ex iure naturæ deducitur
vt determinatus ab indeterminato, vt S. Tho.

38. Dico 2. Valer matrimon. liberi contractum
cum serua, servili conditione cognitæ, & à for-
tiori, seruicu[m] serua. Est omnium cum S. Tho.
cit. definitur 29. qn. 2. cano. Si quis liber ancillam
in matrimonium acceperit, non habet licentiam
dimittere eam, si consensu amborum coniuncti sunt,
excepta causa fornicationis: colligitur ex cap. 2.
& finali, de coniugio seruor. vbi decernitur, si
liber seruam acceperit, & postquam audiuisset illam
esse seruam, carnaliter cognovit, non potest
illam dimittere: quia per copulam carnalem il-
lam scienter in uxorem acceptauit: nam condi-
tio, quæ est efficax ad firmandum contractum
præteritum, est etiam efficax ad illum à principio
constituendum. Hoc autem non valet, vbi nunc
Triden. est receptu[m], cum necessaria sit præsentia
parochi, & duorum saltem testium. Contrarium
statuunt leges ciuiles l. lege Papi. ff. deritu nupria.
Cavetur omnibus ingenuis, preter Senatores (qui se-
cundum glossam nunc etiam in hac lege compre-
henduntur) eorumq[ue] liberos libertinæ uxore babero
licet: quod à fortiori intelligitur de uxore ancil-
la. Quin in Autben. de nuprijs colla. 4. f. Ascriptio
alieno,

40.
Dulium de
iurepositivo.

Et infidelis
Doctorum
omnian con-
sensus.

Contra leges
ciuiles.

alieno, nubere liberam non licet, neq; ignorantie, neque scientie, neq; consentiente possessore: sed licet aliquid tale ab adscriptio geratur, licebit domino ipsi perse, & per proximam Indicem castigare plagis mediocribus, hoc agentem adscriptitum, & abstrahere ab ea, qua frustra ei coniuncta est. Vnde nec nuptiae sunt, quod factum est, nec oblatio dotis &c. Correttas ab Ecclesiastice. Sed haec correctae sunt per Eccles. leges, quibus in matrimonium standum est, iuxta Can. & Trident.

42.

Ratio.

Ratio: seruulis conditio substantia matrimonij non aduersatur: ergo ex natura sua illud non irritat. Notat autem Proposit. qu. 7. de impedimentis. dirim. dub. 3. etiam qui dubitans de seruituris conditione seruam ducit, validè contrahere: quia qui dubitat, & de dubio certior fieri posset, hoc ipso quoddum dubium non examinat, censetur in personam seruulis conditionis consentire.

Dices.

Dices: seruus in reddendo debito coniugali pendet à voluntate domini, cui in omnibus subiicitur: at conditio apposita de reddendo dependenter à voluntate tertij aduersatur substantia matrimonij: ergo & seruitus, quæ hanc conditionem re ipsa includit. Nego seruum pendere direcione & immediate in reddendo debito à voluntate domini, sed tam indirecione & mediata, quatenus illum ad seruitia & obsequia sibi debita occupando, impedit, quod minus possit à coniuge requisitus debitum reddere. Hoc autem substantia matrimonij non obstar: quippe cum haec conditio implicitè includatur in matrimonio. inter seruos scienter contracto: nam eo ipso quoddum inter se scienter contrahunt, proprio iure cedunt, ut non quotiescumque ipsi volunt, sed quando per seruitia & obsequia domino praestata, sibi vacat, debitum reddere queant. Nec est par ratio de eo, qui hanc conditionem expressè apponit, ut non nisi ex voluntate tertij debitum reddar: quia tunc contrahens non transfert perfectum dominium sui corporis in alterum contrahentem: at seruus totum ius sui corporis transfert in coniugem: per accidens autem est, ratione seruulis statutus, quod illud interdùm impediatur quoad usum.

43.

Negatio usus

matrim.

Coroll.

Ceterum, tunc negatio usus coniugalis irritat: tunc impedit perfectam translationem dominij, non autem quando re ipsa ex occurrēte circunstantiā negatur. Infertur, posse seruum etiam contra voluntatem domini matrimonium inire, cum dominus nullum ius habeat impediendi seruus matrimonii. cum hoc ius seruus habeat à natura, quod per ius gentium seruitutem inducens, sublatum non fuit.

44.

Expressio de-

finita concil

Dico 3. Valet matrimonio si dominus propriam ancillam collocat cum persona libera seruitutis ignara, etiam seruili conditione suppressa, cit. l. de latina liber. S. ult. Sed et si quis homini libero suam ancillam in matrimonium collocauerit, & dotem pro eam conscriperit, quod solitum est in liberis personis solum procedere, ancilla non latina, sed ciuius fiat Romana. Quam libertatem statim ancilla consequitur ante ullam iudicis sententiam. vt Sanch. disp. 20. n. 1. ex Authen. de nuptijs, colla. 4. ex qua cit. lex desumpta, est in qua §. Si vero decretum Iustin. Imp. sic loquitur: Nam si tradiderit tanquam liberam suam ancillam dominus: ille autem liberè existens, & credens tradenti hanc accipit, forsan etiam doctribus celebratis documentis, aut neque celebratis quidem, eius autem voluntate causam gubernante, non erit iustum, tale non contrahere matrimonium, sed tacitam libertatem sequi siue virum, siue mulierem, cum tale à domino sit, sancimus; &

rapi talum virum, aut fæminam ad ingenuitatem. Hæc n. verba libertatem important ipso facto consequendam, vt glossa in cir. leg. de latina liber. Ex quo deducitur, hanc legem non in poenam, sed in matrimonium fauorem conditam esse, vt contra non nullos Sanch. nec necessaria est dotis assignatio, sed sufficit voluntas domini ad ancillam libero in matrimonium tradendam. Eandem libertatem consequeretur, si, vt cum Veracru. Sanch. dominus dicat clero, vt suam ancillam cum libero copulet. Ratio: in ipsa voluntate copulandi seruam cum libero includitur voluntas donandi libertatem: cùm n. per leges nequeat matrimonio inter seruam & liberum seruitutem ignorantem consistere, nequit dominus habere voluntatem matrimonio inter seruam & liberum celebrandi, nisi simili habeat voluntatem libertate donandi, sine qua nequit matrimonio consistere. Quid si dominus fingat, non habens voluntatem libertatem donandi, an etiam tunc lex suum sortiatur effectum? Affirmandum: nam eo casu dominus dolos ageret, in cuius fraudis poenam Imperator in Authen. cit. de nuptijs, vt mox, statuit in favorem matrimonij, vt seruus libertatem consequatur.

Ratio omnia

45.

Corolla

Infertur, si dominus seruum aut seruam in matrimonio collocet cum alia persona, siue serua, siue libera, seruitutis conscientia valere quidem matrimonio, quia tunc persona libera seruitutis conscientia matrimonio contrahens cedit iure; at seruum eo eventu à domino cum libera in matrimonium collocatum libertatem non consequi: eo quoddum est. leges hoc privilegium solum in favorem matrimonij concedunt, quando alter liber est ignarus seruitutis: nisi quando dominus ancillam libero seruitutis conscientia tradit cum instrumento dotis, vt ex cit. Authen. cum Molina colligit Sanch. disp. 20. n. 9. tunc n. ancilla libertatem consequitur, etiamsi persona libera, cui in matrimonio datur, sit conscientia seruitutis. Quid si non ipse dominus seruam cum libero seruitutis ignaro collocet, sed matrimonio inter seruam & liberum conscientia seruitutem taceat? Negant eo casu seruam libertatem consequitam Palud. in 4. dist. 36. q. 2. art. 1. concl. 2. supple, Gabri. qu. vn. art. 3. concl. 2. & alij. Quia cùm haec lex innitatur presumptioni voluntatis domini libertatem concidentis, & nemo iuxta explic. glossa in reg. 44. Iuris in 6. tacens censeatur in sui præiudicium consentire, non consequitur eo eventu serua libertatem; proinde tale matrimonio cum errore conditionis contractum, fit irritum. Affirmat Gots in 4. dist. 35. q. vn. art. 2. Affirmandum. 9. Ex his colligitur, Conar. 4. decret. part. 2. cap. 3. q. 7. n. 2. Henr. lib. 11. de matrimonio. cap. 10. n. 4. Sanch. &c. ex not. Authen. vbi cit. §. vero decreto Manifestum, Imperator sic scribit: Si vero ipse quidem non deducitur, celebranter nuptias alterius personæ dominus, sciat autem quod agitur, & studio faciat, ut poste à causa sarcia alteri coniunctionum, vltiscimur huiusmodi, si aperta probetur nequitia, & priuatum dominum ita malignè cogitatem: sit q. rursus hoc etiam matrimonio. tanquam si consenserit dominus ab initio, & ille quidem cadat dominio, ad ingenuitatem vero seruitutis persona rapatur, hoc ipso euidenter efficitur, siue consensit, siue malignatus est dominus. Ex quo infert Sanch. ad effectum libertatis consequenda non sufficere tali casu solam taciturnitatem, sed requiri dolum, vt cit. verba indicant. Quo fit, ut libertatem non consequatur serua, si dominus matrimonij conscientius absque dolo conditionem seruitutis subtrahit.

46.

Corolla

Affirmandum

47.

Corolla

Notant

48.

Coroll.

49. Notant cōmuniter, valere matti. inter seruam & liberum seruiliis conditionis ignatum, etiam si serua sit ad certum tempus libera, post quod debet ad pristinam seruitutem redire; nō quidem eo fundamento, quod ex suppositione, quod sit ad tempus tantū libera, valeat matri. sed ex aliā suppos. quod libertas nequeat ad tēpus concedi; sed ea semel concessa, censeatur pro semper cōcessa, l.libertas. de manu missis testam: libertas ad tempus dari non potest. Et l. I deoq; si ita scriptū fuerit; Stichus usq; ad annos 10. liber eſt, temporis adiectio supervacanea est: ita lex eod. sit. Ratio: manu missio in favore libertatis, est irreuocabilis: sicut donatio inter viuos, quae semel facta, reuocari nō potest. nisi certis casibus iure expressis, de quo r. 5.

50. Dv b. 1. An valeat matri. personæ liberæ ignaræ seruituris cū seruâ breui libertatem consequuntur? Affirmat Sanch. disp. 19. n. 4. & tempus definit, ut sit sex mēsium breuius. Fundam. cū hoc tēpus sit breue, cessant ea omnia impedimenta, quibus duxa fuit Ecclesia ad ea matri. irritādā. Confir. 1. non prijudicat matri. quando dominus ipse ancillam cū libero seruitutis ignato collocat, cū tamē tempore consensus ancilla fuerit serua.

N. gandm. 2. Eandem notam contrahit proles, siue nascatur ex liberâ, quae paulò antē fuerat serua: siue ex seruâ, quae paulò post futura est libera. Inclinat in hanc sent. Coninck disp. 31. dub. 2. n. 26. Negant verisimilitudinem, r. 1. Angel. verb. matri. 3. imped. 4. n. 6. Sylvest. matri. 8. q. 2. dist. 3. Sotus in 4. dist. 3. q. 9. vn. ar. 2. 5. Ex R. 10. effica- biss collig. Hurtad disp. 14. de matri. diff. 3. Ratio sumitur ex disp. & fine, vti ostendi, quando materia vel contrahentes sunt naturali, aut superiori lege ad contrahendū inhabiles, matri. inter eos initū esse inualidū. At seruus, lege superioris est inhabilis materia cōtraetus matri. respectu personæ liberæ, seruitutem ignorantis: igitur. Nec refert, quod seruus breui sit libertatem consecuturus: sicut non est validum matrim. ante legitimā etatē initū, etiam si contrahens sit breui ea habiturus: vti nec matri. cū Scholastico Societatis mox è religione dimittēdo contrahendū. Ratio: iuta in favore personæ liberæ absolute statuant, matri. inter seruū & liberā seruitutis ignarā contractū, esse inualidum, nullā tēporis exceptione factā. Nec est eadē ratio, quando dominus ancillam offert libero seruitutis ignaro: quia hoc casu iura expressè definiunt, matri. fore validū. Vnde ex eadē iuris dispositione cēsetur seruus ex oblatione domini prius naturā libertatem consequi; quam matri. contrahere: quia cū ex vnā parte ad valorem matrim. ius requirat in contrahentibus conditionis & qualitatem; ex aliā, statuat matri. seruæ cum libero seruitutis ignaro, domino nuptias celebrare, valere, & vtrumq; iustali euentu suum locū habeat, censemur pro eo instanti, quo matri. contrahitur, seruus prius naturā fieri habilis, per acquisitionem libertatis, quam matri. contrahere. Ad fundam. Sanch. esto, tali casu cēsent causę, propter quas mota sint iura ad matri. seruæ cū libero seruitutis ignaro irritandū; quia tamen absoluē definiunt, tale matri. non valere, non possumus verba iuris ad huiusmodi casū in iure non expressum extendere: nā etiam cessante causā legis in uno, non cessat obseruatio legis, cuius custodia, pro bono publico magis expedit, quam priuatum bonum vnius vel alterius personæ. Ex his patet ad vtramque confir.

52. Differ. 2. Ad fundam. affir. 2. Cui iuri seruus satisfaciat, vxoris ne titulo iustitia naturali; iure debitum petentis, an domini debita obsequia exigentis, quando vtrique

satisfacere nō potest: cū seruus per matri. nō existimat à dominio Heri. & consequenter à cōsuetudine seruitijs ei debitibus, ut Adrian. cap. 1. de coniugio seruor. Distinguunt aliqui: si matri. initū sit cōsentiente domino, p̄rā & rendū esse ius coniugis debitū petentis, eo quod dominus matri. seruū consentiens cessit propriō iuri: securus, si inscio & inuitu domino initū sit. Verū h̄c distinctio, ut Sanch. disp. 21. n. 15. patēt refert ad dubij solutionem. Nā siue contentiente, siue dissentiente dominino matri. fuerit initū, nunquā seruus subira. Perpendenda hic ut à seruitijs sui dēmini: neq; consentiens se priuavit iure exigendi obsequia titulo seruitutis sibi debita. Quare talī casu perpendēdā sunt circumstantiae ex vtrāque parte vrgentes, sicut fieri solet in cōcursu duo rū p̄ceptōrum simul oī ligatiū; illudq; quod in agis vrget, maioriq; periculo obnoxium est, seruandum. Nam nec coniugia tenetur, nisi ad ratio nabilem debiti p̄titionem; nec dominus priuata debet iure sibi debito, quod in seruum etiam cōniugatum resinet.

53. 3. An licet possit dominus, postquā seruus matri. contraxit, illum in remotas partes vēdere? sc. quando seruus, adhuc matri. initio manet seruus & subiectus domino, alioqui si est libertate donatus, nō potest ē domino vēndi, cū non amplius maneat illi subiectus. Dixi, in partes remotas: nam in proximas, vbi matrimonij vſus non impeditur, nemini dubium est. Ratio neg. impe- 56. R. 10. negante partita ius, quod coniuges à Deo & natūrā habent, perendi reddendiq; sibi mutuō debitō, in quod ius dominus nullam habet potestatē, vti nec eos impediendi à matri. contrahendo, cap. 1 de coniugio servor. Pro parte affirm. est: dominus in R. 10. affir. matrimonij serui cōsentiens, non priuavit se iure, quod antea habebat, vendendi seruum in quamcunq; mundi partem, in quā aut necessitas vrlis. ser, aut commoditas majoris pretij invitasset.

57. Dico 1. teneri dominum non modō p̄cē- p̄o charitatis, sed etiam iustitiae, quando & quā respōsio commode, aut non cū notabili pretij diminutione, seruum vendere in paribus, in quibus matrimonij vſus non impediatur. Quia tunc nulla necessitas excusat dominum à peccato iniustitiae, impediendo ius, quod coniuges habent ad matrimonij vſum. 2. Excusari dominum à peccato iniustitiae quando vxor sequi potest maritum in remotas partes venditum, seu quando est libera, vel à domino manu mittitur. Quia non agit contra iniustitiam dominus, quādo non maiorem necessitatem imponit vxori sequēdi virum, quam vxori habeat vī matrimonij, scilicet sequendi vitum, in quascunque parties voluerit vir migrate. Quod verū est, etiam si dominus in matri. serui consenserit: quia per hoc non se priuavit iure illum vendendi quando ex venditione nulla sit matrimonio iniustitia. Idem censet Sanchez disp. 22. numero 9. quando vxor est ancilla, & vir liber: quia licet vir non tenet sequi vxorem, sed vxor virum: ergente ratione necessitate, quālis esset h̄c, tenet vir sequi vxorem. Et quām nouum grauamen imponatur viro, quod debeat contra leges matrimonij, vxorem in remotissimas partes sequi, id sibi imputandum erit, dum vxorem ancillam duxit. Quod satis probabile est. Probabiliora p̄ratio p̄. ratio vīris ac uxoris.

58. 3. Cui iuri seruus satisfaciat, vxoris ne titulo iustitia naturali; iure debitum petentis, an domini debita obsequia exigentis, quando vtrique

cōsiderit in matrī. servus p̄sente ac sciente coniuge libero, cōsentit in matrī. consentire iuxta leges à matrī. petitas, non impōnendo nouū gravamen vīro libero, quid matrī. per se non exigit.

60.
Rsp. 3.

Dico 3. graui vrgente necessitate, aut notabili inuitante vtilitate, non solum p̄sponderante, aut æquivalente, verū etiam inferiore damno, quod ex coniugalis v̄sus impedimento consequitur; modū per se & absolute cōsiderata, notabilis sit vtilitas, vel necessitas domini, licet poterit seruus vendi in partibus, ad quas nequit vxor accedere: etiam si dominus in seruū matrī. consenserit. Videtur cōmuniſ Sancb. c̄is. n. 13. quia in æquali, & maiori necessitate, potior est conditio domini ius in seruū possidentis, cui non censetur cedere per hoc, quod in ipsius matrī. consentit: neque vērō aut vrgenti necessitate, aut notabili vtilitati, quam posset de seruo, in partes remotas vendendo, acquirere: & libera, quæ cū tali seruo contrahit, sibi imputet, cū potuerit, & debuerit hoc pr̄uidere: neq; ex olo spontaneo consensu domini in matrī. prudenter p̄sumere potuit, dominum suo iuri cēlluram, cūq; nemo faciliter censeatur in suis iuribus sibi velle notabiliter p̄iudicare. Est autem hoc temperandum, vt nō liceat domino, etiā propter notabilem vutilitatem, seruū, de quo probabiliſſima ſpes eſt, illū ad fidē conuerendum, in partes infidelium vendere: cū bonū spirituale ſalutis ſerui p̄ualere debeat bono temporali domini. Nec obſtat, quod dāmū, quod dominus patitur, ſeruum nō vendendo, fit certū; ſpes autē ſalutis ſerui ut tantū probabilis: nam ſpes tantū probabilis conſequenda ſalutis æternæ, tanti momenti eſt, vt p̄ſponderare debeat cuiuscunq; certo dāmō notabili temporali domini. Multo minū id liceret, quando ſeruus ipſe Christianam fidē p̄teret, dummodo aliud de certō non conſtareret, id à ſeruo ſungi libertatis conſequenda cauſa.

61.
Temporando.

An potuerit dominus ſeruum inter infideles vendere, cuius pij aliqui fideles curam ſuſcipere volebant, illum ad Christi fidem inducendis? Videtur potuisse, cūm non dum in tali ſeruo apparet proxima ſpes conuersionis: & non potuisse, cūm ſaltē concipiatur probabilis ſpes de futuro, quæ ſufficit. Nam quæcunq; ſpes, ſiuſ proxima & de p̄ſentis, ſiuſ remota & de futuro, ſi cum probabilitate coniuncta ſit, ex charitatis p̄cepto p̄ualere debeat temporali bono certo domini. Hęc posterior ſent. verior.

Note.

An potuerit dominus ſeruum inter infideles vendere, cuius pij aliqui fideles curam ſuſcipere volebant, illum ad Christi fidem inducendis? Videtur potuisse, cūm non dum in tali ſeruo apparet proxima ſpes conuersionis: & non potuisse, cūm ſaltē concipiatur probabilis ſpes de futuro, quæ ſufficit. Nam quæcunq; ſpes, ſiuſ proxima & de p̄ſentis, ſiuſ remota & de futuro, ſi cum probabilitate coniuncta ſit, ex charitatis p̄cepto p̄ualere debeat temporali bono certo domini. Hęc posterior ſent. verior.

62.
Cafu. mihi
propositus.

Inſertur, ſi ſeruus infidelis iusto bello captus, perat à domino velle ad Christianam fidem transire, quæ ſeruum à ſeruitute ſtatim liberat, non poſſe eo cūnta dominum id ſeruo negare, etiam ſi priuictur iure dominij per iustum bellum in ſeruum acquisito. Nec tantum debito charitatis, ſed etiam iustitiae; probo: Vnusquisque ius habet à naturā eligendi ſibi quacunq; religionem, pro anima ſuſe ſalute conſequenda: at hoc ius non fuit per ius gentium, quādo mortem captiuarum in perpetuam ſeruitutem comutauit, ſublatum; cūm ius gentium non potuerit capiūi auferre ea iura, quæ ſibi ſunt immēdiatè à naturā confeſſa. Nam ſicut ab eis nō abſtulit ius matrī. contrahendi, quod à naturā ha- bant ſc. ſpeciem humānam propagandi; à quo iure iuxta communem ſent. nequeunt ſerui à domino impediti: ita multo minū ab eis abſtulit ius eligendi ſibi certam religionē, à qua nec poſſunt à dominis impediti, etiam ſi religio talis ſit, quæ ſeruū eximat à domini potestate. Quia cūm

hoc ius ſit potius & anterius, quippe quod in omni ſtatu homini competat, non potuit per ius gentium quod posterius eſt tolli. Hoc enim introductum eſt occaſione captiuitatis in fauorem captiuarum, vt eorum mors, quam iuſtē pati deberent, commutaretur in ſeruitutem. Impedire autem ius, quod quis habet à natura, & per alium ius ſublatum non eſt, actus eſt iniūtitia. Vnde qui ſeruum Christianum relig. poſſente, vendidit in partibus, vbi illam conſequi non po- teſt, tenetur illam reuocare ad partes, & ſtatue- re, vbi illam acquirere valeat.

DISPUTATIO XV.

De impedimento voti.

Votum, intellige caſtitatis, ſimplex & ſolemne, quorū diſcribenſ ſuprà de impedim. voti ſimpl. ſell. vls. coroll. 6. vbi de ſimplici diſcretū, illud matrī. non dirimere, ſed ſolū impeditre, ac licet eſt. Solemne vērō ad matrī. comparatur, vel antecedenter, vt tempore p̄cedat matrī. vel ſubsequenter, vt posterius tempore ſubsequatur matrī. ſue ratum, ſue etiam conſummatum.

Duplex vo-
rum caſtita-
tis.

Dico 1. Votum ſolemne religionis dirimere, quodcunq; matrī. ſubsequens, idq; non iure na- turali, aut diuino immediato, ſed Ecclesi. ex diuini dogma, no deriuato, vt ſuprà ſell. 3. Prior pars definitur ab Alex. III. cap. Meminimus, ab Innocen. III. ca. finali, *Qui Clerici vel vōentes, à Bonifa. VIII. ca. unio. do. voto in 6. & nouissimè à Triden. ſell. 24. can. 9. Si quis dixerit, clericos in ſacris Ordinibus conſtitutos, vel regulares caſtitatem ſolemniiter pro- feſſos, poſſe matrī. contrahere, contra dictumq; vali- dum eſt, non obſtant lege Ecclesi. vel voto, anarbe- maſit. à Chalced. concil. aſt. 15. can. 16. à Tu- ron. can. 16. à Tolet. 4. can. 51. & alibi. Expedie- bat enim, vt qui ſolemni caſtitatis voto ſe Deo in religionē manciparet, ne vīlam haberet an- ſam ad imperficiorem ſtatum redeundi, perpe- tuu illi prohibere matrī. non tantum ut licitum, ſed etiam ut validum; ut coniuge dimiſo, cogeretur ad religionem redire, nullo vineu- lo impeditere. Ut autem votum ſolemne caſtitatis in religionē emiſſum vim habeat ſubsequēs matrimonium dirimendi, emitti debet cum omnibus requisitiſ, ſc. vt iuxta Triden. ſell. 25. cap. 15. de Regulari. non emittatur ante 16. annum*

Pla-
ta à iure
requisiti ſe
votum dei-
mas.

zatis expletum: nec minore tempore, quam per annum poſſe ſuſcepturn habitum profellurus in probatione ſteterit: alioqui, vt ibid. profes- ſio erit nulla, nec vim habebit dirimendi ſub- sequens matrī. Est autem computandus annus de momento ad momentum, ita vt ſi nouitiae incepit quintā à meridie 10. Octob. non ſufficiat professionem facere quintā aut 6. ma- tūrinā 10. Octob. anni ſubseq. ſed expectanda erit quinta vespertina respondens quintā veſpert. anni p̄ced. ita Sancb. lib. 2. de matrī. disp. 24. nū. 22. ſuareꝝ 10. 3. de relig. cap. 15. &c. Non eſt autem neceſſe, vt ibid. ad annum expletum addere diem, cūm nullus ſit in iure textus id petens. Idem dicendum de anno 16. ad profes- ſionem requiſito, vt non valeat profesſio mediā die, vel duabus horis ante expletum 16. annum: quod refertur decisum 21. Ian. 16. 17. ita Barboſ. in cir. Triden. num. 11. Vnde eo caſu non valeat exceptio, quæ valet in matrimonio, niſi malitia ſuppiet etatem. Quia hoc tempus datur in fauorem

De die ius
diem con-
putus.

64.
Ius nature
poſſens iure
gentium.

*Non habita
ratione he-
rariis bis-
tent.*

fauorem minorenis, ut in plenâ etate de re tâ-
ti momenti maturè deliberare possit. Non tamen
censo addendas esse illas horas, que ad circulum
solarem complendum necessaria sunt, quæque
simil cum alijs consciunt vnam integrum diem,
quæ quartu quoq; anno additur Februatio. Quia
hæc computatio non est nota vulgo: annus autem
comparati debet iuxta communem vulgi opin-
ionem die in diem. Pari modo aliqui censem, si an-
num nouitiatus compleuit anno bis sextili, com-
putandum esse ipsum diem Februario additum.
Quod ego nimis scrupulosum iudico.

5.
*Duplex con-
tinuitas. 1.*

Requiritur 2. vt annus probationis sit conti-
nuus. 1. Quoad mutuam tam Prælati, quâ noui-
tij voluntatis perseveratiam, vt nec ille, nec iste,
pristinam voluntatem probationem continuâdi
interrumpat, sc. per actum perfidū & consum-
matum, vt cum nouitius animo delerendū religio-
monasterio egreditur; vel à prælatib; dimittitur.
Vnde etiam si sèpius nouitius animum habuerit
religionem deserendi, habitum q; ad hunc finem
exuerit, si ramen monasterio egressus non est, an-
nua eius probatio non interrupitur; vt nec si
toto tempore nouitiatus maneat in domo paren-
tum sanitatis curandæ gratiâ, cum sui prælati
licentia: ita *sacra Card. congreg. 2.* Quoad tēpo-
ris nō interruptionē: vt si probetur uno semestri,
& anno interiecto, alio semestri. Tum quia cù va-
riæ sint, varijs anni tēporibus in quâvis religio-
ne, corporis animiq; asperitates & mortificatio-
nes, ad quas omnes experiendas introducuntur est
annus nouitiatus, huius probationis fini minimè
satisfit, si nouitiatus annus interpolatè seruetur.
Tū quia inter experimēta, quibus probandus est
nouitius, maximum est, cōstantia in perforēdis
continuū religionis laboribus, & asperitatibus,
quæ nō nisi per tempus continuū elucere potest.
Non est autē necesse, vt hanc annuā probationē
nouitius impleat immediatè ante 16. annum, in
quo ei professio emittenda est, sed poterit ab anno
14. ad 15. ex communi apud Barbos. Hoc decreto
Trident. derogat antiquo iuri, statuent ad pro-
fessionem religionis sufficere 14. annū completū
in vitro, & 12. in fæmina, sicut sufficit ad matrim.
carnale cap. 1. Deregul. in 6. iunctâ glossâ. & deroga-
t alteri iuri, quo poterat monasteriū & mona-
chus huic probationi anno renunciare, cap. Ad
Apost. de regul. vbi Innoc. III. ait, quia tu p
terque renunciare videtur ei, quod pro se nosgitur
introductum. Huic priuilegio derogat Trident. vt
exprimit cap. 22. vbi omnia & singula decreta
de regularibus à se condita, præcipit obseruari
in omnibus cœnobij, monasterijs, collegijs, ac
domibus &c. Non tamen derogat, ut *sacra Card.*
congreg. modò tacitè Religionem profitendi, si
adsum ea, quæ ad tacitam professionem inducē-
dam ius requirit, seruato tempore probationis
præfixo, & etatis anno. Omnia intelligenda
etiam de fæminis profitentibus.

7.
*Trident. de-
rogat anti-
quo iuri du-
plici.*

8.
*Non faci
professio-
nem.*

9.
*Dubium 1.
dupl. x.*

Tom. IX. De Matrimonio.

An qui ex proprio instituto ha-
bent, ad professionem non admittere ante 18.
vel 20. annum, vt sunt Religiosi S. Francisci de
Paulâ, & SS. Trinitatis, Redemptionis captivo-
rum; valida sit professio in eorum religione 16.
anno iuxta Trident. decretum facta? Item qui ex
propriâ constitutione habent, ad professionem
religionis non admittete, nisi post biennium no-
uitiatus, & multa experimenta, vt Societas Iesu
ad vota simplicia, quibus iuxta extranag. Grego-
rij XIII. Ascidente Domino, vere & propriè
religiosos facit, eosq; inhabiles reddit ad matri-

Respondet ad 1. *sacra Card. congreg.* affirma-
tiue. Idem fortasse dicaret quoad 2. Verum vel
hæc ita sunt religionis propria, vt non sit in po-
testate ipsius, in ijs dispensare. Vt sunt quædam
substantialia impedimenta, in quibus nostra So-
cetas dispensare non potest, sed eorum dispen-
satio spectat ad Pontificem: vel in potestate re-
ligionis est, posse in ijs dispensare: 1. generis
professionem irritant, si non adhibeantur, cùm
eorum obseruantia pendeat à voluntate Ponti-
ficis, in quâ inferiores Prælati dispensare nō pos-
sunt: 2. generis professione nō irritant, si ea ex
dispensatione superiorū non adhibeantur. Hoc
sensu intelligenda *Cardin. declar.* ex verbis, quæ
supponant talis professionis actum, ex regulâ
propriæ verbis nō annullari. An vota simplicia,
quæ Scholastici in nostrâ Socie. emittunt, sint va-
lida ante expletū bienniū Nouitiatus nuncapata?
Ratio neg. Nouitiatus in Societate debet esse per
duos annos integros, ex constit. c. 1. Exami. n 12. c.
4. n 16. par. 3. n 3. & 4. & par. 5. c. 1. n 3. Quod etiam
in bullâ *Ascend. domino confirmat Gregor. XIII.*
Nam licet cum Nouitijs dispensari possit, vt post
annū Nouitiatus mittantur in collegia ad studi-
dum, nunquā tamen cum eis dispensatur, vt ante
exactū biennium, vota Scholast. quibus sibi veri
Religiosi, emittant, cit. p. 4. c. 3. n. 4. bi. studia cō-
ceduntur, qui ante bienniū, & probationes huismodi
ad collegia ex domibus destinantur, non tamē ap-
probari Scholasticis cōsentunt, donec biennio exatto,
& votis emissis in approbatorum numerū referantur.
Idipsum declarauit quinta congreg. Gener. decre-
to 12. sc. nō censerit verū religiosum, & Scholast.
approbatum in Societ. nisi post expletum bien-
niū, & emissa vota Scholast. Neque huic sent.
obstat declaratio 5. p. cap. 1. lit. c. vbi videatur hoc
biennium Nouitiatus iudicio Præpositi Gener.
posse prorogari, aut contrahi in quibusdā casibus,
ex causis non leuis momenti; tū quia aliqui Pa-
tres in ead. Congreg. 5. vt apparet ex decreto 13.
senserunt, hoc intelligi posse non de Nouitijs,
sed de professis, qui ad solemnia vota admittuntur:
& ad id afferendum movebantur, quod nulla
ex ijs causis non leuis momenti, quarum in eâ decla-
ratione fit mentio, in eos incurrire videntur, qui
simplicia vota emittunt: tum maximè, quia si quæ
facultas penes Præpositum Gener. in biennio
dispensandi foret, eath Congregatio aufert, cit.
decreto 12. Statutum fuit auctoritate congregatio-
nis, ut deinceps in nullo casu exerceri licet facul-
tatem illam dispensandi in contrahendo biennijs
spatio, ad hoc ut quispiam ante expletum biennium
censeatur verus religiosus, & Scholasticus appro-
batum per emissâ vota simplicia Scholast. Societatis.

12.
Dicendus.

Dico: posse Præpositum Gener. in biennio
Nouitiatus cum Nouitijs Societatis dispensare,
non solum validè, sed aliquando etiam lícitè.
Quod saltem validè, constat ex cit. declaracione
par. 5. cap. 1. lit. C. vti expressè dicitur, penes
eum esse hoc dispensandi ius. Quam declara-
loqui nō solum de tempore pro professis ad
professionem admittendis, prorogando vel
contrahendo, sed etiam de tempore pro Noui-
tij ad vota simplicia admittendis patet: tum
quia constitutio de admissione amborum lo-
quitur, & Nouitorum ad vota Scholast. & Scho-
lasticorum ad vota Professionis: tum quia 5.
congreg. Patres decreto 13. concluserunt, decla-
rationem loqui etiam de biennio Nouitiatus;
adiderunt autem decretum à congregacione fa-
ctum non repugnare declarationi p. 5. c. 1. lit. C.
Q. 2

tum quia, *Vt faciens inquit dispensandi, que in eo concessa est, possit aliquem effectum habere, satis est, si exerceatur in contrahendo tempore biennij ad professionem in casu aliquo emittendam: tum etiam quia nunquam videtur euenire posse, ut opus sit illud contrahere, ad admittendum in gradum Scholasticoꝝ, vel coadiutorioꝝ. Hac Congreg. in decreto 63.*

13.
Manifes-
torum.

Ex quo duo colliguntur: 1. ex sensu Congreg. vi cit. declar. l. c. Præpositum Gener. habere potestatem omni casu validè dispensandi in biennio cum Nouitiis: quia congregatio non auctor suo decreto à Præposito Gen. potestatam, quam illæ declaratio concedit: manente autem potestate, manet auctor validitas, non enim tollitur principium, ex quo auctor suum valorem sortitur. Etsi dispensatio foret illicita, ut potè contra decretum congreg. 2. Quod etiam aliquo casu licet possit Præpositus Gen. cum Nouitiis in biennio Nouitiatus dispensare. Quia congregatio concedit, ut aliquo casu ad professionem emittendam possit Generalis, cum aliquo in biennio Nouitiatus dispensare, ex gr. cù ijs, qui iure maiorum gaudentes in Hispaniâ, ut possint postea in Socie. admisi, firmiter se eo iure abdicare, ut nullo vñquâ tempore, aut casu sit ijs ad illud recursus, statim post Nouiciatum cum licentia Gen. emittere professionem trium votorum, ead. congreg. decreto 18. scil. si ad id non sufficiat promoto ad Ordines sacros, quia tunc nō professio, sed Ordinatio procuranda erit. Nec solù in casu ad professionem emittendam potest Præpositus Gen. in biennio Nouitiatus licet dispense, sed in quo-cunq; alio prudenter iudicaretur causa nō levius momenti; ut esset, si quispiam non vulgaris nor-tyro, post expletum annum Nouitiatus in societe, in mortalē incidere morbum, isque instanter peteret, ut ex hac vita discederet Societas Iesu Religiosus: ex eodem decreto 63. Congreg. 5. vt ita ca-tenus congregatio vñlum talis facultatis Præpo-sito Gen. prohibet, quatenus iudicat, numquā ac-cidere posse casum, ut opus sit, biennium contra-here, ad admittendum in gradum Scholasticoꝝ, vel coadiutorum: igitur si detur talis casus, non erit dispensatio contra decretum Cong. nec illicita.

14.
Casus singu-lares.

15.
Dubium 2.
Affirmant.

16.
Negandum.

2. An qui solum castitatis votum in religione emittit, fiat ad matrimonium contrahendum inhabilis? Affirmat glossa in cap. ex parte tuâ, ver. propositi: si castitatis votum denoueret alieni religioni in propria domo manendo, solemniteraretur votum. Idque probat ex can. de viduis, can. meliores 27. qu. 1. & can. Vida 20. q. 1. vbi tanquam religioſe habe-bantur mulieres, quæ priuatim in suis domibus votum castitatis emittebat in manibus alicuius reli-giosi, aut clerici: exq; ut apostata puniebatur, si post tale votum emissum nuplisseat. Sed fortius ex cap. finali: qui clerici vel voenates, vbi cù proposi-tu fuisse Pontifici, quid faciendū esset de mulie-re, quæ voto castitatis in manibus cuiusdā fratri S. Augustini, sub eâ cōditione emissio, ut in domo propriâ cù omni sua substantiâ remaneret, matr. publicè contraxerat. Respondet Pontifex, matr. fuisse nullū, eamq; teneri ad monasticam vitâ redire: igitur solū votum castitatis, cù habitu reli-gionis suscepito, quem hæc mulier domi manens susceperebat, vovente reddit ad matri. contrahen-dum inhabilem. At opposita sent. est certa, quam docent Angel. verb. Professio 1. §. 5. Sylvest. verb. Religio 3. q. 18. §. Quinto, Sanch. li. 7. de matri. disp. 25. n. 21. Ratio; ex cap. vn. de voto in 6. Votum castitatis duplicitate solemnizatur, vel per sancti Ordini-s susceptionem, vel professionem expressam,

sur tacitam factâ alicui religioni fer sedē Apol. approbatæ. At professio in religione approbatâ, omnia hæc vota substantialia paupertatis, casti-tatis, & obedientiæ includit, quorum vel uno deficiente, deficit tota professio. Confir. Votum 17. castitatis in religione emissum non efficit vo- Confir. uentem inhabilem ad matrimonium nisi efficiat reli-giosum: non efficit religiosum, nisi coniungum cum reliquis paupertatis & Obedientiæ: religio enim essentialiter constat ex his tribus votis, S. Tho. 2. 2. quest. 166. ar. 7. ex cap. cùm ad mo-nast. de statu monach. fine. Maior prob. hæc in-habilitas annexatur voto castitatis in favorem Religiosam religionis, ut religiosus in eâ professus perse- votum ea-ctius valeat Deo & religioni seruire; ergo prin- nexum tri-cipalius est inducta propter religionis statum. Eo 18. igitur deficiente, deficit ad matrimonium, inhabilitas, quæ propter illum inducta est. Sicut quia inhabilitas matrimonii annexa est Ordini sacro, in fa-vorem status clericalis, deficiente clericatu, ut esset in eo, qui voluntatem suscipiendo Ordines sacros non haberet, etiamsi votum castitatis emit-teret, non redderetur ad matrimonium, inhabilis sed validè posset, et si non licet, post tale votum contrahere. Ad Canones cit. responderi potest, 1. ut cum voto castitatis, non defuerint cetera duo vota: fieri autem in ijs solius voti castitatis mentionem, quia hoc tantum directè opponitur matrimonio, quod tali voto dirimebatur. 2. Ea vota in manibus Episcopi, aut Clerici emissa, non fuisse solemnia, sed tantum simplicia, post quæ permittebantur vouentes ad sacerdolum redi-re, nisi ratione scandali: quæ fiebat matrimonij diuortium, & separatio quoad thorum tantum. Quamquam Canon de viduis explicari potest de separatione etiam quoad vinculum: supponuntur n. in eo can. viduæ & puellæ post votum castitatis consensu suorum parentum emissum, absque facultate contraxisse matrimonium. quod sine parentu consentiu censebatur eo tempore inua-lidum. Ex cap. finali, qui Clerici, de eâ, quæ vo-to castitatis emissio, remansit domi seruata si-bi propriâ substantia, intelligendum est de vnu tantum suorum bonorum, idque cum licentia Prælati, sub cuius regula professionem fecerat.

3. An professus in vñlâ religione, transiens 20. ad aliam teneatur in eâ integrum annum pro- Dubium 2. bationis facere? Affirmant DD. cit. apud Barbos. in collect. in Triden. sess. 25. cap. 15. num. 17. An Latentius, teneatur nouum probationis annum facere, qui ex eâdem Religione transit ad strictiorem, vel laxiorem obseruantiam religionis, ut qui ex Franciscanis de familiâ transit ad Franciscanos de obseruantia, vel contraria. Affirmat cum multis Barbos. cit. idque decilum refert de quodam Catmelita discalceato professo, qui cum facul-tate sedis Apost. transit ad laxiorem religio-nem Carmelit. non discalceat. vbi probationis annum fecit, nouâ tamen professione nō emissâ.

Ceterum conuenio cum his; quoties profes-sus transit ex vñlâ religione ad aliam, vel ex Si regula di-eadem ad strictiorem, vel laxiorem regulæ ob-serveantiam, debere nouum probationis annum facere, etiamsi non debeat nouam professionem emittere: quia annus nouitiatus requiritur, ut probatio tam ex parte religiosi, quam ex parte religionis: quæ præmittenda est ad celebrita-tem contractus, qui inter religiosum & reli-gionem iniri debet, ut religioso constet de reli-gionis regula, num sit commensa suis viribus; & religioni de religiosi virtute, num sit idoneus ad.

22. *Viterius pro professione.* ad regularem obseruantiam constanter seruan-
dam, cap. ad Apostol. de regul. ergo quotiescunque regula, ad quam religiosus transit, est diuersa ab eâ, ex qua transit; opus est nouâ probatione, vt & qui transit, experimentum capiat de nouâ regula; & religioni constet de idoneitate trans-
euntis ad nouam regula seruandam. Addo: si professus in vnâ religione transit ad aliam, quæ sub diuerso capite regitur, vt conuentualis ad Franciscanos, qui sub diuersis Generalibus regu-
tur, nō modò opus esse nouâ probatione, sed nouâ etiâ professione, nisi aliud per sedē Apost. de-
cretū fuerit: secus, quando ex ead. eidem Gener.
subie. tâ transit ad laxiorem, vel striciorē eius-
de regula obseruantia, vt quædo in eadē religio-
ne sunt plures reformationes; & modi vivendi
sub eodē capire, vt in Ordine Prædicatorum. Ra-
tio: cù professio sit quidam contractus inter pro-
fessum & religionem, quando religio, ad quam religiosus transit, est subiecta diuerso capite, cu-
ius est ad religionē admittere, requiritur nouus
contraactus inter profidentem, qui transit, & Præ-
latum religionis, ad quam transit; cùm prior nō
habuerit potestatem admittendi, nisi in religio-
nem, cuius ipse est caput: proinde si professus in
vna religione velit in aliâ esse professus, debet
nouum contraactus cù Prælato religionis in eâ
facere. Quando verò religio est sub eodē capite,
solumq; diuersitas est in maiori, vel minori eius-
de regula obseruantia, transiunti ex vna regule
obseruantia in aliâ, non est opus nouo contraactus
inter profidentem & religionem, cùm prior cōtra-
actus inter professum & Prælato religionis ini-
tus, perseveret idem, ex utraque parte utrumque
astringens. Sola igitur necessaria erit noua pro-
batio, pròpter nouæ regula obseruantiam.

23. *Dubius ob-
seruius du-
biuum.* An professus, qui ex vna regula obseruantia sub
eod. cap. transiuit in aliâ, possit ad pristinâ regu-
lam redire absq; noua probatione? Ratio neg. ad
regulâ fuit approbatus, per priorem nouitiatum.
Verum, dicédū, nouam requiri probationē: quia
licet pro tunc fuerit approbatus, tenetur tamen
Prælatus nouam exigere probationē, ne propter
transitum ad aliâ regula obseruantiam, professus
sit redditus difficilis, & minus idoneus, ad pristi-
nâ regula, quam professus fuit, seruandâ. Sicut
qui post biennium nouitiatus tribus votis sim-
plicibus in nostra Socie. emissis, è Soc. dimittitur,
si iterum velit admitti, debet iterum integrum
biennium, aut cum dispensatione Gener. inte-
grum probationis annum repetere, vt possit
ad eadem vota admitti.

24. *Dubium.* 4. An fiat inhabilis ad matrim. contrahendum
qui in religione tria vota emittit, nullo excipi-
te; vel qui excipiendi autoritatem non habet?
Negandū; cùm non sit cōtractus ex utraq; parte
perfectus: nam quamdiu non accedit consensus
Prælati, cōtractus manet imperfetus, ex vna tâ-
tum parte inchoatus. Eadem ratio est, sitalia vota
excipientur ab autoritate non habete. Sed ad
quid talis teneretur? Resp. teneri iuxta mentem
vouentis: nā si intentionem habuit obligandi se
ad aliquâ religionem in cōmuni, tenetur aliquâ
ingredi: interim si matrim. contrahat, validè cō-
trahit; peccat tamen contrahendo: tenereturque
ante cōsummationē ingredi, vt superius: Si verò
nullam intentionē habuit religionem vouendi,
sed solù ea vota nuncupandi; minimū tenebitur
simplici castitatis voto, quod eo casu censorur so-
li Deo factū; non autē voto obedientiæ, cùm hoc
requirat subiectiōnem sui alicui prælato factam.

Tom. IX. De Matrimonio.

Vel certè si voluntatē habuit hæc vota in ea re-
giōne seruādi, ad nihil obligabitur: cù vota non
obligēt ad ta in relig. seruāda, nisi sint à religione
admissa: cùm igitur nāc non supponantur a reli-
gione admissa, ad nihil vountem obligabunt.

25. *Affirso-* Dico 2. Votum sōlēne religionis dicitur
matr. contraactus, non consummatū inter fide-
les: ex disp. 8. scđ. 3. & 4. Examinandū, quæ à iure q̄oad v-
requirantur, vt vñus coniux validè possit in reli-
gione profiteri, altero in sēculo remanēte. I cer-
tum est, non posse absq; licētia eius, qui in sēcu-
lo relinquitur, validè alterū profiteri: quin pro-
fessione emissa, debet ad sēculū reuocari, & suæ
vxorū restituī, cap. Quidam, & cap. Vxoratus, de
conuers. coniug. Idem iudiciū esto de eo, qui pro-
fessus est cum errore obitus suæ coniugis, cap. Ratio com-
placet, eod. tit. R. tio: idēc professio sine coniugis munis.
licentia facta, inualidâ est, quia coniux non ha-
bet potestatem sui corporis, vt illud validè possit
per professionem religioni tradere, ac perpetuū
mācipare. At 1. etiam per matr. ratum non con-
summatum, coniux acquirit perfectū ius & do-
minium in corpore sui coniugis, per mutuam tra-
ditionem de præsenti factam & acceptatam; cùm
tamen post matrim. ratum nō consummatum,
possit coniux, inuitio etiam altero, religionem
ingredi & profiteri. 3. Cùm hæc duo vincula pro-
fessionis, & matrimonij, sint diuersæ rationis;
illud virtutis religionis, hoc iustizie, non repu-
gnant in eadem persona simul, vt nec votum ca-
stitatis cù matrimonio. Ut igitur hæc ratio com-
munis suum cobur obtineat, explicandum ul-
terius erit, cur matrim. ratum non impedit, quin
validè possit coniux ius sui corporis in religio-
nem transferre, non obstante perfecto domi-
nio, quod in illud habet alter coniux; impe-
dit autem matrimonium consummatum.

Porrò huius rei adæquata ratio non est tan-
tum desumēda ex ipsa natura contraactus matr., Ratio ade-
indepēdenter ab omnilege & dispositione iuris: quāta.
nam non minūs hæc corporis translatio impe-
diretur per matrim. ratum, quo coniux acquirit
perfectum ius & dominium in corpore sui coniugis,
per mutuam traditionem de præsenti factam &
acceptatam: igitur ex eo, quod cùm Ec-
clesia potestatem habeat sibi à Christo commu-
nicatam, vt disp. 8. scđ. 4. in bonum spiritua-
le animarum, dissoluendi vinculum matrim. ra-
ti, nondum consummati, potuit in fauorem reli-
gionis hoc vinculum dissoluere, nihil inpedien-
te dominio à coniuge in corpus coniugis acqui-
sito: cùm bonum religionis longè præualeat bo-
no coniugali: & possit alter coniux, soluto vin-
culo coniugali, cuicunq; alteri nubere, nullum
fere damnum ei infertur, quod non posset long-
è maiori bono alterius coniugis, religionem
profidentis compensari. Contra verò, quia nullā
Ecclæsia potestatem habet dissoluendi vinculum
matrim. consummati, cdm illud sit de iure diui-
no indissoluble, non posset sine graui iniuriâ
coniugis in sēculo reliq; vt ratam admittere,
professionem alterius coniugis, inuitio ac repu-
gnante altero; cogeretur enim cælibem vitam
perpetuū in sēculo agere, quod maximum foret
graumen. Ad 1. rationem, esto per matrim. ra-
tum coniux acquirat perfectum dominium in Ad 1. ratio-
corpus alterius coniugis, quia tamen hoc matr. nem eorum
quoad vinculum dissolui potest, etiamsi ex na-
turâ initi contractus non possit vñus coniux,
inuitio altero ad religionem transire sine iniusti-
tiâ, auferendo coniugi, quod per matr. in illum
prob.

27. *Q 3* transtulit,

transtulit, poterit tamen accedente Ecclesiæ legi, quam in bonum religionis, etiam cù aliquo damno alterius, statuere potuit: sicut potuit respub. in bonum publicæ utilitatis ferre legem faciédi rem alienam suam legitimo tempore bonâ fide præscriptam. Ad 2. cito hæc vincula radicaliter non repugnant, quin possint simul in eadēm personā conuenire: attamen repugnat iuri & dominio, quod auferunt coniugi, si ipso repugnante, alter ad religionem transeat: quippe coniux non solum habet dominium proprietatis in corpus sui coniugis, quod remanet, adhuc coniugis professione facta, sed etiam utendi illo ad libitum, qui usus per professionem religionis tollitur. Hinc ideo professio religionis post consummatum matrim. inuito coniuge facta, non est valida, quia per eam proficens, tradit religioni, quod suum non est. Quæ ratio rectè concludit, posito quodd Ecclesia, ob causas à nobis assignatas, potestatem non habeat talēm professionem ut ratam admittendi: nam hoc posito, causa relinquitur in terminis iuris naturalis, dicitur, irritum esse contractum de re non suâ factum. Cū igitur coniux per solemnem professionem tradat suum corpus, eiusque usum religioni, quod suum non est, sed coniugis iure naturali talis professio erit nulla: non lecus ac nullum est votum donandi centum templo S. Francisci, quæ vountis non sunt. Quo fit, ut si Ecclesia potestatem non haberet dissoluendi matrim. ratum, etiam professio post matr. ratum sine licentiâ coniugis facta, esset iure naturæ irrita: nam per matrimonium ratum uterque coniux acquirit perfectum, ius in corpus alterius.

29. Certum 2. est, hanc licentiâ non debere esse dolo, aut graui metu extortam, cap. accedens, de conuers. coniug. Duran. in 4. dist. 32. qu. 2. num. 6. nam cùm per hanc licentiam debeat coniux cedere iuri, quod habet in corpus sui coniugis, perit, ut sit voluntaria & libera: at dolus tollit voluntariū, occultando obiectum; metus verò libertatem, ad gratuitam donationem requisitam, qualis est cœlio iuris in corpus coniugis. Quid si coniux in sèculo reliqua solum dissimulet, coniugem religionem ingressum non reuocando, nec reclamando? Respondent communiter apud Sanch. lib. 7. disp. 35. num. 11. tali casu integrum esse coniugi profissum reuocare, eo quod nō sit expressè cōcessa licentia, quæ de iure requiritur, ut coniux in sèculo reliquo cedat iuri suo. Leg. supple. Gabr. in 4. dist. 32. q. vn. ar. 2. concl. 8. Cæterū discrepant DD. an si hæc dissimulatio duret usque ad mortem, censeatur professio, solum coniugis taciturnitate reclamare potentis, & non reclamantis, ratificari absque novo consensu professi? Affirmat Palati. in 4. dist. 27. disp. 2. fine, & alij apud Sanch. disp. cit. n. 15. ex cap. Consuluit, de conuers. coniug. ubi Clemens III. consultus, an vir, qui habitu assumpto, per annum mansit in religione, defuncta vxore, possit ad sèculum redire, & aliam ducere vxorem? Respondebat, cogendum esse in religione manere; & si aliam duxerit, esse separandos. At negat probabilitas Sanch. cùm sola dissimulatio absque expressâ licentia ad validè profitendum non sufficiat. Nā quādū alter non cedit iuri, quod in corpus sui coniugis habet, non valet professio: per solam autem dissimulationem, huic iuri, ut supra, non cedetur. Neque mors sequuta sine consensu concedendi licentiam sufficiens est ad professionem ratificandam, nisi nouus accedat post mortem

30. Dubium in-
cidens. 31. Negandum.
Communi-
tate DD. An si hæc dissimulatio duret usque ad mortem, censeatur professio, solum coniugis taciturnitate reclamare potentis, & non reclamantis, ratificari absque novo consensu professi? Affirmat Palati. in 4. dist. 27. disp. 2. fine, & alij apud Sanch. disp. cit. n. 15. ex cap. Consuluit, de conuers. coniug. ubi Clemens III. consultus, an vir, qui habitu assumpto, per annum mansit in religione, defuncta vxore, possit ad sèculum redire, & aliam ducere vxorem? Respondebat, cogendum esse in religione manere; & si aliam duxerit, esse separandos. At negat probabilitas Sanch. cùm sola dissimulatio absque expressâ licentia ad validè profitendum non sufficiat. Nā quādū alter non cedit iuri, quod in corpus sui coniugis habet, non valet professio: per solam autem dissimulationem, huic iuri, ut supra, non cedetur. Neque mors sequuta sine consensu concedendi licentiam sufficiens est ad professionem ratificandam, nisi nouus accedat post mortem

coniugis profitentis consensu. Porro cit. caput explicat Glossa de professione faciâ cum consensu coniugis.

An si coniux in sèculo reliqua emittat votum castitatis, censeatur per tale votum cedere iuri suo, ac proinde validam fore alterius coniugis professionem? Ratio affit, per votum castitatis cedit iuri coniugale debitum petendi: quæ cessio sufficit, ut alter validè profiteri queat: nam tali voto positio, non tenetur coniux professus debitum reddere. Dieo; talis professio non valet; & potest coniux professus è religione reuocari. Ratio; per solum votum castitatis coniux non renunciat omni iuri, quod in coniugé habet: nam præter ius debitum petendi, habet etiam ius cohabitandi cum illo, ab eoque præsidia honoris & honestatis petendi, quibus solo castitatis voto non renunciat. Tantum adulterante coniuge, absque illius licentiâ, valebit coniugis innocentis professio, cap. constitutus, & ca. Veniens, de conuers. coniug. Quod verum est, etiam si ante religionis ingressum, dolo, vel metu uxoris licentiam extorcerit, & cap. Veniens; licet enim in hoc videatur non modicum delinquisse, quod capitosse affernit, quia nisi sibi eadem mulier consentiret, tam sibi, quam rosi mundo se inutiliter redderet &c. Ex quo tamen eadem caput viri alterius. His ibi. risupposuit, & postmodum non continuo, super reuocationem ipsius non est aliquatenus audienda, cum ipsius intentio exceptione possit commissæ fornicationis elidi: maximè cùm antequam fuerit fornicata, ipsum non duxerit repetendum. Ratio: per adulterium copiux amittit omne ius, quod in Ratio. coniugem innocentem habet: (siquidem fatente Christo, iuste potest dimitti) at si etiam ipse sit adulterer, compensantur delicta: vnde manens in sèculo reuocare poterit professum adulterum, sive adulterium commiserit ante, sive post religionis ingressum. Modò illud non commiserit, post professionem: quia tunc non poterit valida professio, ut pò tempore innocentia facta, per subsequens adulterium irritari. Aliqui etiam requirunt, ut non possit coniux adulterer in sèculo manens professum reuocare, ita Sanch. disp. 36. num. 1. eo quod non tenetur adulterer suo iure se ipsum spoliare, sed debet ab altero criminis conscientia. Et merito, quia cùm hæc sit pœna, & nemo teneatur a se ipso pœnam subire, sed ab alio, potestatē habente impositam acceptare, quantum diu coniux innocens adulterij sui coniugis non est conscius, adulterer ius suum retinet. Hic ut certe posita.

An professio de spontaneâ coniugis licentiâ, sine iuris requisitis facta, sit valida? iuris autem Reuocatur in dubium. requisita sunt, ut si alter coniux sit iuuenis, debet etiam ipse religionem ingredi; sive autem senex, nee de innocentia suspeitus sit, in sèculo manens castitatem voleat: cap. cùm sis. de conuers. coniug. Apostolica autoritate prohibemus, ne in Episcopatu tuo virum vel uxorem, nisi uterque ad religionem migrauerit, transire permittas. Verum si ita uxor senex est, & sterilis, quod sine suspitione possit esse in sèculo, dissimulare poteris, ut cæ in sèculo remanente, & castitatem promittente, ad religionem transeat vir eiusdem. Hæc Alex. III. idem cap. Vxoratus, & Innocen. III. cap. Ad Apost. cod. tit. Quando enim coniux in sèculo manens, sive iuuenis sit, sive senex, votum castitatis emisit, conuenient communiter, alterius coniugis professionem esse validam: sola difficit, est, quando qui in sèculo manet, nullum emitit votum.

Negat Glossa in cap. 1. de conuers. coniug. verb. Sola difficit, reuocari

Negant.

nocari. S. a verb. religio nu. 33. & alij apud Sanch. disp. 33. nu. 3. Prob. ex cap. de conuers. coniug. vbi consultus Pontifex, an qui de licentiâ vxoris monasterium ingressus professionem fecit ipsius uxore in seculari habitu remanente, neque ad religionem transeunte neque continentiam voulente, possit ad uxoris thorum reuocari. Respondebat, nisi uxor ad religionem transierit, scilicet si iuuenis sit, aut perpetuam castitatem seruare promiserit, virum posse & debere ex monasterio reuocari. Igitur sola licentia uxoris non sufficit ad validè profidendum, quia si talis professio valida fuisset, non potuisset ex monasterio ad uxoris thorum reuocari. Confit. Inualidus est contractus, conditionibus à lege præscriptis nō seruatis: ergo inualidus erit contractus inter profidentem & religionem conditibnibus canonica legi statuis neglectis. Affirmant Ricbar. in 4. disp. 27. ar. 2. qu. 4. Duran. dist. 32. qu. 2. nu. 6. supplem. Gabr. dist. 32. qu. un. ar. 2. concil. 8. & 9. Palat. dist. 27. disp. 2. fine. Henrig. lib. 11. de matrim. cap. 15. nu. 9. Sanch. disp. 33. n. 4. &c. quin supplem. & Palatinus sentiunt, professionem, etiam contradicente coniuge factam, quantum est ex se, valere: vnde solù postea accedente licentiâ coiugis ante repugnantis, absque nouo consensu profidentis valere, suumque operari effectum, quem ante impeditum habebat. Verum hoc falsum est, ut supra, nam quamdiu coniux licentiam profidendi non concedit, nequit alter validè profidetur, cum nequeat validè alienare dominium sui corporis, inuitu altero coniuge, sub cuius potestate, 1. Corintb. 2. ipsius corporis usus est quoad actum matrim. Quo fit, vt si ab initio professio non valuit, defecdu materia incapacis traditionis, non poteris, accedente solù licentiâ coiugis, absque nouo consensu profidentis, fieri valida: cum prior consensus fuerit inefficax ad transferendum per professionem dominium & usum sui corporis in religionem, & per consequens inualidus; ac proinde nouo opus est consensu, quo prior professio à profidete ratificetur.

36.

Contra.

37.

Ad princip. lém. quest. Resp.

Dico 3. Valida est professio coniugis de licentia alterius coniugis in religionem facta, etiam in saeculo relicta nullum emittat continentiaz votum; et si possit è religione reuocari, & suz coiugi restitui: primum docet, glossa in cap. ex par. 1. de conuer. coniug. verb. *De iure*; ex ipso tex- tu, vbi consultus Alex. III. de quodam infirmitate, qui uxore consentiente, religionem est professus, & postea sanatus uxorem retinuit, eaque defun- etia aliam duxit: Respondebat Pontifex, quod licet hic uxore suâ remanente in saeculo, de iure (hoc est licet) ad Religionem nequisuerit profidisci, et tamè sublatâ de medio, votum sine salutis sua periculo, non potuit violare. Vnde mandat, eum uxore dimissa, ad monasterium reuerti, sub regulari habitu de cetero domino seruiturum. Fuit igitur professio valida; alioquin non potuisset cogi, dimissa 2. uxore ad religionem reuerti, per solam uxoris licentiam, nullo ab uxore emissi votu: cum nulla sibi ex parte uxoris emissi votum mentio fiat. Idem ex can. Agathora 27. q. 2. Vbi Gregorius præcipit, vt si Agathos, quæ apud Papam quæsta fuerat maritus ex ipsius voluntate religionem est ingressus, non permittatur exire monasterio. Ergo validam censuit hic Pontifex professionem, cum solâ coiugis voluntate emissam: alioquin non præcepisset illum in monasterio manere. Ratio; nullus est in iure textus, qui qui talem professionem irritet: neq; ex eo quod

ius prohibeat, ne unus coniux ad religionem transeat, altero in saeculo superstite, si inuenis sit; aut sine voto castitatis, si senex fuerit, & de incontinentia minime suspectus, inferri potest professionem contra huiusmodi prohibitionem factam esse irritam, vt testè Durand. &c. eo quod ut Innocen III. cap. Ad Apost. de regulari multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem. Secundum habetur cap. 1. de conuer. coniug. vbi Alexan. III. definit, cum qui de licentia uxoris religionem ingressus est, si nolit ipsius uxor ad Religionem transire, aut perpetuam castitatem seruare, posse, & debere de monasterio reuocari, non ex eo quod professio fuit irrita, sed ex eo quod non fuit cum iucis requisitis facta. Id est ex cap. ex part. 1. cod. tit. vbi narratur casus de uxorato, qui cum licentia uxoris validè professus uxori restitutus est: validè pr. fessum constat ex textu dicente, defunctâ uxore, aliam sibi copulare non potuisse, sed copulatam esse dimicendam, & ad monasterium reuertendum.

Ad quid tenetur, qui religionem professus, ad uxoris thorum reuocatur? siue professio fuerit valida, siue inualida, non quidem ex defecitu profidentis, sed uxoris, non poterit debitum coniugale exigere, sed tantum reddere: quia talis professio saltē obligat per modum simplis voti: nam adhuc potuit professus se obligare, se ipsum priuando iure exigendi debitum, quod in ipsius potestate est. Quod autem defacto ad id se obli- gauerit, est communis sent. & patet, quia quantum ex se fuit, animum habuit castitatem seruandi, esto ipsius votum defectu consensus alterius coiugis, non fuerit à religione admisum: nisi forte castitatem voverit dependenter à professione: quia tunc professione inualidâ existente, ad nihil tenetur, potestque uxori restitutus, non modò reddere, sed etiam petere debitum. Discri- men notandum; validè professus nequit defunctâ uxore, aliam ducere, sed tenetur ad religionem, ex quâ reuocatus fuit, redire. Inualidè autem profes- sus, si simplex saltē votum castitatis emisit, et si licet nequeat, validè ramen potest ad 2. nuptias transire. Ad funda. primæ; non est legitima, cōseq. potest aut debet professus ad uxore reuocari: ergo ipsius professio nō est valida: cum possit etiam qui validè professus est, ad uxorem reuocari, si non fuerint omnia iuris requisita ser- uata. Confirmatio intelligitur de conditionibus substantialibus, cuiusmodi ad valorem profes- sionis non est alterius coiugis votum.

Instabis 1. Vxor concedendo vito licentiam profidendi, cessit suo iuri: ergo professione facta non est illi restituendus, nam translatio in religio- nē dominio, quod vxor habebat in corpus virtutis liberò ac spontaneo ipsius cōlensu, non amplius ei vir debetur; nisi professio non fuerit valida, vt potè facta absq; requisitis ab Ecclesia præscriptis.

2. Si hic validè professus est, non poterit ad coniugalem thorum reuocari: quia per solemnem professionem non solum, uxore consentiente, vovit se nunquam debitum coniugale perituru, sed negue redditum: ad virumque n. se obligat qui solemne votū castitatis emitit. 3. Si tal casu post professionem, in Religionem facta restituendus esset uxori vir, posset vir ipse auctoritate propria ad uxorem redire, ei que coniugale debi- tum soluere: quia quod iure debetur, ante ullam iudicis sent. restituendum est. 4. Saltē inde se- quitur, qui cum expressa & spontanea uxoris licentia ad sacros Ordines ascendit, posse absque vllā

Q. 4

villa Pontificis dispensatione coniugale debitum vxori petenti reddere. Resp. argu. cum prob. solum euincere, non esse ex iustitia virum vxori in tali euentu restituendum; at posset ex alia virtute, nempe charitatis; vel ad impediendū periculū incōtinentia in vxore, vel scandalū in aliis. Ad 2. esto per votum solemne castitatis vir non solum se astrinxerit ad non petendum, sed etiam quantum in se esset, ad non reddendum, unde defundā vxore, non posset cum alia contrahere: tamen quoad debitum reddendum, tale votum manet Ecclesie subiectum, ut possit in eo dispensare, & quoad hanc partem illud suspendere, in bonum spirituale animarum, & ad grauia mala & scandala vitanda. Ad 3. neg. sequela. nam cum per solemnen professionē in religione validē factam, religio perfectum acquisuerit ius in professum, non poterit profesus priuatā suā autoritate tale ius à religione tollere: sed necessaria erit authoritas Ecclesie, quæ potest statim habet in bonum spirituale animarum talius in alios trāferēdi. Sicut respublika quævis ad litas ciuium truncandas potestatem habet transferendi dominium rerum ex uno in alium, ut facit in præscriptione: quam potestatem non habent priuatæ personæ. Argu. 4. petit: An saltem id propriā authoritate facere possit, qui cum expressa licentia vxoris sacros Ordines suscepit: cùm hoc casu nulli fiat iniuria, nisi forte ipsi solemni voto castitatis, quod in casu vitandi peccatum incontinentia in coniuge, aut scandalum in aliis non obligat. Quare Dico 1. neque hoc casu virum ex iustitia teneri, contra emissum solemne castitatis votum, periclitanti vxori subuenire per debiti coniugalis solutionē: cùm per spontaneam licentiam viro datam, sit in vxore extinctum ius quod in usum corporis mariti habebat. 2. dico si probabile periculū incontinentia ac scandali immineat, nec facilis sit aditus ad superiorem, à quo dispensandi facultas petatur, ex charitate teneri ad subueniendum talicasu vxori periclitanti. Nam potest se tali casu conformare prudenti iudicio Ecclesie quæ talibus circumstantijs imminentे scandalo aut probabili periculo incontinentia, votum quoad hanc partem non obligare; declarat non dispensari: quia nulla hoc casu videtur requiri dispensatio: ut requiritur in professo, propter ius à religione acquisitum, ut propterea neque at professus propriā authoritate in hac parte vxori succurrere, ut potest sacris initiatuſ.

DISPV TATIO XVI.

De impedimento cognationis carnalis seu consanguinitatis:

*Quid nomi-
natur?*

Quid rei?

Consanguinitas est sub cognatione, ut species sub genere. Triplex quippe cognatio: Carnalis, quæ per carnalem generationem deriuatur; Spiritualis, quæ per regenerationem in sacro fonte Baptismatis, & in Christi sacramento contrahitur; Legalis, quæ per legis adoptionem comparatur. Hic tantum de carnali, quæ nomine consanguinitatis significatur, infra, de reliquis. Est autem consanguinitas, ex Angelico in 4. dist. 40. q. vn. ar. 1. & Joan. Andrea in explic. arb. consang. 35. q. 5. *Vinculum personarum ab eodem stipite descendentiū, carnali propagatione contrahitū.*

Dicitur *Vinculum*, non effectivè, sed forma- *Vinculum*. liter: est n. ipsa sanguinis participatio formalis nexus ac vinculum, quo duò inter se obligati consanguinei dicuntur: sicut idem lac, quod duo infantes ex eadem nutrice sugunt, est vinculum, quo inter se connectuotur, & collatanei dicuntur. Quamquam si vinculum accipitur pro iure amicitia, quo ex tali consanguinitate resultat (omnis quippe bonorum communicatio, teste Arist. 8. Eth. 12. ad amicitiam gignendam tenet) effectus est consanguinitatis ex eā. n. ut ex fundamento nascitur mutua relatio amicitia inter consanguineos. Dicitur *personarum*: quia inter solain diuidua rationalia amicitia virtus, ad quam consanguinitas ordinatur, esse potest. Unde Augus. 12. de ciuit. Dei cap. 21. ideo Deus ab uno homine omnes propagari voluit, ut nō tam inter se natura similitudine, verum etiam co- *Ab eodem generationis effectu hominines necterentur: quod non stipite des- servauit in brutis, que non ex singulis propugna- cendimus.*

nit, sed plura simul existere in suis: propterea in brutiis consanguinitas propriè non est, quia vt S. Tho. in 4. dist. 40. q. vn. ar. 1. ad ult. in eis sanguinis participatio ad amicitiam non ordinatur. Dicitur, ab eodem stipite descendentiū, ut à communi principio affectuō, à quo consanguinitas in multos deriuatur. Addunt aliqui proximatio: alioqui omnes essent consanguinei, cùm omnes carnali propagatione ab Adamo descendat: At negat S. Th. cit. ad 1. hoc ad definitionem consanguinitatis fuisse necessarium, quippe cùm ille in ea necessariò subintelligatur: consanguinitas n. est participatio virtutis, non tantum specificæ, sed etiam individualis, ex uno in multis, per naturalem propagationem deducit: & quia talis virtus, quod longius progrederit, eò magis debilitatur, necesse tandem est, eam penitus desercere: proinde non poterūt, qui procul à stipite distant, illam participare, sed qui à proximo stipite descendunt. Contendunt alii, ad includendam consangu. inter Cain & Adam, addendum esse, *Vel quorum unius descendit ab alio: si quidē Cain & Adam non descenderunt ab uno communi stipite per naturalem propagationem. Verum hęc definitio data est per ea, quæ naturaliter fieri solent, sc. per naturalem propagationem ab eodem stipite consanguinei sunt.*

Dicitur, *naturali propagatione contractum*: nam si multi homines immediatè à solo Deo creantur, non tantum similes in specie, sed etiā in individuo, non dicerentur consanguinei, sicut nec Adam & Eva: quia licet haberent sanguinem individualiter similem, neuter tamen haberet naturalem communicationem ab alio, in qua communicatione consanguinitas fundatur. Fuit tamen Christus consanguineus non solum matri, sed etiam Iosepho, & Anna; non tamen Iosepho nisi remotè, nam etiā non descendit naturali propagatione ex parte patris, descendit tamen ex parte matris: quia etiā modus ipsius conceptionis non fuerit naturalis, ut post operā spiritus S. in utero Virginis, absq; virili semine miraculosè formatus; fuit tamen naturalis ex parte matris, cùm ipsa ex parte suā non solum dederit Christo ut homini, quidquid solent aliae matres Anne, Iacob, filiis dare, sed eo etiam modo quo dare solent. Ut autem aliquis sit consanguineus suo vel auctiæ, sufficit, ut medianie matre naturali propagatione eorum sanguis communicetur. Christus vero à Iosepho non descendit ut à proximo stipite, cùm ab illo nō fuerit naturali propagatione generatus.

*Dicitur, na-
turali pro-
pagatione
contractum.*

*Christus
consanguineus
matris.*

Non Iosepho

Digitized by Google

vix: descendit tamen ab illo remorè quatenus mediante matre illi non solum proximè cōmunicatus fuit sanguis à parentibus matris, sed etiam remotè à parentibus parentum, inter quos fuit S. Ioseph, & hoc sensu Christus dicitur filius David.

4. Quid linea in cōsanguinitate, vt eam definit Joan. Andre. cit. collectio personarum ab eodem stipite descendenter, gradus continens, & numeros distingueens. Gradus verò, habitudo distantiarum personarum, qua cognoscitur, quota cognitionis distantia due persone inter se differunt.

5. Regula tres ad gradus disting. Prima. Ratioreg. Prima regula pro linea recta ascendentiū & descendenter ab eodem tradita, est: Quot sunt personae, de quibus queritur, computatis intermedijs, unā demptā, tot sunt gradus inter eas, quia cum gradus sit distantia, tot erunt gradus, quot sunt generationes, quibus personæ à stipite procedunt: ac proinde quot erunt personæ, quæ generantur stipite dépto, cùm ipse nequeat à se ipso distare, sed terminus tantum sit personarum, quæ à se distant, tot erunt consanguinitatis gradus. Ut inter abnepotem & stipitem quatuor intercedunt consanguinitatis gradus; siquidem quinque cum stipite numerantur personæ, pater, filius, nepos, pronepos: ergo stipite dempto, à quo reliqui descendunt, remanent personæ 4. quæ per 4. subordinatas generationes à stipite procedunt. Vnde quod generatio proximiō est principio, à quo est, cùd distantia à stipite minor erit; quod longinquier, cùd distantia maior. Vnde abnepos quarto distat gradu à stipite, pronepos 3. nepos 2. filius 1. Et quod dictū est de descendētibus, idem iudicium esto de ascēdētibus: idem quippe Petrus qui respectu descendētium est stipes, & inter ipsum & descēdētes distinguntur gradus cōsangu. respectus ascēdētium est terminus, à stipite recedens, inter quem & ipsum, dempto stipite, gradus consangu. recensentur.

6. Regula 2. Secunda pro linea collateralē ab eod. tradita, & in can. parentela 35. qu. 5. eo gradu personæ collaterales distant inter se, quo à proximo stipite distant: vt quia duo fratres germani vno gradu distant à communi parente proximo stipite, vno etiam gradu distant inter se. Duo verò consobrini, quia duobus gradibus distat ab quo eorum communi stipite, duobus etiam gradibus distant inter se. Ratio: tota & adæquata ratio distantiarum collateralium inter se, est distantia à communi stipite: igitur nequeunt plus, aut minus distare inter se, quam à stipite ipso distant. At, inquires, filius vno gradu distat à patre, cùm tamen magis coniunctus sit patri, quam fratri: ergo magis distat frater à fratre, quam à patre communi stipite: siquidem à communi stipite distant ut principiati à principio, inter se verò ut duo principiati ab vno communi principio. R. filii minus distare à fratre, quam fratre à fratre intensiō ob maiorem cum eo coniunctionem, & proximiō dependentiam; non autem extensiō, cùm nulla inter fratrem & fratrem intercedat persona distincta.

7. Regula 3. Tertia pro linea transuersa inæquali: quo gradu remotior à stipite distat, cùd distant & inter se: vt patruus ex una linea, & filius ex fratre ex alia, 2. gradu distant inter se: quia filius ex fratre, vt poterè nepos, 2. gradu distat ab aucto, cum quo vt cum communi stipite simul coniungitur cum patruo: cùm tamen patruus primo gradu distet ab eodem, quippe qui filius ipsius est. Ratio: si distantia collateralis vnius linea à collateralī alte-

rius linea desumeretur, non ex remotiori, sed ex propinquiori stipiti, sequeretur, remotiorem à stipite propinquius coniungi collateralē, quam suo stipiti: prōnepos enim si distaret à patruo eo gradu, quo patruus distat à stipite, esset propinquior patruo, quam suo stipiti: siquidem à stipite distat gradu 3. à patruo distaret primo, vt patruus ab eodem stipite distat: proinde non tota & adæquata distantia personarum desinetur per habitudinem ad communem stipitem. In hac regula fundatur communis illa doctrina, vt duo possint inter se contrahere, sufficit, si alteruter excedat gradū 4. etiam si alter sit in 4.

Infertur; persona remotior & qualiter distat ab omnibus collateralibus alterius linea: contrà Coroll. verò, persona propinquior inæqualiter distat à collateralibus alterius linea. Ratio: persona remotior distat à personis alterius lateri, per distantiam, quam ipse habet à stipite, non per distantiam, quam collaterales habent ab eodem stipite: & quia ea distantia respectu omnium collateralium est eadē, cùm certo determinatoq; gradu à stipite distet, idcirco remotior & qualiter distat ab omnibus collateralibus. Contrà verò, quia persona propinquior nō distat à personis alterius lateris, per propinquitatē, quam ipse habet à stipite, sed per distantiam, quam personæ alterius lateris habent ab eodem stipite, quæ quia inæqualitas est; alia. n. distantia, quā nepos, alia quā pronepos ab eodem stipite haberet; ideo persona propinquior inæqualiter distat à collateralibus, iuxta quod ipsæ inæqualiter distant à stipite. Fūsiūs Glossa in cap. finale, de consang. vbi Greg. IX. regulam approbat. Quo quisque nomine nuncupetur, qui certo gradu à stipite, & alia persona sub eodem stipite posita distat, ait can. Quod autem, & seq. 35. q. 5. Hæc est iuxta ius canon. graduum consangu. computatio: aliter ius ciuale, tan. ad sedem 35. q. 5. authent. de hereditib. ab intestato, colla. 9. quia gradus consangu. computat in ordine ad hereditatem, & successionem honorū ius verò can. in ordine ad matrem. pro quibus seruandum est ius cano. vt cit. can. Alexander II. Præterea ius ciuale cōsanguineos ex parte patris appellat cognatos, ex parte matris agnatos: ius autē cano. indiscriminatum his omnibus vltur.

An in aliquo gradu, tam recta, quam transuersalis linea fit iuræ natura irritum matrimonium?

Certum est, matrem. in 1. gradu recte, inter parrem sc. & filiam, aut matrem & filium, Apud omnes esse iuræ naturæ nullum. Constat 1. naturali instinctu omnium gentium, quæ huiusmodi matrimonia ut contra naturam, semper abhoruerunt. Quodsi quæ nationes ea aliquando ad miserunt, ut de Persis legitur, ex ut barbaræ ac feræ à reliquis habitæ fuerunt. vnde Ambros. ad Patern. Ne pater, inquit, filiam suam accipiat uxorem; interdictum est naturæ iure: interdictum est lege, quæ est in cordibus singulorum: interdictum est iniuriali prescriptione pietatis, titulo necessitudinis.

At difficil est in ratione: cùm tale matrem. non repugnet intrinsecō fini ipsius: non. n. minus ex patre & filiâ suscipi, educari que potest proles, qui est intrinsecus finis matrem. quam ex quo-cunque alio coniugio. Vnde cùm August. 18. de cœnit. cap. 16. recepto à S. Tho. in 4. dist. 40. vn. ar. 3. &c. recurrentum est alias rationes, quæ licet non

non impedian primarium finem matrimonij, reddunt tamen illud in honestum, turpe & indignum, cui homines rationis vsu prædicti consensum præbeant. Tres Augustini: prima est, natura-

^{11.}
Tres Augu
stini cit.pri
ma & potiss.

lis reverentia, non quomodocunque, sed cum quâdam laudabili verecundiâ, debita parentibus quam natura peculiari insinqua inseruit filiis erga suos parentes; quam etiam aliquæ belluæ seruant, teste Arist. 9. de hist. animal. cap. 47. & Plini. lib. 8. natur. hist. cap. 42. & propter socialē coniunctionem, quam inter virum & uxore secum afferit mariti. periclitatur filialis subiectio in parentes: propter coniugalem actum, naufragatur verecundus honor, quem teste August. cit. debent filii suis parentibus. 2. Hæc maritim. coniunctio filiorum cum parentibus aduersatur secundario fini maritim. qui est repressio concupiscentiaz, quæ mitum in modum in parentibus erga filias, & filiis erga parentes exardesceret, si inter eos validum maritim. esse posset, propter continuam inter eos conuersationem. Vnde nisi ingenitum esset à natura, non posse filios cum parentibus, nec parentes cum filiis contrahere, magnus pateret aditus ad huiusmodi incestus committendos: quem aditum arctissimè occludit sera innati luminis dictantis, hæc matrimonia esse à natura prohibita. Iniquum igitur est, ac nefarium tale frænum ad coercendam immoderatam concupiscentiam, homini à natura impositum, tollere, per maritim. Sj. n. iniquum, ait ille, est, quiditate possidendi, transgredi limitem agrorum, quantò est iniquius libidine concubandi, subuertere limitem morum. 3. Hec matrimonia impediunt, quod mindus amicabilis coniunctio, ad quam ipsa secundatio saltē tendunt ad multos protendantur: Fuit enim, ut idem, antiquis Patribus religiosa cura, ne ipsa propinquitas se paulatim propaginum ordinibus dirimens, longius abiret, & propinquitas esse desisteret, eam non dum longè possum, rursus matrimonij vinculo colligare, & quodammodo renouare refugientem: iis sc. plures necessitudinis vinculo necluntur, quem finem matrimonia inter filios & parentes impedirent.

Terria.

^{12.}
Vna superest
difficultas.

An in casu necessitatibus conseruandi genus humanum, validum licitumque foret maritim. inter filios & parentes? Negant Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 9. S. Ad hanc dub. Coninck disp. 32. n. 14. Hurtad. disp. 27. de matri: diff. 3. & alij apud Sanch. lib. 7. disp. 45. n. 10. Probat Caiet. quod est per se prauum, nullo casu potest licite fieri: at maritim. inter parentes & filios est per se prauum, tum quia cadit super materiam inhabilem; filij .n. ob naturalē reverentiam parentibus debitam, sunt naturaliter inhabiles ad contrahendum cum illis: tum quia naturalis indecentia est, vt pater carnaliter cognoscat filiam, aut filius matrem, quam indecentiā priuata persona tollere nō posse. Affirmant probabilius Sotus in 4. dist. 40. q. vn. ar. 3. s. igitur, Palat. disp. 929. Henrig. lib. 12. de matri. cap. 9. n. 3. Sanch. cit. Rebell. q. 5. de imped. cogn. sell. 3. Laymon lib. 5. trac. 10. p. 4. cap. 6. n. 1. Ponti. lib. 7. cap. 31. inclinat Valen. id. q. disp. 10. q. 5. pu. 3. s. Quin etiam, & plurimi. Fundam. indecentia, quæ cum tali maritim. est coniuncta, non est tanta, quæ non possit extrema necessitate subueniendi generi humano iam iam pereundi honestari: alioqui neque à Deo posse tali casu dispensari, quod est contra Caiet. cætosque 1. sent. authors, concedentes, posse eo casu à Deo vt ab authorē naturæ dispensari; quia est supra naturam. Nam esto homo sit subiectus naturæ, potest ta-

men ex interpretatione ipsius naturæ, quæ talis casu dictat ad se ipsam conseruandam, validum ac licitum fore tale maritim. cum filia, aut matre contrahere. Neque tunc homo secum dispensabit, vt persona priuata, sed vt publica naturæ ministra, à qua censemur eo casu autoritatem accipere: sicut qui ad defensionem sui cum moderatione inculpatæ tutelæ iniustum inuasorem occidit, non autoritate priuatâ, sed publicâ sibi ab ipsa natura communicata ad sui conseruacionem. Confir. Quotiescumque duo præcepta simul concurrunt, illud seruandum est, quod magis obligat: igitur concurrentibus duobus præceptis naturaliter obligantibus, de non contrahendo cum patre aut matre, & de subueniendo humano generi iam iam pereundi, seruandum erit posterius, quod strictius obligat.

Ad Caiet. prauitas, quæ in maritim. inter parentes & filios apparet, non est adeo ratione difformis, vt nullâ possit necessitate honestari: sicut occisio iniusti inuasoris honestatur iustissimâ causâ tuendi propriam vitam. Confirm. alioqui neque à Deo posset tali casu dispensari; cùm nequeat Deus dispellare in afflictibus in triosecè prauis.

Quousque se extendat in recta linea inter ascendentes & descendentes naturalis prohibitio in matrimonio contrahendo? Prima sent. affir-

mat, extendere se ad omnes ascendentes & des-

cententes in insinitum, idque iure naturali: ita

Ioan. Andre. in explic. arb. consang. 35. qu. 5. vers.

Quaro, Canonista quid Sanch. lib. 7. disp. 51. nu. 12.

Scorbi in 4. dist. 50. q. vn. ar. 2. Rich. ar. vn. q. 4. Dun.

ran. qu. vn. n. 9. & 10. Palud. q. vn. ar. 3. concl. 1. sup-

plem. q. vn. ar. 2. concl. 1. Petr. Soto lebt. 10. de matri.

propof. 1. Bell. de matri. cap. 28. init. Vasq. 1. 2. disp. 12.

n. 7. Tolet. lib. 7. cap. 9. Coninck disp. 32. dub. 1. con. 3.

Hurca. disp. 17. diff. 3. falsò pro se citans Caiet. 2. 2.

q. 154. ar. 9. Rebell. q. 5. de matri. imped. sell. 2. concl.

2. & alij. approbat scriptura, dum descendentes

per multas generationes ab Abraham, appellat

Abraham filios: & Christus ipse dicitur filius

Abrahæ & David Math. 1. Inferunt i. si protoparentes in hæc vitæ redirent, nulli mortaliū nubere

posse, vt neque Enoch, rediturum licet in hanc

vitam. 2. infideles ad fidem conuersos separari

debet, in quounque gradu rectæ lineæ copula-

ti essent. Probant 1. antiqui Iurisconsulti lumine

naturæ du&i negarunt, in linea recta inter as-

cendentes vllum cōsistere posse maritim. ita Caius

Iuris. ff. de ritu nupti. 53. Nuptia cōsistere non pos-

sunt inter eas personas, que in numero parentum,

liberorumne sunt, siue proximi, siue ulterioris gra-

dus sint usque ad infinitum: & Instit. 5. Ergo, de nup-

tisi: vbi nuptiæ cum quacunqne persona in infi-

nitum in linea recta contractæ appellantur ne-

fariæ & incestæ. 2. Ratio naturalis dictat, reue-

rentiam exhibendam esse iis omnibus, à quibus

siue proximè, siue remotè nostrū esse accepimus;

eoq; maiore, quò remotius à nobis distant, siquidem eò sunt ætate venerabiliores: vt patet de

auo, quem nepotes magis venerantur quam pa-

trems ipsum: quia illum venerantur non solum

vt principium sui esse, sed etiam vt caput totius

domus, & ætate digniorem.

Secunda probabilius negat, solo iure naturali

spectato, se extendere ad omnes, qui per rectam

lineam excurrere possunt, sed intra certos fines

& gradus contineri. S. Thom. 2. 2. qu. 54. ar. 9. ad

3. in cōmixtione personarum coniunctiarum, aliquid

est secundum se indecens & repugnans naturali ra-

tioni, sicut quod commixtio sit, inter parentes &

filios

^{14.}
^{15.}

Caiet. ad fundam.

Coroll. dico.

^{16.}
^{17.}

filios, quorum est per se & immediata cognatio: alia verò personæ, que non coniunguntur secundam seipsum, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex se ipsis indecentiam, sed variatur circa hoc decentia, vel indecentia secundam consuetudinem & legem humanam, vel diuinam. Hæc S. Thom. qui indecentiam, naturaliter matrimonio repugnantem, solum agnoscit inter parentes & filios, eo quod soli filii immediatè cōiunguntur cum suis parentibus, reliqui verò mediante parente. Ita illum explicat Caiet. cit. art. 5. Ad cuius eidem Bonau. in 4. dist. 40. ar. vn. q. 2. vbi solum in 1. gradu matrimon. rectæ linea contractum, sit esse naturaliter irritum: Angel. matrim. 3. impedi 6. n. 1. fine, Sotus in 4. dist. 40. q. vn. ar. 3. §. viraque, qui cōtrariam sent. appellat ludicram & ridiculam: Conar. 4. Decretal. par. 2. cap. 6. §. 8. fine: Palati. in 4. dist. 40. disp. vn. §. Enimvero, Henricus lib. 12. de matrim. cap. 9. nu. 2. Valen. tom. 4. disp. 10. qu. 5. pu. 3. de impedirim. §. Veram in hac re; Sanchez lib. 7. disp. 51. n. 13. Ponti. lib. 7. cap. 31. nu. 3. & 4. alij apud Sanch.

18. Probat Sotus ex cap. finali, de consangu. vbi dicitur vir gradu 4. distans à stipite posse cum muliere gradu 5. ab eodem distante contrahere: non posset autem, si intra quemcunque gradum rectæ linea matrim. esset naturaliter irritum. At non aduertit Sotus cap. cit. loquid de viro & muliere, per diuersas lineas à stipite distantibus; Vir, qui à stipite quarto gradu, & mulier, que ex alio latere distat quinto &c. 2. probat ex cap. non debet, cod. tit. vbi Innocent. III. usque ad 4. duntaxat gradum matrimonia prohibet: Quæ reg. cùm sit assignata pro tota serie consangu. debet etiam de gradibus sub recta linea contentis intelligi: alioqui debuisset Pontifex hoc exprimere, ne fidelibus ansam daret violandi ius naturæ. Sed potuit hanc regu. statuere de iis dumtaxat gradibus, de quibus nulla erat controversia, reliquis relatis opinioni. Nec vlla fuit causa, quæ Pontificem urgere poterat ab hoc declarandum: nam prohibitis matrimoniiis usque ad 4. gradum consang. inclusiū, prohibita censentur omnia, quæ de facto moraliter possunt inter ascendentis in recta linea contrahi: cùm vix sit casus moraliter possibilis, quo duo possint in 5. gradu sub eadem recta linea distantias matrim. contrahere: quippe qui debent per quinque generationes consequentes à se ipsis distare, quod fieri naturaliter nequit: cùm vel non tam diu homines vivant, vel si uiuerent, non essent ad matrim. idonei.

Nullius tex-
sus efficax.

19. Recurrunt ad lumen
natura.

Prima ratio est eorum, qui dicunt, idèo in recta linea non prohiberi naturaliter matrimonia inter ascendentis & descendentes in infinitum, quia non omnis sanguinis participatio inducit naturalem indecentiam matrimonio repugnantem, sed ea tantum, quæ immediatè & per se dimanat à principio proximo gignente, non quæ remotè & per accidens. Vnde concludunt, solum in 1. gradu inter parentes & filios matrim. naturaliter prohiberi. Videlicet S. Thom. Bonavent. Sanchez. Sed contraria naturali honestati & decentiæ aduersatur, quod saltem inter avum & nepatem contrahatur matrim. vt ratio naturaliter prohibet matrimonium inter filios & parentes, ob naturalem indecentiam, quæ appetit in commixione duorum personarum, eam carnem & sanguinem participantium, naturalemque subiectiōnem,

quæ inter filios & parentes est: quæ ratio militat etiam inter nepotes & avos, cùm re ipsa nepotes participant eandem carnem & sanguinem, licet medianibus parentibus, ab auis; eademque sit, vel maior, propter maiorem ætatis inæqualitatem, nepotum ad avos naturalis subiectio. Confirm. Si sola immediata sanguinis participatio prohibetur naturaliter matrimonium, possit naturali iure spectato inter fratres & sorores esse matrimonium, cùm inter eos sit tantum media sanguinis participatio, mediante communi stipite, à quo tandem immediatè procedunt: hoc autem est contra Sanchez, ut infra.

Ratio: illa participatio ciuidem carnis & sanguinis, naturali propagatione, à principiis generatiuis accepta, in qua potissimum naturalis indecentia matrimonio repugnans fundatur, per succedentes propagatiohes, semper magis ac magis debitatur, & tandem euaneat; vñaque naturalis indecentia matrimonio repugnans. Ad fundamentum contrarie, dico, naturalis indecentia matrimonio repugnans, non fundatur in solâ & nudâ ratione principijs, & sensu principiati ut sic, sed cum participatione ciuidem sanguinis & virtutis; si quidem propter eandem virtutem, quam cum principio participat principiatum, naturaliter illi subiicitur, ac natura ipsa prohibet, ne propter verecundum honorem illi debitum, inter eos contrahatur matrim. Nec refert, quod propter maiorem ætatem, maiorem debeamus auis & atauls; quād parentibus reverentiam: nam hæc non fuadatur in maiori carnis & sanguinis participatione, quæ est proxima causa prohibendi matrim. sed in virtute & autoritate politica, quam sibi proueditoria ætate, & rerum experitia compararunt.

Ad iurisconsultos, neg. eos hoc statuisse lumen naturali ductos: cùm in suis legibus multa sint purè positiva ab humana potestate derivata. Scriptura à cit. tantum probat, possit iuxta communem modum loquendi, eti. n. remota distantes appellari filios respectu suorum majorum: non probat, quod inter eos non possit esse matrim. De Christo est peculiaris ratio, cur appellatur filius Abrahæ & David: tum vt nobis insinuarent, Christum veram carnem & sanguinem assumpsisse: tum vt indicarent, eam non ex alia, quam ex Abrahæ & David stirpe sumipf. sc, vt iisdem oīis Spiritus Sancti oraculo promissum fuerat.

20. Comixtio eiusdem san-
guinis dede-
ct. 25.

Ad quem usque gradum rectæ linea se extendit hæc naturalis prohibito: S. Thom. Bonavent. citat: Palud. in 4. dist. 38. quest. 4. art. 4. fine, Caiet. not. Sanchez disp. 51. nu. 19. ad solum primum gradum illam extendunt: Sotus, Valent. Henriquez, Laymon. lib. 5. tract. 10. cap. 6. num. 2. usque ad 2: Angelus. Palatus usque ad quartum, quod probabile censet Henriquez: alij usque ad septimum. Contra. & Pont. nullam certam regulam agnoscunt: Et sane, si verum est, tam diu inter ascendentis & descendentes hanc naturalitatem prohibitionem, in matrimonij contrahendis, durate, quamdiu in eis perseuerat eadem carnis & sanguinis participatio; cùm hæc sciri à nobis non possit, nec certa regula assignari poterit, sed standum erit prudentis arbitrio. Inter omnes autem recentitas sentent. illa monsor ad maximè placet, quæ ad secundum duntaxat gra- hoc afferendū extēdit, nam gradus tam rectæ, quam trans. dum. ver.

versus lineas consanguineas. In Lexico non prohibetur ultra 2. gradum, ultra quem licet poterant contrahere: non potuerint autem, si hic esset naturali iure prohibitus. Unde ex hoc certum habemus, ultiores gradus ultra 2. non esse naturaliter irritos: licet hinc certum non habeamus, ultra primum esse etiam naturaliter irritum: quia hic potuit a Deo prohiberi, etiam si non sit a natura prohibited.

Coroll. duo.

26.

Aliera difficultas.

2. Sene.

27.

Probab. 2d

28.

Confir.

Quod cap. est.

An lex naturalis irritet matrimonium in 1. gradu linea transuersa, seu inter fratrem & sororem; ut in 1. gradu recta. Prima sententia degat. Scotti in 4. distinct. 40. quest. un. art. 2. Richardi art. vni. quest. 2. Durandi quest. nu. 9. Paludani dist. 38. quest. 4. ar. 4. concl. 13. Argent. dist. 40. quest. vni. art. 4. ad argu. principa. supplem. Gabr. dist. 40. quest. vni. art. 3. dub. 2. Caieta. 2. 2. quest. 154. ar. 9. 5. Ad obiect. Palatij dist. 40 disp. uni. 5. Verantamen: Conarr. 4. decret. par. 2. cap. 6. 5. 10. nu. 3. Coninsk 32nn. 19. qui in sententiam negantem magis inclinat: Ponij lib. 7. cap. 32. Hurtardij dist. 17. diffic. 5. Eiusdem videntur S. Thom. & Bonavent. citat. qui dum inquirunt, intra quos gradus iure naturae matrimonium sit prohibitum, solum in primo gradu lineare recte assignant. Prob. 1. huc sent. si ratio efficiat pro contraria esset, vel esset intrinseca inter eos sanguinis sententia coniunctio, quam ab eodem stipite germani fratres participant: vel continua in eadem domo, & sub iisdem parentibus cohabitatio, quae ansam praebaret incestum commitendi: Non prior, tum quia immediata non est, sed mediante stipite illam participant: tum quia non est cum naturali dependenti & subiectione unius ab altero, ut in filiis respectu parentum, quae sola naturaliter repugnat equalitati, quam in actu coniugali inter coniuges matrimonium requirit. Non posterior: nam illa per accidens est, & ansa committendi incestum est merita passua, quae nascitur ex meta malitia hominis, quippe quae ad id ex se non inducit.

Confirm. Quod est a natura, est idem apud omnes gentes: at matrimonium inter fratres non est irritum apud omnes gentes: tum quia Abraham uxorem duxit Saram suam sororem, Genes. 20. Verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris mea, & duxi eam in uxorem. Tum quia cum vellit Ammon Thamar sororem suam opprimere 2. Reg. 13. respondit ei: Noli frater mi opprimere me: quis potius loquere ad Regem, & non negabit metibi. Tum maximè, quia huc matrimonia inter fratres & sorores fuerunt apud Persas & Egyptios permitta, ut ex Dionys Salianus in historia Eccles. anno ante Christum 50. num. 3. de Ptolomeo Auleto, quod testamento præcepit Cleopatra filia maiori, & filio grandiori, ut more maiorum inter se matrimonio copularentur. & refert Sylvester ex S. Antonin. in hoc gradu dispensatum fuisse a Martino V. prævio consilio Theolog. & Cano-

nist. idque ad scandalum vitandum: quod facere non potuerit, si tale matrimonium esset iure naturae prohibitum.

2. In 1. gradu affinitatis non est iure naturae prohibitum matrimonium; ergo nec in 1. gradu consanguinitatis. Antecedens constat de Emanuele Rege Portugallie & Catharinâ filia Ferdinandi Hispan. Regis; nam cum illo dispensatum est, ut successuè duas haberet sorores in uxorem: cum hac, ut successuè duos haberet fratres Anglia Reges. Ex quo infert Casian. posse Pontificem dispensare etiam in 1. gradu consanguinitatis; & Argent. non esse separandos infideles in 1. gradu consanguinitatis copulatos, si ad fidem conuertantur.

Secunda affirmat, talia matrimonia esse iure naturae irrita: ita Sotus in 4. dist. 40. quest. un. 2. Sen. sec. art. 4. concl. 1. Conarr. 4. Decret. cap. 6. 5. 10. nu. 5. nenda. qui etiù contraria sententia probabilem putet hanc tamen censem probabilem: Bellarm. de matrim. cap. 28. init. Valent. citat. 5. Sed tamen Sanchez disp. 52. nu. 11. Rebello. quest. 5. de impedimento cognati. sent. 3. concl. 1. pro qua citat Cathari. &c. Sylvi. in addit. ad 3. part. quest. 54. de impedimento consanguinitatis. ar. 3. Laymon lib. 5. tract. 10. cap. 6. nu. 3. &c. ex August. 15. de ci- Colligitur us. cap. 16. Quanid antiquius est ut viri sorores & Aug. suorum coniuges acciperent, compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilissimum, religione prohibente. Nec satisfacit Caietani responso, Augu- Peccatum non dixisse, natura, sed Religione, hoc est sum accu- ra legi. hie non accipit legem aliquam positivam, sed naturalem, quae extra casum necessitatis conservandi genus humanum, talia matrim. auer- Subiungit. satur, & damnat, ut nefaria: Fieri ergo debuisse quando potuit, ut existente copia inde ducerentur uxores, quae non erant iam sorores: & non solum istud ut fieret, nullam necessitas esset, verum etiam si fieret, nefas esset: cum talem licentiam ita exhortaret, & augursetur humana consuetudo, quasi nunquam licere potuerit. Idque confirmat tum exemplo cateterum nationum, que hanc legem in hominum cordibus scriptam seruant, ut etiam peruersis legibus permittantur fraterna coniugia, melior tamen consuetudo ipsa exhortat tum ratione ducta ex naturali reverentia; cum verecundo honore sanguine propinquis debitam. Quae omnia ut constat, non de lege positiva, sed naturali verificantur.

Ratio: Nunquam haec tenus in tali gradu à Pontificibus dispensatum legitur, teste Soto ci- 4 posterior. rato, etiamsi sèpè fuerit de hac re supplicatum, ut de comite Armeni. refert 5. Imò, qui magnis munieribus propositis apud Pontificem vehementer institit, ut possit sororem suam in coniugem habere: cui ut naturae iuri aduersa nefaria petitio negata fuit: etiù malitiam notarii gnefficacia. Apostol. qui litteras Apostol. falsò subscripterat, de quo pœnas dedit, sororem coniugem accepterit. cum alijs Pontifices ubi notabilis virget necessitas dispensent, in iis, quae valde controuersia sunt inter DD. modò partis, in qua dispensatur, aliquam habeant probabilitatem, ut in matrim. rato & non cōsummato, in votis solēnibus religionis, de sacro celebrando in una dūtaxat specie. At inquires, potuerint Pontifices in hoc non dispensare, quod putarint, esse prohibitum iure naturae, sed diuino. Sed contraria hoc non putarunt esse prohibitum iure diuino Euang.

Euang. quia Christus nullam prohibitionem in lege Euang. de matrim. sanxit; nec Mosaico, cum nullum Molis præceptum, quod iuris naturalis non sit, obliget in lege Euang. cætera cum morte Christi exspiravit. 2. Tale matrim. est contra naturalem honestatem, & verecundum honorem sanguine iunctis debitum. nam licet fratres & sorores non participant eandem carnem & sanguinem cum dependentiâ vnius ab alio, vt filii à parentibus, tamen ratione immediata participatio nis ab eodem principio respiciunt se mutuo, vt vnam eandemque carnem. Cum enim filius, teste Arist. Eth. c. 6. sit pars parentum ex eorum lumbis, & vtero decisa, frater & soror erunt eadem caro ex parentum lumbis, & vtero participata. quod vt August. lib. 22. con. Faust. cap. 35. probat de fratre & sorore etiam ex diverso patre, aut matre: quia cum ex utroque parente filii suam substantiam accipiant, si unus sit ex eadem matre & diverso patre, aut contrâ, semper verum erit, filium esse partem suorum parentum. vnde Lex. 18. eadem. veratur matrim. inter fratrem & sororem, siue ex uno, siue ex utroque parente natos.

Obijcies 1. reieci rationem ut inefficacem ad probandum, naturalem prohibitionem in rectâ linea non se extendere in infinitum, desumptam ex cap. non debet, de consang. vbi Pontifex ad 4. usque gradum tantum matrim. prohibet: eo quod potuerit Pontifex ex cap. quod certum erat, tantum definiere, reliqua disputationi relinquere: patri ergo modo dici potest, in iis dumtaxat gradibus dispensasse, in quibus nullum erat dubium, reliqua relinquens disputationum opinioni. Resp. in 1. easu nullâ necessitate vrebbeatur Pontifex ad declarandum, quinam gradus in rectâ linea essent naturaliter prohibiti: in 2. sèpè Pontifex vrebbeatur necessitate aliquâ publici boni, ad dispensandum cum fratre & sorore, quâ vrgente, dispensatum aliquando fuisse, vt in cœteris casibus, si id probabile iudicatum fuisse.

Obijcies 2. sequitur, contrariam opin. esse improbabilem, contra communiorum sent. Resp. conced. sequel. iuxta mentem Sotii, qui nostram sent. appellat certissimam. 2. potuerunt Pontifices in hoc numquam dispensare, non quod putarint, esse improbabilem sent. nam saltē ab extrinsecâ authoritate eam indicare potuerunt probabilem: sed quia censuerunt, id non expedite, ob multa & grauia incommoda, quæ ex hac dispensatione timeti possunt.

Ad auth. 8. Tho. quod ad probandum naturalem reuerentiam matrimonio repugnantem, vpus fit exemplo primi gradus rectâ dumtaxat linea, non arguit, id negasse, eam reperiri in 1. est contraria gradu linea transuersalis: sed exemplum dedit de gradu, qui apud omnes certus erat. Confirmatio, quam ipse assignat, se extendit etiam ad 1. gradum linea transuersi. cit. 2. 2. in corp. sc. naturaliter homo debet quandam honorificientiam parentibus, & per consequens aliis consanguineis, qui ex ipsis parentibus, de propinquo originem trahunt. Vnde cum postea ad 3. dicit, in matrimonio inter filios & parentes esse naturalem indecentiam naturali rationi repugnantem, propter se & immediatam sanguinis coniunctionem: in aliis vero personis, quæ non coniunguntur secundum se ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habere ex se ipsis indecentiam, sed eam variari secundum coniuctudinem & legem humanam: non negat, vniuersaliter in reliquis gradibus naturalem indecentiam.

De Matrimonio, Tom. IX.

non inueniri, sed ait eam per se primò, vt in analogato principali, reperiri inter filios & parentes: eam variari secundum consuetudinem & legem humanam, intellige de reliquis gradibus, à primo transuersalis linea diversis.

Ad fundam. immediata participatio sanguinis; cum dependentiâ & subiectione à principio communicante, naturalem indecentiam matrimonio *Ad fundam.* *opposita.*

repugnantem sola non inuenit, sed etiam participatio immediata ab eodem principio gignente; etiam sine mutuâ subiectione & dependentiâ genitorum ad inuicem: cum etiam hæc repugnet naturali rationi, quæ dictat, non esse duos eadem carhem & sanguinem ab eodem stipite participantes, copulandos: Leuit. 18. Turpitudinem si-

Ratio scilicet filii filii tui, vel nebris ex filiâ non reuelabis, quia turpitudino tua est.

In eo igitur Scriptura ponit naturalem indecentiam, quod quis copuletur cum eâ, cum quâ eandem carnem & sanguinem participant.

Ad confir. hæc prohibitio est eadem apud omnes gentes benè cultas: vt barbari notati sint Persæ, qui huiusmodi matrimonia admittebant. vt autem aliquid censeatur esse iuris naturalis, sat est, vt idem sit, & seruetur apud omnes gentes moribus cultas: nam quid magis rationi repugnans, quam uxores habere communes, (quod Arist. 2. Polit. cap. 2. vehementer reprehendit) & adulteria vt honorifica admittere? & tamen primum, vt Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10. & Strabo lib. 7 permittebatur apud Nomadas; secundum apud Gindanes, vt Herodot. lib. 4. De Sarâ autem ex multis probat *cit. Bel-ler.* non fuisse sororem germanam, sed neptem filiam ex fratre: vocauit autem illam sororem; more Scripturar, quæ teste August. lib. 22. con. Faust. c. 35. frates, siue sorores generali nomine consanguineos, vel consanguineas solet appellare. De Thamar multi apud So-

Thamar. tum, & Bellar. censent. illam non fuisse filiam Dauid, ac proinde nec sororem Ammon, sed priuignam. At verosimilius *idem*, ex his verbis, non esse efficax argu: nam vel ea Thamar protulit, ex inopinata impropositaque sceleris immanitate turbata, vt *Sote* placet; vel vt *Bellar.* eligens vt minus malum, cum fratre connubium, quam cum eodem incestum committere.

Exemplum de Martino V. falsum est: non enim *Martini V.* cum fratre, & sorore dispensavit teste *Soto* in 4. dist.

41. q. un. ar. 3. §. Tandem. sed cum affine in 1. gradu, nempe cum eâ, cuius germanam fornicariè cognoverat. Ex quo patet ad 2. à paritate primi gradus *Ad paritate* affin. cum inter affines non sit illa sanguinis & car-

sem. nis coniunctio, quæ est inter consanguineos, vt seq. disp.

Ad quotum usque consanguinitatis gradum iure positivo prohibita sunt matrimonia?

Dico 1. Iure Mosaico matrimonia inter consanguineos & affines non prohibebantur ultra 1. *Concl.*

2. gradum, tam rectæ, quam transuersæ linea, Leuit. 18. vbi hi tantum gradus, & non vltiores prohibentur. Quo sit, vt non omnes gradus in

Leuit. prohibiti sint per Pontificem indispensabiles, vt contra haereticos *vnuos* Bellar. lib. de mair. cap.

27. quia lex illa morte Christi expirauit, quo ad præcepta purè positiva & iudicialia: sed tam 2. gradus consang. transuersæ linea, quam omnes

affinitatis rectæ, ac transuersæ, solo positivo iure fuerunt à Deo prohibiti: alioqui nunquam licuerint, in iis contrahere, cum tamen *sæpe* à Pon-

R

tifico.

tificibus dispensatum sit, & à Triden. sess. 24. cap. 5. definitur, posse inter Princeps magnos, & ob publicam causam in 2. gradu dispensari. Quod non solum concilium intellexit de 2. gradu affinitatis, sed etiam consang. vt Pius V. declarauit, sa- crâ Cardinalium congre. testante.

38

2. Concl.

Dico 2. Iure canonico antiquo matrimonia prohibebantur usque ad 7. consang. & affinitatis gradum, vt in multis can. præcipue can. ad sedem A. post. 35. q. 5. Quod si B. Gregorius cum Anglis recens ad fidem conuersus dispensavit, vt in 3. vel 4. gradu contrahere possint, hanc tamen dispensationem ad reliquos non extendit, vt scribit ad Felicem Messanæ Præsidem, à quo requisitus, an quod Augustino Anglorum legato mandaerat, generaliter à cunctis Ecclesiis esset fernandum; Respondet: Non alij hoc, quām illigeni mandasse, ne bonum, quod cœperant metuendo austriora, deficerent. Sed & illis, postquam in fide essent firmâ radice solidati, & universali Ecclesie cœsus semper esse tenendum, vt nullus de propriâ consanguinitate, vel affinitate infra septimam generationem aliquis sibi au- deas coniugio opulare. Hæc Gregor. relatus ab Alex. II. cit. can. ad sedem.

3. Concl.

Dico 3. nouo iure canonico prohibitio Ec- cles. in matrimonij ineundis contracta est ad 4. gradum consang. & affinit. cap. Non debet, de consang. ubi Innocen. III. qui primus in concilio La- tera. matrimonia ad hos gradus contraxit, præcip- pit, hanc legem, ab omnibus seruandam esse. Cx- terum gradus quintus, in quo definit prohibitio Ec- clesiz, computandus est iuxta regulam traditam, à remotiore à stipite, non à propinquio. Licet aliqui apud Sancb. disp. 53. hoc limitent, nisi propinquior sit in 1. gradu consang. cum stipite: Quia si posset filius, qui est in 1. gradu cum parente, contra- haberet cum abnepte, vel trinepte, quæ quinto sex- tone gradu secernuntur à stipite, esset ac si ipse stipes cum eis contraheret, quia filius est una caro cum patre. Hanc limitationem reliqui non admittunt: ed quod Gregorius IX. c. finali, de consang. ab solute, & indistinctè traditam reg. approbat, di- stantiam sc. graduum consang. vel affini. compu- tandam esse à remotiore. Ad rationem in opposi- dico, nullum fore absurdum, stipitem contrahere, cum abnepte, quia iuxta nostram sent. naturalis prohibitio inter ascendentes & descendentes non protenditur in infinitum. Secundum aliam nega- ri potest, filium, quantum ad matrem. contrahe- dum esse unam carnem cum parente. Atque hoc di- cendum sit secundum ius can. antiquum: quid ius no- vum à tempore Pii IV. & V. infra, disp. de dispense. sect. 6.

DISPUTATIO XVII.

De impedimento affinitatis.

SECTIO PRIMA.

Quid sit affinitas, & quid ad eam contra- bendam requiratur?

1.
Quid sit
affinitas?
definitur.

Affinitas, vt Gloss. 35. qu. 5. in explic. arbo. af- fini. & Scholast. in 4. dist. 41. est personarum pro- ximitas ex carnali copula proueniens, omni carens paren- telâ. Dicitur personarum: quia solæ, naturæ ratio- nales sunt amicitiae capaces, ad quam affinitas,

sicut & consanguinitas, per se ordinatur. Dicitur Proximitas: quia quæ sunt sanguinis remora, per affinitatem sibi inuicem approximantur: vt enim ait Lex, non facile: ff. de gradib. affini per nuptias duæ diuersæ cognationes inter se copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit.

Dicitur ex carnali copula proueniens: per quod assignatur causa ex quâ affinitas resultat. Debet autem, vt idonea sit ad affinitatem causandam, esse consummata per feminis prolifici effusionem intra vas à naturâ destinatum ad prolis generatio- nem. Vnde nec inchoata, nec sodomitica, cum per neutram fiat seminum commixtio; nec spado- num, qui prolifico semine carent, affinitatem gignit. Est autem ad affinitatem causandam idonea copula, etiamsi mulier sit natura sterilis, & ad feminandum inepit: quia iuxta nostram sent. semen mulieris non est necessarium ad prolis ge- nerationem, nec requiritur, vt proles actu sequatur, sed sufficit, vt ex semine viri, & menstruo mulieris sequi possit, etiamsi naturali aliquo mo- Ad probis- generatio- do impediatur. nec adeò carnalis copula necessa- num quidria est, vt nulla sine eâ affinitas contrahi possit: ncess.

nasc aliquam saltē inchoata & imperfectam per solum matrimonium ratum nondum consum- matum contrari, est S. Tho. in 4. dist. 41. qu. un. ar. 1. ad quest. 4. ad 2. &c. ut suprad. Nec obstat, quod idem dist. 42. qu. 1. ar. 2. in corp. dicat, affi- nitatem non contrahi, nisi si facta coniunctio se- minum, ex quâ potest sequi carualis genera- tionis ibi loquitur de affinitate perfectâ & con- summatâ.

Porrò affinitas contrahitur ex copula, etiam il- licitâ, ex cap. Discreti. & cap. Tuc: Triden. sess. 24. Nomina. cap. 4. dum affinitatem ex fornicariâ copula con- confang. tractam restringit ad 2. gradum: certissima sent. ex copula illicitâ. DD. pauculis exceptis, quos refert Sancb. disp. 64. nu. 16. Nec obstat 1. lex, non facile, ff. de gradib. affini. quæ fine notat, neque cognationem, neque affi- nitatem esse posse, ubi nuptia interdicta sunt: quippe quæ solum loquitur de consang. & affinitate, quo ad hereditatis successionem, vt ibid. Glossa, & Alex. II. can. Ad Seden. 35. qu. 5. Nec obstat 2. quod affinitibus ex illicitâ copula non sint propria nomi- na imposta: tum quia eadem imposita affinitibus ex copula licitâ, applicari possunt affinitibus ex il- licitâ: tum quia propter probrum, quod hæc af- finitas imponat, non curarunt legislatores pro- pria nomina imponere. An talis affinitas naturali- ter causetur ex copula illicita, infra.

Vltimò dicitur, omni carens parentelâ: non quod repugnet affinitati, contrahi simul cum consang. Affinitas re- guinitate, vt constat, cum quis ducit uxorem noscere in 5. gradu consanguinitatis sibi iunctam, omnes giensem consang. uxoris consanguini supra quintum, qui simul sunt consanguinei viri, sunt affines viro: sed quod non sit necesse, vt qui sunt affines, sint sanguine iuncti, cum affinitas potius introducta sit ad supplendum defectum consanguinitatis, vt ubi ea deficit, succedat affinitas, quæ quasi fugientem consang. reuocat ad naturalem amicitiam & con- cordiam inter homines conciliandam: leg. S. Tho. in 4. dist. 41. qu. un. ar. 1. ad qu. 3. ad 2.

In fertur 1. ad affinitatem contrahendam non requiri consensum, aut cognitionem mulieris, quæ carualiter cognoscitur: cap. discretionem; de eo qui cognovit &c. ubi dicitur mulier à consanguineo viri invitè cognita affinitatem cum viro con- traxisse: & ipsa, ut infra, naturaliter consequitur ad copulam carnalem, nec aliud requirat: quæcum

quād sanguinis mixtionem. Vnde etiam si inscio viro, arte de monis ipsius semen deferatur in uterum mulieris, contrahitur affinitas inter consanguineos viri cum muliere, & consanguineos mulieris cum viro, contrā Ponit. ut supra, à fortiori contrahitur affinitas per copulam cum feminā ebrā, aut dormiente. 2. Affinitas non exspirat exspirante eo, qui fuit causa affinitatis: ita S. Tho. in 4. dist. 41. q. vn. ar. 1. ad 2. quest. &c. quia affinitas est ex iis relationibus, quae in conseruari non pendent à causā actu causante de presenti, sed ab actu causalē de præterito: sicut relatio filiationis non spirat, defuncto patre, qui fuit causa filiationis: quia filiatio non pendet in conseruari à patre acutu generante, sed ab actu generalē: ita semel contracta non deperditur, nisi ad deltritionem subiecta.

6. Regula 1. sumitur ex can. porrū, qui est Gregorius, & can. parentele, qui est Zacharia Papa 35. q. 5. gradus affinitatis computandos esse iuxta gradus consanguini. vt eo gradu affinis distet ab affini, quo consanguineus à consanguineo: vt quia frater gradu 1. distat à sorore, frater vxoris factus affinis viro, gradu 1. affinitatis distat ab illo: & contrā, soror viri facta affinis vxori, gradu 1. affinitatis distatab illā, & sic de ceteris gradibus. Ratio; cū affinitas oriatur ex consangu. ipsius gradus computandi erunt iuxta gradus consangu. vnde Glossa in cap. non debet, de consang. verb. in 2. Persona addita persona per carnis copulam mutat genus, quia alia est attinentia affinitatis, alia consangu. non tamen gradus, quia sicut frater est mihi consanguineus in 1. gradu, sic & vxor fratris mei est mihi affinis in 1. gradu: ex eo .n. quod ex viro & vxore fiat vna caro, omnes consanguinei viri fiunt consanguinei vxori, & consanguinei vxoris affines viro.

7. 2. Gradus affinitatis non extendi ultra gradus consanguinitatis propter eandem causam: cit. c: non debet; sc. cū affinitas sit effectus consequens consanguinitatem; alioqui si aliquis gradus affinitatis le extendere ultra gradum consang. daretur effectus sine causa, nempe ille gradus affinitatis sine gradu consangu. qui nullus est, cū omnes iam desiderint. Qui autem docent, gradus consangu. in rectâ lineâ protendi in infinitum, consequenter docebunt, etiam gradus affinitatis in infinitum extendi: quia quantum se extendit consanguinitas, tantum le extendere potest affinitas.

8. Tertia 3. Consanguinei soli, non affines vnius coniugis fiunt affines alteri coniugi, & contrā. Solus quippe frater, nepos, pronepos, qui sunt consanguinei vxoris, fiunt affines viro; non vxor fratris, nepotis, aut pronepotis. Quare defunctā vxore, posset vir in coniugem accipere reliquam fratris vxoris: & contrā, defuncto viro, posset vxor nubē marito sororis sui defuncti coniugis. Hinc axioma: affinitas non causat affinitatem, vti consanguinitas causat consanguinitatem.

9. Quarta reg. affinis 4. Consanguinei vnius coniugis non fiunt affines consanguineis alterius coniugis, sed ipsi tantum coniugi. cap. quod superbis, de consang. Licer omnes consanguinei viri sint affines vxoris, & omnes consanguinei vxoris viri affines: inter consanguineos tamen vxoris & viri, ex eorundem sc. viri & vxoris coniugio, nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos matrim. debet impedi. Hæc Innocen. III. Vnde frater, nepos, pronepos vxoris possunt matrim. contrahere cum sorore, nepte, & pronepte viri: & contrā, frater, nepos, pronepos viri cum sorore, De Matrimonio, Tom. IX.

nepte, & pronepte vxoris. Idem est de consanguineis viri & vxoris sub rectâ lineâ positis: priuigna nubere potest filio vitri: & contrā, priuignus ex aliâ vxore, vel ex fornicaria suscepitus in vxorem ducere potest filiam nouercæ. Notant DD.

10. Notandum, quod omnes Doctores.

inter virum & vxorem, ratione copulæ coniugalis nullam contrahi affinitatem, sed solus principium affinitatis: sicut nec inter eosdem ut stipites consanguinitatis, est propriè consanguinitas, sed eius principium. Ratione vero copulæ fornicariz cum alio, velaliâ habite, originis affinitas inter virum & vxorem, cap. discretionem, & cap. tue, de eo qui cognovit. Ratio; vt vnuas fiat affinis alteri, debet ab illo, in eo, in quo illi fit affinis, perfectè distingui: cū igitur vir in eo, in quo debet esse affinis vxori, & vxor viro, non distinguantur, cū non sint duo, sed vna caro, nequit inter eos esse affinitas. Contrā vero, quando vnuus coniux fornicariè cognoscit aliam personam à coniuge distinctam, contrahit cum propriâ coniuge affinitatem, quia propria coniux perfectè distinguitur à personâ fornicariè cognitâ, licet ab eâ non distinguatur ipse carnaliter cognoscens; qui noui minus, quācum cum propriâ coniuge, facit vnam carnem, 1. Corinth. 6. Qui adheres meretrici, vnum corpus efficitur: erunt enim duo in carna una.

Ratio

S E C T I O II.

An affinitas in aliquo gradu recte, aut transuersæ lineæ matrimonium iure naturæ irritet?

Q Voād lineam rectam, 1. sent. affirmat, iure naturæ irritari omnia: ita Ioan. Andr. in expli. Matrimonio arb. affini. §. nunc queritur: Palud. in 4. dist. 41. q. 1. irritari, ar. 5. Sylvest. verb. matrim. 8. q. 15. dicto 6. Petr. I. sent. Soto lect. 10. de matr. §. 2. Rebell. q. 15. de imped. affin. nu. 7. & alij apud Sanch. disp. 66. nu. 4. fundam. est illud, quo probant, omnes gradus consangu. in linea rectâ esse iure naturæ prohibitos, ob naturalem reverentiam & subiectionem à descendentiis debitam a scendentiis, at affines in rectâ linea succedunt loco parentum: ergo. Hæc sent. refutatur à fortiori disp. præced. quā ostendi, matrimonia in rectâ linea iure naturæ non prohiberi in infinitum.

Secunda docet, saltem gradum 1. in rectâ linea iure naturæ prohiberi, vt inter priuignum & nouercam, priuignam & vitricum, sacerum & nrum, socrum & generum: Victoria relect. de matr. par. 2. sect. 2. §. ad argu. vers. qua prorsus: Soti in 4. dist. 41. q. vn. ar. 3. §. profectu, Couar. 4. de cret. par. 2. cap. 6. §. 10. nu. 6. Bellar. de matr. cap. 28. init. & §. Sextum, usque 1. 2. disp. 112. cap. 2. Valen. 10. 4. disp. 10. q. 5. pu. 3. §. Tertio, Conink disp. 32. dub. 4. Sylvi. in addit. ad 3. par. q. 5. §. ar. 6. pro quā citatur S. Tho. in cap. 5. 1. ad Corinthis in illa: Omnia auditur inter vos fornicatio: & alij apud Sanch. disp. 66. nu. 6. Estque satis probabilis: nam hi tantum succedunt loco parentum, quibus naturalis reverentia & subiectione debetur. Confit. à nullâ natione fuerunt hæc matrimonia vñquam admissa, sed semper vt naturæ aduersa reprobata, tum ex l. non facile, fine ff: de gradib. affin. ubi Modestin. iuriscons. post enumeratos omnes gradus affinitatis recte lineæ, cum suis propriis nominibus, ita concludit: Hos itaque inter se, qui

12. 2. Sent. secundum probabilitas.

13. Confir.

Bis ratio-
nib. effica-
citer ostendit
probabilis hu-
ius sent.

14.
3. Sent.
probabilior.

Dices

Confir.

15.
Resp.

16:
Fili & pri-
mogeniti dispa-
ratis in or-
dine ad ma-
trimoniū.

qui affinitatis causā parentum loco liberorumque haben-
tur, matrimonio copulari, nefas est: tum ex eis. Pauli,
qui concubitum priuigni cum nouercā appellat
fornicationem, qualis nec inter gentes auditur: tum
quia hinc matrem, erant prohibita in lege mosai-
cā, Leui. 18. & 20. in quā ea tantum videntur pro-
hibita, quae iuri naturali aduersantur. demum
nusquam legitur in hoc gradu à Pontificibus dis-
pensatum. quod argu. suprà duxi efficacissimum,
ad probandam naturalem inualiditatem matrim.
alioqui potuissent illi aliquo casu, iustā causā pu-
blicæ virilitatis exigente, dispensare: quod cùm
numquam factum sit, recte colligimus, id in nul-
lo casu, nisi subueniendi generi humano ad inte-
ritum ruenti licitum ac validum esse. Quare diffi-
cili non possum, his rationibus efficaciter ostendi
probabilitatem huius sententiae, quam propere
supra dixi esse satis probabilem.

Tertia probabilior negat, ullogradu affinitatis
rectæ lineaē matrim. esse iure naturæ irritum, esto
illi multum aduersetur, & non nisi ex grauissimā
causā cohonestari possit. Quod si fine iustā causā
fiat, erat quidem illicitum, non tamen inualidum,
cùm nec primarium, nec secundarium matrimonii
finem destruat: nec sit contra reuerentiam &
subiectionem fundatam in participatione eiusdem
carnis & sanguinis, quae sola videtur naturaliter
prohibere matrim. inter descendentes & ascen-
dentes; sed in extrinsecā duntaxat, & morali sub-
iectione inferioris ad superiorem: alioqui etiam
matrim. impediret moralis subiectionis pupillæ ad cu-
torem, qui loco parentis ei succedit.

Dices: Inter affines in 1. gradu rectæ lineaē in-
tercedit sanguinis conjunctio, saltē mediata,
ratione eiusdem carnis & sanguinis, quam sibi
mutuo communicant, vir & vxor, quibus medi-
diantibus eandem sanguinis unitatem participant
affines. nam ex eo quod filius sit idem carne &
sanguine cum patre, aut filia cum matre, dum pa-
ter fit una caro & sanguis cum suā vxore, aut vx-
or cum suo viro, mediata filius patris, priu-
gnus vxoris, fit etiam una caro cum eā, & filia
vxoris, priuigna viri, fit una caro cum ipso. Con-
fir. propter eandem mediata sanguinis partici-
pationem, naturaliter irritum est, matrim. inter
fratrem & sororem. Resp. neg. hanc sanguinis
participationem sufficere ad irritandum naturaliter
matrim. in 1. gradu affinitatis rectæ lineaē, nam scilicet
participatio sanguinis, quae per se ordinatur à
naturā ad esse personæ, irritat naturaliter matrim.
hæc n. tantum causat verecundum honorem &
reuerentiam proximi confanguinei debitam: quan-
dis non est mediata participatio sanguinis inter affi-
nes, & principium affinitatis. Communicatio n.
carnis & sanguinis, quæ inter virum & vxorem
intercedit, non est à naturā ordinata ad dandum
esse personale ipsis, sed proli, in quā dicuntur una
caro & sanguis, quia proles est pars ex utero
que parente decisa. Et licet vir & vxor dicantur
etiam una caro, ratione sanguinis, quem per se-
minum mixtionem sibi communicant; quia tamē
per illum non sibi communicant esse persona-
le, vt per generationem communicant suis filiis,
non potest inter ipsos & sibi affines, ea carnalis
coniunctio intercedere, quæ sufficiat ad ingene-
randum verecundum illum horrorem, quem con-
cipiunt, cùm vel filius matrem, vel frater soror
rem cognoscit, nam filius cognoscendo matrem,
à quā suum esse habet, seipsum quodammodo car-
dine ad matrem carnaliter cognoscit: & frater cognoscens sororem,

cum quā participat idem esse, se ipsum quodammodo
in sorore cognoscit, at priuignus, cognoscendo
carnaliter nouercam, cùm nec ab illa ha-
beat suum esse, nec esse nouercæ sit à viro priu-
igni patre, seipsum id cā non cognoscit. Ad con-
fir. cùm communicatio sanguinis, quem frater
& soror ab eodem parente participant, tendat ad
corum personale individuum constituendum,
suam quodammodo personam cognoscit, qui so-
norem carnaliter cognoscit: ita Argent. in. 4. dist.
40. q. vn. ar. 4. §. argu. prin. solum matrim. cum
stipite, nempe filiorum cum parentibus, agno-
scit iure naturæ prohibitum: supple. Gabri. dist. 41.
q. un. ar. 3. dub. 3. Caiet. 2. 2. q. 54. ar. q. §. ad
objec. docens, posse Papam dispensare in omni-
bus gradibus lege Moysi prohibitis, præterquam
inter filios & parentes: Henrig. lib. 12. cap. 1. nu. 2.
& cap. 9. nu. 5. s. verb. matrim. de imped. dirim.
nu. 4. Sanch. disp. 6. 6. nu. 7. Reb. lib. q. 15. de imped.
affin. nu. 10. qui veramque sent. æquè probabilem
putat: Ponit. lib. 7. cap. 34. nu. 5. & 6. Hurtad.
disp. 20. de matri. dist. 4. & plurimi apud Sanch. pro-
babilem censer satis.

Ad fundam. 1. nego affines in 1. gradu rectæ
lineæ propriè succedere loco parentum, cùm non
succedant communicantes esse, in quā commu-
nicatione fundatur verecundus honor, & natu-
ralis reuerentia debita parentibus. Ad confir. fal-
sum est, talia matrim. nunquam fuisse apud gen-
tileſ admissa: constat de Seleuco rege, qui ex
Valerio Max. lib. 5. c. 7. suam vxorem Stratonicam
cessit proprio filio Antiocho, ex alia vxore geni-
to; nec factum reprehendit Valerius. 2. ex eo quod
talia matrim. non sint communiter admissa, non
ducitur certum argu. ea iure naturæ esse irrita:
quippe multa possunt esse indecentia, ac ratio-
ni naturali dissentanea, quæ tamen natura non
irritat: vt quid damnet, vt irritum, debet saltē
esse contra secundarium finem, propter quem ta-
lis actus est à naturā institutus: vt autem impro-
bet vt illicitum, sat est, si naturali rationi ad-
versetur, etiam si neutri ipsius fini sit contrarius.
hoc tantum probat lex cit. Apostoli probabilioris in-
terpretatio est, cum loqui de incestu priuigni cum
nouercā, adhuc viuente patre: quod teste Bellar. li-
de matri. cap. 27. §. 2. Ansel. & S. Tho. colligunt
ex illis 2. Corinth. 7. Etsi scripsi vobis, non propter
eum, qui fecit iniuriam, nec propter eum, qui passus
est: at iniuria non fit viro mortuo, cum quo fo-
luto matrim. mulier potestatem habet sui corpo-
ris, sed viuenti. Confir. cùm talis incestus fue-
rit aliquando apud gentes permittus, non potuit
Paulus dicere, illum numquam fuisse apud gen-
tes auditum. Quod autem tale matrim. fuerit in le-
ge Mosaicā prohibitum, non probat, illud esse
nature iure irritum: nam etiam in ea prohibita ē-
rant matrim. in 1. & 2. gradu affinitatis lineaē trans-
versæ, quæ iuxta communem opini. non sunt, vt
mox, iure naturæ prohibita.

Quod vero nusquam legantur Pontifices in eo
dispensasse, argu. est mere negatiuum, nullam
in presenti materiā vim habens: quia potuit nun-
quam de eiusmodi matrimonio fuisse apud Sæcūlū
Apost. supplicatum, vt si fuit de matrim. inter fra-
trem & sororem; quo negato colligimus, illud
iure naturæ esse prohibitum: sicut contrā, quia
aliquando supplicatum, & dispensatum est in 1.
gradu affinitatis transversæ lineaē, colligimus, tale
matrim. non esse iure naturæ irritum. Est igitur
hoc argu. à negatione, vel concessione dispensa-
tione

Auctores
huius sent.

18.
Ad fundam.

19.
Plus requi-

ritur ut
natura ob-
damnes ut
irritum

probes ut
idem

Ad authori-
zatum Pan-

gazetam Pan-

20.
Ad argu. à
dispensatio-

ne negata
vel concessa.

tionis efficacissimum ad probandum, vel negatum esse contra ius naturae, vel concessum non esse contra ius naturae, quando pro dispensatione processit supplicatio.

21. Diff. non ad proxim. usit. An saltem inter filium, & matrem lactantem seu nutricem, validum sit matrimon. Ratio neg. verè filius mediante lacte accipit à nutrice substantiam sui esse, non minùs quā à matre gignente: cūm non minùs mater lactans per lac communicet partem suæ substantię filio nutritio, quām gignens per menstruum filio genito. Dicendum, tale matrimon. iure naturae fore validum. quia mediante lacte, proles non accipit esse, quo constituantur in esse personali, sed solum accrementum esse præacc-

Duo illa ab- pti. Non n. lactis nutritio per se tendit ad dan- fulta non sequuntur. dum esse personæ lactenti, sicut semen parentum, sed solum ad illud augendum & conseruandum: sc. à nutrice non accipit esse, quo simpliciter constiutatur talis persona, sed quoddam esse personæ adueniens, nec contrahit naturalem subiectiōnem matrimonio repugnantem, nec indecentiam contra verecundum honorem & naturalem reuerentiam parentibus debitam: nam hæc oritur ex naturali dependentiā secundum esse personale. Adeo: carnalis copula cum matre exerceri debet in eodem vase, in quo, & ex quo filius suum es- se accepit, cui potius verecundus honor & reuerentia à filio debetur.

22. Coroll. Insertur, validum fore matrimon. iure naturae spectato, inter fratrem & sororem collactaneos; & inter filium collactaneum & filiam veterinam nutricis: quia cūm filius nutrictus non accipiat esse simpliciter à nutrice, non participat cum sorore collactanea, vel cum veterinâ suæ nutricis idem esse personale, ac proinde carnaliter se cognoscendo, non se cognoscunt secundum eandem, sed diuersam personam, quam unusquisque accipit à propriâ matre. Neque opponas, has rationes esse nimis metaphysicas: nam ex metaphysicâ petitæ explicant physicas naturas rerum, in quibus morales proprietates fundantur. An saltem iure possi- uo, sint hæc matrimonio prohibita? Ius nullum reperio, quod expressè prohibeat: probabiliter quis hauc prohibitionem deducere posset ex ipsa prohibitione naturali, vetante matrimon. inter filios & pa- rentes fratres & sorores, ad quod hoc proxime ac- cedit: sed neque inde deduci potest: alioqui ex eâ probaretur, hæc matrimon. esse iure naturae ir- ritata. Quare puto nullo iure ea esse prohibita, ac proinde nulla Pontificis dispensatione egere. Ex diuis patet ad rationem neg. hæc quoad lineam rectam.

23. Vt enor. queſt. Quoad lineam transuersam, 1. sent. affirmat, matrimon. in 1. gradu affinitatis contractum esse iure naturae nullum. huius sent. sunt, qui censem omnia matrimon. iuxta gradus Leui. 18. prohibitos, esse iure naturae irritata. Ibi n. inter alia prohibentur matrimonia cum vxore fratri, & sorore vxoris, vxo- re viuente; nec non cum vxore patrii: ita S. Tho. in 4. dist. 39. q. un. ar. 3. ad 3. Vbi docet, infide- les, qui contraxerunt in gradibus iure diuino Leui. 18. prohibitis, ad fidem conuersos, esse se- parandos, non autem qui contraxerunt in gradibus ab Ecclesiâ vetitis: Bonav. ar. 2. q. 4. Richar. dist. 40. ar. un. q. 5. Duran. dist. 39. q. 2. fine: Palud. dist. 41. q. 1. ar. 5. concl. 2. Pet. Soto. Lec. 10. de ma- trixi. propos. 2. & alijs. Prob. 1. ex cap. de infidelibus, de consang. vbi dicitur non esse separandos infideles ad fidem conuersos, qui secundum legis veteris instituta matrimon. contraxerunt: ergo à contrario sensu, separandos esse, qui contra illius. legis insti-

tuta contraxerunt: ergo omnes gradus in eâ lege prohibiti sunt contra ius naturae. 2. ex cap. Litteras, de restit. spolia. vbi Innocen. III. definit, non posse matrimon. contrahere, qui in gradibus diuinâ le- ge prohibitis sunt coniuncti; nec in eis posse à Pontifice dispensari. 3. ex cap. finali, de diuorsijs, vbi concedit infidelibus ad fidem conuersis, ut in matrimon. permaneant, qui iuxta legem Moy si, cum relictis à fratribus contraxerunt, si absque prole decesserunt, ad semen defuncti fratri susci- tandum: ergo è contraria, si frater post susceptos li- beros è vitâ decessisset, non potuisset alter frater cum relicta contrahere, quia hoc prohibebat anti- quia lex. 4. Zachar. Papa can. Pitacium 30. q. 3. ex eo probat, non posse eos, qui spiritualem con- gnationem contraxerunt, matrimon. intrare, quia il- lud non poterant iuire, qui iuxta legem Moysi erant carnaliter coniuncti. 5. Ioan Baptista Math. 14. & Luce 6. grauiter reprehendit Herodem, quod sui fratri vxorem haberet. 6. Ratio, propter quam lex vetus huiusmodi matrimonia prohibebat, etat turpitudine detegendi per copulam carnalem pu- denda suæ consanguineæ, vel affinis: hæc autem reperitur etiam in matrimon. cum affine in 1. gradu linea transversa.

Secunda negat, matrimon. in vlo gradu affinitatis transuersæ linea esse iure naturae irritatum: sup- pliem. Gabri. in 4. dist. 41. q. un. ar. 3. dub. 3. An- gel. verb. matrimon. 4. Impedi. 18. nu. 2. qui falsò pro contraria sent. citatur: Caiet. to. 3. opusc. trac. 13. ad Henric. VII. Anglie, & Clement. VII. vbi de- fendit, coniugium inter Regem Anglie & Ca- tharinam sui fratri relictam, non fuisse iure natu- rae irritatum, proinde per Pontificem dispensabi- le: Victoria relect. de matri. p. 2. sett. 2. concl. 1. So- rus in 4. dist. 41. q. un. ar. 3. concl. 2. Couar. 4. De- cretr. p. 2. cap. 6. §. 10. nu. 7. 8. 9. qui ex Plutar. exemplum refert cuiusdam pauperis, qui accusa- tus, quod filiam defuncti fratri in vxorem du- xisset, iudicio multitudinis fuit absolutus: ex quo plebis scitum factum, licere cuiquam filiam fra- tri vxorem ducere; Henr. lib. 12. cap. 9. nu. 6. 26. Sanch. disp. 66. & Recen. communiter. Fundam. in Potissimum hoc gradu sæpe dispensatum est à Pontificibus, à fundam. Martino V. cūm quodam, vt in vxorem duceret, cuius sororem fornicariè cognouerat: ab Alex. VI. cūm rege Portug. vt duas sorores successivè vxo- res haberet: à Julio I. cūm rege Anglie: quam dispensationem. Clemens VII. consultis Theologis & Canonistis ex totius ferè Europæ Academijs, li- citam ac validam declarauit; teste Alphon. de Castro, de pof. legisl. penal. lib. 1. cap. 12.

Confir. 1. In lege Mosaicâ poterat frater fratri reliquitam sine prole in vxorem ducere: non po- tuisset autem, si hoc iuri naturali aduersaretur. Confir. 1. Neque circumstantia de prole fratri suscitandâ, cūm sit priuatum bonum, præualecere potest iuri na- turali, tale matrimon. irritanti: sicut hæc eadem cir- cumanstia non posset validare matrimon. cum sorore sine prole relicta. 2. vt bene Caiet. cit. trac. in ve- teri lege non prohibebatur matrimon. cum sorore vx- oris, nisi vxore viuente: nec cum fratre sororis de- sonet: nam etsi prohibebatur cum relicta fratri, prole susceptâ, nullibi tamen prohibebatur matrimon. cum fratre sororis defunctx, vt patet 18. & 20. Le- ui. Quod autem non erat in lege expressè prohibi- tum, licitum erat apud Hebreos, vt recte idem & reliqui. 3. Jacob post Liam vxorem 2. accepit Confir. 3. Rachel, cum quâ affinitatem in 1. gradu contra- xerat; Nec dici potest, co tempore huiusmodi matrimonia suisse licita, dispensante naturâ ad ho-

28.
Venerant ad
rationem.

29.
Hoc inde-
centia non
est in matr.
sum affini
in 1. gradu
transversa.

30.
Ad primū.

Ad 2.

Ad 3. cap.

Ad 4:

Ad 5.

Ad 6.

mines multiplicandos; nam teste Augst. 15. de Ci-
ui. cap. 16. multiplicato genere humano, desierunt
fraterna coniugia esse licita, ut constat ex lege à
Deo latâ, quæ antea, solâ necessitate urgente, lici-
ta erant. Ratio: Turpitudis seu indecentia, quæ in
tali matrimonio apparet, non est tanta, ut illud irri-
te: multa n. sunt, quæ matris reddunt illicitum,
non tamen irritum, ut ex allatis exemplis à Scri-
pturâ subministratis, evidenter constat. Aequè n.
indecens est, cognosci à fratre sororis, ac cognoscere frater uxorem: cum tamen unam in veteri
lege licuerit, alterom non licuerit, nisi prole non
suscepit: nam aequè indecens est, à patruo neptem
cognosci, ac nepotem patrum uxorem cognoscere:
cum tamen hoc in lege Mosaicâ fuerit veritum, non
autem illud. Quare ea tantum indecentia irritat
matrem, quæ ipsius saltu secundario fini aduersatur. Nec virget quodd Lxi. 18. & 20. harum le-
gum transgressiones appellant abominationes & sce-
lera gentium, easque morte puniat: nam ut recte
iusticia sunt, et si non invalida.

Ad 1. cap. de infidelibus, cit. argu. à contrario sen-
tientia non habet: cum Pontifex non decla-
ret, ea tantum matrimonia in gradibus Lxi. 18.
permisiss, ab infidelibus contracta, esse licita, sed so-
lum respondet ad interroga. sibi factam, matrimonio
in gradibus à lege permisiss esse validum. Ad 2.
cap. Litteras, Pontifex, pro non potest dispensare, in-
telligit non solere, ut statim se explicat. Appellantur
huiusmodi leges matrimonio. eo cap. divine, ut supple.
Gabri. cit. explicat, exemplariter: quia Ecclesia suas
de matrimonio constitutions sancit iuxta exemplar
in veteri lege expressum, non quodd omnes illæ
nunc obligent independenter à constitutione Ec-
clesiaz, cum illæ morte Christi cessauerint, rema-
nentibus solis, quæ iure naturæ independenter à
diuino positivo obligant. Ad 3. cap. finale, idem di-
sertus: Respondet Abulensis. 1. reg. 8. q. 165. fine, ibi
sermo est de matrimoniis in infidelitate initis, quæ
apud eos peculiari lege, aut consuetudine irrita
erant cum relicta fratris absque liberis, non cum
liberis. Unde limitatio addita à Pontifice, si tra-
men fratibus docedentibus sine prole, ut semen defuncti
iuxta legem Mosaicam suscitarent, supponebat, eam
legem consuetudine fuisse ab infidelibus accepta-
ram, contraria reprobata. Leg. ipse, qui aliam
explic. assignat, quam cit. sequitur Sanctus. sed hæc
est tertiior. Ad can. Pœacium, Respondet. Sanctus. te-
stimonium à Lege Mosaicâ afferri à Pontifice in
argu. à simili: quod si ea lex obligat (non quod
nunc defacto obliget) abstinere à carnali copula;
cum quibus erant carnaliter coniuncti, quanto
magis nunc obligari debent ut à carnali copula
abstineant, cum quibus sunt spirituali cognatione
colligati. Ad 5. communior patrum & Scholast.
se. est, Herodem accepisse Herodiadem uxorem
fratris ipsius vivente; quod ex Iosepho Egipcio, &
Hieronym. probat cit. Caiet. 2. esto illam duxisset
mortuo fratre, quia tamen relicta erat cum pro-
le, non licebat Herodi secundum legem id vetera-
tem illam in uxorem accipere; quo circa reprehensione
dignus erat ut transgressor, non legis natu-
ralis, sed Mosaicæ, cui Herodes, ut potè ex Iu-
daeo natus, subiectus erat. Ad 6. non omnis tur-
pitudis matrimonio concomitans, id irritat; sed quæ
saltum secundariò ipsius fini aduersatur, cuiusmo-

di est, vel quæ in qualitate inter contrahentes dolit, vel quæ participationem eiusdem esse personalis inter cognoscentem & cognitum ab eodem stipe affect.

SECTIO III.

*An vinculum affinitatis contrahatur ex
naturâ rei, an ex solâ lege positiuâ?*

Questio non est, An vinculum affinitatis ex
naturâ rei, an ex solâ lege positiuâ matrimoniū
dirimat, vel impediatur; de hoc enim sent.
preced. sed an hoc ipsum vinculum affinitatis
ex carnalicopulâ contrahatur ex naturâ rei,
independenter à quâcunque lege positiuâ, sive po-
steâ matrimoniū impediatur siue non: quippe cùm pos-
sit naturaliter contrahi, & tamen matrimonio non im-
pedire, cùm non quocunque vinculum naturaliter
contractum, matrimonio impediatur sed illud tan-
tum, quod matrimonij fini aduersatur: an potius
reale vinculum contrahatur mediâ lege positiuâ,
quâ sublatâ, nullum esset affinitatis vinculum; ad
eum modum, quo contrahitur spiritualis cognos-
cio, mediante lege Eccles. quâ sublatâ, nullum
contrahetur vinculum cognitionis spiritualis.

Porrò qui docent, affinitatem iure naturæ irritare
matrimonio. coherent: r docere tenentur, illam con-
trahi ex naturâ rei, independenter ab omni lege
positiuâ. Catecumus quæstio non limitatur ad copu-
lam solam coniugalem, sed etiam ad fornicariam,
de quâ potissima controv. An ex cùm aliqua affinitas
independenter ab omni lege positiuâ, naturaliter
contrahatur; consanguinitate nemo dubitat na-
turaliter contrahi: cùm fuoderetur in ipsâ sanguinis
communicatione, quæ se ipsâ sit independenter ab
omni lege positiuâ.

Prima sent. docet, ex nullâ copulâ, ne coniugali quidem, naturaliter independenter ab omni lege positiuâ, affinitatem contrahi: ita Henr. lib. conversione 12. de matri. cap. 3. n. 2. Ex quo infert, si paganus infidelis matrimonio consummavit, aut fornicatus est cum Berthæ, non fore irritum matrimonio. si ad fidem conuersus³² contrahat cum cognatâ Berthæ: nam licet affinitas habeat aliquod fundam. in re, quia tamen paganus non erat subditus legibus Ecclesiaz, tale matrimonio irritantibus, quando ratione copulæ cum Berthæ factus est affinis ipsius cognatæ, poterit, nulla petitâ dispensatione, validè contrahere cùm soror Berthæ, ac si nunquam Bertam cognovisset: nam perinde est, siue eam cognoverit, siue non cognoverit, si nullâ cum ipsius sorore affinitatem, quæ naturaliter posset tale matrimonio. irritum reddere, ex copulâ cum Berthæ contraxit: cùm hæc non contrahatur, nisi lege Eccles. cui paganus subiectus non erat, cùm Bertham cognovit. Pro quâ sent. in comment. lit. k. & l. cit. etas suppl. Gabri. in 4. dist. 27 q. 3. & Micha. Medin. lib. 5. de contin. cap. 75. Sed ex suppl. contrarium plane colligitur: docet. n. art. 3. dub. 4. non tolli biga-
miatum per Baptismum à pagano tempore infidelita-
tis contractam: idem à fortiori diceret de affinitate, ex carnali copulâ contrafactâ. Quin si eundem legis
let dist. 41. qu. vñ. art. 1. nov. 1. vbi cum reliquis hanc
quæst. agitat, manifestè illum suæ sent. contrarium
deprehendisset. Medina vero solum ibi examinat
proposit. illam diuino afflatu ab Adamo prolatam
Genes. 2. Erant duo in carne vñâ; & adductis multo-
rum Patrum explica, tandem contra communem
concludit, intelligendam esse, non de unitate car-
nis, sed mutui amoris & dilectionis, ut nullus pre-
iñq.

31.
status
queat.

32.
Ne quis ame-
legem positi-
ve insisteret.

33.
Quæstio im-

34.
Quesitio im-

35.
erunt due
vñâ.

Isto amore sit arctior nexus ac fortius vinculum, ad-
ed ut si fieri posset, vi huius auctoris, vellent vir &
uxor in eodem corpore simul habitare. Ceterum
non negat, neque negare potest, intercedere inter
eos mutuam sanguinis communicationem, per
utriusque seminis mixtionem; licet non ab ea su-
mendam puret unitatem illam carnis, quam de illis
Spiritibus S. instinctu Adam pronuntiavit. Quin po-
tius hic Henr. sententiae aduersatur, dum cit. lib.
cap. 76. ait, ad contrahendam affinitatem, non esse
necessariam seminationem, sed contrahi per so-
lum matrem. ratum per verba de presenti. Quare
reiicienda est haec sent. ut contraria reliquis DD.

Ratio constabit ex fundam. veræ sent. infra.

35.
2. Sent.

Prob. I.

2.

3.

36.
3. Sent.

Hanc se-
gundam.

37.
Frobans id
duo possi-
mum ratio-
nes.

nes. 19 ex quo orta fuit affinitas tam inter Loth &
ipsius filias, quatenus primogenitam cognoscendo,
affinitatem contraxit cum secundò genitâ: & rur-
sus cognoscendo secundò genitam, affinitatem cum
primò genitâ: & una soror à patre cognita, affini-
tatem contraxit cum filio alterius sororis. Item ex
illicito concubito Iude cum Thamar suâ Nuru do-
cent, ortam fuisse affinitatem; cùm tamen lex de
affinitate contrahendâ primò lata sit per Moysen,
multis post annis: igitur supponunt, illam contra-
hi ex naturâ rei independenter à lege positivâ.

Fundam. affinitas oritur ex consanguinitate duo:
rum fratrum sibi, qui sibi mutuò per seminum mixto-
nem proprium sanguinem communicant. At non
minus per copulam fornicariam, quâm coniugalem
mas & foemina sibi mutuò per seminum mixto-
nem proprium sanguinem communicant: ex quâ
mutui sanguinis communicatione inter eos nasci-
tur consanguinitas, quâz est proximum fundamentum
affinitatis. Nam ex eo quod cognoscens fit una
caro & sanguis cum cognitâ, consanguinei cognos-
centis affinitate coniunguntur cum cognitâ: & con-
trâ, consanguinei cognitæ cum cognoscente. Neque
ex eo quod copula sit illicita, impedit, quod minus
ex ea resultet affinitas, sicut non impedit, quo minus
ex ea resultet consanguinitas. Ratio: nec affinitas,
nec consanguinitas pêndet ex ratione morali, sed ex
physicâ, quâz eadem est in utrâque copulâ: esto
moralis diuersa sit; nam in una est honestas, in al-
terâ dishonestas: aliqui si affinitas pênderet ex ra-
tione morali, impeditur etiam ex copulâ coniuga-
li peccaminosa, adhibita contra Ecclesiæ prece-
ptum, ut cum quis cognoscere vxorem ante clausum
tempus, illi ab Ecclesiâ concessum ad delibe-
randum de ingressu religionis: ita 1. Corinth. 6. An
nescitis, quoniam qui adheres merestrici, unum corpus effi-
cere? erant n. inquit, duo in carne una. Ecce quo pacto
Doctor Gentium docet, eodem modo fieri uxam
carnem per copulam fornicariam, ac per coniuga-
lem; utriq; adaptans illud diuino instinctu ab Adam
effatum, & à Christo confirmatum: Erunt duo &c.

Infertur, infideles, qui tempore infidelitatis ex
copulâ illicitâ affinitatem contraherunt intra gra-
dus ab Ecclesiâ prohibitos, non posse ad fidem
conuersos, absque dispensatione, inter se contrahe-
re, licet potuerint in statu infidelitatis. Ratio: cum
haec affinitas sit quid naturale, ab omni lege positi-
uâ independens, etiam ab infidelibus contrahitur,
& cum iis perseverat ad fidem conuersis. At quod-
cunque impedimentum in infidelitate naturaliter contra-
sum, impedit matrimon. post Baptismum contra-
hendum, esto illud nec impedit in infidelitate
contractum, nec dirimat post Baptismum suscep-
tum. Nam quando impedimentum naturaliter contra-
hitur independenter à lege positivâ, illud semper
perseverat in subiecto impedito: ut n. in esse per-
severet, non pêderet ab alio, quâz ut semel fuerit ab
homine contractum: ergo manet etiam post Bap-
tismum: post quem, cum homo subiectus sit le-
gibus Ecclesiæ, subiicitur etiam huic legi irritanti
matrim. Secus, si matrimon. fuisset cum tali impe-
dim. in infidelitate contractum, quia tunc post su-
ceptum Baptismum non dirimeretur, ex illâ rogu-
lâ. Nullum matrimon. validè contractum per super-
ueniens impedimentum dissoluitur, nisi solum ratum per
solemnum religionis professionem.

Hinc facile cognosces, que impedimenta in in-
fidelitate contracta impedian ad fidem conuersos,
quod minus validè possint matrimon. contrahere. Im-
pedient 1. consanguinitas, & affinitas ex cognati-
cognitione contracta; non contracta ex cognatio-

38.

39.

40.

41.

42.

42.
Ratio dis-
criminis.

ne spirituali, aut ex iustitia publica honestatis. Ratio: priora non contrahuntur dependenter à lege positiva Ecclesiae, sed ex naturali sanguinis communicatione, siue immediata, vt inter consanguineos; siue mediata, vt inter affines: posteriora vero ex sola lege positiva Ecclesiae, quae statuit, neque cum cognatis spiritualibus, neque cum consanguineis sponsi matrimonii validè contrahatur. Quæ impedimenta, vt patet, non fundantur in aliquâ re physica subiecto adhærente, sed moralis dependente à lege & voluntate Legislatoris. 2. Impedient ad Ordines suscipiendos bigamia, & quæcunque alia irregularitas fundata in aliquâ re personæ moraliter adhærente, ante ullam legem positivam, vt illegitimitas natiuitatis, & quæ propter crimen non imponitur: nam Baptismus morales notas & infamias, quas infidelis tempore infidelitatis contraxit, non tollit. Irregularitas, quæ propter solum delictum imponitur, non impedit infideli ad fidem conuerso ad Ordines ascensum, ex causa quæ videtur, diff. 50. ex communi. Quia talis irregularitas constituit propter violationem legis Ecclesie, cui cum infidelis, tempore infidelitatis subiectus non sit illam nos contrahit. Ex his inferunt, irregularitatem, propter iniustum homicidium ab infideli non incurri, incurri autem ex defectu lenitatis, vt si fuit iudex, vel in justo bello aliquos occidit, vt contra Sayr. & Aul. Hurtad. diff. 2. de irreg. diff. 20.

2. Irregularitas mixta, quæ partim propter crimen, partim propter infamiam imponitur, vt propter natalium illegitimitatem, quæ cum propter delictum parentum, cum propter filiorum infamiam imponitur, contrahitur ab infideli ad fidem conuerso, non quæ poena delicti parentum est, sed quæ nota infamiae filiorum est. Dices: neque Baptismus tollit, quin ad fidem conuersis, si in infidelitate aliquem baptizauit, actionem regeneratam virtutem spiritualis exercuerit, propter quam Ecclesia prohibet inter baptizantem & baptizatum, & parentes baptizati matrimonium. Nego, Ecclesiam inter eos matrimonium prohibere, quia huiusmodi actionem exercuerunt, sed quia ex tali actione contrahitur quedam cognatio spiritualis, quam Ecclesia tali actioni annexuit, cui legi cum non subsint infideles, illam non contrahunt; proinde ad fidem conuersi nullum secum trahunt ex tali actione ad matrimonium. impedientur. At vero ascensus ad Ordines prohibetur, propter ipsas actiones liberè exercitas, non propter aliquid ex iis resultans: quia se ipse, independenter à lege Ecclesie, quandoque causant indecentiam & irregularitatem in subiecto, propter quam censetur inhabile ad sacros Ordines exercendos.

45.
Ratio infidelitatis
Dicitur de Ba-
ptisma.

3. Tertiù impedimenta, quæ contrahuntur in poenam violatorum legis Ecclesie, non impeditur infideles ad fidem conuersos, si contra talem legem tempore infidelitatis egerunt. Quare qui tempore infidelitatis cum adultero machinatus est mortem suæ coniugi, vel fidem dedit de contrahendo cum adulterio post mortem suæ coniugis, potest ad fidem conuersus cum ea validè contrahere. Qui infidelis cognovit consanguineam suæ vxoris, factus fidelis non priuatur iure perendi coniugale debitum. Qui rapuit foemina, potest post Baptismum cum eâ contrahere, non incurrendo poenas à Trident. statutas: neque impedimentum matrimonii dirimens contrahit, etiamsi fuerit contractum, tempore quo rapta erat sub potestate raptoris, modò fuerit liberè contractum. Ratio: huiusmodi poenæ, & impedimenta incurruunt propter transgressionem legis Ecclesie, cui infidelis non est subiectus. Nec il-

læ post Baptismum reuiuscunt, quia quod nunquam fuit, reuiuscere nequit. Addo, etiam si infidelis legem Ecclesie violasset sciens & volens, adhuc poenas non incurrit, defectu subiectonis, quam tempore infidelitatis erga Ecclesiam non habebat. Si poena, vel impedimentum statutum sit lege diuinâ, incurrit, vbi lex est promulgata. Quare qui tempore infidelitatis fidem coniugalem fregit, incurrit poenam à Christo decretam: unde utroque ad fidem conuerso, potest innocens coniux perpetuum diuorum quoad thorum cum adulterio facere, eaque invitâ religionem ingredi. Quia sicut legibus diuinis, vbi sunt promulgatae, subsunt infideles, ita & poenas diuino iure illis annexas contrahunt.

Impedimenta imposita transgresoribus legis Ecclesie, non impeditura matrimonii post susceptum Baptismum, si contra legem tempore infidelitatis contractum sit, intellige, quando uterque coniux erat infidelis: alioqui si alteruter erat fidelis, impedimentum incurrit à coniuge fidieli, & matrimonii post susceptum Baptismum impedit: quia sufficit, vt illud sit ab uno tantum contractum: quippe nequit matrimonium claudicare, sed hoc ipso, quod ex parte unius est invalidum, est etiam invalidum ex parte alterius: ita Henr. cit. & reliqu. Decisum cap. 1. de coniug. infid. vbi Coelestio. III. consultus, An valida essent matrimonii inter Saracenos & foeminas Christianas, quarum mariti infidiis & machinationibus Saracenorum occisi fuerant: Respondebat Pontifex, quod si in mortem ipsorum malitiosè fuerint machinatae ipsæ uxores, licet studio, vt eos ad fidem inducerent, invalida esse, & quis sic contrarerunt, separandos.

Ad primum 2. Resp. leges ciuiles negant, ex copula illicitâ affinitatem oriri, ad effectum dum taxat succedendi in hereditatem: in ordine ad quem effectum gradus consang. & affinit. exdem resps. leges computant, ut supra. Ad 2. affinitas formaliter consistit in participatione mediata sanguinis, quæ est fundamentum amicitiae, non in ipsa amicitia formaliter. Quare saluat, etiam si per accidentem ex illicitâ copula orta, dissensiones causet: nam etiam consanguinitas ex illicitâ copula contracta, discordias parit, cum tamen, multò magis consanguinitas, quam affinitas, sit propter amicitiam conciliandam. Ad 3. id factum est, propter probrum, quod affinitas ex illicitâ copula contracta importat. Ad 4. neque filius ex sacrilego concubitu naturalis inclinat ad exhibendam reverentiam parentibus, cum tamen inter eum & parentes consanguinitas primi gradus recte linea intercedat. Igitur duplex inclinatio, altera naturalis, fundata in sanguinis communicatione, quam omnes consanguinei, & affines contrahunt: altera moralis, fundata in virtute; & hanc non habent affines, & consanguinei, ex illicito sacrilego que thoro nati: Qui etiam reverentiam non debeant affinitibus & parentibus, propter commissum crimen, at debent propter participationem sanguinis communicationem, & esse ab illiciis praaceptum.

DISPUTATIO XVIII.

De impedimento cognitionis spiritualis ritualis.

C OGNATIO spiritualis, est vinculum personarum I. lege Ecclesie inductum, propter collationem Baptismi Quid sit, ex DD. colliguntur & Confirmationis, & susceptionem eius, qui has sacramenta.

46.
Ratio om-
nium,

menta recipit. Dicitur *Vinculum person.* nam omnis cognatio sive naturali, sive positivo iure inducta, eo tendit, ut peculiari necessitudinis nexu ita personas inter se vinciat, ut nequeant maritum, copulari, id prohibente eo vinculo. *Eccles. lege induxit ad distinctionem cognitionis carnalis,* quae à naturali legge originem trahit, sc. à communicatione sanguinis, ita ut ad hanc contrahendam, nullus voluntatis consensus requiratur, quia necessario contrahitur. Dices, etiam inter baptizantem & baptizatum, confirmantem & confirmatum intercedit naturale vinculum fundatum in gratia regenerante, quam baptizans & confirmans, ut Christi minister, communicat baptizando & confirmingando: & consumnit realis relatio effectus & causæ: ergo ex naturali iure hæc consurgit. Resp. non quæcunque rei

2. *Cognatio spiritualis non contingit ex naturali iure.* communicatio sufficit ad naturale vinculum cognitionis fundandum, sed requiritur communicatio per naturalem propagationem derivata à principio communicante: quo pacto non procedit gratia regenerativa à baptizante, & confirmante, qui non nisi diuinus eleuati concurrunt ad gratiam regenerativam & roborativam causandam. Defectu huius naturalis propagationis, non fuit Eua cognata Adæ: nec esset homo homini, si diuinus ad illum creandum eleuaretur. A fortiori nulla naturalis cognitione intercedit, inter suscipientem, & eum qui hæc sacram. suscipit: cum suscipiens nullam conferat gratiam suscipiendo. Et, esto, inter eos, consurgit realis relatio effectus & causæ: nam ad fundandam cognitionem naturali actione genitoris & geniti, quæ non nisi ex naturali propagatione unius ab alio consurgit.

3. Dicitur, propter collationem Baptismi & Confirmationis. Fundatur in nam in his duobus tantum sacramentis cognitionis spiritualis contrahitur, ita Bonifac. VIII. cap finali, de cognat. spirit. in 6. Ex datione veræ aliorum sacramentorum cognitionis spiritualis nonquam oritur, que matrimonium impedit, vel dissolue. Ratio S. Thom. in 4. dist. 42 qu. 1. art. 1. per hæc duo tantum sacram. homo regeneratur in nouam vitam spiritualem; per Baptismum accipit primum esse gratias, in quæ vita spiritualis consistit; per Confirmationem eadem vita robatur. Vnde magnoam affinitatem habent hæc duo sacram. tum cum principio generatio actio patris, à quo in vitam naturaliem primò generamus; tum cum passiuo matris, in cuius vieso concepti souemur, & nati roboramur.

4. Dices: etiam per Eucharistiam alimur & roboramur, per Pœnitentiam resurgimus in vitam peccato extintam. Resp. per Eucharistiam non alimur in vitam spiritualem à ministro sacramentum conferente, sed per ipsum sacramentum, proinde nullam cum ministro relationem contrahimus: cum in hoc ministrando se habeat ut mera conditio: unde posset ab alio, quam à sacerdote ministrari. At per Confirmationem roboramur in vitam spiritualem per ipsum confirmantem: qui ipse actiue influit in vitam spiritualem confirmati. Pœnitentia non accipimus vitam regenerantem, sed resuscitantem. Nec obstat can. Omnes 30. q. 1. vbi legitur: *Omnes, quos Pœnitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filii, ut & ipsi, quos vel nobis suscipientibus, vel triune meritionis vocabulo mergentibus vnde sacri Baptismatis regenerantur: nam ex hoc tantum habetur, quod Confessorius sit pater spiritualis sui pœnitentis, non quod cum eo cognitionem spiritualem contrahat.* Sicut infidelis baptizans, sit pater spiritualis baptizati, nullam cum illo spirituali cognitione contracta. Ratio: hæc non contrahitur, nisi ex lege

positiua Ecclesie, quæ, ex cit. cap. finali, de cognat. spirit. in 6. ad sacramen. Pœnitent. illam non extendit.

Instas. Confirmans potius assimulatur nutrici, quæ vitam naturalem à parentibus acceptam laetando roborat: at hæc non est principium cognitionis carnalis, ut suprà, ergo nec confirmans cognitionis spiritualis. Resp. esto in hoc conueniant, in alio tamen discrepant: quia confirmans, non solùm roborat spiritualem vitam à baptizante præacceptam, sed etiam confert nouum esse vitæ spiritualis, conferendo nouam gratiam cum novo charactere specie diuerso à priori: quod non facit respectu vitæ naturalis nutrix, quæ solùm auget & conseruat vitam à genitoribus præacceptam.

Porrò antiquo iure inter genera personarum 4:

Antiquum ius inter genera 4. G.

contrahebatur hæc spiritualis cognitione. 1. inter baptizantem, confirmantem, & inter baptizatum & confirmatum. 2. inter baptizantem, confirmantem, & parentes baptizati confirmati. 3. inter baptizatum, confirmatum, & filios baptizantis & confirmantis: atque idem erat de suscipiente & suscepto, & parentibus suscepti, & suscepto cum filiis suscipientis. 4. contracta ab uno coniuge baptizante, confirmante, suscipiente, communicabatur alteri coniugi, esto nec susciperet, nec baptizaret, nec confirmaret. Prima vocabatur paternitas: 2. & quatta compaternitas: tertia confraternitas: cap. Marinus, de cognat. spirit. & can. de eo 30. qu. 1. & qu. 4. cap. Scissitetur, can. Qui spiritual. & can. post uxoris ob. & cap. 1. & vlt. de cognat. spirit. in 6. iunctis Globis, quæ conformiter ad textus cit. notant; quod cognitione spiritualis in duplice cœtu alteri coniugi non communicabatur. 1. non communi-
Duplici cœtu, quo ea præcessisset matrimonium, vel copulam, nicipabatur.

vt si vir, antequam coniugaliter, vel fornicatione cognouisset Bertam, baptizasset, vel de sacro fonte, aut in Confirmatione puerum suscepisset;

hanc cognitionem spiritualem, quam cum baptizato, suscepto, eiusque parentibus contraxisset, non communicasset Bertæ. Ratio; quando cognitionem spiritualem contraxit, nondum erat copula carnali una caro cum Bertæ effectus. Quod, vt S. Thom. in 4. dist. 42. qu. 1. art. 3. qu. 2. intelligitur, etiam si cum ea suscepisset matrimonio rato, nondum consummato copulatus. 2. si filius baptizatus, confirmatus, susceptus, non suscepisset filius utriusque coniugis, sed alterius tantum, siue ex licto, siue ex illicito concubitu natus: tunc enim qui talèm baptizabat, confirmabat, aut de sacro fonte, vel in Chrismate suscipiebat, cognitionem spiritualem cum vitrico, aut nouercâ non contrahebat, sed cum proprio dumtaxat parente. Ex quo infertur 1. si proles baptizata, confirmata, aut de sacro fonte, vel confirmatione suscepta, suscepisset ex illicite copula nata, viuente eius parente, non solùm cognitionem spiritualis contraea suscepisset cum matre, legitimam vxore vitrico, sed etiam cum patre illicite cognoscente alterius vxorem. Secundò infertur, talis *Hac de iure proles contraœta suscepisset confraternitatem cum filiis baptizantibus, confirmantibus, & suscipientibus, non cum filiis uxoris baptizantibus, confirmantibus, aut suscipientibus ex altero coniuge natis.*

3. Iure novo Concilij Trident. sess. 24. cap. 2. restringitur hæc cognitionem spiritualis ad solum baptizantem, confirmantem, & suscipientem cum baptizato, confirmato, & suscepto, eiusque parentibus, sublatâ confraternitate inter baptizatum, confirmatum, susceptum, & filios baptizantis, confirmantis, & suscipientis; nec non communicatione, quæ coniux baptizans, confirmans, aut suscipiens, contractam cognitionem alteri coniugi com-

Ad tollenda dubia de personis.

Coroll. du-
plexa

Hac de iure ansiq.

Coroll. du-
plexa

com-

communicabat. A fortiori, nulla inter patrinos cognatio oritur: siquidem neque antiquo iure inter eos oriebatur.

Duplex declar. Pij V.

Exstat declaratoria Pij V. altera, quæ incipit *Sanctissimus, 20. August. 1566. alter, Cum illius vicem Kalend. Decemb. eod. ann. quibus deciditur, hæc cognatio spiritualis non extendi, nisi ad personas in decreto Trident. expressas: Item eos, qui ante Trident. hanc cognationem spiritualis contraxerunt cum personis in decreto non expressis, non egere nouâ dispensatione post promulgatum & receptum Tridentinum. Ceterum parentes baptizati, confirmari, suscepiti, inter quos & baptizantem, confirmantem, suscipientem contrahitur cognatio, intelliguntur etiam illegitimi, non autem adoptivi, aut nutrices; eo quod hi in iure non veniunt nomine parentum simpliciter, sed cum addito.*

10. Quoad patrinos, verò attinet, præcipit Tridentinus, ut iuxta prisca factorum canon. instituta, non sint nisi unus, aut una, vir, aut foemina; vel ad summum unus & una: quibus standum est secundum verba formaliter sumpta. Idem ex probabiliori sent. hinc à Trident. decisum videtur, de susceptientibus in Confirmatione, ut sit unus, vel una, vel ad summum unus & una.

11. Infertur 1. Quacunque ex causâ Baptismus, aut Confirmationis fuerit inualida, sive defectu intentionis, sive defectu materiæ, aut subiecti capacitatatis, scilicet quia fuerat antea validè baptizatus, aut confirmatus, nulla contrahitur cognatio: nam hæc fundatur proximè in vitâ spirituali, in quam baptizans, vel confirmans baptizatum, confirmatumque regenerat: cù ergo non securâ, non sequitur relatio paternitatis, & compaterni. Vnde si domi sit baptizatus, non contrahitur per solas ceremonias in templo suppletas. Eadem est ratio de patrinis, qui etenim hanc cognationem contrahunt, quatenus cum baptizante & confirmante cooperantur ad nosum esse vitæ spiritualis, quâ non sequiâ, nec ipsi contrahunt cognationem.

12. An qui Baptismum, vel chrisma contulit validum, non tamen formatum, eam contrahat? Ratio neg. hæc fundatur in collatione vitæ spiritualis, quæ in ipsâ gratiâ regenerante consistit, & per Baptismum aut christma informe non confertur. At hoc non obstante, dicendum, eam contrahi. Quia per hæc sacramenta, quamvis informia, homo accipit nouum esse spirituale, per quod vel incorporatur Ecclesiæ, fitque membrum ipsius; vel adscribitur Christi militiae: & licet per hoc esse non regeneretur in vitam regenerantis gratiâ proximè & formaliter, regeneratur saltu remote & radicaliter: quia per hoc esse characteris homo non solum sit capax nouorum donorum supernaturaliū, quorum antea non erat, vt sunt dona, quæ per sacramenta fidelibus communicantur, & velut membrum Ecclesiæ effectus ipsius bona participat: sed etiam est connaturaliter exigens ipsius gratiâ regenerantis: siquidem character per Baptismum & christma collatus, connaturaliter petit esse cum gratiâ regenerante, cùm quâ coniungitur, statim ac subiecto tollitur obex. Ex his patet ad rationem neg. Cognatio spiritualis non tantum fundatur in gratiâ regenerativa formaliter, sed etiam radicaliter.

13. Infertur 2. Posse duos esse suorum filiorum in vicem patrinos: ita Angel. matrim. 3. impedit. 7. n. 18. & cum aliis, Sanch. disp. 54 fine. Quia nullus est in iure textus id prohibens: in iis autem, quæ à positione iure pendent, nihil est sine expressâ lege asserendum. Infertur 3. Designare & admittere

plures quam duos à Tridentino præscriptos in susceptione Baptismi & Confirmationis, est peccatum lethale, nisi patris consuetudo, vel ignorancia excusat. Est communior Doctorum sententia, vt legere est apud Barbos. cit. num. 5. contra Sotum in 4. Violatio legis dist. 42. qu. 1. art. 2. §. Sylvest. & Sanch. disp. 57. num. 6. in materia graui. Ex quâ violatione sequitur, multa matrem. impediri; quorum impedimentum multipliciter tollere hoc suo decreto intendit Tridentinum. Iidem Autores negant, & meritò, in hoc posse ab Episcopo dispensari: cùm nequeat Episcopus in decretis concilii generalis dispensare, nisi in casibos expressis, vel aliquâ urgente necessitate, quæ hic nulla esse potest.

14. Infertur 4. Ad patrini munus exercendum quamlibet statem sufficere, modò doli capax & Patrini rationis particeps sit. 1. quia nullus in iure textus munus cerram statem præscribit. 2. hoc munus est ab Ecclesiâ annexum actioni humano modo exercitæ: cùm debeat susceptor in hoc officio se fiduciostorem pro suscipiendo apud Deum spondere. Vnde non contrahunt amentes, nec vi coacti; contrahunt tamen metu compulsi, quia metus non tollit libertatem, sufficientem ad eam cognationem contrahendam: sicut nec iure naturali spectato eam tollit ad matrimonium validum. Non est autem necesse, vt hoc à susceptore intendatur formaliter & in se, sed sufficit, si tantum virtualiter in ipsa Baptismi susceptione, vt in causâ, cui ex statuto Ecclesiæ annexa est hæc cognatio.

15. Infertur 5. Hoc contrahunt excommunicati, suspensi, degradati, facinorosi, heretici, vt cum Laymon Barboſa nu. 20. eo quod nullibz tales personæ ad hoc munus exercendum ab Ecclesiâ prohibeantur: licet ius naturæ dicter, eos non esse adhibendos, minimè hereticos, qui hoc munus patrini sine periculo hæc communicandæ in susceptos exercere vix possunt. Infertur 6. Non contrahit cognationem spiritualis, qui baptizandum, vel con. De iusta firmandum non tangit, sed solùm assistit, aut per alium tangit, nisi sibi vicem procuratoris, de quo infra. Neque ad tactum sufficit, digito tangere; cùm hic non dicatur moraliter tenere aut suscipere. Nec est necesse, vt immediate tangat, quippe qui potest baptizandum, aut confirmandum intra discum, aut linteum tenere, vt Sotu in 4. dist. 42. qu. 1. art. 2. §. Sylvest. Nec est opus, vt illum teneat, dum actu baptizatur, sed sufficit, si infantem baptizatum accipiat è manibus baptizantis.

16. In Episcopatu Abulensi consuetudo erat, vt commater baptizatum non tangeret, donec illum compater è manibus baptizantis suscipret, cùmque in sinu commatis ponret, consulta, an commater cognationem contraheret, Sacra Congreg. respondit, non contrahere: ita cum Soto in 4. dist. 42. qu. 1. art. 2. §. ex his, reliqui; eo quod qui infantem suscipit è manibus suscipientis, non dicitur propriè de sacro fonte leuare, vel in Baptismo tenere.

17. Dubitatur 1. An qui in necessitate, absque debitâ solemnitate baptizat, banc cognationem contrahat? Negant aliqui apud Palud. in 4. dist. 42. qu. 1. art. 1. concl. 4. Quia non censetur Ecclesia, Fundam. propter actum diuino ac naturali iure præceptum, qualis est, in necessitate baptizare, impedimentum dirimens matrimonium imponere: cùm enim hoc sit quoddam grauamen, non debet actum præceptum excenti imponi, alioquin multi ab hoc actu retraherentur. Confirm. Ioannes VIII. can. ad limina 30. qu. 1. scribens Episcopo Lemouicin, qui virum ab uxore separauerat, eo quod virgente necessitate proprium

proprium filium baptizasset, iubet, eum uxori restituiri, ei que impune, quādūa vixerit, manere coniunctū, cūm non debeat propter bonum actum à coniuge separari. Item definit *Alexand.* III. cap. Si vir, de cognat. spirit.

20. *Affirmant reliqui, Palud. cit. Argent. qu. vn. art. 3. fine, §. Nota etiam: Supplēm. Gabrie. qu. I. art. 3. dub. 3. Angel. matrim. 3. impedim. 7. num. 16. Sylvest. matrim. 3. qu. 7. Sotus in 4. diff. 42. qu. I. art. I. §. dubium, Co-
narr. 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 4. num. 4. Nauarr. in
summ. cap. 22. num. 40. Henrig. lib. 12. de matrim. cap. II.
num. 1. Se verb. matrim. de impedim. dirim. num. 5. Re-
bell. qu. 6. de cognat. spirit. Sylvi. in addit. ad 3. part. qu.
56. art. 3. Sanch. diff. 62. num. 10. Laymon lib. 5. tract.
10. part. 4. cap. 8. de impedim. cognat. spirit. num. 5. Ponti.
lib. 7. de matrim. cap. 40. num. 6. Hurtad. diff. 18. diffic. 6.*

21. *Et. quia iura hoc impedim. statuant baptizanti-
bus, nullā insinuatā distinctione de priuato & so-
lemni Baptismo. Ad fundam. oppositæ, Respon-
suum. det cit. Sotus, & reliqui, neg. impedimentum cognationis spiritualis esse pœnam aut grauamen, sed ius
amicitiae, acquisitum inter baptizantem & bapti-
zatum, baptizatiq[ue] parentes: propter quod po-
tuit Ecclesia in fauorem protelant amicitiae, ma-
trimonium inter eos prohibere. Vnde non sequi-
tor, ne hoc impedimentum incurvant, multos à
tam salabri actu recessuros, cūm cognatio ex ea
contracta, sit vinculum amicitiae. Ad confirm. neg.
conseq. Nam si baptizans proprium filium, de-
ret iure perendi priuari, talis priuatio foret illi pœ-
na: quia deberet spoliari iure acquisito ad actum
sibi maximè commodum & delectabilem: qui au-
tem alienum filium in necessitate baptizat, nec ali-
quo iure acquisito priuatur, & aliunde potest per
alia matrimonia sibi prouidere, quod non posset
alter.*

Differens. 22. *Baptizans. Dubitatur 2. An qui in Baptismo non solemnii
baptizatum suscipit, cognationem spiritualem con-
trahat? Affirmant Angel. matrim. 3. impedim. 7. fine,
Nauarr. in summ. cap. 22. num. 39. Conink. diff. 32. dub.
2. concl. 5. Ponti. lib. 7. cap. 40. num. 5. Sylvi. in addit. ad
3. part. qu. 56. art. 3. Preposit. qu. 7. de impedim. dirim.
dub. 6. Laymon lib. 5. tract. 2. cap. 2. cap. 9. num. 5. Da-
bius Rebell. cit. qu. 6. fine. Probat Ponti. I. Iura non di-
stingunt de susceptore in Baptismo solemnii, &
non solemnii, sed absolute statuant, inter suscepto-
rem & susceptum eiusque parentes cognationem
spiritualem contrahi. 2. Susceptores designantur
ab Ecclesia ut fideiussores pro puero ad illum in-
struendum de rebus fidei: at non minus sunt fidei-
ussores, qui in priuato, quam qui in solemnii Ba-
ptismo suscipiant. 3: Vbi est spiritualis regenera-
tio, ibi est spiritualis affinitas, illa est in Baptismo
priuato, ergo & hæc. 4. Nequit assignari discri-
men, car absque solemnitate baptizans contrahat
cognationem, & non qui absque illâ suscipit.*

23. *Negant Sotus in 4. diff. 42. qu. I. art. I. §. Profecti,
Sæ; matrim. de impedim. dirim. num. 5. §. Si quis, sub du-
bio: Suar. 3. p. qu. 67. in comment. art. 8. dub. vls. ad-
dit, q[ue] puerum teneat animo susceptoris officium
obeundi: cūm eadem limitatione affirmant Co-
nink, Laymon. Absolutè negant Sanch. diff. 62. num.*

Fundam. 14. *Hurtad. cit. Fundam. hæc cognatio est annexa
cum susceptione, vt cum ceremonia ab Ecclesia
instituta: at susceptio in Baptismo non solemnii,
non est ceremonia ab Ecclesiâ instituta; nec ex
naturâ sacramenti requisita, cūm hoc possit perfe-
ctè conferti, nomine suscipiente. Maior prob. si
ceremonia non adhibetur, vbi, quando, & modo
ab Ecclesiâ instituto efficienda non fortitur, cūm*

bune habeat ex mero statuto Ecclesiæ; nec Eccle-
sia censeatur illam adhibere, nisi in Baptismo so-
lemnii. Responderi posset: cognatio spiritualis est
annexa cuicunque Baptismo. Contrà: certum est, Occurrunt
hæc ceremonia non est ab Ecclesiâ statuta, nisi pro
Baptismo solemnii; at si ipsa noluit illam adhibere
non solemnii, consequenter nec ei voluit talem vim
indere. Nec cognationem hanc contrahunt, qui
accidenti animo obeundi officium patrini: quia
eam contrahere, vel non contrahere, non pendet
ex priuatâ intentione suscipientis, sed ex publicâ
lege Ecclesiæ.

Ad 1. *Ponti:* Ecclesia non distinguit inter su-
ceptorem in Baptismo solemnii & non solemnii, co-
quid extra Baptismum solemnem non datur ca-
nonicus susceptor baptizati, nam talis non est ab
Ecclesiâ institutus. Qui igitur in Baptismo non so-
lemnii baptizatum suscipit, non suscipit nomine

& authoritate Ecclesiæ, sed propriâ; proinde di-
cendus non est canonicus susceptor, de quo tantum
iura loquuntur. Ad 2. non quoscunque suscepto-
res ab Ecclesiâ designari fideiussores pro baptizato,
sed susceptores in Baptismo tantum solemnii: nam

sicut huic tantum annexuit ceremoniam suscipien-
di baptizatum, ita & manus fideiussoris pro eo-
dem. Ad 3. neg. conseq. nam spiritualis regenera-
tio non pendet ab Ecclesiâ, sed à sacramento Chri-
sti: affinitas verò annexa regenerationi, pendet

ab Ecclesiâ, quæ noluit illam annectere, nisi regen-
erationi per solemnem Baptismum collatae. Ad 4.

discrimen inter Baptismum non solemnem, & su-
ceptionem priuatam, est: quia Baptismus vi su-
per habet regenerare hominem in Christo, siue solema-
niter, siue non solemniter adhibetur; cūm hoc ha-
beat ex Christi institutione independenter ab om-
ni lege humana. Vnde Ecclesia annectens regene-

rationi cognationem spiritualem, censetur illam
annectere cuicunque Baptismo, quia quicunque
Baptismus hanc vim regenerandi habet ex se. At

susceptio baptizati, cūm non habeat ex se, vt de-
beat coniungi Baptismo, sed ex statuto Ecclesiæ,

& Ecclesiâ illam non coniungat, nisi Baptismo so-
lemnii, rectè sequitur, ex Baptismo etiam non so-
lemnii, non autem ex suspicione non solemnii, co-

gnationem spiritualem contrahit.

Dubitatur 3. An cognatio spiritualis contra-
tur per procuratorem, aut legatum ad id speciali-
ter destinatum, an à principali mandante? Certissi-
mum est, hanc à mandante non contrahi, sed ab

ipso baptizante, vel confirmante, cuiuscunque tan-
dem nomine ille baptizet, aut confirmet; nam

actus baptizandi, & confirmandi ex institutione
Christi est actus baptizantis & confirmantis, vt mi-
nistri, & Christi ut principalis authoris; quem or-
dinem nequit Ecclesia inuertere; ac proinde rege-

neratio, quæ per hæc sacramenta confertur, nequit tribui mandanti, sed exequenti ut ministro, & Chri-
sto principali authori; & consequenter nec spiri-

tualis cognatio à mandante contrahi, vt potè cui ne-
quit ipsa regenerationi tribui, cui hæc cognatio an-

nexa est, sed ab ipso exequente. Confirm. Regene-

ratio spiritualis imitatur generationem carna-
lem: at hæc nequit tribui mandanti, sed exequenti,

non n. domino, qui seruo mandat, vt vxorem car-
naliter cognoscendo prolem generet, generatio

tribuitur; sed seruo generationem domini man-
dato exequenti: quia cūm actus generationis sit

vitalis, essentialē ordinem dicens ad suum prin-
cipium vitale, nequit nisi eliciendi principio tribui.

Quod igitur à naturâ habet generatio naturalis, à
Christo

Sola diffi-
cultus.

Christo habet generatio spiritualis. Sola difficil. est de cognitione spirituali annexâ susceptioni, aut contrahi possit à mandante, per susceptionem à procuratore nomine mandantis factam: cùm hæc non sit actio à Christo, vel à naturâ soli personæ suscipienti addicata, sed possit nomine mandantis facta, ei principaliter attribui.

28.

1. Sunt. Prima sent. affirmat, à neutro contrahi: hanc cum Sylvest. matrim. 8. qu. 7. dicto 14. Soto in 4. dist. 42. art. 2. fine, Couarr. 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 4. num. 6. Henr. lib. 12. cap. 11. fine, defendit Sanch. disp. 19.

Non contra-
bitur à
mandante.

Quod non contrahatur à mandante, probat 1. omnia iura susceptionis actum, cui hanc cognitionem annexant, explicant per verba, quæ personalem actum suscipientis denotant, vti sunt, suscipit, accipit, propriū manibus leuat, tenet, supra se susinet &c. 2. Cognatio spiritualis imitatur naturalem & legalem, cap. Debitum, de Baptism. & l. neque absens ff. de adoptionib. sed neutra potest à mandante contrahi: de illa constat: de hac definitur cit. lege, & clarius l. post mortem, ead. tit. Neque adoptare, neque arrogare quis absens; nec per alium huiusmodi solemnitatem peragere potest. 3. Qui per procuratorem baptizat vel confirmat, cognitionem non contrahit; ergo nec qui per procuratorem suscipit. 4. Impedimentorum contra matrimonium inducere est odiosa; ergo non est sine texu clare exprimere inducenda.

Neque ab
ipso pro-
curatore.

Quod neque ab ipso procuratore, probat: ad cognitionem spiritualem contrahendam requiritur, ut suscipiens accedat animo saltem implicito officium patrini obeundi: sicut ut validè quis baptizet, & cognitionem spiritualem contrahat, debet animo saltem implicito baptizandi accedere: sed qui nomine alterius suscipit, non accedit animo officium patrini obeundi: quippe cùm officium patrini sit, exhibere se pro suscipiendo sponsorem, & ad illum de rebus fidei instruendum se obligare. At procurator non ipsum, sed mandantem exhibet pro suscipiendo sponsorem, & fidei instructorem. Confirm. Exercens actum, ex quo obligatio inducitur, non manet obligatus, nisi constet, illum exercuisse animo se obligandi: quem animadum non habet procurator, baptizatum nomine alterius de sacro fonte suscipiens, patrini obligacionem non contrahit, ac proinde nec patrini officium obit.

Confirm.

29.

2. Sunt.
Fundam.
Confir.

Secunda docet, solum procuratorem cognitionem hanc contrahere: ita Sotus sit. & alijs apud Sanch. Quia hic habet omnia requisita ad hanc cognitionem contrahendam. Confirm. si Papa munus confirmandi simplici Sacerdoti committeret, non Papa, sed simplex Sacerdos esset confirmator: ergo qui munus suscipiendi de sacro fonte alteri committit, non ipse, sed alter est susceptor; proinde non ipse, sed alter cognitionem contrahit.

30.
3. Sunt pro-
babilior.

Tertia affirmat, solum mandantem cognitionem hanc contrahere: Suppl. Gabri. in 4. dist. 42. q. 1. art. 3. dub. 1. Sa matrim. de impedim. dirim. num. 5. Sylvi sit. Conink. disp. 32. dub. 2. concl. 6. Rebell. qu. 6. de cognat. spiri. num. 12. Ponti. lib. 7. cap. 39. num. 10. Hurrad. disp. 18. diffic. 5. Layman lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 8. num. 5. Preposit. q. 7. dub. 6. nu. 44. Barbosa in collect. dn Trident. sess 24. cap. 2. num. 26. & alijs apud ipsum, & Sanch. cir. Quæ sent. decisa fuit à sacra Cardinalium congreg. Procurator non contrahit cognitionem spiritualem sibi, sed mandanti. Quam etiam commendat laudabilis principum consuetudo, qui frequenter per suos procuratores, aliorum principum filios suscipiunt: & ipsam Ecclesia maximè conseruatam velit, ad pacem inter principes reconciliandam.

Fundam. nullum potest afferri solidum discrimen, cur reliquæ actiones, quæ ex naturâ suâ certum si- Fundam. bi principium non vendicant, validè possint per procuratorem exerceri, vt iure can. sub tit. De procurat. in 6. & ciuili f. De procurat. definitum est, & non hæc.

Ad 1. aio, rectè ea verificari de mandante, cui Clarius ex ut causæ principali procuratoris actiones tribuuntur, resp ad ar- tur, iuxta reg. 72. iuris in 6. Qui facit per alium, est per gum. inde ac si faciat per se ipsum. Nam cùm mandans in ratione principij operatiui constitutus vnum cum mandatario, quem ut instrumentum morale assu- mit suarum operationum, quidquid mandatarius nomine mandantis operatur, re ipsa mandanti tri- buitur, vt primo principio mouenti; cùm re ipsa actio mandantis initium surat à mandante, qui suo iussu & imperio mandatarium impellit ad a- ctionem à se intentam executioni mandandam. Clarius Lex 112. ff. de reg. iuris: Quod iussu alterius sol- uitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset. Confirm. A- ctiones verberandi, occidendi, matrimonia & sponsalia contrahendi, iussu mandantis à procura- tore facte, mandanti tribuuntur, vt principio pri- mo mouenti: ergo & actiones de sacro fonte, & in Confirmatione suscipiendi.

Ad 2. Cognatio spiritualis imitatur naturalem & legalem quoad personarum discretionem, inter quas ea contrahitur: quoad hoc enim tantum Innocent. III. cit. cap. generationem spiritualem com- paravit cum carnali, ut hinc ostenderet, rebapti- zandum fuisse ludicum, qui se in aquam immer- gens baptizauit, dicendo: Ego me baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti: quia sicut in carnal ge- neratione, quæ proles ex viro & feminâ nascitur, alius est, qui carnaliter gignit, & alius qui carnaliter gignitur: sic & in sacramentali generatione, qua siboles ex aqua & Spiritu sancto renascitur, alius debet esse, qui spiritualiter generat, & alius, qui spiritualiter generatur. Quæ perso- narum discretio rectè seruatur inter mandantem & baptizatum per procuratorem, iussu mandantis de sacro fonte suscepimus. Quoad cognitionem lega- lem, an præter distinctionem personarum inter ad- optantem & adoptatum, requiratur localis præsen- tia ad baptandi, disp. seq. Cæterum argum. à simili hic vim non habet: nam cùm hæc pendeant à iu- re positivo, potuit quoad unam cognitionem hanc conditionem petere, non quoad aliam.

Ad 3. constat ex dictis. Ad 4. nego, ad impe- dimenta contra matrim. inducenda semper necesse est, id manifestum: colligitur autem tum ex cit. reg. iuris; Qui per alium facit, perinde est ac si per se ipsum faciat: nullo in proposito casu sufficienti discrimine assigato: tum ex communione & diuturna consuetu- dine, quæ id inter Magnates semper obseruatum fuit, nullæ unquam à sede Apost. reclamatione facit, sed potius illam approbante & commendan- te. Tum ex declaratione Cardin. qui auctoritate Pontificum prælunt dubiis ex concilio Tridentino.

Ad funda. 2. neg. antec. quia, ut optimè Sanch. in procuratore deest intentio saltem implicita acc- Ad fundam. dendi ad officium patrini proprio nomine obeun- secunda. di: ut n. hæc actio obligationem inducat, debet pro- prio nomine exerceri. Ad confir. constat ex dictis.

Infertur 1. hoc verificari in partibus, in quibus Trident. etiam non est receptum: cùm hoc non Genu. script. fundetur in nouo tagtum iure, sed etiam in antiquo, quod procuratorem concedit quoad omnia negotia, quæ peculiari lege non sunt prohibita, ut constat ex citatis iurib.

2. Si

2. Si tempore intermedio mandans consensum reuocet, nullam per procuratorem cognitionem contrahit, etiam si reuocatio procuratori non constet, ut de matrimonio per procuratorem, *suprà; Sancb. disp. 59. num. 8.* et quod iste actiones personalem contrahentium consensum requirant; nec sufficit factus ex iuris dispositione; quod in favorem matrimonii ad saluandam plenam libertatem, personalem contrahentium consensum requirit.

36.
Dubium in-
cidit.

3. Possunt duo procuratores constitui suscep-
tores baptizati, unus pro viro, alter pro fœ-
minâ. An possint constitui duo viri, aut duæ fœ-
minæ, qui suscipiant pro viro & fœmina principaliter suscipientibus; vel unus, aut una, quæ
pro viroque tam viro, quam fœminâ principali-
bus suscipientibus, aut duo viri & fœmina, qui pro uno tantum principali suscipiant; aut
deum vir, qui pro fœminâ, aut fœmina, quæ
pro viro suscipiat? Negans pars decisa videtur
a sacra Cardin. congreg. quæ subdidit: *Hinc est,*
quod unus, qui sit viri, & alter qui sit procurator
mulieris, baptizatum de sacro fonte suscipere possint;
sed non duo viri, vel duas mulieres, unusquisque
tame proprio nomine: non item vir loco mulieris, aut
mulier loco viri, en expressè negat primū, 3. 4. ca-
lum; secundum implicitè illis verbis: Vnus, qui sit
mulieris: non igitur potest unus & idem pro
viro & muliere simul de sacro fonte suscipere.

37.
Affirmant
potius rati-
onem.

Quare stando in sola autoritate, negan-
dum est, in omnibus hisce casibus spiritualem
cognitionem contrahi. Si tamen licet rem ra-
tionibus examinare, potius in omnibus con-
trahi sic ostendo: Decretum concilij, ut *vnu-*
sarium sive vir, sive mulier, vel ad summum vnu-
& vna baptizatum de baptismo suscipiant, ad
eos dumtaxat dirigitur, qui debent per hanc
susceptionem cognitionem contrahere: sed hi
sunt tantum mandantes, ead. congregatio testa-
tur: ergo ad eos tantum concilij decretum di-
rigitur: at liberum est & viro mandanti con-
stituere mulierem, & mulieri vitum in pro-
curatorem, ut in ceteris negotijs, in quibus
fœminæ procuratoris officium obire non pro-
hibentur. Liberum quoque est, vel duobus vi-
ro & mulieri, vnum tantum constitutere pro-
currem, qui vtriusque vicem in suscipiendo
baptizato suppleat: vel vni tantum viro, aut
mulieri, constituere procuratores, qui pro vi-
no, vel vna susceptoris officium gerant. Con-
firmatur. In matrimonio potest vir in procura-
torem diligere fœminam; & contraria, fœmina
virum; nec tantum unus, vel vna vnum, sed
plures procuratores simul pro vnius matrimo-
nio: ergo etiam in cognitione spirituali per
baptizati susceptionem contrahendâ. Ratio:
susceptio, non quæ actio personalis procura-
toris est, ab eo physicè exercita, sed quæ mora-
lis operatio est, ab ipso mandante impera-
ta, cognitionem inter ipsum mandantem &
baptizatum, baptizatiqne parentes parit: er-
go, ut impedimentum contrahatur, non tam
attendenda est qualitas personæ procuratoris;
quam mandantis & imperantis. Confirm. su-
sceptio procuratoris habet se ut quid mate-
riale, & indifferens ad cognitionem spiritualem
contrahendam; imperium vero mandantis ut
quid formale & determinatum; eadem quippe
procuratoris susceptio potest in alium, &
alium finem à mandante ordinari: ergo quod de-

de facto ordinetur ad cognitionem contrahen-
dendam, proximè formaliter habet ab ipso
mandantis imperio: nisi enim mandans illam
ad hunc finem ordinasset, hanc vim non ha-
beret, ut à procuratore tantum adhibita, et
iam ab ipso procuratore ad eam finem ad-
hiberetur; petit enim consensum ipsius mandan-
tis, ut effectum sortiatur.

Dubitatur circa Patrinos 1. An designatio
eorum sit necessaria ad contrahendam cognatio-
nem inter ipsos & Baptizatum, baptizati-
que parentes? Negant Nauar. in summa cap. Negant.
12. num. 39. Henriquez lib. 12. cap. 11. num. 3. Em-
manuel Sa verb. matrimonium, de impedimentis
dirimentibus, num. 5. Rebell. quest. 6. de cognitione
spirituali, num. 5. Ponit. lib. 7. cap. 39. num. 11.
Præposit. qu. 7. dub. 6. de impedim. cognitionis spi-
rituali num. 52. Hurtad. disp. 18. diff. 4. num. 15. probans.
Probant: non est ab antiquo iure receden-
dum, vbi nouum nihil statuit: sed antiquum
ius hanc designationem in suscipiente non
petebat, ex cap. finali, de cognitione spirituali n. 6.
iunctâ glossâ, vbi nulla mentio fit huius designationis.
Nec refert, quod eius designationem memi-
nerit Trident. sess. 24. cap. 2. quia non assi-
gnat illam ut formam actus, sed ut metum
præceptum. nam quando prohibitioni non
additur decretum irritans, actus contra pro-
hibitionem factus, non censetur irritans, cum
multa prohibeantur, quæ facta tenent. Pro
quâ sententia stat sacra Cardinalium congrega-
tio, declarans, quando plures tangunt bapti-
zatum, quorum nullus est electus, omnes co-
gnitionem contrahere.

Affirmant Suarez tertie parte quest. 67. in 41.
comment. artic. 8. fine: Sanchez disp. 57. num. 12. Affirmant.
Egidius Coninck disp. 32. dub. 2. num. 30. & probabilis;
alij apud Sanchez & Barbos. Quæ sententia
probabilior est & Tridentino conformior: præci-
pit enim ut non nisi designati ad suscipien-
dum admittantur, & si alij ultra designatos
baptizatum tetigerint, cognitionem spiritu-
alem nullo pacto contrabant: ergo designatio-
nem requirit, ut conditionem, sine quâ hic actus condicione ad
esse irritus: nam quando decretum est irritans,
inducit nouam formam actus, ut constat de de-
creto irritante matrimonia clandestina: at Tri-
dentinum hoc decreto irritat cognitionem spi-
ritualem inter eos, qui ultra designatos bap-
tizatum tangunt: ergo designationem requirit
ut formam actus. Confirm. cum cognatio hæc
inducat impedimentum dirimens inter patri-
nos & baptizatum, baptizatiqne parentes, ac
sæpè non expediatur, ut inter quascumque per-
sonas huiusmodi impedimentum contrahatur,
conueniens fuit, ut non nisi de consensu co-
rum, quorum interest, ut tale impedimen-
tum contrahatur, patrini desigantur.

Hinc inseritur; designatione patrorum per
se pertinet ad parentes, vel ad eos, qui loco parentum
baptizando vel confirmando suc-
cedunt: in eorum autem defectum ad paro-
chum, cui à concilio mandatur, ut dissi-
genter ab ijs; ad quos spectat, sciscitur, quem
vel quos elegerint, & eum, vel eos tantum
admittat ad baptizatum suscipendum. In quo
decreto non solum expressè continetur, ut
aliros non admittat, quam quos parentes,
vel qui baptizandi curam habent, elegerint;
sed etiam implicitè innuitur ut excludat eos

38.
Compr. de
procuratio-
rib.

Ratio in pro-
posito casu.

39.
Confr.

qui ad suscipiendum idonei non sunt, & alios loco eorum, qui apti sunt, substituat. Quod si absque iustâ causâ reiiciat, quos parentes elegerunt, & alios ad libitum adhibeat, non solum peccat Parochus, sed neque suscipientes cognitionem contrahunt; quippe cùm designati non sunt consensu eorum ad quos spe-
Cat: contra Ludoni. Baiam apud Barbos. in collect. in Trident. scilicet 24. cap. 2. n. 34. putantem, tali casu contrahi cognitionem, licet peccet parochus. Poterit tamen parochus patrinos assignare, ubi non fuerint abiis, quibus incumbit, designati: imò in Confirmatione plerumque tenens assignatur ab Episcopo.

43.
Ad fund.
opposita.

Ad fundam. oppositæ; esto designatione non fuerit antiquo iure requiri, requiritur tamen novo Trident. Quare implicitè concilium hoc suo decreto antiquum ius restringit ad eos tantum susceptores, qui legitimè designati sunt. Ad congreg. Cardinal. fateor, eam ad oppositam iuclinar sent. quæ vel propter ipsius autoritatē probabilis est: haud tamen nostram suā spoliauit probabilitate: ita Pontifices, dum unam partem ut tutiorem in praxi sequendam decernunt, non auferunt probabilitatem alteri. Quare tutior est contraria sententia, quam sacra congreg. sequendam decernit; at nostra probabilior, etiam iuxtam sententiam Trident.

44.
Dubium 2.

2. An si contra decretum Trident. plures, quādū unus, vel unus & una designati & admissi baptizatum simultangant, omnes cognitionem contrahant? Dixi, omnes simul: nam si unus tantum, vel unus & una ex designatis & admissis, prius alijs tangant, hitantum, & non reliqui, cognitionem contrahunt, cùm iam ponatur expleta forma à Trident. prescripta, & reliqui sint extra formam: ita Palat. in 4. dist. 42. disp. vn. §. Et quidem, Suar. preced. dub. cit. Sanchez n. 14. Coninck n. 38. Rebell. Ponti. Hurtad. & alijs. Si plures designati & admissi tangant, ita ut non constet, quis eorum prius tetigerit, omnes contrahere, affirmant Navar. Sà, Palati. Sanchez, Coninck, Rebell. Preposit. Ponti. Hurtad. & alijs: ac decisum videtur à congreg. Cardin. omnes contrahere cognitionem, si non constet, quis prius tetigerit, & plures sint electi, vel nullus: si verò unus est electus, ille tantum contrahit, nam iure antiquo, etiam ex precepto unus tantum adhibendus erat, ex cap. finali, de cognat. spirit. in 6. & Can. Non plures, de consecr. dist. 4. Si tamen plures ad suscipiendum accessissent, omnes cognitionem contrahebant, eod. cap. finali. Confirm. contra intentionem & proxim Ecclesiz est, hoc sanctum ministerium peragi sine patrino, qui ab Ecclesiâ institutus est, ut in defecum parentum curam pueri suscipiat, de rebus fidei illū instruendi. Cùm igitur tali eventu nullus certus assignari possit, qui hæc obligationem contrarerit, ne Ecclesia laudabili suo fine frustretur, omnes contrahent, cùm non sit maior ratio de uno quam de alio.

Confir. ab
sundo.

Negat Suarez cit. vllum eo casu cognitionem contraeturum; si rationem consulamus probabilitius & conformius preced. dub. vbi ex Trident. designatione patrinorum est forma à concilio prescripta. At non minùs ex eo deducitur, certum numerum patrinorum esse formam ab eodem prescriptam, contra quam si actus fiat, irritus est: 1. ex fine concilij, qui est, multitudinem impedim. vitare, at ex opposita sequitur, posse integrum ciuitatem cum Baptizato, Baptizatiq; parentibus cognitionem contrahere, si singuli

cives per certum legatum ab ipsis designatum de sacro fonte baptizatum susciperent.

2. Ex verbis: Quod si alij, ultra designatos, baptizatum tetigerint, cognitionem spiritualem Hoc præcepturn est tr. nullo pacto contrahant. per designatos intelligendi à concilio præscripti, sc. unus tantum, vel ad summum unus & una: at si aduersarij admittunt, præceptum designationem præscribens, non esse tantum inhibens, sed etiam irritans. idque ex fine, quo concilium motum fuit ad hoc præceptum condendum: cur non erit etiam præceptum irritans, quo prohibet, plures designatos suscipere? imò expressè post prohibitionem adjicitur decretum irritans: Nullo pacto cognitionem spiritualem contrahant.

At occurunt aduersarij, non dixisse concilium, si alij ultra unum, vel duos designatos tetigerint, quo peccato exclusisset tangentium pluralitatem; sed, si alij ultra designatos, quo solum vide-

Dues.

Resp.

tur excludere voluisse non designatos, includere verò designatos, etiam si forent plures. Sed contra; però designatos non potuit Concilium alios intelligere, quād quos suprà præscripterat, nempe unum, aut diversi sexus: ergo hoc ipso, quod postea addit, si alij ultra designatos tetigerint, excludit pluralitatem tangentium, sive sint, sive non sint designati. Confirm. nam rō designatos non solum respectum dicit ad eos, ad quos spectat tangentes designatione, sed etiam ad Concilium præscribens certum numerum & qualitatem designatorum; nam hic idem respectus ad eos, quorum est, tangentes designare, respectum etiam inuoluit ad concilium ijs præscribens, quot, & quales debeant designare, limitans eorum designandi potestatem ad certum numerum, & qualitatem personarum. Addit Suarez, et si hæc sententia probabilis sit, quia tamen opposita est etiam probabilis, abstinenter esse tali casu à matrimonio. Verum etiū hoc pium sit; ubi tamen ratio in contrarium non virget, licet unusquisq; operari potest ex sententia probabili, etiam minus tutâ, vt 10. 3. disp. 15.

Ad fundamentum oppositæ; Concilium in hac re implicitè correxit ius antiquum. [nec vlt. 49. Ad fundam. lum censetur absurdum, quod ministerium hoc oppositæ; peragatur sine patrino, obligationem contrahente: nam hoc incommodum compensatur alio maiori, quod suprà deduxi, si plures designati tangentes hoc impedimentum contrarent. Congregatio Cardinalium solum declarat oppositam sententiam tutiorem non sublatâ probabilitate alteri.

3. An præter designationem ab iis, quibus degnatio incertabit, requiratur etiam parochi admissione? Videri posset requiri, cùm concilium petat designatorum admissionem, illis verbis: Parochus, eum, vel eos tantum ad suscipiendum admetat. Verum certa sententia, est parochi admissionem non requiri, vt à suscipientibus cognitione contrahatur; modò sint legitimè electi ab iis, ad quos spectat, ex Concilio: nam vbi adiicit decretum irritans, admissionis non meminit; Quod si alij ultra designatos (non addidit, & admissos) baptizatum tetigerint, cognitionem spiritualem nullo pacto contrahant. Et sane congruum fuit, vt sola designatione ab iis desideraretur, cum quibus hæc cognitione contrahenda foret.

Ex his infertur 1. Si designatione duo eiusdem sexus, & ambo simul tangant, vt non constet, Coroll. duo: quis

45.
Sola controver-
sia.

Affirm. au-
toritas.

Ratio.

Confir. ab
sundo.

46.
Negandum
ad finem
concilij.

50.
Dubium;

Commissis
ac certissimi-
sime sent.

quis eorum prior tetigerit, neutrum cognationem contrahetur: sin autem successus, qui prius tangit, contrahere. 2. ut ex pluribus designatis, qui prior tetigerit, contrahat, non sufficit, ut se ipsa prior tetigerit; nam si constare non possit, non contrahit: sat autem est, ut constet ipsi tangentem: si enim nulli constare possit, perinde est, ac si omnes simul tetigerint. Ratio: hæc ceremonia ab Ecclesia instituta est humano modo, hoc est sensibili peragenda. Vnde sicut quando non constat, an quis tetigerit, non censetur cognationem contrahere; ita nec quando quis ex pluribus prior tetigerit: debet n. hæc ceremonia posse Ecclesiam constare, ut possit obligare eos, qui per hanc ceremoniam cognationem concreverunt.

32. Dices: ergo idem dicendum, si incertitudo oriatur ex dubia descripione patrionorum à parrocho in libro facta, quam fieri iubet sit. Tridentine ignorantia excusari valeant, qui cognationem contraherint. Resp. neg. conseq. nam hæc incertitudo est per accidens ex negligentia parochi; & aliunde potest veritas constare: prior autem est per se, nec potest aliunde constare; quis prior tetigerit. Hinc sequitur in 1. casu abstinendum esse à matrimonio cum iis, in quos dubium cadit.

33. Dubium 4. An qui baptizatum suscipit cum expressa voluntate non contrahendi cognationem contrahat? Negant aliqui apud Sanchez disp. 58. n. 2. quia cum hæc sit quadam obligatio, nemo censetur nolens illam contrahere: sicut qui vovet animo se non obligandi, non tenetur ad servandum, quod vovit.

Affirmant alij longè verius; quia hæc obligatio est annexa officio patrini, ex statuto Ecclesie, independenter à voluntate suscipientis: sicut votum solemne castitatis Ordini sacro, & votis simplicibus in Societate Iesu emissis, impediremunt matrim. contrahendum. Potuit autem Ecclesia hanc obligationem patrini officio independenter à voluntate suscipientis annettere, ad ministerij sanctitatem commendandam, uti annexuit officio baptizantis, & confirmantis. Ut igitur hæc obligatio contrahatur, sufficit, ut quis velit patrini munus obire, etiam si vel ignoret, vel nolit obligationem contrahere: eum in ipsius libertate non sit, unum ab alio secernere, ut constat de suscipiente Ordines sacros, aut vota simplicia in nostrâ Societate emittente. Idem dicendum de elegantibus patrinos: etiam si nolint cum iis cognationem contrahere.

54. Dices: qui per procuratorem suscipit, si ante susceptionem consensum reuocet, cognationem non contrahit: ergo cognationis contratio pendet à consensu suscipientis. Resp. potest mandans reuocare, consensum unum de susceptore, ut nolit amplius in procuratorem habere susceptorem; alium de obligatione contrahendi cognationem, retento consensu de susceptore habendo. Reuocatio prioris tantum consensus tollit obligationem contrahendi, quia tunc esset perinde, ac si ipse mandans non susciperet, susceptione autem sublatâ, tollitur obligatio; quæ susceptioni est addita: non autem posterioris, quia tunc veller susceptionem, & non obligationem, cum ea, independenter ab ipsius voluntate connexam. Ad fundamentum oppositæ; obligatio voti pendet ex voluntate videntis, non obligatio contrahendi cognationem spiritualem.

Duplex consensus man-
dans.

Tom. IX. De Matrimonio.

5. An suscipiens filium Petri, putans effectum Pauli, cognationem contrahat cum Pe- Dubium 5. tro: cum Paulo certum est non contrahere, cum re ipsa eius filium non suscepit, quæ realis suscepit, & non tantum putata, necessaria est ad hanc cognationem contrahendam. Affirmat Pontius lib. 7. cap. 39. num. 9. quia talis error est accidentalis, nec impedic officium fidei-iussoris, quod pro suscepito apud Deum exercet patrinus.

Negat Sanchez disp. 58. num. 3. cum ex cap. 2. de cognatione spirituali, ubi ducatur, non contrahere obligationem abstinendi à debito coniugali, qui ex ignorantia proprium filium de sacro fonte suscepit. 2. in hoc defuit intentio exercendi actionem susceptiua erga hunc.

Nota, patrinum in proposito casu se habere posse, uno modo cum voluntate talem actionem Duplex 56. non exercendi, nisi erga filium Pauli: & tunc se habere certum est, nullam cum Petro cognationem potest Patri- contraeturum, propter voluntatem positivæ excludentem officium patrini erga filium Patri: alio modo, sine voluntate positivæ excludente officium patrini erga filium Petri, sed cum errore duntaxat ipsius personæ. Qui putant, ad hanc contrahendam sufficere, ut suscipientis non habeat positivam voluntatem hanc actionem non exercendi erga hunc baptizatum, censemunt, eo cuenatu contrahi cognationem cum Petro. Qui vero putant, positivam requiri voluntatem, contrarium docebant. Conformiter ad iacta principia, dico huiusmodi voluntatem desiderari: proinde nullam in proposito casu cum Petro cognationem contractum iri. Ratio: cum hæc a- Ex iactis. dio inducat impedimentum contrahendi cum principiis baptizato, ciuique parentibus, nec non ob- ratio deduc- ligationem praestandi officium fidei iussoris pro eis. baptizato, per se postulat, ut liberè fiat: quam libertatem cum is error impedit, tollit cognationem. Hoc sensu vera est sententia Sanchez. Argumentum ramen ductum ex cap. 2. de cognatione spirit. efficax non est: cum longè difficilior sit, post, quam ante initum ma- trimon. contrahere impedimentum. In eodem sensu negatur Pontio is error esse accidentalis, cum tollat libertatem ad talem actionem exercendam requisitam.

Dices: ut cognatio contrahatur, necesse non est: ut eam velit suscipiens contrahere; cum etiam instius & nolens contrahat. Resp. non requiri, ut obligatio contrahatur, ut ipsa liberè exerceatur in se, sed ut liberè sicut exerceatur in causa; liberè volendo suscipere baptizatum, tibi susceptioni liberè exercebitur annexa est hæc cognatio & obligatio.

6. An infidelis baptizans, vel suscipiens filium fidelis; aut contra, fidelis baptizans, vel Dubium 6. suscipiens filium infidelis, cognationem contrahat? alij in vitroque casu affirmant: alij negant: alij affirmanit quoad Baptismum, ne- Mirum quā- sum in hac diff. ve- gant quoad susceptionem: alij contra, eam rient DD. concedunt suscipienti; negant baptizanti: alij affirmanit, illam contrahi à fidelis, siue baptizante, siue suscipiente; non ab infideli, siue baptizante, siue suscipiente: apud Sanchez disp. 60. Distinguo cum Angelo 'marri. 3. impedim. 7. num. 10. & alijs; potest cognatio spiritualis contrahiri, actiud, quando quis impe- Bifarium. dim. posituum contrahit, ne matrimonium potest cogni- inire possit; passuè vero quando in altero est contrabi.

impedimentum; quominus possit secum contrahere: cum matrem. habilitatem ad contrahendum requirat in utroque contrahente.

59.
Infidelis a-
tius non
contrahit.

Dico 1. infidelis baptizans, vel suscipiens, nullum contrahit impedimentum. actuum cum baptizato, aut suscepto, eiusque parentibus: infidelem intelligo, qui baptismali charætere caret, etiam si flaminis Baptismo sit iustificatus, ut catechumenus. Contrà verò tam baptizatus quam parentes baptizati actuum impedimentum contrahunt, cum infideli baptizare, non cù infideli suscipiente. Primum docet omnes serè Schol. in 4. diff. 4. 2. S. Th. qu. 1. ar. 3. ad 1 qu. ad 3. Richar. ar. 1. qu. 3. Duran. q. 1. n. 9. Supple Gabri. q. 1. ar. 3. dub. 2. Sylvest. matri. 8. q. 7. ditio 12. Sotus qu. 1. ar. 3. 5. Postrema, Henr. lib. 12. cap. 11. nu. 3. Sanch. disp. 60. n. 7. Coninck disp.

Ratio Glos.
sc.

32. dub. 2. concl. 3. Ponit. lib. 7. cap. 37. nu. 5. Hurtad. disp. 18. diffic. 2. &c. recent. cont. gloss. in can. in Baptif. & Angel. cit. qui id affirmant de baptizante, negant de suscipiente: quia baptizans, conferendo Baptismo, fit verus pater spiritualis baptizati, illum regenerans in vitam supernat. gratiæ, non secus ac fidelis baptizans: ergo contrahit cum baptizato, eiusque parentibus cognitionem. Susceptor verò, cum iuxta can. Vos de consecr. diff. 4. debeat esse fidei iussor pro suscepto apud Deum, ut illum de rebus fidei instruat; cumque nequeat infidelis pro suscepto fidei iubere, ut illum de rebus fidei instruat, nequit cognitionem contrahere. Fundam. cum hæc cognatio sit merâ lege Eccles. inducta, nequit contrahi ab iis, qui legibus Eccles. subiecti non sunt. Secundum constabit ex dicendis. Ad rationem glossæ; hæc cognatio proximè & immediatè non fudatur in paternitate quam qui quis contrahit, filium per baptismum regenerando in vitam supernat. gratiæ; sed in lege positivâ Eccles. quæ paternitati, quæ baptizans iure diuino contrahit, addit impedimentum. Quod minus possit cum baptizato, eiusque parentibus contrahere matrem. Cuius legis; quia capax non est infidelis, hoc impedimentum non contrahit, esto contrahat paternitatem, quæ oritur ex diuino iure independenter ab eccles. cui iuri, non est annexum impedimentum. contrahendi cum regenerata, aut eius parentibus: congruum tamen fuit, ut Ecclesia, ad imitationem generationis carnalis statueret hoc impedimentum.

60.
Fundam.
nostræ affer.

61.
Fidelis a-
tius con-
trahit.

Dico 2. Fidelis baptizans, vel suscipiens filium infidelis, ex parte suâ contrahit actuum impedimentum. quod minus possit cum baptizato, eiusque parentibus inire matrem. ita glossa in can. 1. 30. q. 1. verb. ex lauacro, Angelus cit. & alij apud Sanch. n. 13. Coninck verò & Hurtad. afferunt, non posse fidelem, qui baptizauit, aut suscepit filiam infidelis, cum ea postea ad fidem conuersâ contrahere: modus, quo id explicant, non prob. ut infra. contra Duran. Sotum, Sanch. & alios, negantes, tali casu fidelem contrahere cognitionem cum parentibus infidelibus baptizati, aut suscepti. Quorum fundam. cognatio est mutua relatio: repugnat, ut sim tibi carnis cognatus, quin tu vicissim sis mihi carnis cognatus: ergo pariter repugnat, ut fidelis sit spiritualis cognatus infideli, quin vicissim infidelis sit spiritualis cognatus fidelis. Inferunt, posse parentes Baptizati ad fidem conuersos contrahere cum baptizante & suscipiente. Fundam. nostræ affer. fidelis baptizans aut suscipiens, est capax huius cognitionis, ut propter legibus eccl. subiectus: & ex alia parte, ut impedimentum contrahatur ab uno, non requiritur, ut etiam contrahatur ab alio: ex cap. 1. de connub. infid. vbi

Celestin. III. interrogatus, an Christianæ, quæ insidiis & machinationibus, vna cum Saracenis occiderunt suos maritos, possint matrem. cum Saracenis ad fidem conuersis contrahere? Respondit, non posse, propter impedimentum criminis cum Saracenis contractum. Vbi vides, impedimentum iure Eccles. statutum mortem coniugi machinantibus, contrahi à foemina fidei, etiam si non contrahatur à Saracena infidelis. Respôder Sanch. non posse inter talem Christianam, & infidelē conuersum state matri, in pœnam delicti commissi, esto ea non imponatur infidelis. Sed contrà: quâ ratione Ecclesia hoc casu, suâ lege inhabilitauit personam sibi subiectam, ut non valeat cum alia contrahere; eadem dici potest, inhabilitare fidelem baptizantem, aut suscipientem, ut non possit cum infidelis ad fidem conuerso contrahere, esto non inhabilitet infidelis suis legibus non subiectum. Nec refert, quod prior inhabilitas ortum ducat ex peccato, non posterior: utrumque non pendet ex constitutione Ecclesie: ergo sicut inhabilitat primū, quia sibi subiectus est, ita & secundum quando subiectum est capax impedimenti, quod per legem inducit, contrahit illud: at fidelis, est capax impedimenti contrahendi cum infidelis: ergo etiam vicissim infidelis, non sit capax, contrahit illud. Ad fundam. oppositæ; antecedens intelligi de cognitione carnali, non de spirituali. nā illa oritur ex sanguinis mixtione, quæ cognitionem naturaliter inducit: vnde illam contrahit etiam infidelis cum fidei, eam carnaliter cognoscendo; hæc ex positiva lege Ecclesie, quæ illam inducit in omne & solum subiectum habile: est autem habile, hoc ipso quod subiectum est, Ecclesie legibus.

Ad fundam.
aduers. 3.

Inferunt 1. Infidelis baptizans filiam infidelis, potest cum matre baptizata ad fidem conuersâ, Corollaris. non cum filia à se baptizata, inire matrem. quia neuter in statu infidelitatis cognitionem contraxit: quod autem nunquam fuit, reviuiscere non potest. Licet verò baptizans infidelis cum baptizata cognitionem non contrahat, contrahit tamen baptizata, quæ eodem momento, quo baptizatur, fit Ecclesie legibus subiecta, ac proinde capax cognitionis, quod negat Sanch. A fortiori, non potest fidelis baptizans filiam infidelis, cum baptizata contrahere, quod concedit Sanchez neque cum ipsis matre, siue ad fidem conuersâ, siue non, contra Sanchez. nam in 1. casu ex parte utriusque contractum fuit impedimentum: in 2. ex parte dum taxat baptizantis: existente autem impedimento in uno contrahente, nequit consistere matrimonium, quod habilitatem requirit in utroque.

2. Hæc cognatio inter fidelem baptizatam siue suscipientem, & matrem baptizatam siue susceptam ad fidem conuersam non oritur ex una relatione in conuersa resultante, contra nonnullos recent. sed ex antiqua à baptizante, vel suscipiente contraria. Quia nequit baptismus huiusmodi cognitionem causare, cum ad illam per se non ordinetur. eadem verò illa cognatio, à baptizante vel suscipiente contracta perseverat post baptizati, suscepique parentis conuersionem: quâ perseverante, nequit inter eos inire matrimonium, esto nullum sit ex parte alterius impedimentum.

3. Potest infidelis siue in Baptismo, siue in Confirmatione suscipiens filiam fidelis, ad fidem conuersus matrem contrahere, tam cum susceptra quæcum susceptra matre: et si non possit infidelis

64.

65.

Secundum.

66.

Tertium.

Ratio dif-

Fundam.
aduers.

62.
Fundam.
nostræ affer.

A pari.

delis baptizans filium fidelis, cum baptizata, vel baptizata matre contrahere. Ratio: in suscipiente Ecclesia requirit habilitatem, ut possit suscep-
tum de rebus fidei instruere, ex can. Vos, de con-
fiscr. dist. 4. vbi dicitur susceptor constitui fide-
iussor pro suscepto apud Deum, ut illum instruat
de rebus fidei. At infidelis est inhabilis ad hoc
munus praestandum. Neque dicas, hoc esse prae-
ceptum, non formam ad validitatem actus re-
quisitam: quia cum sit per se requisitum ad fi-
dem propter quem est hoc sacram ministerium
ab Ecclesia institutum, dici non potest esse tan-
tum sub precepto. Confir. Ut baptizans contra-
hat cognitionem cum baptizato eiusque paren-
tibus, requiritur, ut adhibeat ea omnia, quae ad
intrinsecum finem Baptismi necessaria sunt: ergo ut susceptor eandem contrahat, requiritur, ut
adhibeat omnia ea, quae ad intrinsecum finem
fideiussoris necessaria sunt. Leg. S. Thom. in
4. dist. 4. q. 1. ar. 3. ad q. 1. ad 3.

Confr.
67. Ex his subinfertur, mutum non esse idoneum
ad hoc officium validè obeundem, esse tamen
idoneum religiosum & hereticum, esto ab eo
exercendo utrumq; prohibetur, hic iure naturali
& diuino, teste Valen. 10. 4. disp. 4. q. 2. pu. 3. §. 2. ille
iure Eccles. Prob. mutus est inhabilis ad instruendu-
m suscepturn. ita hanc sentent. docet aliqui
apud Barbos. in collect. in Trident. sess. 24. cap. 2.
nu. 11. nam et si necesse non est, ut susceptor pro
suscepto respondeat, quando suscipitur, ut com-
muniior fert opinio; est tamen necesse, ut sit ha-
bilis ad illum de rebus fidei instruendum. Her-
eticus verò licet in multis erret, saltem poterit
quoad principia Christianæ Religionis myste-
ria, quae non negat susceptum instruere. Prohi-
betur autem Religiosus de Baptismo suscipere
can. placuit communis 16. qu. & can. peruenit 18.
q. 2. &c. Non licet, debonsec. dist. 4. licet si suscipiat,
actus sit validus, cum non careat habilitate ad
munus susceptoris requisitum. Dixi. De Baptis-
mo suscipere: nam baptizare non prohiberunt,
can. Doctor 16. q. 1.

68. An non confirmatus, in confirmatione sus-
cipiens, cognitionem contrahat? Negant Glossa
in can. in baptis. de confiscr. dist. 4. Angel. citat. &
verb. confisr. sacram. n. 11. Hec lib. 3. de confisr. cap.
3. n. 3. & lib. 12. cap. 11. nu. 2. Suarez 3. par. 9. 72. ar.
10. fine: Tolet. lib. 2. cap. 24. Sanch. disp. 66. nu. 20.
Coninck disp. 32. dub. 2. n. 32. Preposit. q. 7. dub. 6. n.
42. Ponti. lib. 7. cap. 37. n. 5. Hurrad. disp. 18. diff. 2.
Fundatur in citat. can. In Baptismate, vel in
Chrismate, non potest alium suscipere in filium
qui non est baptizatus vel confirmatus. Porro id
a can. requiri, non tantum ut preceptum, sed ad
validitatem actus constat: cum quia eodem mo-
do requirit, ut suscipiens in Baptismo sit baptiza-
tus, quo suscipiens in Confirmatione sit confir-
matus: illud ad validitatem actus; ergo & hoc.
Tum quia rō non potest tollit potentiam: sine po-
tentia nequit actus subsistere. Affirmant pro-
babilius Palud. in 4. dist. 4. 2. q. 1. ar. 1. concl. 3. So-
rus q. 1. ar. 6. 6. ex quo sit; sā matrim. de impedi-
rim. nu. 5. Rgbell. q. 6. de cognat. spiritu. n. 9. Sylvi. in
addit. 3. part. q. 36. ar. 3. ad 2. & alijs apud Sanch. &
Barbos. cit. Prob. baptizatus, nondum confirmatus est capax muneris fideiussoris; quod est, ut
possit susceptum instruere de rebus fidei; at is
qui est habilis ad officium, cui cognatio anne-
ditur, contrahit illam officium obeundo. Con-
fir. hanc contrahit Episcopus confirmando, et
iam confirmatus non sit; ut admittunt Aduer-

sarij; sc. quia est habilis ad munus Confirmatio-
nis exercendum: sed etiam suscipiens non con-
firmatus est habilis ad munus fideiussoris ob-
eundum: ergo etiam contrahit.

Ad cit. can. rō non posse sonat non debere. ^{Ad fund. ex}
Rubrica: Qui est baptizatus, nec confirmatus, alijs
in Chrismate, vel baptismate tenere non debet. Et
glossa dum docet, posse non baptizatum hanc
cognitionem contrahere, tacite verbum rō non
posse interpretatur non debere. Nec nouum est in
iure aliquando rō posse, & equivalere rō debere, ut
can. 67. concilij Nicenij i. gener. vbi dicitur Mu-
lier fidelis dimittere debere vitū infidelem, quem
habere non poterat: ipso Sanch. non dissentiente,
pro non debebat, infra explicabitur de impedi-
mento cultus disparitatis. Ceterum iuxta com-
muniem sent. dispar est ratio de non baptizato, &
non Confirmato: nam licet viresque à munere
susceptoris arceantur; unus tamen atceretur ut in-
habilis; alter ob maiorem decentiam, ut arcen-
tur heretici & religiosi, qui tamen si suscipiant,
cognitionem contrahunt.

8: Ap coniux baptizans, aut suscipiens pro-
prium filium priuetur iure petendi? Communis
sent. docet, si id fiat ex necessitate, ignorantia lu-
ris, vel facti nullum contrahi impedim. secus, si
sciēter, quoad necessitatē definitur à Joanne VIII.
can. ad limina 30. qu. i. quoad ignorantiam, col-
ligitur ex cap. Si vir, de cognat. spiri. Quoad 2. par-
tem refragatur Suarez 3. p. q. 67. in comm. ar. 8.
vbi docet, non solum in necessitate, aut ex igno-
rantia, sed etiam qui scienter proprium filium
baptizat, aut suscipit, nullum contrahere impe-
dim. eo quod nullus sit in iure textus, qui id ex-
primat. Quæ sent. si rationē spe & probabilitor
est. Tamen contra eam afferuntur can. peruenit,
can. de eo 30. q. 1. & cap. Si vir, de cognat. spiri. pri-
mus prohibet à debito petendo, etiam si ignoran-
ter fuerit factum: at hic coriectus videtur per
cap. Si vir, vbi Alexand. III. decidit, quod siue
ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt
ab iniuicem separandi: nec alter alteri debitum debet
subtrahere: quia si ex ignorantia id factum est, eos
ignorantia excusare videtur: Si ex malitia, eis sua
fraus non debet patrocinari, vel dolus: quæ verba
ita intelligo, ut etiam si id fecerint animo coniu-
gale debitum negandi, sperari non debeant, ne
luna fraus aut dolus eis patrocinetur: cōcinit glos-
sa verb. debitum; Potest dici, quod ille, qui hoc fecerit
ignoranter, potest reddere & exigere: qui vero scien-
ter, satis videretur, quod non deberet exigere, sed
reddere tenetur: tamen non iniuriam prohibitum
boctas quod non exigat. Confir. hoc cap. Pontifex
permittit coniuges, qui proprium filium bapti-
zat, vel suscepunt, simul cohabitare, & de-
bitum alteri ab altero non esse subtrahendum,
etiam si ex malitia id fecerint: ergo non amittunt
iū: exigēdidebitū: alioquin posset saltē inno-
cens nocenti debitū subtrahere, cui iure petendi
Eccles. lēge priuato, nō amplius est debitus actus
coniugalis. Roboratur id ex can. De eo, in quo
deciditur, quod etiam si ambo ex industria id fe-
cerint, non sint separandi, sed graui pœna insi-
diator multandus, & si superuixerit, maneat si-
ne spe coniugij. Huic tamen sent. obstat com-
munis regula. Si impedimentum dirimens
superueniat matrimonio contracto, cum non
possit illud dirimere, saltem ius impedit exi-
gendi debitum. Respondeat Suarez, eam locum
habere, quando in iure non est restricta ad solos
coniugatos: ut ex citatis iuribus colligitur esse

71. Dubium 8.
72. Tres canones
contra eam.
73. Confir.
74. Recepta ab
omnib. regn.
li.

Fundam.
neg. excan.
68. affirmans.
Tom. IX. De Matrimonio.

limitata. Ex quo infertur, qui suum filium ex concubina suscepit baptizat, aut suscipit, non posse cum concubina contrahere: cum hoc priuilegium non sit concessum, nisi coniugatis.

DISPVTATIO XIX.

De cognatione legali.

*Quid nominis
nisi?*

Legal cognatio dicitur, quia lege inducta est; sicut spiritualis, quia per regenerationem vita spiritualis; carnalis, quia per generationem viræ carnalis contrahitur: hoc tamen discrimine, quid postrema naturaliter & necessariò; priora duas liberas & contingentes, cum potuerint non induci, si aliter leges ciuiles & canonicae statuissent. Cognatio legalis, ut à causa penderet ab adoptione.

*Quid adop-
tio defin-
itur.*

Adoptio, ut Schol. in 4. diff. 42. id est extranea persona, in filium vel filiam, nepotem vel neptem, & deinceps legitima assumpto. Dicitur Extranea persona: quia ut rete Durand. q. 5. n. 5. qui adoptatur, non est teipsa talis iuris fictione: est n. adoptio, ex S. Thom. q. 2. ar. 1. quadam auctoritate & aequali naturam imitans, defectum supplens in illis, in quibus natura deficit quoad filiorum generationem.

*Dicitur adop-
tio.*

Ceterum non repugnat, ut qui in filium & nepotem adoptatur, sic consanguineus adoptanti: unde potest nepos, aut pronepos adoptari in filium. Dicitur, in filium &c. iuxta nemo potest sibi parentem, vel fratrem adoptare, l. nec apud. c. de hereditate. institut. nam, ut Glossa ibid. adoptio imitatur naturam: naturale autem est, ut nec frater ex fratre, nec parentis ex filio nascatur. Dicitur legitima assumpto: quia cum haec sit inducta per leges, debet, ut effectum sortiatur, iuxta leges fieri; quæ habentur ff. & institut. de adopt. ff. de ritu nupt. & per sacros Canones approbatæ, ex cap. vn. de cognat. legali, ex can. ita diligere, can. per adoptio. 30. qu. 3. vim habent obligandi omnes fideles. Adoptio, vna perfecta, quæ Arrogatio dicitur, quia ut lex 2. ff. de adopt. & is, qui adoptat, arrogatur, id est interrogatur, an velit cum, quem adopturus sit, iustum sibi filium esse:

*Duplices adop-
tio.*

& is, qui adoptatur, interrogatur, an id sibi patitur. altera imperfecta, quæ generali nomine adoptionis nuncupatur. arrogatio sit authoritate principis, cum verbis expressis tam arrogantis, quam arrogandi: adoptio authoritate magistratus, ut in cit. l. nec sunt necessaria verba, falso ex parte adoptandi, cum non solum adoptari possint infans, sed etiam qui nondum natus est. Arrogatus statim transit in potestatem arrogantis, cum omnibus iis, quæ in ipsius potestate sunt, quando arrogatur, velut filii, nepotes, vxori, & bona omnia: proinde nequit arrogari, nisi qui sui iuris est: unde nec filius familiæ, nec vxor, aut nepos sub potestate cui constitutus arrogari potest: adoptatus non statim transit in potestatem adoptantis, quippe qui adhuc manere potest sub patris, vel alterius potestate. Arrogatus succedit ex testamento; nec potest legitimæ, quæ in 4. bonorum parte consistit, spoliari. adoptatus solum succedit ab intestato: nec tenetur adoptans aliquid illi ex testamento relinquare. Leg. Supple. Gabri. in 4. diff. 42. q. 1. ar. 1. nos. 6.

*Quis adop-
tans?*

Porrò adoptare, vel arrogare nequeunt foemine, nisi ex principis privilegio. s. Fama, institut. de adopt. & l. mulierem ff. de adopt. quia nec naturales

liberos in suâ potestate habent. Neque impotentes naturaliter ad generandum, s. Sed illud, institut. de adopt. & l. 2. ff. de adopt. non autem qui ex accidenti non possunt generare, vt ead. l. Neq; minor natu adoptare, vel arrogare potest maiorem s. minorum, institut. de adopt. Nam pro monstro est, ut maior sit filius quam pater. Dicitur itaque is, qui filius per adoptionem, vel arrogationem facit, plenâ libertate, id est 18. annis procedere. unde debet exceedere annum 25. Nec qui sui iuris non est: nam qui in alterius potestate est, nequit alium in suam potestatem accipere. Neque absens absentem, ne quidem per procuratorem adoptare, vel arrogare potest l. neque, cum seq. Aliæ conditiones in citatis leg. hæ precipuz.

Cognatio legalis definitur, Propinquitas ex adopzione proneniens. Diffic. tres. 1. An cognatio legalis dirimens oriatur ex quavis adoptione etiam imperfectâ. Sanchez disp. 63. de imped. cognat. leg. n. 9. Sylvi. in addit. ad 3. par. q. 57. ar. 2. Coninck. tura cogn. disp. 32. dub. 3. cam ex sola adoptione perfecta ori. ri censem, quia haec cognatio inducta est ad im- pediendam fornicationem, quæ inter personas in eadem domo commorantes committi facile posset: at ex adoptione imperfecta adoptatus non introducitur in domum adoptantis, cum vitalis uer. adoptionis, non trahat in potestatem adoptantis. Confir. cum matrim. sit res fauorabilis, iura illud prohibentia, potius sunt restringenda.

At communis sent. haec cognatio oritur ex quavis adoptione, etiam imperfectâ: cam colligit glossa in cap. vn. de cognat. leg. ex textu. nam ibi sens. sepe Pontifex nullo discriminis assignato inter adop. tionem perfectam, absolute definit, inter filiam adoptatam & filium naturalem, quædiu durat. adoptio, matrim. consistere non posse. Eadem deducitur ex can. per adoptio. 30. qu. 3. vbi Paschalis II. universaliter definix, quædieu vel durat adoptio, vel filius naturalis è patris potestate non emancipatur, nequit inter adoptatum & filium naturalem matrimonium consistere. illam docet Scotus in 4. diff. 32. qu. vn. 5. Resp. Richard. art. 2. qu. 2. ad 2. Palud. qu. 1. art. 2. concl. 7. colligitur ex Bonaven. ar. 2. qu. 2. Durand. qu. 2. Argent. art. 4. Suppl. Gabri. qu. 1. ar. 2. concl. 6. & 7. Schol. afferentib. ab solute, durante adoptione, durare impedimentum matrimonium inter adoptatum, & filiam naturalem adoptantis. Ad rationes Sanchez: ex citatis iuribus, accidente communis interpretatione, ex quavis adoptione oritur cognatio legalis dirimens matrim.

2. Quotuplex sit & inter quas personas contrahatur cognatio legalis? Prima est, in linea inter adoptantem & adoptatum, adoptatique descendentes: 2. in transuersali, inter ipsum genit. leg. adoptatum, & filias naturales adoptantis: 3. per modum affinitatis inter adoptantem & uxorem adoptati; & vice versa, inter adoptatum & uxorem adoptantis. An tres haec cognationes dirimant matrim. aut saltum impediunt?

De prima certa est omnium affirmans sententia, s. Ergo, Institut. De nuptijs; à fortiori eam approbavit sacri can. citat. dum speciem 2. inter fratres adoptatos & naturales statuunt: nisi quod haec non semper durat, sicut primam defuncto parte adoptante, vel emancipato filio adoptato, aut naturali, cessat inter eos cognatio, l. inter eas, Institut. de nuptijs: & approbat Nicolau Papacit. vn. de cog. leg. & Paschalis II. can. per adoptio.

Solz

9.
De tertia
specie.

Communi-
sent.

Perpetua
sp.

10.
Difficultas
3.

i. Sent.

ii. Sent.

Probant.

12.
3. Sent.

Sola diff. est de tertia specie affinitatis: quam et si admittant leges ciuiles. ff. de iuri nupt. l. Adop- prius filius, si emancipetur, eam qua patris adoptio- ni uxori fuit, ducere non potest, quia Noverca locum habet. Item si quis filium adoptauerit, uxorem eius- de, que Nurus loco est, nec quidem post emancipatio- nem filij ducere potest, quoniam aliquando Nurus ei fuit: at nullam huius tertiaz cognat. leges can. mentionem faciunt. Communis tamen sent. af- firmat, eam esse sub generali titulo de cognatio- ne legali comprehensam & approbatam. Nam dum Pontifices generaliter approbat leges ci- uiles de cognatione. leg. can. Ita diligere, virtute cen- sentur approbare omnes eius species, quas eadē sanxerunt. Porro hæc tercia perpetua est, non secus ac prima: nam etiam solutâ adoptione, nō potest persona adoptata cum adoptante, vel eius vxore; nec adoptans cum personâ adoptatâ, aut eius coniuge validè contrahere. l. quin etiam, ff. de iuri nupt. & s. ergo insit. de nuptijs. Potest tamen adoptans cum parentibus adoptari, & à for- tiori cum reliquis ipsius consanguineis, qui sub eius potestate non sunt, validè contrahere. Qua- re nequit eum ipsius filiâ, quæ sub potestate pa- trii constituta, simul cum ipso patre adoptato transit in potestatem adoptantis: potest tamen cum eius fratre, quæ sub adoptati potestate non est.

3. Quousque sub rectâ linea se extendat co- gnatio legalis, & inter quas personas sub eadem contentas contrahatur: In transuersali quidem non se extendit ultra fratres naturales & adop- tiuos; idque quādiu manent sub eadem patria potestate; sicut neque per modum affinitatis, se extendit, nisi ad uxores adoptantis & adoptati.

Prima sent. legalis cognatio ditimens matris in rectâ linea extenditur ad omnes descendentes in infinitum: ex s. Ergo, insit. de nuptijs; ci- tantur S. Tho. Palud. Sylvest. & alij, qui tantum dicunt, illam se extendere ad adoptatum, filiam adoptati, nepotem, & deinceps, scilicet ad certum usque gradum, ut dicimus, impedim. consang. vel affinit. se extendit ad 1. gradum, & deinceps. Etsi non inficior, aliquos, ex citatis authoribus, qui, ut alibi, docent, cognitionem carnalem, instar cuius de legali ratiocinantur, inter descen- dentes extendi in infinitum, terminum deinceps accipere in sensu, in quo illum accipiunt cir. le- ges ciuiles. Secunda affirms, se extendere, ad 4. dumtaxat gradum: Sotus in 4. diff. 42. qu. 2. ar. 2. concl. 2. Nauar. in sum. cap. 12. n. 45. Tolet. in sum. lib. 7. cap. 8. Sa verb. matrim. de imped. dirim. cap. 4. s. Cogn. leg. Valen. to. 4. diff. 10. q. 5. pu. 3. s. Porro, Rebell. qu. 2. de cogn. leg. n. 6. Ponti. lib. 7. cap. 41. n. 3. Probant: quoties duo sic se habent, ut alterum sit metiens, alterum mensum, lex corrigens & limitans ipsum metiens, censetur corriger & limitare mensum, si in utroque eadem militat ratio: cum igitur in iure can. nulla specialis fa-cta sit decisio, quo usque cognatio legalis se ex- tendat, merienda erit iuxta gradus consang. car- nalis, cuius naturam imitatur cognatio legalis. Aliter Henr. lib. 12. n. 3. ait. n. iure civili cognatio legalem extendi usque ad 4. gradum, iure nouo Trident. limitatam esse ad 2. dumtaxat, pa- ritate duorum à cognatione carnali ex fornicariâ copulâ contracta: utrumq; n. est impedim. purè humanum, militatque eadem ratio in utroque.

Tertia probabilior docet, se extendere ad so- lum adoptatum, & eos, qui tempore adoptionis erant sub potestate adoptati: ita cum nonnullis Sanchez diff. 63. num. 34. Coninck diff. 32. dub. 13.

Hurtad. diff. 18. diff. 3. Fundam. cum hæc co- gnatio oriatur ex adoptione, & adoptio pendeat ex voluntate adoptantis, ad eos tantum se exten- dit, ad quos voluntas ipsa adoptantis expressè, vel interpretatiæ se extendit: at ad eos, qui sub potestate adoptati nō sunt, adoptantis voluntas neque se extendit expressè; alioqui nullum esset dubium, quin omnes essent adoptati, cum adop- tari possint etiam qui nōdum nati; neque inter- pretatiæ: nam ad eos tantum ira se extendit, ad quos lex ipsa, à quâ adoptantis volūtas dirigitur, se extendit: lex autē non se extendit, nisi ad eos, qui tempore adoptionis sunt sub potestate adop- tati. ff. de adopt. l. Si pater familiæ adoptatus sit, omnia, quæ eius fuerunt, racio iure ad eum transeunt, qui adoptauit, hoc amplius liberi eius, qui in potesta- te eius sunt, sū sequuntur. Sed hi, qui post liminio redeunt, vel qui in utero fuerunt, cum arrogaretur, si- mili modo in potestatem arrogatoris rediguntur.

Dicas: lex solùm affirms, quæ sunt sub po- testate adoptati transire in potestatem adoptatis, non tamen negat, eos, qui descensuri sunt ex ado- pto, simul adoptari cū personâ adoptatâ: ergo ex eis. lege nō rectè colligitur, ad eos non extendi cognatione. Nego conseq. nā cū lex ad cognationem. Resp. legalem requirat adoptionem, & adoptio eò ten- dat, ut adoptatum ponat sub potestate adoptanti, tantum ijs cum adoptato ex dispositione legis censentur adoptari, qui cum ipso transirent in potestatem adoptantis. Confir. defuncto adop- tante, vel emancipato filio naturali, vel adopti- uo, potest adoptatus contrahere cum filiâ natu- rali adoptantis, quia his casibus cessat potestas adoptantis, quæ est fundam. contrahendi hanc cognationem. Instabis: nullus est actus potes- tatis uxoris adoptantis in adoptatum, vel filij. In factis.

naturalis in adoptuum: cū tamen inter adop- tatum, uxoremque adoptantis, & filiam natura- lem filiumque adoptuum legalis cognatio con- trahatur: ergo fundam. eius nō est potestas ado- tatus in adoptatum. Resp. cognatio legalis oritur ex diuersis fundam. inter adoptantem & adop- tatum, ex potestate adoptantis in adoptatum; inter adoptatum & uxorem adoptantis, ex reue- rentiâ illi debitâ; quia cū faciat vnam carnem cum adoptante, eandem reuerentiam, quam adoptatus debet adoptanti, debet & eius uxori: inter filium naturalem & adoptuum, ex inter- pretatiæ fraternitate, quæ inter eos consequitur ex parentis adoptione. At eodem modo, inquires, dici potest, consequi cognatio legalis inter des- cendentes ex adoptato & ipsum adoptantem, etiam si non transeant in potestatem adoptantis. At nego sequel. adoptans n. cum nullo contra- hit cognitionem legalem, nisi cum ijs, quos in suam potestater accipit: cū hoc sit primum fundamentum huius cognitionis quo sublato reliquæ corruunt.

Infertur 1. hanc cognitionem non contrahit adoptans cum filiâ adoptatæ, bene tamen cum filiâ adoptati. Quia filij nō sunt in potestate matris, proinde adoptatâ matre, cum eā in potes- tatem adoptantis, non transeunt filij; vnde pos- set post obitum adoptantis, uxor adoptantis cō- trahere cum filio adoptatæ: at verò filia adop- tati, cū sit in potestate ipsius, vna cum ipso transit in potestatem adoptantis: vnde defuncto adop- tante, nequit ipsius uxoris contrahere cum filio adoptati; vel defunctâ uxore adoptatis filia adoptati contrahere cum adoptante. 2. Potest adoptans validè contrahere cum filiâ illegitimâ uxorq;

vxorq; adoptantis cum filio illegitimo adoptati. Quia filii illegitimi non sunt sub potestate parentis, s. vlt. inst. de nuptijs, nisi, ut ibid. vel in servitium principis, vel alicuius praesidis curiz deficiuntur: quia tunc ex principis autoritate subiiciuntur patris potestati, gaudentq; priuilegijs, quibus filii legitimi: vel per subsequens matrimonium legitimentur. Non tamen legitimati cognationem cum adoptante contrahunt, si tempore adoptionis non erant sub potestate adoptati. Hinc discrimen ab ijs, qui post liminio ex captiuitate redeunt: quippe qui etiam sub captiuitate existentes, manent sub potestate patris, saltem iure, si non facto. Ad argu: prima sent. cum fund. suo à fortiori refutata manet ex disp. de imped. consang. vbi ostendi, impedim. consang. in re & à linea non se extendere ad descendants in infinitum. Fundam. secundæ solū probat, quando inmetiente eadem militat ratio. Ceterum in cognatione legali, & carnali nō militat ratio eadnam carnalis fundatur in reali & naturali participatione carnis & sanguinis; legalis in voluntariâ dunataxat assumptione ad participationem torundem bonorum cum assumente, quæ solum se extendit ad eos, ad quos voluntas assumentis legibus regulata se extendit. Confirm. Hoc principium non militat in alijs duabus speciebus cognationis legalis; non n. secunda extenditur ultra fratres, nec tertia ultra vxorem adoptantis & adoptati, cùm tamen utraq; cognatio carnalis se extendat usque ad 4. gradum: ergo nēq; hoc ipsum principium militabit in 1. specie.

17. Dubium 1. 1. An ipsi fratres ab eodem parente adoptati legalem cognitionem contrahant inter se? Adoptatum cum naturali eiusdem parentis, durante adoptione, legalem cognationem contrahere, decisum est cap. vn. de cogn. leg. & can. per adopt. 30. qu. 3. Affirmant nonnulli apud Sancb. disp. 63. num. 28. quod limitat Angel. matrim. 3. imped. 3. fine, inter arrogatos, non inter adoptatos: quia idem incontinentia periculum militat, propter quod hæc cognatio inducta est, inter adoptatos ac carnalem & adoptriuum, cùm etiam adoptiui. cohabitare debeant in eadem domo, sub potestate eiusdem parentis adoptantis. At opposita communitas, apud Sancb. utriusque glossa in cap. vn. de cogn. leg. & can. per adopt. Fundam. glossa 1. nullib; hoc inuenitur prohibitum: iura n. cùm dicunt, adoptrium non posse cum filio adoptantis contrahere, intelliguntur de filio carnali, cùm quo tantum non possit, durante adoptione, adoptius contrahere. Ad fundam. oppositæ, esto sit idem periculum, noluit tamen Ecclesia ad eos hoc impedim. extenderet: non n. sufficit periculum, nisi accedat Ecclesiæ prohibito. A fortiori possunt frater & soror duorum adoptiorum inter se contrahere, cùm minus vinculum sit inter eos: nec frater nec soror sit sub potestate adoptati, vt censeantur eum adoptato transire in potestatem adoptantis.

19. Dubium 3. 2. An quando hæc cognatio superuenit matrimonio iam contracto, ipsius usum impediatur? Pro affirm. est regula: impedim. dirimens superueniens matrimonio contracto, cùm non possit illud dirimere, eius saltem usum impedit. At communis negat, cùm nullus sit in iure textus, qui hoc assertat. In matrimonij autem prohibendis argumentum à simili, absque Ecclesiæ autoritate non sufficit. Vnde cit. regula vim non habet, nisi ex ipsius Ecclesiæ lege: vbi nulla lex, locus ei nullus.

16. Ad argumentum alium sent.

Dubium 1.

Opposita
probabilior.

Ad fund.

Dubium 3.

DISPVTATIO XX.

De impedimento criminis.

Multa sunt crimina, quæ matrim. impe-
diant; duo rancum quæ dirimunt, occi-
sio coniugis, causâ contrahendi matrim. cum alterius coniuge, utroque coniuge machinante
facta; & adulterium commissum cum promis-
sione futuri coniugij cum adulterâ post obitum
propria coniugis, vel cum eâ de præsenti, ini-
to, contractu matrim. quamvis irrito: cap. super
hoc; cap. cum haberet; cap. significasti, de eo qui
duxerit: can. relatum; can. si quis viuente, 30. qu. 1.
Raptus nec antiquo iure prototâ Ecclesiâ, nec Non raptus,
nouo Triden. dirimit matrim. sc. quâ crimen
est; sed quâ raptor init matrimonium cum raptâ
sub suâ potestate existente. Nec fornicatio inter
fornicantem & fornicariam dirimit matrimonium.
sed solū inter affines fornicariæ usque ad se-
cundum gradum, ut Triden. fess. 24. cap. 4. Mo-
ta autem fuit Ecclesiâ ob duo hæc tantum cri-
mina, ad hoc impedim. statuendum, ut anam, si.
truncaret eonjugibus sibi mortem machinandi,
quâ matrimonio cum propria coniuge soluto, li-
berè possent cum alia contrahere: ut per hanc
Eccles. legem inhabiles ad contrahendum esse
et, desisterent à tali seclere perpetrando. Dixi
causâ contrahendi matrim. nam sex alio fine, etiam
liberiū libidini vacandi, mors inferatur, id non
dirimit: est h. pœna imposta in fauorem dun-
taxat matrim. Vnde etiam vir animum habuit
interficiendi uxorem, ut cum adultera contra-
heret, si postea illam non eo animo oësidat, hoc
impedit. non contrahit: quia occiso non est
secura ex intentione contrahendi cum adultera.
Neque præterita intentio, cùm non existat, po-
test esse causa præsentis effectus. Sicut qui ha-
bituit animum occidendi clericum: si postea illum
occidat inuincibiliter putans illum non esse ele-
gitum, excommunicationem non incurrit, quia
talis occisio nō est effectus præteritæ intentionis.

Infertur 1. hoc impedim. non incurri ob so-
lam mortis machinationem, sed eâ cum effec-
tu securâ. Ratio: quando pœna imponitur propter
delictum, ad illam contrahendum requiritur
actus consummatus: nam ut Alex. III. definic-
cap. relatum, de clericis non resid. & l. 1. s. hec au-
tem, ff. quod quisque iuris: verba accipienda sunt
cum effectu, maximè in penalibus, quæ, quoad
fieri potest, restringenda sunt. Adde, hoc ipsum
inhuuatum esse in cit. can. si quis viuente: Nisi
foris vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat oc-
cidisse notetur. Nec est eadem ratio de raptu, qui
pœnas incurrit, etiam si non sit copula consum-
matus: quia consummatur in ipso actu violen-
tiæ inferente, ob finem contrahendi cum raptâ.
Vnde, matrimonium ad raptum concurrit ob-
eiùs tantum terminando.

2. Non solū hoc impedim. incurrit; qui
occidit, sed etiam qui mandat, aut consilium,
auxiliuum ad occidendum præbet. ex cit. iurib.
præcipue ex cap. 1. de conuer. infid. in quo deci-
ditur, uxores Christianas hoc impedim. incur-
rissent, quarum viri, ipsarum insidijs & machina-
tionibus fuerunt à Saracenis interfici. Vbi Pon-
tifex supponit, hos viros fuisset à Saracenis in-
terficiens, solū insidiabitibus ipsorum uxori-
bus.

bus. Et ex can. 6. 31. qu. 1. si qua mulier in mortem mariti sui cum alijs consiliata sit &c. absque spe coniugij maneat, scilicet post mortem sui mariti: vbi propter solum consilium pro morte sui mariti datum, perpetuo inhabilitatur ad matrem.

& à fortiori ad illud cum occidente incundum. Ratio: non solum qui occidit, sed etiam qui mandat, vel consilium, auxiliumue dat, est causa mortis, moraliter in eam influendo. Non tamen ad hoc impedim. sufficit ratihabito, si occiso facta sit tempore, quo qui eam ratam habuit, non machinabatur in mortem sui coniugis; secūs, si eo tempore in mortem sui coniugis machinabatur. Nam ex l. bonor. ff. rem ratificabitur, ut ratificatio fictione iuris retrotrahatur, & mandato comparetur, ut reg. 10. iuris in 6. & cap. cūm quis, de sent. excommu. in 6. debet qui ratum habet, pro eo tempore, ad quod retrotrahitur, esse habilis ad rem ratam habendam. Quare si defectu aetatis, quia erat infans; aut rationis, quia erat amens; aut temporis, quia in eo non concedebatur actio, non est ratificationi locus. Cūm igitur iura cum morte effectu lecuta requirant machinationem, nisi ea supponatur pro eo tempore, ad quod ratificatione retrotrahitur, non habebit effectum: secūs, si pro eo tempore machinatio supponatur.

6. 3. Hoc impedim. non solum contrahi à vito vxorem occidente, sed etiam ab vxore occidente virum; contra Victori. Ledsm. & Caned. apud Sanchez disp. 78. num. 8. At coroll. est commune, ex cap. 1. de conuers. infid. vbi Celestin. III. decidit hoc impedim. contractum fuisse à Christianis vxoribus, quæ vna cum Saracenis machinatae fuerunt in mortem suorum virorum. Et in concil. Triburi. can. Si quis, 31. qu. 1. decretum fuit, siue vir vxorem, siue vxor virum occidisse, notata fuerit, in perpetuā pœnitentiā sine vllâ spe coniugij, esse mansuros. Cæterum etsi infideles non sint huius impedim. capaces, quippe quod à merâ lege Eccles. pendet, sunt tamen capaces fideles: sufficit autem, ut vnos tantum ex contrahentibus illud incurrit, ut nequeat inter eos validum iniri matrem. 4. Hoc impedim. solum dirimere matrem. inter eos, qui matrem inter se contrahendi causa, coniugi mortem inferunt, non cū alijs. Quare potest, vir propria vxore occisa animo contrahendi eum adultera, validè contrahere cum quacunque alia, præterquam cū adulterâ: An autem licet, supra, de vxoricidio

An ad impedim. hoc incurrendum requiratur adulterium actu commissum inter eos, qui matrimonij causa, in mortem coniugis machinatur? quod si hoc non requiratur, An sufficiat, ut vius tantum, an uterque debeat in mortem machinari? Prima sent. affirmat, requiri adulterium; sine quo etiam si vterq; in mortem coniugis, animo inter se contrahendi, concurrit, impedim. non incurri; sed posse interficio conjugi, matrimonio inter se copulari. Ita Munnald. & Friburgo apud Sanchez cit. disp. num. 9. Fundam. omnes titati canonives adulterium supponunt, ut hoc impedim. incurritur. Imò aliqui solum adulterium requirunt, ut illud contrahatur, ut canon. 1. & tertius 31. quest. 1.

Secunda docet, neutrō casu adulterium requiri, ut hoc impedim. incurritur, siue ab uno tantum, siue ab utroque nec inferatur, modò animo contrahendi cum superstite. Ita multicanonista apud Sanchez cit. S. Antonin. 3. par. tit. 1. cap. 5. Ratio: finis Ecclesiæ ad hoc impedim.

statuendum, fuit, ansam tollere coniugibus, ne spe contrahendi matrem. cum alijs, mortuò sibi mortem machinarentur. Vnde licet semper canones de adulteris loquantur, adulterium tamen ut necessariam conditionē non semper requirunt.

Tertia eo tantum casu adulterium requirit, i. sent. pro quo unus tantum necem alteri machinatur, animabilis.

uterque: supplem. Gabri. in 4. dist. 35. §. vn. art. 2. fine, Angel. mairim. 3. imped. 9. nn. 5. Sylvest. matrem. 8. qu. 9. dicto 1. Scotus dist. 37. qu. vn. art. 4. §. maius, Pet. Scotus dist. 9. de matrem. §. 1. & 2. Naar. in sum. cap. 22. num. 46. Bellar. de matre. cap. 22. Tolet. in sum. lib. 7. cap. 10. de imped. criminis; Henrig. lib. 12. cap. 14. num. 2. Sa matrem. de imped. dirim. num. 7. Valent. 10. 4. disp. 10. qu. 3. punct. 3. §. Crimen; Sanch. cit. Coninck disp.

31. dub. 5. num. 52. Ponit. lib. 7. cap. 45. num. 4. & posterior pars 2. deducitur ex cap. 1. de conuer. infid. vbi f. 1a.

Christianæ quæ simul cum Saracenis suis mariatos interfecerunt, declarantur à Cœlestino III. hoc impedim. incurrisse; nullâ mentione factâ de adulterio. Cæterum non est necesse, ut uterque conspiret in machinationem mortis illius, cum qua matrem. contrahendum est: hanc enim conspirationem iura non requirunt, sed sat iudicant esse, si re ipsa ambo in mortem concurrant.

Prior pars prob. vbi Canones loquuntur de uno 2. Prob.

tantum coniuge alteri coniugi mortem machi-

nante, causa matrimonij cum superstite contra-

hendi, connectunt simul adulterium, ex cap. 1.

cap. super hoc, de eo qui duxit in matrem. & can. se

quis 31. qu. 1. quæ lex cūm sit pœnalis, & inhibi-

toria matrem. non debet ad alios casus à lege

non expressos extendi.

Vt autem adulterium hoc impedim. inducat, Tria requiri-

restitut, 1. ut sit verum, nec sufficit probabili. sita ad hoc

ter putatum. Quare matrimonio adulteræ, qua- impcdim.

cunque ex causa illegitimo existente, hoc impe-

dimentum non contrahitur: quia pœnæ propter

delicta impositæ non incurrintur, nisi re ipsa

sint talia: non est tamen necesse, ut vel adulteri-

um sit publicè commissum, vel matrem. fuen-

tit publicè celebratum: cūm possit Ecclesia ad

matrimonium contrahendum inhabilem redi-

dere, etiam propter secretum crimen, ut con-

stat de Clerico irregularitate contrahente pro-

pter homicidium occultè commissum. 2. Ut sit

commissum ante obitum coniugis; quia si post,

cessat adulterium, estq; ie tantum simplex tor-

niciatio, quæ ad hoc impedimentū non sufficit.

3. Ut adulterium sit utriusque notum: alioqui vno

tantum ignorantie, scilicet quia pœnat, alterum

vxorem non habere, impedim. contrahendit non

incurritur, ex cap. 1. & cap. 2. Veniens de eo qui

duxit: in utroque enim deciditur, posse adulte-

rum post obitum vxoris inire matrem. cum ea,

cum qua, adhuc viuente legitimâ vxore, id con-

traxit, inscia, quod adulterio vxorem haberet. Ut

autem ignorantia hæc ab hoc impedim. excusat,

debet esse inuincibilis, quæ à peccato excusat,

ut contra Sanchez disp. 79. num. 38. communis

fert opinio. Cæterum nota cum glossâ in 1. cap.

cit. de eo qui duxit, verb. Inscia, ut inscia adul-

terij validè contrahat cum adultero, post eius

vxoris obitum, opus esse nouo consensu, cum

prior fuerit inualidus, ut reporte in personam inha-

bilem: ut recte. Scotus in 4. dist. 35. q. vn. §. Resp.

An qui vxorem interficit, ut aliam incertam, Disputant

aut vnam ex pluribus ducat, hoc impedimen-

tum

tum incurat? Respondent communiter, si intentio expressè recedit in omnes, & adulterium commissum fuit cum omnibus, cum omnibus contrahi impedit. Si vero intentio non recedit supra omnes, vel adulterium non fuit commissum cum omnibus, matrimonium contrahi posse cum ijs, quæ vel intentæ non fuerunt, etiam si cum illis commissum. Vtramque enim debet simul concurrere, ut hoc impedimentum incuratur, & intentio cum eâ contrahendi, & adulterium cum eâ actu commissum.

14. Ad fundamentum primæ. Resp. non semper ad fundam. canones ad hoc impeditum requirere adulterium, ex cit. cap. 1. de conuers. infid. sed casu, quo mortis machinatio est tantum ab uno. Quod si adulterij mentio fiat, etiam ubi machinatio ab veroque coniuge facta est, id intellig. iuxta alijs à Pontificibus explicata. Pati modo interpretandi sunt canones, qui videntur ob solum adulterium hoc impedimentum statuere. Adde, aliquos fuisse canones de hac materiâ in particularibus prouincijs deeretos, qui vniuersalem Ecclesiam non obligabant. De quibus explica Alex. III. dum cap. 1. de eo qui duxit, ait: licet autem in Canonibus habeatur, ut nullus copulet matrimonio, quam prius polluerat adulterio, alludens ad can. illud, 31. qu. 1. quisancitus fuit in concilio apud Altheam habito, presente Conrado rege, ubi folius adulterij intentio fit.

15. Ad fundam. secunda. Hac de im- pedim. priori- criminis. Ad fundamentum secundæ: finis Ecclesie ad hoc impedimentum statuendum, non solum fuit ansam collere mortem in coniugem machinandi, sed etiam adulteria vitandi.

16. De secundo. Impedimentum vero posterioris criminis, quando quis sub promissione de coniugio contrahendo post mortem coniugis, adulterium committit, vel cum eâ de praesenti matrimonio, licet irritum, contrahit, habetur can. relatum, 31. qu. 1. & ferè in omnibus capitib[us] sub p[ro]prio. De eo qui duxit: præcipue cap. finali: Si quis uxore viuente, fide data promisit aliam se ducendum: vel cum ipsa de facto contraxit; si nos ante, nec post (legitimâ eius superficie) cognovit eandem: quamvis utrique ipsorum, pro eo quod in hoc graviter deliquerint, si paenitentia iniungenda: non est tamen matrimonium; quod cum eâ contraxit, post uxoris obitum dirimendum. Ceterum tolerari non debet, si prius, vel postea dum vixerit uxor ipsius, illam adulterio polluisse. Pontifex, ut hoc impedimentum incuratur requirit, 1. sub disiunctione, aut fidem de contrahendo, defunctâ propriâ uxore, aut praesentem contractum cum eâ, quam in uxorem cupit ducere: 2. determinat, ne tempe adulterium ante, vel post datam fidem, aut contractum matrimonium, adhuc legitimâ uxore viuente, commissum. Vnde non sufficit, si alterutrum, vel fides aut matrimonium vel adulterium post, sed debet utrumque simul, vel fides, aut matrimonium cum adulterio, adhuc viuente legitimâ uxore coniungi. Vnde ut bene Sanchez disp. 79. num. 5. Si fides, aut contractus matrimonialis præcedant, aut subsequantur, matrimonium morte coniugis solutum, ita ut non sint simul viuente legitimâ coniuge cum copulâ carnali, non contrahitur hoc impedimentum.

18. Difficilium dubium. An fides sue contractus de praesenti vna cum adulterio concurrere debeant in eodem matrimonio, An sufficiat, ut concurrent in diuersis. Ut si Petrus in 1. matri. solum fidem dedit Pauli de contrahendo eum eâ post mortem suz

coniugis, quâ defunctâ aliam duxit; eo quæ tempore Paulam carnaliter cognovit: Ao tali casu Petrus possit secundâ vxore defunctâ, cum Paulâ contrahere? Affirmant aliqui apud Sylvest. matrimonium 8. quaff. 9. dicto 5. & Sanchez num. 6. Sed probabilius cum Panormit. & alijs negant Sylvest. Sotus in 4. dist. 37. quaff. vn. art. 4. 5. dubium, Sanchez & alij. Quia fides data in primo Rati. matrimonio tollitur per secundum, & consequenter etiam spes contrahendi cum adulterâ, & occasio machinandi in mortem coniugis, qui est principalis finis, cur tale impedimentum induxit Ecclesia.

Verum quia hæc ratio non militat si in primo matrimonio sit cum Paulâ commissum adulterium, in 2. vero data fides, aut de praesenti initus contractus; cum adulterium in primo matrimonio commissum non reuocetur per 2. matri. indagandum est, an hoc casu impedimentum contrahatur? Negat Sanchez, eo quod texus, eodem coniuge viuente adulterium perant & fidem simul. nam cap. 1. de eo qui duxit, dicitur, nisi fidem dederat uxore sua viuente: & cap. finali, eodem titulo dum vixerit. At oppositum probabilius. Quia etiam in diversis matrim. eadem militat ratio & finis Ecclesie, ne spe contrahendi cum adulterâ, anfa detur machinandi mortem in posteriorem coniugem: & verba textuum è quæ bene verificantur in hoc secundo casu: nam siue in uno matrim. committatur adulterium, & in alio detur fides; siue in eodem fides simul & adulterium committatur, semper utrum erit; quod viuente ipsius uxore, hæc facta sint, cum tam prima, quam secunda æquè bene dicatur uxori adulteri. Confirm. si voluissent Pontifices hunc casum excludere, apposuissent, eadem uxore viuente: quod cum non fecerint, dicendum est id noluisse, iuxta reg. 57. iuris in 6. iunctâ glossâ: quia cum in potestate legislatoris sit, clarius se explicare, Regula sit. dum se clarius non explicat, talis claritas non est admittenda, & consequenter ueque id quod per maiorem claritatem exprimitur.

Ex his inservit, si in eodem matrimonio 11. data fide, vel contracto de praesenti matrimonio, utrumque resiliat, etiam si adulterium sequatur, non contrahitur impedimentum: quia fides, & praesens contractus eo casu fuit extintus. Contrà vero, si post adulterium data sit fides, vel contractum sit matrimonio. etiam si id mutuo consensu dissoluatur, contrahitur impedimentum. Quia adhuc incurendum sufficit, si semel simul coniungantur fides & adulterium: neque est postea in potestate adulterorum se à pena, quam incurrit, eximeri: nec efficere possunt, ut adulterium semel commissum, non sit commissum, cum illud non pendeat à voluntate adulterorum, sicut data fides, vel contractum matrimonii. Nam licet efficere non possint, quin semel data fides, data non sit: efficere tamen possunt, ut ea data per subsequentem reuocationem, amplius non obliget: quod sufficit, ut effici fructetur.

Postò adulterium, quod ad hoc impeditum requiritur, debet esse carnali copula consummata utrique adultero notum, & recipia validum supponens matrimonio. vnde non sufficit tantum intentatum, absque virilis semenis effusione. An autem sufficiat sodomiticus concubitus, negans pars probabilius; quia non est propriè adulterium, ut rechè Cadet. 2. 2. q. 154. ar. 12. 5. ad 1. dub. nam

Adulterium
debet esse
consummata
ad impeditum.

nam proprium adulterium importat concubinum naturalem cum aliena uxore, per quem non solum inferatur iniuria marito, abutendo personam ipsius coniugis; sed etiam violando thorum, in quem lege matrimonii ius habet. Vnde maiorem infert iniuriam, qui copulâ naturali, quam qui sodomitâ alienam uxorem carnaliter cognoscit, quia hic violat mariti ius in personam tantum coniugis; ille in personam & vas simul, non n. vir lege matrimonij ius ullum acquirit in vas sodomi. sed solum in generativum. Vnde licet, qui sodomitice alienâ uxore abutitur, ius diuinum simul & naturale violat, talem concubitum prohibens; non tamen violat ius maritale, nisi tantum ratione personæ: non secus ac si illam pollueret extra vas, vel per tactus & osculationem: vnde sicut nullus actus ex his, & proprium & consummatum adulterium, ita nec sodomiticus concubitus: proinde nec poenæ adulterio statuta per hoc actus incurruunt, vt Caiet. ibid. cùm non sint poenæ extendendæ, nisi ad proprium & consummatum delictum, propter quod imponuntur. Confir. sodomitica copula non est sufficiens ad impediendum matrimonii. cum consanguineo sodomitico, ex can. extraordin. 35. q. 3. ergo nec ad impediendum matri. propter adulterium prohibitum. Ideo enim matri. cum consanguineis sodomitico non impedit, quia defectus seminationis in proprium vas, affinitatem non parit: ergo idem matrimonii. non impedit, propter adulterium prohibitum; quia defectus complectæ iniustitiae, non est consummatum adulterium. An autem talis copula sufficiat ad diuortium faciendum, constabit, cùm de diuortio.

Qualis debeat esse promissio, ut hoc impedimentum incurrit?

14. *Promissio interna non sufficit.* Errum est, non sufficere internam, nullo exterioro signo sufficienter explicatam: tum quia talis promissio nequit esse alteri nota, quod necessarium est, ad hoc impedim. incurandum, vt ex causis iurib. colligitur, quæ petunt, vt hæc fides sit præstata adulterio, cum quâ matrimonii est contrahendum: tum quia non eadit sub iudicium Ecclesiæ, proinde nequit esse obnoxia poenæ ab Ecclesiâ statuta, cùm nequeat Ecclesia poenam in suo foro luendam imponere, nisi operibus, quæ sub ipsius iudicium cadunt. Dixi sufficienter explicatam, quia non sufficit & qui vocis verbis illam significare, nisi ex alijs circumstantijs ea certò constet. Vnde non sufficienter explicatur per hæc verba: si non essem coniugatus, & ducerem. Vt nec sufficit promissio de fide dandâ, sicut nec de contractu de presenti faciendo, vt preced. scilicet sed necessaria est fides actu præcepta, vel contractus actu initus. Non est autem necesse, vt vel fides, vel contractus actu præstetur ab ipso adultero, sed poterit per alium: quia iuxta reg. 72. iuris in 6. perinde est, ac si per se ipsum præstaret. Quo casu, fides reuocante principali, etiam ignorante nuncio, præstata fides nullum sortitur esse cum:

Dubitatur 1. An sufficiat fides, vel contractus de presenti facta initus?

25. *Dubium 1.* Affirmat cum multis Sanch. disp. 79. nn. 10. Coninck disp. 31. dub. 5. n. 57. addunt, nisi talis fides ex circumstantijs apprehendatur, non seriò, sed ioco data. Quia finis Ecclesiæ ad hoc impedim. inducendum, est, ne spe futuri matrimonii ansa præ-

beatur mortem in coniugem machinandi: quam ansam æquè præbet fides, ac vera fides.

Negant Henr. lib. 12. cap. 14. nn. 3. quam in N. gandum. commen. lit. G. appellat communem Sà matrimon. de impedi. dirim. n. 7. Rebell. qu. 8. de impedim. criminis n. 6. Preposit. qu. 7. dub. 15. fine: Laymon lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 10. n. 4. Hurtad. disp. 23. diff. 2. Probabilius: quia poenæ delictis impositæ requirunt delictum in suâ specie consumma- Ratio. tum, vt recte cum alijs Suarez. 3. p. qu. 71. disp. 31. scilicet 6. §. 4. ex quo principio colligit, nec fidè rebaptizantem, nec fidè heresim profitem, verâ fide in animo retentâ poenas rebaptizantibus, & hereticis impositas, incurrit: licet tales in foro externo haberentur pro talibus, quales se fidè profertur. Confir. vt occiso coniugis hoc impedim. inducat, procedere debet ex intentione matrimonii contrahendi cum adulterâ; & adulterium in propria specie consummatum; ergo & fides pro eodem matrimonii contrahendo præstata. Nec urget, quod Coninck opponit; quia Ecclesia per se primò prohibet actum externum, ex quaunque tandem intentione procedat: cùm nec per ipsum sufficiat coniugis occisio, nisi ex intentione contrahendi matrimonii. cum adulterio procedens. Prohibet igitur Ecclesia per se primò actum externum, supra quem immediatam habet potestatem, secundariò verò internum, quantum necessarius est ad externum, vt cum interno constituit actum in sua specie consummatum & perfectum. Ad Sanch. esto etiam ex fide fidè præstata captatur ansa mortem in coniugem ma- chinandi, qui fuit finis hoc impedim. inducendi, noluit tamen Ecclesia illud ad fidè præmittente extendere: tum à paritate aliarum poenarum, quæ propter delictum impositæ non incurruunt, nisi sit in sua specie consummatum. Nec refert, quod finis, quem per poenam vitare intendit Ecclesia, idem sequatur per veram, ac fidem fidem: nam etiam idem finis, quem per poenas hereticis impositas, vitare intendit Ecclesia, qui est, ne alios eodem errore inficiant, sequitur ex verâ, ac fidâ heresis professione: quippe cùm etiam ex cæ fide possint fideles, ad similem errorem induci. Tum ex principio communiter admissio, quod ut poenæ delictis decretæ incurrit, consummatum petant delictum: nec eas esse ad imporia & imperfetta delicta extendendas.

2. An sit necessaria fides ex virtute; parte acceptata? 1. sent. ait, sat esse ex parte unius, etiam si Dubium 2. non sit ab altero acceptata: pro quâ multos citat Sanch. cit. disp. 79. n. 10. at solus Sotus in 4. dist. 37. q. vn. ar. 4. §. 2. id videtur insinuare, dum ait, sufficere iuramentum unius. Ratio: iura solum requirunt fidem datam, nullâ factâ mentione de acceptatione, & reciproca promissione. Confir. sola fides ab uno tantum præstata ansam præbet mortem machinandi in coniugem, ad quam euitandam est hoc impedim. statutum.

Secunda affirmatur, requiri mutuam fidem 1. sent. cum mutua reciprocatione ex parte virtusque. Ita Henr. lib. 12. cap. 14. num. 3. Bellarm. de matrimonio cap. 22. §. 2. Fundam. ea fides requiritur ad hoc impedimentum incurandum, quæ necessaria est ad sponsalia contrahenda: at ad hæc necessaria est reciproca ex parte virtusque contrahentis: ergo.

Tertia vetior docet, requiri, & sufficere fidem unius ab altero acceptatam. Ita Sanch. 3. sent. numero 22. Coninck disp. 31. dub. 5. num. 62. Rebell. babilon. cit. Preposit. quæst. 7. dub. 15. numero 138. Ponti. lib.

lib. 7. cap. 45. num. 2. Hurtad. cit. tria probanda
1. non sufficit simplex promissio. vnius ab altero
non acceptata. 2. Non est necessaria reciproca
promissio: 3. Requiritur & sufficit fides vnius
acceptata ab altero, etiam sine iuramento.

30.
^{non sufficit}
^{simplex pro-}
^{missio vnius}
^{ab altero non}
^{acceptata.}

Deducitur ex iacto principio: Quando pœ-
na imponitur propter delictum, intelligendum
est de delicto proprio, & in sua specie perfecto:
at iura ad hoc impedimentum incurrendum re-
quirunt promissionem factam adulteræ ab adul-
tero. Hæc autem propriè sumpta requirit ac-
ceptationem alterius, cui sit. In hoc discurso
minor tantum subsumpta probanda est, quam
sit probo. Promissio propriè & specificè sumpta
discriminatur à pollicitatione, quod hæc,
ut definitur l. pacium ff. de pollicitationib[us], est
solius offerentis promissum, quæ etiam absenti

nullo acceptante fieri potest: illa, ut à polli-
citione distinguitur, acceptationem requirit,
l. sciendum, ff. de edilitio editio: Dicatum à pro-
missio sic discernitur: dicatum accipimus, quod ver-
bo tenuis pronuntiatum est, nudoque sermone fini-
tur. Promissum autem potest referri & ad nudam
promissionem, siue pollicitationem (at tunc non
propriè & specificè, sed impropriè & genericè
sumitur) vel ad sponsionem, quæ quia accepta-
tionem inuoluit, obligatiosem parit, ut ibi-
dem definitur. Esto igitur aliquando promissio
accipi possit genericè pro pollicitatione, ut
citata lex. tamen in penalibus semper accipien-
da est propriè ac specificè pro sponsione accep-
tata: sicut esto, nomine clericorum interdum
in iure veniant Episcopi & Religiosi: in pena-
libus tamen non nisi puri clerici ab Episcopis,
Religiosis, & in dignitate Ecclesiastica consti-
tutis distincti intelliguntur.

31.
^{Non est no-}
^{cessaria pro-}
^{missio reci-}
^{proca.}

Secundum ostendo: nam reciproca promis-
sio nec requiritur ad saluandam propriam &
specificam naturam promissionis; nec ad finem,
propter quem industum est hoc impedimentum:
ergo frustra requiritur. Quoad posteriorem pat-
tem constat: quia finis, propter quem indu-
stum est hoc impedimentum, est, ne ansa præ-
beretur mortem in coniugem machinandi, quæ
æquè præbetur per fidem tantum acceptatam.
Quoad 1. prob. perfecta promissionis natura
saluator in eo, quod obligationem parat: at
hoc ipso quod est acceptata, obligationem pa-
rat, si sit de re honestâ. Nec refert, quod recipi-
proca magis obliget: nam etiam iuramento fir-
mata stricti obligat, cum tamen hoc, omni-
bus serè consentientibus, necessarium non sit,
ut expressè docet glossa in cap. cùm haberet, de eo
qui duxit. Nam et si in tribus locis iuramenti
mentio fiat can. relatum 31. queft. 1. cap. signifi-
canit, & cap. cùm haberet, de eo qui duxit, illud
tamen non affertur, vi iure requisitum, sed ut
de facto præstitutum: constat ex alijs textibus in
quibus nulla mentio sit iuramenti, sed fidei tan-
tum adulteræ datæ. Terrium constat à partium
enumeratione: etenim si iura promissionem re-
quirunt, & nuda sine acceptatione non sufficit;
nec reciproca est necessaria, sequitur, ut tantum
acceptata sufficiat, & sit necessaria.

32.
^{Sufficiens fides}
^{vnius accep-}
^{tata ab al-}
^{tero etiā sine}
^{iuram.}

Non leuis concertatio est, de modo illam ac-
ceptandi: An sufficiat sola taciturnitas; An re-
quiratur expressa acceptatio? Sanch. hoc 2. cen-
seret necessarium. Dicitur, quia etiā taciturnitas
censeatur sufficiens acceptatio promissionis li-
beraliter factæ: at quando promissio est noxia
acceptanti, vt est hæc, quæ acceptantem in-

ducit ad pœnam subeundam, non censeret suf-
ficienter acceptari, nisi accedat expressus con-
sensus acceptantis. Reliqui vero putant, suffi-
cere taciturnitatem: quod probabilius est: nam ^{Decisio.}
licet talis promissio sit secundum rationem no-
xia acceptanti, quia tamen hic & nunc appre-
henditur valde expetibilis & sensui confor-
mis, qui præsentis obiecti amore illecebus, ra-
tione postposita, appetitum impellit ad illam
plenis vlnis acceptandam, sola taciturnitas erit
sufficiens. Atque hæc nostra ratio simul destruit ^{Energio fuis.}
fundamentum Sanchez. nam ad huiusmodi pro-
missionem acceptandam, non tam consideran-
dum est, quid, ratione spectatâ, homo facere
debeat, quæ quid in talibus circumstantiis
constitutus, iuxta præsentem animi disposicio-
nem, hic & nunc volitus sit.

Ad fundamentum primæ: esto, sola fides non ^{34.}
acceptata anam præbeat mortem in coniugem ^{Ad fundam.}
machinandi: noluit capen Ecclesia, nisi prop. prima.
ter fidem acceptatam, hoc impedimentum in-
ducere, ob rationes à nobis assignatas. Ad se-
cundum, Resp. 1. Falsum esse, ad sponsalia ne-
cessaria requiri mutuam promissionem expres-
sam ex parte viriusque, sed posse per promissio-
nem sola taciturnitate acceptatam contrahi, ut
de matrimonio ^{suprà.} 2. dispar est ratio; nam
sponsalia obligationem ex virtute parte indu-
cunt, ex iustitia ab illis semel contractis non
recedendi: quam obligationem non inducit pro-
missio ab adultero data, & ab adulteræ accepta-
ta, cùm sit de re turpi & prohibita, & potius
obliget ad illam non seruandam.

3. An sufficiat fides conditionata? nō est quæst. ^{35.}
an fides sub conditione data, si purificetur ante ^{Dubium.}
obitū coniugis, accedēte adulterio, hoc impedim.
inducat. nā tunc sicut purificat à conditione transit
in absolutam; ita contrà, deficiente conditione,
deficit fides, proinde impedim. non contrahitur.
Nec si conditio sit de præsenti, aut de præterito:
quia tunc cōditione substante, promissio statim
censeret sublata: conditione verò non substanti-
te, deficit fides, ac si data non esset. Nec si condi-
tio sit necessaria; ed quod talis promissio æqui-
valeat absolutæ. Sola igitur controversia est de
fide data sub conditione contingente de futuro,
ante obitum coniugis non verificata, an hæc
cum adulterio coniuncta inducat impedimentū.

Affirmat cum Nauar. Sanch. disp. cit. à n. II. quia ^{36.}
licet talis fides non obliget ad implendum pro-
missum, ante conditionis eventum, obligat tamē ^{Affirmans}
ab ea nō resiliendum, quoq[ue] conditio nō defe- ^{Prob.}
cerit; præberetq[ue] anam mortem in coniugem ma-
chinandi, dum ex ea spes concipitur futuri ma-
trim. Confirm. si talis fides non sufficeret adhuc ^{Confirm.}
impedim. inducendum, sequeretur, valorem ma-
trimoniij cum adultera post obitum coniugis ini-
tum, pendere à futuro eventu. Nam conditione
postea euéniente foret validum: & contrà, ea nō
euéniente, inualidum. Dicitur tamen, si conditio
deficiat ante obitum coniugis, & ante adulteriu[m]
commisum, impedim. non induci: quia soluitur
tunc fides, & adulterium subsequens fide desti-
tutum nō habet vim inducendi impedim. Secus,
si conditio deficiat post commisum adulterium: i
quia tunc simul fuerunt fides & adulterium. Ne-
que ex eo quod fides post adulterium, conditio-
ne deficiente, soluat, tollit impedim. quia
hoc statim contrahitur simul positis fide & adul-
terio: neque in potestate adulterorum postea est,
ab impedimento semel contracto le liberare.

Negant

^{37.} Negant Conink disp. 31. dub. 5. n. 59. Hurtad. Negandu[n]. cit. probabilius: nisi, ut recte Conink, conditio pendeat à voluntate promissarij Fundam. ea fides necessaria est ad hoc impedim. inducendum ex Jurib. cit. quæ promissario ansam præbet machinandi mortem in coniugem promittentis, vel promissarij: at fides sub conditione contingente de futuro data, hanc ansam non præbet; cùm n. pendeat ex re incerta, quæ zquè potest esse futura, quām non futura, nullam spem certam præbet promissario de futuro matrimonio. Confir. cùm tali euentu sit dubia spes de futuro matrim. cōtrahendo; & certum sit daminū animæ, quod per machinationem mortis coniugis incurritur, certumq; periculum corporis, ne vt mortis machinatrix deprehensa, vna cum fama vitam etiā amittat, nullus audebit tam ac tanto certo damno, ob tam incertum commodum se exponere.

^{38.} Ad fundam. Sanchez. Ad fundam. Sanchez. licet ea promisit obliget ad non resiliendum, donec conditio defecrit, haud tamen ansam præbet mortem in coniugem machinandi, cùm certam spem de futuro coniugio non producat. Ad confir. neg. sequela: quia cùm ea fides impedim. non inducat, quo minùs matrim. post obitum coniugis cum adulteria cōtractum validum sit, non sequitur, eo casu matrimonij valorem pendere à futuro euentu; cùm statim contractum suum valorem consequatur.

Nam hoc ipso, quòd contraherent, fidem retraherent de futurâ conditione: non secus ac qui fidem sibi dedissent de matrim. sub certâ conditione de futuro contrahiendo, si ante conditio[n]is euentum id contraherent, validè contraherent indepen[de]nter à conditione futurâ: quia per contractum de præsenti initum, reuocarent priorem promissionem de contrahendo sub conditione futura. Nam quacunque conditione posita, in contrahentium potestate semper est, conditione de futuro reie&t;, matrim. de præsenti contrahere. Cœterū admitto, cum Sanchez deficiente conditione ante adulterium, impedit. non incurri; secus, deficiente post adulterium.

^{40.} Adulterium in-
cudit. An hoc impedim. incurrit adulter, si fidem præster, se ducturum, quam tertia persona determinauerit? Distinguunt communiter, si id fraude fiat, incurri; Secus, si absque fraude. Sed adhuc subdistinguo: vel fraus influit in designationem adulteræ à tertia persona faciendam, & vera est hæc communis sent. quia tunc perinde est, ac si per se ipsum faceret iuxta reg. 72. Juris in 6. Vel non influit: & tunc nego impedim. incurri: quia tunc designatione adulteræ, non per se, sed per accidens sequitur fraudem adulteri: cùm etiam adulteri fraude posita, alia potuerit ab huiusmodi tertia personâ in coniugem designari. Tunc autem fraus in designationem adulteræ non influit, quando fraus tertiam personam moraliter non cogit ad designandam adulteram.

DISPUTATIO XXI.

De cultus disparitate.

^{1.} <sup>Certissima
dogma.</sup> **C**ERTA sent. Scholast. cum Magist. in 4. dispt. 39. cultus disparitas est impedim. dirimens matrim. Catholicam veritatem appellat *Sotus* cit. dispt. q. vn. art. 2. §. Hec autem. Sumitur hic cultus disparitas, ut recte S. Tho. in 4. dispt. 39. q. vn. art. 1. ad 5. non pro fidei interioris, sed pro Tom. IX. De Matrimonio.

exterioris professionis disparitate: Vnde non fidei, sed cultus, qui exteriorius seruitum respicit, disparitas dicitur. Quo sit, ut hereticus, vel apostata, etiam si interiori fide caret, quia tamen ratione charactere baptis. ad eandem Christi Religionem pertinet, validè possit cum Catholica contraherere, non cum ludæa, aut pagana. Contrà vero catechumenus, etiam si interiorē fidem habeat, quia tamen baptismi charactere caret, validè contraherere cum Christiana non potest. Ratio ibid. cùm matrim. sit sacramentum, requirit unitatem religionis, quantum ad sacramentum fidei, qui est Baptismus potius quām interior fides.

At quantò hæc sent. autoritate certior, tantò probatu difficulter: nullus n. extat vel in scriptura locus, vel in Iure textus, qui ea matrim. expressè, irritet. Nam 1. prohibitio Exodi 34. Ne Ex reteret te vxorem de filiabus eorum accipias filiis tuis: Deut. stat. ter. 7. Non sociabis cum eis coniugia: 3. Reg. 11. vbi idem, cum hac ratione: Certissime enim auertent corda vestra, ut sequamini Deos eorum: 1. Esdra 9. & 10. vbi Esdra huius diuini præcepti interpres, separauit uxores alienigenas à filiis Israëli, quas in captiuitate duxerant: summum probat, cum certis quibusdam populis, propter idololatriandi periculum, veritum fuisse Israëlitis matrimonia contrahere. Alioqui constat, Iacob. uxores duxisse filias Laban hominis gentilis Genes. 29. Ioseph Asenech filiam Putiphare sacerdotis Heliopoleos Genes. 41. Moysen Se-phoram filiam Iethro sacerdotis Madian Exodi 2. Esther nuptum datum Assuero Persarum Regis Esther 2. Salomonem accepisse filiam Phœtonis, 3. Reg. 3. proptet quod à scriptura non reprehenditur. 2. dici potest, illud tantum fuisse præceptum inhibitorium, non irritatorium. Separatio per Esdrā fieri potuit, dispensante Deo, non solùm quoad thorum, sed etiam quoad vinculum.

Multò minùs ex novo testamento certus locus assignatur; quod non fugit August. lib. 1. de coniugis adult. cap. 25. Non enim tempore reuelati testamenti, in Evangelio, vel vllis apostolicis litteris sine ambiguitate declaratum esse recolo, utrum Dominus prohibuerit, fideles infidelis innagi. Quamuis Beatus Cyprianus inde non dubitet, nec in levibus peccatis constituat, iungere cum infidelibus vinculum matrimony, atque id esse dicat, profituere gentilibus membra Christi. Duo loca ex Paulo:

1. Corinth. 7. Cui vult, nubat, tantum in domino: vbi iuxta communem Patrum sensum, teste Bel-lar. de matrim. cap. 27. præceptum ab Apostolo traditur de non contrahendo cum infidelibus. 2. Corinth. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quem locum Hierony. lib. 5. contra Iouini. explicat de matrimoniis cum infidelibus præcauedo: Chrysost. Ambros. Thophil. de commerciis cum infidelibus vitandis: at quod maius commercium, quām insolubili matrimonij vinculo infidelibus alligari? Quod, ut Tertull. lib. 2. ad uxor. cap. 3. tantò magis est periculorum, quanto magis coniunctus & indiuisus est vñus. Verum neuter locus cogitat austerendum, matrim. cum infidelii

^{3.} <sup>Afferuntur
duo loca.</sup> Neuter con-
esse irritum, sed ad summum illicitum: non n. n. nuncit. omnia Apostoli prohibebant ut irrita. Idque confirmant exempla S. Monicæ, quæ teste August. lib. 9. Confess. cap. 9. viro nupsit pagano: & S. Clotildis, quæ ex Gregorio Turon. lib. 1. cap. 28. nupsit Clodoueo Regi Fran. ethnico. Quia August. ipse lib. de fide & oper. cap. 19. ait, hæc matrim. non fuisse suo tempore putata peccata:

T

Quoniam

Nec iure di-
Quoniam reverā in novo testamento nibil inde pra-
cepsum est: & ideo aut licere creditum est, aut ve-
lū dubium derelictum esse. Quamvis sine cap. ex
propria sent. concludat, tales coniunctiones;

Nec naturali
irritum.
vel eo ipso, quod dubiz sunt, non esse faciendas.
Ex dictis constat, matri. fidelis cū infideli
non esse iure Diuino irritum. Quod nec iure na-
turali, prob. neutrī ipsius fini aduersatur. Non
primario, qui est sobolis susceptio & educatio.
Non secundario, qui est mutua coniugum co-
habitatio, & bona prolis educatio: tum quia ea
omnia, quae obstant matrimonio fidelis cū infi-
deli, obstant etiam matrimonio Catholicī cū
hæretica & apostata. quod tamen ex communi
sent. vi infra, irritum non est. Tum quia hæc
tantum obstant per accidens, quae corrigi &
emendari possunt diligentia cōiugis fidelis: quae
autem per accidens matrimonio aduersantur,
illud non irritant, licet reddant illicitum.

5.
Nullū testū en iure id errare, opus & labor.
1. testū:
Iuris testimonia 4: affert Pontius (qui opposi-
tum vt uerius tuetur lib. 7. cap. 47.) primum ex
conc. Nice. I. gener. can. 67. *Quacunque mulier*
infidelis viro infidelis nupserit, à communione fidelium
separetur, que si p̄niten̄tiā maleſici egerit, & cum
virum, quem habere non poterat, id est infidelem
*dimiserit, non est recipienda, nisi eo modo, quo reci-
pitur is, qui postquam fidem negavit, ad fidem reuer-
titur, debet q̄ ipsa infidelem relinquere. Idem colli-
gitur ex can. 68. & 69. eiusd. Secundum ex cōcilio*
Chalced. art. 15. can. 14. Sed neque copulari debet
nuptura hæretico, aut Iudeo, vel pagano, nisi forte
*persona orthodoxa copulanda, promittat se ad or-
thodoxam fidem transferre. Tertium ex sextā Syn-*
*can. 72. Non licere virum Orthodoxum cū mulie-
re hæreticā coniungi: nequā vero orthodoxam cū*
*viro hæretico copulari. Sed et si quid eiusmodi ab ul-
lo ex omnibus factum apparuerit, irritus nuptias*
*existimari, & nefarium coniugium dissolvi. Et pau-
lò p̄st: Si autem aliqui, qui adhuc sunt infideles,*
& in orthodoxorum gregem nondum relati, sunt
inter se legitimo matrimonio coniuncti, deinde hic
*quidem, eo quod est honestum, electo, ad lucem ve-
ritatis accurrerit; ille vero erroris vinculo deten-
tu fuerit, nolens dominos radios fixis oculis intueri,*
fidelis verò placeat, cum infidelis cohabitare, ne à se
innicem separantur. Ex diuinī enim Pauli sententiā,
*santificatus est vir infidelis in muliere; & sanctifi-
cat a est mulier infidelis in viro. Quartum ex can.*

4.
Studentes
probabilit̄
bæc matri-
m̄ off̄ irrita le-
ges eccles.
Videtur 35. q. 6. vbi à Cœlestino I. statuitur, non
fore vxorem, quam contra prohibitionem Ec-
clesiæ quis duxit: *Nam quod contra interdictum*
*& ordinem Ecclesiæ factum est, tanquam inordina-
tum, ratum non baberi, tam diuina, quam hu-
mana legis proclamat authoritas. Alludit autem*
hic Pontifex ad l. Non dubium, c. de legib. in qua
definitur, Nullum pactum, nullam conventionem,
*nullum contractum inter eos fore ratum, qui con-
trabunt lege contrahere prohibente. Quod magis*
explicant: hoc est, ut ea qua lege fieri prohibentur,
si fuerint facta, non solam iniuria, sed pro infidelis
babeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum,
*non specialiter dixerit, inutile esse debere, quodfa-
ctum est. Sed et si quid fuerit subsecutum ex eo, vel*
*ob id, quod interdicente lege factum est, illud quo-
que cassum atque inutile esse præcipimus. Hæc lex*
quam imperatores volunt ad omnia extendi: ac
proinde cū contractus matri. cum infideli sit
saltem ab Ecclesia prohibitus, ex can. Iudei, can.
Cœue, can. Non oportet, can. Si quis indece 28. q. 1.
erit ut huius legis à Cœlest. I. approbatæ etiam
irritus.

Verū quia nullū ex his testimonijs expressè
irritat hæc matri. non est à communi sent. DD. *6.*
recedendum, qui vñanimiter docent, ea non esse
positiū lege scripta irrita, sed vsu tātū & tra-
ditione Ecclesiæ, quæ ab Apostolis creditur ori-
ginem duxisse. Siquidē Tertullia. qui proximus
fuit Apostolis tempore, huius rei mentionem fa-
cit toto lib. 2. ad vxor. Porro causa ea irritandi
fuit, tum periculū ab orthodoxa fide prevaricādi:
tum difficultas suscep̄tā problem bene pieq; edu-
candi: tū perpetua inter cōiuges discordiarū occa-
sio, ob Religionis diversitatē. Quæ, & alia per
plura recenset cit. Tertull. quibus è diametro op-
ponit bona, quæ in matri. inter fideles coniuges
esse solent. *Quale ingum fidelium duorum, unius spei,*
unius voti, unius discipline, eiusdem seruitutis? Ambo
*fratres, ambo cōserui, nulla spiriūs carnisue discre-
tio. Atquin verè duo in carne una, ubi caro una,*
*unius & spiritus, &c. Talia Christus videns & an-
diens gaudet. His pacem suam mittit. Vbi duo, ibi*
ac cōludit. L. 2. ad uxor.

Primum testim. intelligi potest de separatione
& dimissione quoad habitationem & thorū. Nee Ad primam
te moueant illa; *Quem in virū habere non poterat: scit,*
nam vt alijs, tā p̄t̄ interdum ab Eccles. scri-
ptoribus usurpat̄ pro deber. Secundum insuffi-
ciens est, quod dubium afferat, orthodoxā cū Iudeo
& pagano, ac cū hæretico copulandā non esse,
cūm omnes, tam Canonistæ, quam Theologî, si
vnum excipias Simancb. apud Ponti. conueniant,
matri. Catholicī cū hæretica non esse Eccles. iure
nullū. Eodē vitio laborat tertiu testim. ex Sexta
Syn. etiā canō cit. cū alijs ior. non sit ab ipsa cō-
ditus, sed ab Episcopis quibusd. extra synod. in usum. *Ad 3.*
Trullo, qui à loco Trullani can. dicti sunt, vt 10. 3.
concil. par. 1. pag. 224. neq; omnes à Sede Apostolica
cōprobatis; nec omnes Episcopi, qui interfuerunt
sextæ Synodo, eos cōdidérunt: nonnullis illorū
deficientib. sed ijdē, qui synodo interfuerunt: quia
nullus alijs præter eos. Quartū probat, quemuis
adū contra quācunq; Ecclesiæ prohibitionē, &
ordinationē factū, esse irritū; quod nec aduersa-
rius admittit: est n. cōtra cōmunem sent. & ex-
pressam Innocentij III. mentē cap. Ad Apostol. de
regul. Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint,
obstant roboris firmitatē. Quare dico, citatā Cœ-
lestini auth. intelligendā esse iuxta subiectā ma-
teriā agit n. ibi Pontifex de 2. matri. viuēte pri-
mā coniuge contracto. Quod addit: *Eisāsi primā negotiū*
*non haberet desponsatā, quia cōtra interdictū & or-
dinē Ecclesiæ factū est, non sit secunda eius vxor: ex-
plicandū est, non fore vxorē quoad vñum & adū*
*coniugalē, quo priuat̄ contra Ecclesiæ interdi-
ctū nubens. Sēpe n. vt suprācū Soto, vocant facti*
cān. non vxorem illam, cuius vñu & petendi iure
maritus priuat̄. Quo ad legē verò ciuilē ibi cit.
*quidquid sit, an ea vñuersaliter de quovis con-
tractu contra legē initio intelligenda sit, certe de*
matri. vñuersaliter intelligi non potest, sed de ijs
*tantum, qui in iure Can. cui in causis matri. stan-
dum est, exprimuntur.*

Infertur 1. malè Sotam in 4. dist. 39. q. vn. ar. 2. f. *10.*
his rāmen, ex eo quod possit infidelis conuersus
ad fidem cohabitare cum coniuge, in sua infideli-
tate adhuc manente, colligere, matri. fidelis cum in se fideli
infideli non esse iure diuino irritū: cūm possit ali-
quid dirimere matri. contrahendum, quod tamen trahendū, nō
non dirimit contractū: vt impotentia perpetua
coēundi impedit matri. ne contrahatur; quæ tamē
adueniens nō dirimit cōtractū. 2. Potifex potest
dispensare in matri. inter infidelē & fidelē. Quis
habet

Habet supremam potestatē dispensandi in omni iure humano, etiam ab Apostolis propriā authoritate tradito: cūm in hac potestate Pontificis authoritas non sit inferior Apostolorum, vt potè quæ illi immediatè à Deo collata est. Dixi, *propria authoritate*: nam quæ non suā, sed Christi authoritate Ecclesiæ seruanda Apostoli tradidissent, ad ea per se non se extendit Pontificis potestas, nisi in casibus, in quibus dispensatio censetur cōmuni animarū saluti, & publico Ecclesiæ bono expediens. Ceterū ius matrimonia fidelium cum infidelibus irritans, non esse Christi authoritate per Apostolos traditum, constat: eo quod Christus nullum de matr. præceptū tulit, sed illud suæ naturæ relictū euexit ad dignitatē sacramenti. Ex quo infertur, etiam si Ponifex absq; causa in huiusmodi matrimonij dispenset, validam fore dispensationem, validumq; matr. esto peccet, siue causā dispensando in eo, quod ius diuinum & naturale prohibet:

^{11.} *Mat. in duabus reuocatur*. 3. An indi, recens ad fidem conuersi, validē cū infidelibus matr. contrahant, eo quod inter illos non sit hæc consuetudo Ecclesiæ recepta? Ut consuetudo obliget etiam illos, qui de nouo trāseunt ad locū, vbi viget, non requiritur, vt sit seruata & recepta in loco, ex quo trāsitus; sed sufficit, vt sit legitimo tempore seruata in loco, ad quē transiit: sicut, vt lex scripta obliget eos, qui transiunt ad locū, vbi lex seruatur, non petitur, vt sit seruata & recepta etiā in loco, ex quo transiit: sed hoc ipso, quo quis ex uno loco, vel secta trāsitus in aliā, sit membrū illius loci, vel sectæ, ad quam transit: ac proinde naturæ lege tenetur se conformare moribus & institutis loci, ac sectæ, cuius sit membrū. Quin etiā legē aut consuetudinē ignorent, nihilominus inhabiles fiunt ad tale matr. contrahendū, ea ipsa die, qua fiunt pars Reip. Nam licet consuetudo, vt introducatur, debeat per actus manifestos & notos toti, aut maiori parti cōmunitatis legitimō tempore seruari; vbi tamen est introducta, ligat etiam ignorantes, non minus quam lex scripta. Loquor de cōsuetudine & lege, quæ penalē non est: nā hæc vt ad pœnā obliget, notitiam requirit; sed de regulatiua & directiua tantū boni cōmunitatis, cuiusmodi fere sunt omnes leges & consuetudines ad matr. spectantes.

^{12.} *Cōsuetudinis virtus.* Dubium 1. Affirmant. Probant 1. 2. Causa, ob quam consuetudine Ecclesiæ receptum est, vt matr. fidelium cum infidelibus sint irrita, militat in matrimonij Catholicorum cum hæreticis, nempe periculum perversionis à fide, difficultas suscepit problem pīe educādi, proxima ac perpetua occasio discordiarum: quæ causæ cō fortius militant in coniugijs cū hæreticis, quo in suis erroribus obstinationes sunt. Negat communiter Scholast. in 4. diff. 29. glossa later. in cit. cap. finale de conditi. appositis: rum ex cap. decreuit, de hæreticis, vbi Bonifacius VIII. supponit, matr. inter Catholicam & hæreticū initū esse validū, cūm vocet eos viros & vxores; solumq; statuat, hæretici bona esse confiscanda, non vxoris Catholicæ dotem, nisi scientes cum hæretico contraxisset. Tum ex can.

Tom. IX. De Matrimonio.

non oportet, vbi dicuntur valere matr. cū hæretico; si promittat se Christianū futurum: cūm tamen neque sub hac conditione valeat matr. fidelis cū infidelis. 3. nec illus est textus tale matr. irritans, vt constat ex allatis: nec vñus Ecclesiæ id obtinuit. Tum propter uitatem sacramenti fidei: tū ad tollenda dubia, & sedandas cōscientias: multa quippe matrimonia inter fideles contra dubia essent, cūm multi inter fideles sint priuati hæretici. Quæ causa non militat in infidelibus, qui vel cum fidelibus non conuiuunt; vel si conuiuunt, permittuntur manifeste cū fidelibus conuersari, eo quod ex eorū cōuersatione nullum impendat peruerisionis periculū, sicut ex hæreticorum cōversatione. Ad rationes oppositæ; et si aliqua causa in matrimonij cū hæreticis militet, quæ militat cum infidelibus, et tamen non obstante, Ecclesia prudenter iudicauit, non expedire ea matrimonia irritare, ob rationes allatas.

^{13.} Dubium 2. 2. An semper matrimonia cum hæreticis sint illicita, & ab Ecclesia prohibita? Conueniunt omnes, absque iusta causā non esse talia matr. licita: tū quia, vt supra, ea passim in concilijs generalibus & provincialibus prohibentur: tū quia etiam independenter à iure humano, id prohibet ius naturale & diuinum, ob causas supra. Solum discrepant, quæ causa sufficiat ad ea cō honestada? Sufficiens censetur 1. si hæretici vnam constituant Remp. cū Catholicis, ut in multis Germania, Gallia, Polonia partibus facitatur. 2. si cohoneste id matrimonium cessent causæ allatæ, præsertim periculū peruerisionis à fide, & difficultas suscepit prolis Catholicè educandi. 3. si affulget spes conuersationis alterius coniugis ad fidē: quā causam frequenter assignant concilia, & Canones citati. 4. vbi cōsuetudine receptū est, & ab ipsis Prælatis videntibus & scientibus toleratum. 5. ad pacem inter principes componendā. In his tamen omnibus semper abesse debet peruerisionis periculū, quod ceteris omnibus præponendū est. Multo minūs tolerandum est, vt Catholicus cum hæretica eo pacto contrahat, vt filiarum educatio pertineat ad matrem, filiorum ad patrem: nam hoc esset cūdenti periculo exponere problem ab hæretica educandam. Dices: cūm matr. inter Christianos initum, non solum habeat rationem contractū, Non sed etiam sacramenti; & cum hæretico initum difficile nequeat esse sacramentum, numquam id poterit esse licitum, sc. matr. eo fine frustrate, ad quem fuit à Christo eleuatum. Nam ad validitatem sacramenti requiritur implicita saltem voluntas faciendi, quod facit Ecclesia: sed coniuges hæretici, qui sunt ministri huius sacramenti, nequeunt hanc intentionem habere, cūm expressè negent matr. esse sacramentum, sed purum contractum humanum. Resp. matr. Catholicus cum hæretica Expeditur, habere posse rationem sacramenti: quia hæreticus cum hoc priuato errore habere potest universalē intentionem faciendi, quod fecit Christus, aut vera Ecclesia, et si erret, quæ sit vera Ecclesia. Ad quam intentionem habendum semper disponendus est coniux hæreticus contrahens cū Catholicā, ne matr. debitā ratione sacramenti frusteretur: esto respectu coniugis hæretici sit informe, propter obicem subiecti: poterit tamen esse formatum respectu Catholici, si nullū repugnat in subiecto impedimentum. Neque tali casu peccat Catholicus ministrando hoc sacramentū Non peccat alteri coniugi indigno: quia hoc potest ex iusta causa honestari, & Catholicus potest habet chot. iure suo vivendi. Nec est eadem ratio de eo, qui

T 2 simplicis

simplicis castitatis voto astricte debitum reddit: nam hoc casu nequit actus, cui coniux dabitum reddendo cooperatur, hic & nunc bene fieri, cum non pendeat à voluntate petentis, ut hic & nunc se à voto libertando, licet petere valeat: sicut à voluntate hæretici pendet, ut hæresim detestando, licet possit hoc sacramen. à Catholico coniuge sibi ministratum suscipere. Quanquam, ut infra, nec semper peccat qui illicitè petenti debitum reddit. An matrim. inter infideles infidelitatis tempore contractum, altero coniuge ad fidem conuerso, dissoluatur, & quo pacto, disp. 2. s. 3. sequitur impedimentum de vi: de qua supra, cum de cōsensu libero; vbi probabilior sent. vim, si libertate omnino non tollat, aut grauem metum in constantem virum cadentem, non ipso naturæ iure, sed Eccles. lege fundata in iure gentium, matrimonia irritare.

DISPV TATIO XXII.

De impedimento ligaminis.

^{1.}
Au ligamen
dirimat ma-
trim.

CE R T A sent. est, ligamen, quod est vinculum matrimonij constantis, etiam si consummatum non sit, dirimere quocunque matrim. subsequens, etiam carnali copula consummatum ut definunt Gregorius IX. cap. penult: desponsal. Alex. III. cap. licet, & Innocen. III. cap. finali, desponsa duor. vbi Pontifex corrigit abusum, qui in ciuitate Murinensi inualuerat. vt, si quis aliquam sibi per verba de præsenti despôsisset, & ante carnalem copulam cum alia contraxisset, ea sibi in vxorem adjudicanda foret, quam primò cognouisset. Huius veritas constat disp. 1. s. 2. & 3. vbi ostendi, matrim. semel contradū, iure diuino esse indissolubile, saltem priuato coniugum consensu: item polygamiam, & repudium esse à Christo in lege Euang. sublata, & vt matrimonio in sua primæva natura & institutione considerato, aduersa, prohibita: quibus positis, sequitur, constante primo matrim. irritum esse secundum, ac proinde ligamen esse impedim. dirimens. Argumenta contraria ab auth. Patrum, & concil. petita, optimè soluuntur à Ferdin. Mendoza, quem sequitur Pontius lib. 7. cap. 52. sc. concilia & Patres qui dimissa priori uxore propter adulterium, secundas nuptias innocentiter permittunt, loqui secundum leges sœculares, quæ huiusmodi nuptias permittunt, vt constat de Valentiniano seniore, & Iulio Cœsare: quorum illæ legē tulit, licere cuilibet plures habere uxores: hic eandem legem promulgari curauit, teste Socrate, & Sueton. apud Sanch. disp. 80. & in iure præter uxorem permittitur concubina. Patrum & concil. mēns colligitur ex eorum dictis: Non enim, inquit Laetan. lib. 6. cap. 23. sicut publici iuri ratio est, sola mulier adultera est, qua habet aliū: maritus autem eti plures habeat, à crimine adulterij solutus est. Sed diuina lex ita duos in matrimonium, quod est in corpus unum pari iure cōiungit, ut adultera habeatur quisquis compagem corporis indiuersa distraherit. Vnde concludit, secundum legem diuinam, tam adulterum esse, qui à marito dimissam duxerit, quam qui præter crimen adulterij uxorem dimiserit, ut adulteram ducat: Dissociari enim corpus & distrahi Deus noluit. Nec te moueat, quod dicat, præter crimen adulterij, quasi hoc titulo adulterij licet viro, uxore dimissa, aliam ducere:

^{2.}
Catholicæ
veritas affir.

^{3.}
Laetani clausus sensus.

intelligit. n. de dimissione quo ad thorū: alioqui non cohærenter ad ea, quæ paulò antè dixerat, legem diuinam utrumque parti iure coniugem ad fidem adstringere. Eadem habet Basili. epist. I. ^{4.} ^{Basilij aucto-} Ad Amphibloch. can. 9. Domini dictum secundum ritas manus- sententia consequentiam ex aquo & viris & mulie- fitta. ribus conuenit, quod non liceat à matrimonio disce- re, praterquam propter fornicationem. Consuetudo autem non ita habet (intellige legibus sœculari- bus inducta) sed in mulieribus quidem muliū ac- curatè & diligenter obseruari inuenimus, cum Apo- stolus quidem dicat: Quid qui adharet meretrici, si unum corpus: Ieremias autem: Quodsi fuerit mulier cum alio viro, non revertatur ad virū suum, sed polluta polluatur. Et rursus: Qui habet adul- teram, stultus est & impius. Consuetudo vero etiā adulterantes viros, & in fornicationibus versantes iubet à mulieribus retineri. Quare que cum viro di- misso cohabitat, nescio an possit adultera appellari (loquitur iuxta legem sœculi aut fori, vt supra) crimen enim hic attigit mulierem, qua dimisit. Quā nam ob causam à coniugio decessit? si enim pulsata & verbera non ferens? pati satius erat, quam à coniuge separari: Sine iacturam in pecunijs non fe- rens; nec ipsa est iusta excusatio. Sin autem quod ipse viuat in fornicatione, non habemus hanc ob- seruationem in ecclesiastica constitutione. Cocludit: Quare que reliquit est adultera, si ad alium virum accessit: Qui autem relinquit, est dignus venia, & quæ ei cohabit. Non ideo condemnatur, si vir, qui ab uxore discessit ad aliam, sed ipse adulter, quoniam facit eam adulterari, & quæ ei cohabit, est adul- tera, eo quod alienum virum ad se traduxit. Hæc Basili. iuxta consuetudinem per leges ciuiles in- ductam, vt constat ex illis; Non habemus hanc obseruationem in Ecclesiastica constitutione.

Eadem ferè August. lib. 1. de nuptijs & concup. ^{5.} c. 10. Huius proculdubio sacramenti res est, ut mas ^{Augustinus} & fœmina connubio copulati, quamdiu viuunt, inse- parabiliter perseverent: nec liceat, excepta causa fornicationis, à coniuge coniugem dirimi. Cuius sa- cramenti tanta obseruatio est in Ecclesiâ Christi, quibusq; fidelibus coniugatis, qui sine dubio membra sunt Christi, ut cum filiorum procreandorum causâ, vel nubant fœmina, vel ducantur uxores, nec steri- lem coniugem fas sit relinquere, ut alia secunda du- catur. Quid si quisquam fecerit, non lege huius seculi, vbi interveniente repudio, sine criminè concedi- tur, cum alijs alia copulare connubia.

Ex his sensus illius, 32. q. 7. ex Ambro. in ad Corinth. 7. can. Vxor à viro non discedat, nisi causa fornicationis. Quodsi discesserit, aut maneat innu- pta, aut reconcilietur viro suo: & vir similiter non dimittat uxorem. Ideo non subdit de viro, quod de uxore promisit; quia viro licet ducere aliam. Non n. sensus est, quod viuente uxore propter adul- terii dimissa, liceat viro aliā ducere; sed ut glossa præmotuâ adulterâ: vel certè loquitur secundum leges ciuiles, vt constat ex 32. q. 4. sumpto ex eod. I. 1. de Abraham cap. 4. can: Nemo blandiatur sibi de legibus hominum: omne stuprum adulterium est: ne cuiro licet, quod mulieri non licet: eadem à viro, quæ ab uxore, debetur castimonia. Quidquid in ea, quæ non sit legitima vxor, commissum fuerit, adul- terij criminè dñetur. Et ex 33. q. 2. sumpto ex eod. in Luc. 16. can. An quod in subditos nefas est, in com- parefas est? dimisis ergo uxore quasi sine cri- mine, & putas id tibi licere, quia lex humana nō pro- babet? Sed diuina prohibet. Qui hominibus obseque- his mēs Pa- ris, Deū verere: audi legē dominis, cui obsequiūtur, etiā trum. quæ leges ferunt: quod Deus cōiunxit, homo nō separat Qualis.

Qualis certitudo requiratur de obitu coniugis, ut superstes possit matrimonium inire?

Certitudo aliquare quia- **R**equiri aliquam certitudinem, certa est sent. idque definitur *in viro que iure*: nam et si in antiquo ciuili sufficiebat absentia quinquennalis l. *Vxores ff. de dinor. vel quadrien. vxor c. de repudijs*, hoc tamē contractum est nouo iure *Anthen.* ut *Anthe. hodie c. de repud. vbi statuitur, nō posse vxorem ad 2. nuptias transire, nisi certa sit de obitu viri*. Iuri ciuili concordat canonicum *Qualisq. cap. In Praesentia de sponsal.* Difficultas est, qualis, & quantā debeat esse hæc certitudo. Authen. cit. requirit, ut *vxor per se, vel per aliū audeat eū sub quo ipius vir militabat, & scripto cum iamento testetur, eum esse mortuum*; & non nisi post elapsum annum nubat. Qui vero aliter fecerit, tam ipsa, quam ipsius maritus erunt ut adulteri puniti. Alij ex auth. *Innocent. III. cap. quoniā 9. Porrò, ver. Si vero, ut lite non contestatā, vbi Pontifex decidit, quod si de carnali coniugio sit agendum, tam diu alteruter coniugum expelletur, donec de ipius obitu verisimiliter præsumatur*; volunt ve sola verisimilitudo, seu probabilitas de morte coniugis sufficiat ad transeundum ad 2. matr. Explicat autem glossa *to Praesumatur*: *ff. senex erat; si in acie fuit, & non redi, si litteras illorum recepi, cum quibus militauerat. Vnde concedit, qui sic contrahit, excusari ab adulterio, etiam si coniux viuat, propter ignorantiam: quia sine dolo adulteriū non committitur, ut ex sent. Saluij definit Caius Iuriscons. l. penult. ff. de adult.*

Alij moralem certitudinem desiderant, fundati in auth. *Clemen. III. & Lucij III. ille cap. in praesentia de sponsa. hic cap. Dominus de 2. nuptijs, prohibet, ne superstes ad 2. nuptias transire, donte certus sit de morte sui coniugis. In hanc sent. inclinant communiter DD. Porro certitudo, quam*

Citius nun- **citati Pontifices** requirunt, est, ut ea per certum nuncium constet: non quod solus nuncius sufficiat, cum in nulla causa vnius testimonium, etiam cum iuramento depositum, sufficiat ad plenam probationem faciendam, vt l. *Juris iurandi c. de testib.* statuit *Constantinus Imp. & Alex. III. c. licet de testib.* sed adiunctis alijs adminiculis, quæ arbitrio Iudicis plenam faciunt de morte coniugis probationē: si alijs testes testentur, hoc ipsum se ab alijs fide dignis audiuisse: si fama currat per maiorem ciuitatis, aut oppidi partem: si litteræ priuatorum ad priuatas personas missæ sint, eandem mortem contestantes. Quid si ob loci distantiam, maior probatio, quam vnius nuncij haberi non possit? Negant eo casu aliqui, matr. 2. contrahi posse. Affirmat probabiliter *Sæcb. lib. 2. de matr. disp. 46. nn. 12.* considerat à qualitate personæ attestantis, & constantiā ac verisimilitudine verborum.

Coroll. de fama.

Inferrit 1. Sola fama alijs adminiculis destituta non sufficit: quia fama, ut eam definit *Barth. in l. De minore ff. de quest.* est communis opinio voce manifestata ex suspitione proveniens: quippe quæ plerumque oritur ex vana vulgi opinione, qui re non examinat: statim effutit, quod sine fundamento concepit: sed præter famam publicam requiruntur duo minimum testes omni exceptione maiores, qui testentur, se à talibus, vel talibus fide dignis audiuisse, ita ut cum fama plenam possint probationē facere. **2.** Invalidū esset matr.

Tom. IX. De Matrimonio.

2. viuente priori coniuge, etiam si contractum sit cum prævia certitudine de morte prioris coniugis. Ratio: Ecclesia per hæc certitudinem de morte prioris coniugis, quam seruandam præscribit in 2. matr. non præjudicat, nec præjudicare potest iuri à priore coniuge acquisito & indissolubilitati matrimonij, quam tum à iure naturali, tum à diuino habet: ergo etiam ea certitudine teruata, si re ipsa prior coniux viuit, matr. 2. est irritum: cit. c. *Dominus, de 2. nuptijs, & can. Cùm per bellicam 35. q. 2.* Quod verum est, etiam si primū matrim. non fuerit carnali copula consummatū. Nam et si in quibusdam casibus possit Pontifex matrim. ratum non consummatum dirimere, ut *suprà*, hoc tamen casu, quidquid sit, an illud dicitur intentione possit, saltem intentionem illud dirimendi non habet, cùm hæc debeat exprimi: quin oppositū expressè indicat, dum districte prohibet, ne ad 2. nuptias transire, nisi certò constet de obitu prioris coniugis, de cuius vita si postea cōsideret, præcipit, revertendum esse ad priorem coniugem.

An è contrario validum sit secundum matrem. etiam priore coniuge mortuo, non habitâ de illo mortalî certitudine ab Ecclesia præscriptâ de illius obitu. Ratio affirm. hanc moralem certitudinem non præscribit Ecclesia, ut necessariam conditionem, sine qua matr. sit irritum, cùm nullum sit in civitatibus iuribus verbum irritatorium: & standū semper est pro validitate contractū, vbi de contrario expressè non constat. Et urgetur: *Vrgetur for- cit. c. Dominus, Lucius III. decidit, Si aliquis, vel eius,* aliqua de morte prioris coniugis adhuc sibi existimat dubitandum, ei quis sibi nupsit, debitum non denegat postulanū: quod à se tamen noverit nullatenus exigendum. Ergo secundum matrem, cum dubio de morte prioris coniugis contractum, non est irritum: alioqui non potuisset Pontifex præcipere, ut dubius debitum postulant redire. **3.** Solvitur: cependum, tale matr. non fore validum. Ita communiter: tum ex fine huius Eccles. prohibitions: quiet, vitare adulteria, quæ facile committerentur, nisi hæc moralis certitudo de morte prioris coniugis, ante matr. 2. præmittenda fore: tum ex iniustitia, quæ contra priorem coniugem committeretur, si eius morte iuridicè non examinata, statim ad 2. nuptias transire: habet n. coniux etiam mortuus præsumptum ius, ut quandiu de sua morte iuridicè non constat, nequeat superstes ad 2. vota cōuolare. Hinc sequitur, nouum præstandum esse consensum per verbā de præsenti expressum, si matrem, sine morali conditione certitudine de morte prioris coniugis initum sit, cùm illud fuerit inualidum, ut potè destitutum conditione ad ipsius valorē ab Ecclesia requisita.

Ad 1. ration. affir. esto hoc expressè non habetur, colligitur tamen ex fine, propter quem certitudo hæc de obitu prioris coniugis ab Ecclesia præcripta est. Ad 2. affigunt regula locū habet, quando de inualiditate contractū aliunde non constat. Neque hīc etiam valet alia regula, quod matrem. sit res fauorabilis: nam hīc agitur de validitate 2. matrem. in præjudicium prioris, quod ratione possessionis præualeat posteriori nondum contracto. **Ad 3.** ex cap. *Domini nūs in fr.*

Inferrit 3. hanc moralem certitudinem non solum requiri, ut ecclesia possit facultatem concedere tale matr. in eundi, sed etiam ut ipsi contrahentes illud inire valent: contra nonnullos à *Sanch. qst. lib. 2. de matr. disp. 46. n. 5. excitatis*

T 3

cap

cap. In presentia & Dominus; in quibus hæc moralis certitudo æque connectitur cum Ecclesia facultatem concedente, ac cum ipsis contrahentibus. Nec sat erit, illam in uno tantum contrahentium reperiri, sed debere esse in utroque, ex ijsdem textib. 4. Non requiri, vt hæc moralis certitudo scripto, vel iuramento deponatur, sed sat fore, si voce tantum affirmetur à viris fide dignis: Nec minus desiderari, vt post habitam certitudinem, expectetur per annum: neutrum quippe horum à iure cano. cui in causis matrimonii standum est, desideratur: nam certus nuncius, quem Clemens III. cap. In presentia, de sponsis desiderat, adhuc esse potest, etiam si per litteras non significet, sed voce tantum, iunctis alijs adminiculis, de quibus supra.

17.
Concordia
canonum.

Cæterum citati can. sibi contrarij non sunt, vt non nulli putant. Nam quod in uno hæc moralis certitudo explicatur per certum nunciū, in alio significatur per præsumptas verisimilitudines: quæ, ut glossa in cit. cap Quoniam, lite non contestata tō præsumatur, explicat, debent esse violentæ, quæ simul cum tempore, quod recipiatur exspectandum, sufficient ad plenā probationem faciendam; & propterē dicuntur probations, aut præsumptiones violentæ, quia vim inferunt intellectui ad consensam præbendum. Usus est autem ibi Pontifex verisimilitudine, non vt ea distinguitur à morali certitudine, sed ab euidenti scientiā, quæ nec semper haberi potest, nec necessaria est ad talem affectum.

18.
Dubium 1.
Rationes
matrim.

DUBITATVR 1. An secundū ius cano. possit vxor vt adultera à viro dimitti, quæ sine morali certitudine ad 2. nuptias conuolauit? Ratio affir. hoc ipso, quod sine requisita certitudine de morte prioris coniugis contrahit, inualidē contrahit: proinde siue petat, siue reddat, adulteriu cōmitit. Ratio neg. adulteriu non cōmititur, nisi ex dolo: vbi autē est ignorātia, etiā vincibilis, dolus nō est; sed summū negligentia culpabilis, quæ nequit dolo comparari, qui latam requirit culpā. Cōfir. ex cit. c. Deminus, de 2. nuptijs, vbi supponit Pontifex, matr. 2. esse cū dubio contractū, & tamen illud nondānat vt adulteriu. Resp. si coniux, quæ de morte priori coniugis dubia cōtraxit matr. 2. erat gnara iuris, adulteriu commisit; nā hoc ipso sciebat, tale matr. esse nullū: sin autē erat ignorātia iuris, adulteriu non commisit, esto peccauerit sic cōtraheñdo, exponendo se periculo adulterandi: hoc autē ad adulteriu non sufficit, sed requiritur certa scientia de nullitate matr. quam habet, quæ gnara iuris est; nam hoc decidit, tale matr. esse nullū; proinde cum certa scientia de nullitate matrimonij carnalem copulā exercet. Cæterum

20.
Nota casu. in sent. afferente, non esse in iure certum, matr. 2. sine morali certitudine de morte prioris cōiugis contractum, esse nullū, etiā quæ gnara iuris sic contraheret, non esset adultera: quia nō esset erra, quod tale matr. cū dubio de morte prioris coniugis cōtractū, in iure esset irritū. In praxi autem difficile posset talis, vt adultera damnari: tum quia foemina non præsumitur gnara iuris: tum quia opposita sent. affirmans, hoc non esse iniure certum, sua probabilitate non caret.

Ex dictis patet ad rationem affirm. Ad rationem neg. nego minor. quia cū eo casu tenetur mulier diligentiam facere de morte sui coniugis, hoc ipso quod illam omittit dolosè ageret: dum certa esset de nullitate matrimonij, si cum tali dubio illud contraheret: proinde non posset ab adulterio excusari. Esset tamen

eo casu probandum, quod mulier id fecit gnara iuris: quod probare incumbet viro vt auctori. Ad cap. Dominus dictum supra.

2. An sit validum matrimonium. 2. si tantum contrahenti sit certa mors prioris coniugis? Ratio affirm. ex cit. cap. Dominus, vbi dicitur, Dubius de morte prioris coniugis non posse petere, teneri tamen reddere debitum alteri petenti. Supponit ergo Pontifex, tale matrimonium. cum dubio vnius contrahentis, & certitudine alterius de morte prioris coniugis initum, esse validum: nam quando matrimonium est nullum, non potest debitum licet redi. Dico, tale matrimonium fore irritum, ex illa reg. quod matrimonium non potest claudicare: cū n. o. essentialiter petat mutuum consensum legitimū utriusque in alterum, per verba de præsenti expressum, essentialiter requirit utramque personam ad legitimū consensum præstandum habilem: qui autem dubius est, de morte prioris coniugis, non est habilis ad legitimū consensum coniugalem præstandum: nam donec fiat moraliter certus, ex dispositione iuris inhabilis est ad matrimonium. 2. contrahendum. Confirm. Qui cum aliquo impedimentum dirimenterē matt. contrahit, inualidē contrahit, etiamsi in altero nullum sit impedimentum. ergo qui dubius de morte prioris coniugis contrahit matrimonium. 2. inualidē contrahit, etiamsi alter sit certus; cū non minus dubium de morte prioris coniugis ex instaurione Ecclesiæ reddat dubitantem ad matrimonium. 2. inhabilem, quād quocunque aliud impedimentum ex iure positivo dependens. Nimirum vt hoc impedimentum dirimat matrimonium. 2. non requirit, vt re ipsa prior coniux viuat, sed vt cum dubio de ilius vita contrahatur, esto à parte rei non viuat: ac proinde etiamsi alter sit certus, modò unus sit dubius, matrimonium erit nullum, quia est contrahendum cum impedimentum dirimenterē affidente unum ex contrahentibus.

Ad cit. cap. Resp. vel illud intelligi de dubio accedente post contractum matrimonii. nam conceputum antē nostro casu dirimit matrimonium. quia ex constitutione Ecclesiæ reddit dubitantem inhibet post inha- bilem ad legitimū coosensum præstandum: matrimonium. 2. conceptum vero post solū tollit ius perendi à dubitantem debitum: Vel de dubio ante matrimonium. concepto ab ignaro iuris: nam qui ignorat, an qui dubius de morte prioris coniugis contrahit matrimonium. 2. inualidē contrahat, etsi re ipsa matrimonium nullum sit, quamdiu tamen sibi certum non est, matrimonium. cum tali dubio contrafactum esse nullum, tenetur debitum reddere, ne defraudet alterum coniugem bona fide ius suum possidentem. Sicut qui contrahit cum impedimentum dirimenterē, vel omnino ignorato, vel non purato taliter, etsi matrimonium. re ipsa nullum sit, quamdiu tamen id sibi certò non constat, tenetur reddere petenti, ne alterum coniugem iure bonâ fide acquistito priuet. Dixi, Juris ignoratio: nam qui est ignorans iuris, non posset tali casu debitum petenti reddere, nisi oppositam sententiam. 2. bīlē oppositum dubio de morte prioris coniugis contractū, sīt. An possit non eo ipso fore lege Ecclesiæ nullum, sibi vt probabilem persuaderet: quia tunc iuxta hanc opinionem non esset certus, sed tantum dubius de matrimonio nullitate; ac proinde, licet vt dubius petere non posset, tenetur tamē petenti reddere. Hanc resp. colligo ex 34. q. 2. sumpto ex August. lib. de fide & oper. cap. 7. can. Si virgo nesciens viro nupserit alieno; hoc si semper nesciat, nunquam ex hoc erit adultera. Si autem sciāt, iam ex hoc incipiet, ex quo

23. Explicatio amplius.

Sibi persuadere probabilem persuaderet: quia tunc iuxta hanc opinionem non esset certus, sed tantum dubius de matrimonio nullitate; ac proinde, licet vt dubius petere non posset, tenetur tamē petenti reddere. Hanc resp. colligo ex 34. q. 2. sumpto ex August. lib. de fide & oper. cap. 7. can. Si virgo nesciens viro nupserit alieno; hoc si semper nesciat, nunquam ex hoc erit adultera. Si autem sciāt, iam ex hoc incipiet, ex quo cum

Sent. canonica. **26.** *Certus de nullitate matrimonij de debito.*

cum alieno viro sclens cubauerit. Et ex cap. Inquis. defens. excomm. vbi Innocent. III. definit, qui certus est de matrimonij invaliditate, etiam si per excommunicationem comellatur debitum reddere, debere potius excommunicationis sententiam humiliiter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. Qui verò ex credulitate probabili & discreta, quamvis non evidenti & manifesta, debitum reddere potest, postulare non debet.

27. *Veritas def. huius ab eod. bonis.* *Constat hic,* quod dubius de valore matrimonij ob quodcumque impedimentum non possit petere ante adhibigam diligentiam: tenetur tamen reddere alteri certo de valore matrimonij. Ita Innoc. III. cit. cap. Inquis. de dubio distinguit: Si ex lexi & temeraria credulitate dubitet, et ex consilio sui Pastoris explosa, licet posse non solum reddere, sed exigere: si ex credulitate probabili & discreta, quamvis non evidenti & manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet: ne in alterutro, vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conscientia, committar offendam. Ratio & possessio dubia non dat ius

Ratio primi. vtendi re possessa, tom. 5. de iure disp. 16. sect. 5.

Confit. in dubio potior est conditio possidentis: at in tali dubio possessio stat pro lege Eccles. irritante matt. que certa est, quoad impedimentum ius; dubium vero est, an huiusmodi impedimentum de facto intercedat: ergo standum erit pro lege.

Secundi. Dubium autem unius nequit praividicare certa possessioni alterius, cum semper possessio certa proualeat dubia, ideo tenetur reddere alteri de matt. valore certo. Quod si post adhibitam sufficiente diligentiam, adhuc coniux dubius habet, neque potest conceptum dubium vincere, non solum tenetur reddere, sed etiam petere potest. ita Sanch. l. 2. disp. 41. n. 46. quia facto diligenti examine, possessio confert ius utendire possessa: co enim præmisso, possessio stat pro dubitante.

28. *Quid si virgine dubuerit.* Infertur 1. Vtique dubitante, neuter ante adhibitam diligentiam potest petere, ex pread. coroll. ne credere; quia tali casu neuter ius habet petendicūm dubia possessio ius non cōferat: vbi autem cessat ius petendi, cessat debitū reddendi. Ita Sanch. cit. n. 55. Dixi, ante adhibitam diligentiam: nam si post eam, vtique adhuc maneat dubius, vtique & petere & reddere potest, vt preced. n.

29. *Dubio de valore matrimonij personis certis uero.* Infertur 2. dubio de valore matrimonij debitum petenti, non teneri coniugem certum reddere, posse tamen, non tamen semper. Primum probat Sanch. disp. cit. fine: dubius non habet ius petendi; ergo nec alter debitum reddendi. Sed contraria: licet dubius tali casu non habeat ius petendi, alter tamen de valore matrimonij certus habet debitum reddendi: ac proinde in ejus sent.

putantis, illicite petenti teneri exactū reddere, tenebitur non secus ac certus se rem alienā poscidere, tenetur eam domino reddere, etiam si dominus dubius illam petat: quia dubium in petente non tollit debitum in altero, qui de re aliena certus est. Ratio igitur est: saltem ex iustitia non tenerur debitū reddere illicite petenti: qui autem dubius de valore matrimonij petit, illicite petit. Dices: qui dubius de re sua, illam à potestate petit, illicite petit, quia contra ordinem iustitiae illam petit; & tamen tenetur possessor eam restituere: ergo dubio de valore matrimonij petenti, tenerur coniux certus reddere. Nego conseq. nam contraactus matt. non obligat coniuges ad debitum reddendum illicite exactum; cùm vi matrimonij non se obligauerint, nisi ad copulam licite petitam. At qui possidet rem alienam, tenetur illam domino restituere, etiam non petitam. Neque ei occasionem peccandi præberet, cùm illam cum dubio acceptet: nam hoc ipso quod exactus eam restituit, petens habet certum fundam. iudicandi, illam esse suam, cùm nemo velit se suis rebus spoliare. At qui certus de valore matrimonij actum coniugalem dubio petenti reddit, occasionem illi præbet illicitum actum exercendi. Neque ex eo quod exactus debitum reddit, exigens habet certum fundam. iudicandi, matt. esse validum: cùm exactus debitum reddendo nullā re se priuet; & alioqui ad usum coniugij natura est prona. Tenetur tamen eo casu coniux certus informare coniugem dubium de validitate matrimonij: quo dubio deposito, tenetur certus reddere: eo verbū non deposito, tenetur ipse certus petere, cùm non pecet dubius reddendo coniugi de valore matrimonij certo. Quod si adhuc dubius urget, vt

Potest non sequi per ea.

Infertur 3. vtique coniuge de valore matrimonij dubio, neuter tenetur alteri reddere, etiam de continentia periclitant. Quia tali casu ob dubium matt. redditio est per se illicita. Nec fieri potest licita ad evitandum peccatum incontinentiae in coniuge: cùm nulli sit licitum, exercere actu malū propter evitandum peccatum in altero. Quid si dubius periclitetur, & alter sit certus; vel contraria Resp. in 1. casu teneri coniugē certum debitum petere à dubio periclitante, non ex iustitia, sed ex charitate ad impediendum peccatum petentis. In 2. cùm periclitans, vt potest de valore matrimonij certus, licite petere possit à coniuge dubio, tenetur, ne peccato succumbat, ipse debitū petere, & dubius tenebitur reddere.

Asia est ratio ligaminis ex voto castitatis, quod relinquit certū matt. & certū vtrīmq; vinculum; integrā obligationē reddendi ex iustitia: si vterq; coniux voto castitatis aut alio impedimento sit ligatus, neuter petere potest, quia vterq; priuat utre petendi: neuter ex iustitia tenetur ad debitū reddendū: quia vterq; exactus tenetur lege charitatis peccatum exigētis impediare, negando debitū, ad quod neuter habet expeditū ius: potest tamen reddere ex iusta causa: cùm ius reddendi habeat ex vi validi matt. nec hoc tolli potest per impedimentum voti, aut per peccatum coniugis exigentis; vt infra d. 26. n. 20. & seq. quo iure reddendi prorsus caret coniux de nullitate matrimonij certios per impedimentum ligaminis.

DISPVTATIO XXIII.

De impedimento publicæ honestatis.

Publicæ honestatis iustitiae impedimentum à S. Tho. in 4. dist. 41. qu. un. art. 1. qu. 4. Richard. art. 1. qu. 3. Durand. qu. 2. nn. 4. Palud. qu. 2. art. 1. concl. 1. Argent. qu. un. art. 1. Suppl. Gabriel. qu. un. art. 1. not. 2. &c. Schol. definitur, propinquitas ex sponsalibus proueniens robur trahens ab Ecclesia institutione propter eius honestatem. Per priora verba exprimitur causa formalis, quæ est coniunctio seu vinculum, simile vinculo affinitatis, debilius tamen illo: quod illud ex copula carnali, quæ fortius strinxit; hoc ex sponsalibus, quæ solum disponunt ad copulam coniugalem, oritur: simul etiam indicatur causa originaria, ex qua hoc vinculum ortu dicit. Per posteriora, causa efficiens, quæ est Ecclesia, quæ suâ lege hoc impedimentum induxit. Per postrema, causa finalis, propter quam inductum est, quæ est iustitia publicæ honestatis. Ut enī rectè monet Modestin. Iuriscons. t. Semperff. de ritu nup. in matrimonij contrahendis, non solum quid liceat, considerandum est, sed & quid honestum sit. **A**equum n. est ut qui per sponsalia, quæ inchoatum mitem sunt, iunguntur, ne publica honestas & iustitia laxdatur, arceantur à coniugio cum consanguineis sponsi. Nam licet hoc non sequatur ex natura rei, alioqui reperitur etiam inter infideles, rationi tamen consentaneum est. Statuitur hoc impedimentum. cap. Iuuenis, cap. ad audien. cap. sponsam, de sponsal. & cap. list. de spons. impub. & cap. un. de sponsal. in 6.

Cum affinis nullis. Dixi, cum consanguineis: quia cum affinibus non prohibentur: cùm nec coniux prohibetur contrahere cum affinibus coniugis. Nota, non prohiberi, consanguineos unius sponsi contrahere cum consanguineis alterius sponsi, sed utrumque sponsum cum consanguineis alterius sponsi, cap. continebatur, de spons. impub. Si puella infra nubiles annos alicui de sponsata fuerit, non licet alicui de consanguinitate ipsius, cui de sponsata fuerit, eam ducere in uxorem: nec fas est eis de sponso de consanguinitate sponsa, sibi aliquam copulare.

Dubium. Mouet dubium disp. 68. nn. 4. Sanch. An hoc impedimentum comprehendat etiam consanguineos illegitimos, ut filios, qui in iure, ne quidem naturales filii dicuntur. **A**uthent. ex complexu de incestis, & iurislibus nuptijs. Affirm. parte in cum Couarr. 4. decret. p. 2. cap. 6. §. 2. nn. 1. decidit Sanch. quia lex in hoc impedimentum. solum attendit ius naturale, quod in consanguinitate legitimis & illegitimis est idem.

2. **D**e sponsal. certa praenotanda. Cùm autem hoc impedimentum pendeat à validitate sponsalium; ad hoc requiri t. nota, ut promissio sit reciproca. Vnde non sat est, ut unus promittat, acceptante altero; sed ut vicesim alter re promittat: rursumque qui promisit, alterius re promissionem accepteret: ut in matrimonio, uterque debet & promittere, & promissionem mutuo acceptare: quamquam ex communiori in contractu matr. promissio implicitè includit acceptationem; & vice versa, acceptatio re promissionem: cùm nequeat corpus unius contrahentis maritali consensu ab uno tradi, vel ab altero acceptari, nisi in ordine ad legitimum acum generationis, qui mutuam utriusque corporis traditionem, & acceptationem postulet. Ex his ideo, non sunt sponsalia, reciproca promissio & ac-

ceptatio de sposalibus contrahendis, sicut non est matrimonii reciproca promissio & acceptatio de contrahendo matr. nec est votum religionis, votum de voto religionis emittendo: nec vela promissio de re facienda est res ipsa, quæ facienda promittitur, licet & quæ obligat.

2. Requiritur, ut promissio sit perfectè libera, non modò ex deliberato cōsensu procedens, sed etiam libera à coactione, & metu in constantem virum cadente, cap. Veniens, & cap. gemma, de sponsal. & cap. un. de sponsal. in 6. vti Bonifacius VIII. declarat, sponsalia defactū consentitus esse nulla, eaquæ sola esse inefficacia ad impedim. publicæ honestatis inducēdum. Ratio: cùm sponsalia sint de re maximi momenti vti est seria promissio de statu futuræ vitæ incundo, ex iustitia sub mortali ad sui obseruantiam obligans, perfectum desiderant consensum. Et quamvis consensus graui metu extortus, ad obligandū, etiam sub mortali sufficiat: ratio tamē efficaciter probat, ad iustè & connaturaliter se sub mortali obligandum in re tanti momenti, qualis est promissio & acceptatio status futuræ vitæ, qui per sponsalia de praesenti spondetur, debere esse ab omni coactione, & metu libertum: maximamq; sibi iniuriā inferri, si cogatur, talem consensum non ex perfecta libertate præstatē. Vnde meritò Ecclesia huiusmodi sponsalia positivā suā lege irritat, et si iure natuz, vt suprà irrita non sit.

Ex his infertur, non fore valida sponsalia ètate contracta, quæ contrahentes non sunt læthalis peccati capaces, quia cùm hæc obligent sub mortali, supponunt contrahentes mortalis peccati capaces. An ea in calore iracundia contracta, sint valida? Affirmat Sanch. cum alijs lib. 1. d. 8. n. 5. modò iracundia libertatem ad mortale sufficiētē non auferat, citatā regulā duus, quod ea deliberatio ad sponsalia sufficit, quæ ad mortale sat est. Verū, et si spectato iure naturæ, talia sponsalia valida forent: ius tamen ciuile, & canon. ea non admittunt ut valida, ex can. si quis iratus 2. q. 3. & can. diuort. 33. dist. 1. & ex reg. iuris 49. Quidquid calore iracundia, vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quām se perseverantia apparuerit indiciū animi fuisse. Nec rectè hos textus Sanchez explicat de iracundia tollente libertatem ad mortale requisitam: nam Glossa in cit. can. diuort. verb. Calorem supponit, per talem actum commissum fuisse peccatum læthale à muliere diuertente à suo viro: quo tamen non obstante, negat talem diuersionē sufficiētē causam diuortij celebrandi dedisse: non alia ratione, nisi quia calore iracundia facta fuit. A fortiori sequitur, huiusmodi sponsalia esse inuadida, quando dubium est: an fuerint contracta cum libertate ad mortale sufficiente. Fundam. Sanch: summum probat, talia sponsalia fore validia, spectato iure naturæ. 3. Requiritur, ut sponsalia ferantur in personam determinatam: quia cùm hæc sint inchoatio matrimonij, sicut matrimonium ferri debet in determinatam personam, ita & sponsalia. In quo sensu hæc conditio intelligenda sit, d. 19. secl. 1. Requiri præterea, ut sponsalia sint sine dolo; non requiri parentum consensum; sufficere tacitum seu implicitum contrahentium diceretur suo loco disp. 29. n. 10.

Visque ad quem gradum inter consanguineos sponsi & sponsæ iure antiquo hoc impedimentum extendebatur, non est in iure expressum; communamen interpr. extendebatur vsque ad 4. ad quem tempore Innocent. III. restricta fuit affinitas ex copula

Certum 1.

Ratio naturæ.
ralis id de-
monstrat.

Coroll.

Dubium.

Certum 2.

4.

Quoniam
se extēdat
hoc imped-

copula carnali contracta. At huic obstat, quod hoc impedim. 39. annis ante Innocentium III. ab Ecclesia statutum, ut conitatur ex Alexan. III. Pontifice creato an. 1159. quando affinitas, vti & consang. extendebatur ad gradum usque 7. ut supra, qui cap. Accessit, de despons. impub. proponit casum: Duxit, quis matrem pueræ, quam sibi ante septennium desponsauerat, quæ postea noluit consentire, & sic decidit: non esse matrem. cum matre pueræ initum separandum, Quia desponsationes ante septem annos fieri non possunt, si consensus postea non accedit: secus verò si prefata pueræ ante desponsationem septimum annum compleverat, licet predictus vir à desponsatione ipsius pueræ ipso iure fuerit absolutus, cum ea in eum consentire noluerit: cùm in honestum videatur, ut matrem eius habeat, cuius filia fuit sibi desponsata.

Quare falsò Pontius l. 7. c. 36. contendens hoc impedim. primò sanctū fuisse à Bonif. VIII. an. 1339. id explicat de matrimonio rato: tum quia apertè Pontifex distinguit desponsationē à matrimonio, & tam desponsationes, quād matrimonia ante septennium contracta, ait esse inualida, nisi consensus accedat. Tum quia à tempore

Innoc. III. matrimonia ante nubilem ætatem, hoc est ante 12. ætatis annum ex parte foeminae, & 14. ex parte viri contracta, non habebant vim matrimonij, sed sponsalium, ut ipse c. finali, de despons. impub. declarat. Quia verò nobis constare non potuit, cuius etatis esset pueræ, cùm eidem viro existit desponsata, cùm dicatur, quod circiter 12. ann. habebat, utrumque prudentia tunc in illa suppleret etatem: Respondemus, quod si pueræ nubilis non erat etatis, cùm sepè fatus vir desponsauit eandem, & etenim in ea prudentia non supplebat, proculdubio inter eos non coniugium, sed sponsalia contrahita fuerunt: quamvis ab ipso viro eadem fuerit subarrata.

Hæc Innoc. à quo non fuit hæc lex primò lata, sed declarata, ex c. 2. de despons. impub. vbi Nicolaus multò antiquior Innocentio, hanc legem sanxit; Districtius inhibemus, ne aliqui, quorum uterque, vel alter ad etatem legibus vel canonibus determinatam non peruerterit, coniungatur. Nisi forte aliquà urgentissimâ necessitate interueniente, ut pote pro bono pacis talis coniunctio toleretur. Huius sententia est Pontius lib. 12. cap. 5. n. 4. & confir. auth. Clem. Lucy, & Innoc. III. qui vel declararunt, vel denudò statuerunt, contratum de presenti inter impuberem vim tantum sponsalium re ipsa habere. Inconsequenter igitur ad ista, ut defendat hoc imped. fuisse à Bonif. VIII. multo tempore posteriore primò institutum, cit. cap. Accessit, interpretatur de matr. rato, cùm iuxta cit. iura, non potuerit talis contraetus habere vim matrimonij, sed sponsalium, ut pote initus ante nubilem ætatem: id confirmant verba textus: Licet predictus vir à desponsatione ipsius pueræ ipso iure fuerit absolutus, cum ea in eum consentire noluerit: non enim sensus est, ut Glossa, verb. Ipso iure, quod consentire noluerit in sponsalia, alioqui non consequenter Pontifex iussisset separari matr. inter sponsum & matrem sponsæ initum, siquidem cassis sponsalibus defectu cōsensus nullus. Intercessit publicæ honestatis imped. inter sponsum & matrem sponsæ, sed quod noluerit consentire in matr. cuius consensus negatione non obstante, valida manebant sponsalia, ad effectum impediendi matr. inter sponsum & matrem sponsæ: nam iure antiquo, ut infra, sponsalia etiam irrita, hoc imped. inducebant, modò non fuissent irrita defectu consensus: defectu cuius non fuissent

sent ea sponsalia irrita, quippe quæ supponerentur cōsensus sponsæ post completum septennium contracta: nec ea impediri poterant, resiliendo à contractu. Quare hæc communis sent. quæ iuxta antiquum ius ad gradum 4. hoc impedim. extendit, intelligenda est à tempore Innocent. III. à quo prima affinitas ex copula carnali, ad cuius similitudinem de imped. publicæ honestatis cit. philosophantur, ad hunc gradum contracta fuit. Ceterum si idem cohærente ratione volunt, dicere debent, ante Innocent. III. fuisse hoc impedim. usque ad gradum 7. probatum, cùm etiā ante Innoc. III. fuerit hoc impedim. ab Ecclesia statutum. Hæc de iure antiquo. Iure autem novo Trident. limitatum est ad 1. gradum dunitaxat consang. tam rectæ, quam transuersæ lineæ, sef. 24. c. 3. In iusta publicæ honestatis impedimentum primum gradum non excedat. Quoniam in ulterioribus gradibus, iam non potest huiusmodi prohibitio absque dispendio observari. Quà facultate, ut sacra Card. congreg. gaudent etiam illi qui ante Concilium in ulteriori gradu contraxerunt.

Ex quibus sponsalibus contrahatur hoc impedimentum?

Sponsalia, alia sunt certa, cum certa & determinata persona contracta; alia incerta, cum incerta & vaga persona inita, velut cum aliqua foemina ex tali familia, cum una ex filiabus Petri: alia pura & absoluta, alia conditionata: alia valida, inualida alia. Certum est 1. hoc impedim. non oriri ex sponsalibus incertis: cit. cap. vn. de sponsal. in 6. quia cùm sponsalia sint in ordine ad matr. & hoc ad sui inualiditatem certam ac determinatam requirat personam, etiam sponsalia, ut valida sint, certam desiderant personam. Vnde regula: quæ respectu personæ, inualidum reddunt matrimonium, inua- lida quoque reddunt sponsalia, quando de per- regula.

Omnis que
contractus
de presenti
habebat so-
lam vim
sponsal.
Adiutorii
canis glossa.

7.

7. Sponsalia conditionata de praet-
rito, vel præsenti, statim sunt valida, si subsistat
conditio; inualida, conditione non subsistente.
Eademq; etit ratio, si cōditio de futuro sit neces-
saria, aut impossibilis: utraq; n. statim cēsetur de
præsenti verificata, illa ad existentiam; hæc ad non
existentiā: proinde illa statim reddit sponsalia rata
de præsenti; hæc contra, irrita. Quo fit, ut talia
sponsalia statim impedim. aut inducant, aut non
inducant; cùm nulla expectanda sit conditio.

3. Sponsalia sub conditione de futuro contin-
gente hoc imped. non pariunt ante conditionis aduentum. Ex quo infert Bonifac. VIII. cit. cap. vn. de sponsal. in 6. Qui sponsalia cum aliqua mu- liere sub conditione contrahit, si postmodum ante conditionis eventum, cum aliqua prioris consanguineæ per verba contrarerit de presenti, cum secunda remanere debet: cùm ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extantem, sicut consensum non habentibus, & incertis, nulla publica honestatis iniuria oriatur. Pari ratione, si quis post sponsalia conditionalia, ante adimplentam conditionem, De sponsa- sponsalia absoluta contrahat cum consanguinea lib. conditio illius, rationab.

En imped.
publicæ ho-
nestatis pro-
prijs termi-
nas ab Ale-
xandro.

Annis 139.
ante Bonif.
VIII. ante
nubilem 4.
etatem matr.
erant spon-
salia.

Imd ante
Innocent.

Omnis que
contractus
de presenti
habebat so-
lam vim
sponsal.

Adiutorii
canis glossa.

Conclusio de
iure anti-
quo.

De iure
Trident.

Certum 1.

10. Vniversalis

Certum 2.

Certum 3.

13. lib. conditio

14.
Coroll.

illius, cum qua contraxit conditionalia, à posterioribus dissoluuntur priora; & potest sponsus cum ea matt. validè contrahere, quia cùm priora sint irrita ex defectu consensūs, nullum causabunt impedimentum. Ita *Glossa in cit. cap. verb. presentis*. Ulterius sequitur, quod ex posterioribus sponsalibus absolutis, iure antipuo inducatur impedimentum publicæ honestatis, non iure novo Trident. ut recte *Sanch. disp. 69.n.3.* Ratio: hæc non sunt irrita defectu consensūs: iure autē Trident. sponsalia ex quacunque causa irrita, impedimentū hoc publicæ honestatis non pariunt: at posteriora sponsalia absoluta, licet irrita non sint defectu consensūs, irrita tamen sunt defectu iustitiae, qua tenebatur, qui conditionalia contraxit, usque ad conditionis euentum expectare. Quo fit, ut si post huiusmodi sponsalia absoluta matrimonium per verba de præsenti contrahat cum consanguinea eius, cum qua ea contraxit, valcat matrimonium.

15.
Ex sponsal. etiam irritis olim hoc imped. non modo.

Certum 4. post Trid. ut *seff. 24.cap.3.* ex sponsalibus, quacunque ratione irritis, nullum oriri impedimentum. antē verò etiam ex irritis, modò irrita non fuissent ex defectu consensūs, ortum impedimentum. ut *cap. vn. de sponsal. in 6.* Ex sponsalibus puris & certis, etiam si consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut aliò quāvis ratione sint nulla, dummodo non sint nulla ex defectu consensūs, oritur efficax ad impedientium & dirimendum sequentia sponsalia, vel matrimonia, non autem ad præcedentia dissoluendum, impedimentum iustitiae publicæ honestatis. Quare ille quis sponsalia purè ac determinatè cum aliqua muliere contraxit, & postmodum cum secunda prioris consanguineā idem fecit, ex priorum sponsaliorum usigore (quibus per publica honestatis iustitiam ex secundis sponsalibus subsecutam minimè derogatur) ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus.

16.
Dices.

Resp.

17.
Certum 5.Ratio no-
tanda

DICES: Non apparet, ad quem effectum hoc impedimentum ponatur, cùm per se hæc sponsalia dirimant matrim. cum consanguinea, affine, imponente, sacris initiato, professo, aliòve impedimento dirimente contracta. Respondeat *Sanch. disp. 68. n.6.* cum *Glossa in cit. cap. vn. de sponsalib. verb. nota*, habere hunc effectum, ut impedianter proprios consanguineos usque ad gradum 4. ne valido possint talem foeminam ducere. Quod impedimentum sponsi consanguinei non haberent, si ex irritis sponsalibus nullum publicæ honestatis impedimentum oriretur: scilicet spectato iure antiquo: nam nouo nullum ex eiusmodi sponsalibus sponsi consanguinei cum sponsa contrahunt impedimentum.

5. Si quis post absoluta sponsalia, cum aliqua certa foemina matt. de præsenti contrahat cum consanguinea prioris sponsæ, eamque carnaliter cognoscat, neutram in uxorem habere potest: non primam propter affinitatem cum ea contractam, ratione copulæ carnalis cum eius consanguinea: nec secundam, propter impedimentum publicæ honestatis, ratione ipsorum cum consanguinea sponsæ absolutè contractorum. Nam ut bene *cit. Glossa*, licet affinitas superueniens non dirimat matt. sed impediatur tantum eius usum, dirimit tamen sponsalia. Vnde tale matrim. cum quacunque alia foemina, quæ sponsæ consanguinea non sit, contractum, validum est, ac praecedentia sponsalia dirimunt. Neque hoc verum tantum est, spectato iure antiquo, sed etiam novo Trid. nisi quod iure antiquo sufficiebat cùm quacunque sponsæ consanguinea, usque ad gradum 4. vel 7. contrahere matt. ut ex copula carnali

cum ea, affinitas cum priori sponsa contrahetur: spectato autem nouiore Trid. requiritur, ut matt. contrahatur cum consanguinea sponsæ in gradu 1. nam reliqui sunt iam sublati.

In dubium vocatur 1. An sponsalia ex defectu interioris tantum consensus, impedimentū publicæ honestatis pariant? Affirmant Duran. in 4.d.

18.
Dubium 1.

41.g.2.n.5. *Palud. g.2.a.2. concl. 2.* & *dist. 37. g.2.a. 5. concl. 3.* *Supplm. Gabriel. dist. 41.g. vn. a. 1. not. 2.* & *a.2. concl. 3.* *Angel. matr. imped. 14. n.9.* *Sylvest. matr. 8. q.14. dictio 6.* *Couar 4. decret. par. 2. cap. 6.* §.2.n.3. *Henrig. lib. 12. c. 10. n.2.* *Sanch. disp. 68. n.1.4.* *Laymon de imped. publ. honest. Pont. lib. 7. cap. 36.* nn. 10. qui id affirmat etiam post Trident. Fundam. Ecclesiæ hæc matrim. prohibuit ad illæsam seruandam publicam iustitiam & honestatem, & scandalum vitandum, quod ex ijs sequeretur. At sponsalia publicè contracta, etiam sine interno consensu scandalū pariunt, publicam iustitiam & honestatem offendunt: ergo censentur ab Ecclesiæ efficacia ad hoc imped. inducendum, non minùs quam quæ sunt cum interno consensu contracta, cùm hic homines lateat.

Affirmatio
Fundam.

Alij ratio Durand. & Palud. Ecclesiæ impedimentum publicæ honestatis nō induxit, nisi propter sponsalia vera, aut præsumpta: sponsalia autem defectu solius interioris consensūs publicè contracta, etiā vera non sunt, præsumpta tamen sunt, cùm ea Ecclesiæ publicè constent: neq; præsumi possint ea peccaminosè, adeoque sine interno consensu inita. Maior confirm. ex c. Cùm inter, qui filij sint legitimi, vbi Alex. III. declarat, non obstante, quod inter Titiū & Bertam ex gr. diuortiū to efficacia sententia canonice si prolatā propter imped. adhuc eorum filij ante latam diuortiū sent. concepti ac impeditari, sint legitimi habendi: cùm parentes eorum sint ad hoc publicè ac sine contradictione Ecclesiæ inter se contractisse noscatūr: scilicet quia prout nunc admissum fuit, ut validum præsumptiuē: consequenter ex eo admittendi sunt omnes effectus, qui ex valido matrim. consequi solent, esto sit postea canonice iudicatum inualidum. Pari modo etiam sponsalia publicè contracta, sint postea iuridicè ficta reperta, nihilominus impedimentum publicæ honestatis pepererunt: nā ad hoc sufficit, ut fuerint vera præsumptiuē. Negant *Nauar. in sum. cap. 27. n.58.* *Veracruz. Petr. Ledes. apud Sanch. Kon.* Negant. d.32. dub. 5.n.69. *Hurt. d. 21. diffic. 1. n. 3.* *Barbos. in collect. in Trident. seff. 24.c.3. nn. 6.* *Rebell. q.14.n.3.* *Prepos. q.7. dub. 14. nn. 118.* *Bonac. q.3. punct. 11. nn. 3.* Fundam. ius tam antiquum, quam nouum affir- mar, sponsalia ex defectu consensūs invalida, impedimentum publicæ honestatis non inducere.

20.

DICO; prima sent. est probabilis, probabilitior secunda. Ratio præsertim post Trid. est: Conci- lium hoc suo decreto declarat, omnia sponsalia probabilitate, quacunque ratione inualida, esse inefficacia ad hoc imped. inducendam: at sponsalia fictè contracta, sunt aliquā ratione defectu interioris consensūs inualida: ergo. Confirm. 1. minùs inualida sunt sponsalia ex graui metu, quam ex nullo interno consensu contracta; nam illa saltem habent internum consensum, licet non perfectè li- berum; hæc verò nullum: at illa iuxta communem sent. non inducunt publicæ honestatis im- pedimentum, defectu consensūs perfectè liberi; ergo nec ista. 2. Ex illo principio: pœna non incorri- tur, nisi actus, cui imponitur, sit completus & consummatus: sed contractus sponsaliorum si- ne interno consensu initus, non est plenus & con- summatus, cùm illi desit quod est in contractu præcis-

Hac de sponsalibus circa.

Ergo ex de- creto concilij sunt in- efficacia ad hoc imped.

principium: ergo nequit propter talēm contrādūctum incurri pœna, non contrahendi cum consanguinea sponsæ. Hinc contra Sancb. n. 15. inferatur, quævis alia sponsalia ex quoquæ occurrunt impedimento irrita, esse inefficacia ad hoc impedimentum inducendum.

22.
Ad fund.
Sanct.

23.
Quæd
presumpt
in foro ex
terno.

24.
Ad fund.
Durand.
& Palud.
nō solum
confirm.
fuit.

25.
Dubium 2.

Negare
prop. 1.

2.

26.
Affirmant
probabilitas
auctoritate
& ratione.

honestatis inducendum: & in decretis Concilij declarantur inefficacia ad hoc imped. inducendum, quæcumq; sponsalia quævis ratione inualida. Ratio: impedimenta itati debent proportionata rei, cui imponuntur: sponsalia autem cum nullam includant corporis traditionem, sed in mutua sponsorum fide de futuro matr. contrahendo consistant, nullamq; iniuriam sponsi sibi pariant, si ex mutuo consensu ea dissoluant, nulla erit ratio id negandi. Ad 1. neg. conseq. Tum quia de sponsalibus habemus manifestam declar. quam

^{27.}
Ratio non
convenien-
da.

^{Ad primam}
^{rationem}
^{oppositam}
non habemus de matr. Tum quia impedimenta proportionari debent rei, cui imponuntur: & quia matrim. ex natura sua est indissolubile, & quoad hoe independens à voluntate contrahentium: ita & impedimenta, ut proportionata sint, debent esse independentia à consensu eorumdem. Contrā verò, quia sponsalia ex natura sua non sunt indissolubilia, neque impedimenta debuerunt esse indissolubilia. Ad 2. concedo, hoc imped. neque ex natura sua, neque ex Ecclesiæ statuto, independentes à voluntate contrahentium: esse perpetuum. Quod autem post mortem perseueret, non est, quia vel ex se, vel ex Ecclesiæ statuto sit perpetuum, sed quia defunctus censetur manere in eadem voluntate, in qua fuit ante mortem; sicut & in amentiam incidens: nam quædiu prior voluntas non revocatur, semper censetur mortaliter perseuerare. Ad 3. neg. assumpt. nam indecentia collitur, hoc ipso quod promissio, data mutuo consensu soluitur: sublatâ enim causâ, collitur effectus ab ea dependens: cum igitur hæc indecentia pendeat ex fide sponsorum sibi mutuo præstâ de futuro matrim. hæc soluta collitur indecentia contrahendi cum consanguinea sponsi: sicut nulla est indecentia, quod saluto matr. rato non consummato, solenni religiosi professione, in sæculo relicta alij nubat.

Ad 3.

3. An ex matrimonio non consummato etiam irrito oriatur hoc impedim. Communis sent. est, non oriri impedim. affinitatis, sed publicæ dunataxat honestatis: esto hoc impedim. etiam post Trident. ex declarat. Pij V. non sicut in gradu 1. tantum consang. ut reliqua publicæ honestatis impedimenta, sed se extendat usque ad 4. inclusuè, ut iure antiquo se extendebat: hæc est:

Nos itaque ut omnis difficultas, dubitatioque tollatur, attendentes, quod sponsaliorum appellatione, Pij V. ann. quæ dictum Concilium visitur, non nisi impræcipi, ma-

^{1568. 1. Iuli.}
Dubium 3.

trimonium verbis de presenti conceptis contractum que incipit,
continetur, quodq; agitur de correctione iuris veteris, Ad Roma-
num;
quo casus secundum proprietatem verborum dun-
tataxat procedendum est, praesertim cum longè maiori-
remationem prohibitionis in matrimonio per verbis
de praesenti contratto, quam in sponsalibus de futuro
vigore à nomine dubiteretur. Idcirco motu proprio,
authoritate Apostolica, tenore presentium, decla-
ramus, & definimus, decretum Concilij huiusmodi
omniñ intelligendum esse, & procedere in sponsali-
bns de futuro dunataxat, non autem in matrimonio
sic, ut prefetur, contracto; sed in eo durare adhuc
impedimentum in omnibus illis casibus & gradibus,
quibus de iure veteris ante predictum decretum Con-
cilij introductum erat. Hæc Pius V. qui etiam man-
dat, nein alio sensu, quam ab ipso declarato,
hoc impedimentum iudicetur.

An hoc impedimentum sit affinitatis, an publicæ honestatis? & quamvis possit esse questio de nomine, cum de re post Pij V. declar. omnes conueniant, illud instar affinitatis extendi usque ad gradum 4. plurimum tamen intereat, sub quo impedim.

^{90.}
Contrauer-
sia superest.

Ad fundam. Durandi quando prohibitio Ecclesiæ fundatur in presumptione, si veritas sit in contrarium, prohibitio non habet locum, saltem in foro interno: & ad summum tunc temporis contra prohibitionem facere, erit illicitum, non inualidum. Nec allatus textus aliquid contra nos probat: ibi. n. agitur de fauore exhibendo filiis ex presumpto matr. nat. hic contraria de præiudicio sponso, aut sponsæ inferendo: & quia fauores sunt ampliandi, odia & pœna restringendæ, reg. 15. iuris in 6. merito Ecclesiæ priorem causam adiudicauit in fauorem filiorum, declarando eos legitos, non obstante quod ex presumpto matrim. quod postea repertum est inualidum, nati essent. Hic verò contra, ne odia & pœna ultra verba legis extenderentur, sicut sponsalia irrita declaravit, & ad impedimentum publicæ honestatis inducendum inefficacia.

2. An ea sponsalia possint communi utriusque sponsi consensu dissolui? Negant Sancb. d. 68. n. 21. Bonac. cit. n. 7. qui ait, se in hac re consuluisse peritissimos Soc. Laymon d' imped. publ. honest. n. 3. Probat 1. impedimenta matr. non pendet à voluntate contrahentium: ergo nequeunt sponsalia semel contrata, priuato coherentiu consensu dissolui. 2. Sequeretur, impedimentum hoc non esse perpetuum, sed morte alterius sponsi dissolui, contra cap. Sponsam de sponsal. & can. Si quis despont. 27. q. 2. cum tamen efficacior sit mors ad dissoluenda sponsalia, quam contrahentiu consensu. 3. Adhuc posito mutuo contrahentium consensu, militat ratio, propter quam Ecclesia hoc imped. induxit, quæ est publica indecentia.

Affirmant Sæ matr. de imped. dirim. n. 12. Rebell. q. 14. de imped. publ. hon. n. 3. Pont. l. 7. c. 36. n. 9. Hurrad. d. 21. diffic. 1. n. 5. Barbos. in collect. in Trid. sess. 24. cap. 3. nn. 7. Prapos. q. 7. dub. 14. n. 122. Clara est Card. declaratio; Si sponsalia soluuntur de consensu, congregatio censuit esse inualida, ac priuato mixta Trid. decretum, insufficientia ad imped. publicæ

pedim. genere contineatur. Qui negant, ex matrimonio rato non consummato oriri affinitatem, consequenter negant, hoc impedimentum pertinere ad impedimentum affinitatis, sed publicæ honestatis, adeo ut si impedimentum publicæ honestatis non fuisset ab Ecclesia statutum, uti potuisset non statui, vis solius impedimentum affinitatis, non fuisset hoc impedimentum inductum ex matrimonio. rato non consummato: sed potuisset, defunctum coniuge ante consummatum matrimonio cum errore defunctum coniugis validè contrahere, non minus quam, contractis sponsalibus, validè potuisset cum sponsa sorore contrahere, si Ecclesia hoc impedimentum non statuisset.

31.
Probabilior
est.

Contrà verò, qui affirmant ex matrimonio rato non consummato affinitatem oriri, ut S. T. bo. inq. disp. 41. q. vn. a. 1. ad qu. 4. ad 2. vbi, Matrimonium, inquit, affinitatem causat non solum ratione carnalis copule, sed etiam ratione Societatis conjugalis, secundum quam etiam matrimonium naturale est: unde & affinitas contrahitur ex ipso contractu matrimonii per verba de presenti ante carnalem copulam: consequenter assertunt, hoc impedimentum ex matrimonio rato non consummato contrahi, ut impedimentum affinitatis, esto nullum statutum esset impedimentum publicæ honestatis: idque probabilius ut supra.

32.
Coroll.

Iuxta hanc sententiam sequitur sublatum impedimentum publicæ honestatis, non auferri impedimentum matrimonii rati nondum consummati, auferri verò iuxta priorem. 2. Non posse virum infidelem contrahere cum muliere infideli, si ipsi prohibitus sit, cum affine contrahere, posse iuxta priorem. 3. Non fore validum matrimonio inter infideles contractum cum viru vel noueret, post matrimonium non consummatum cum filia defuncta non viru, aut noueret, in sententia affirmantium, matrimonio cum affine in 1. gradu recte linea esse ipso iure naturæ irritum; posse autem iuxta priorem, iuxta quam nulla ex matrimonio rato contrahitur affinitas, sed solum ex consummato.

33.
Obiectio.

Huic 2. sententia obstat videtur motus Pij V. declarantis, decretum Tridentini restringentis impedimentum publicæ honestatis ad gradum I. tantum, non procedere in matrimonio rato de praesenti contracto; sed in eo adhuc post Tridentum durare impedimentum in illis casibus & gradibus, quibus de veteri ante id decretum Concilij introductum erat: at veteri iure hoc impedimentum contrahebatur, etiam per matrimonio de praesenti inualidem contractum, modo non fuisset in invalidum defectu consensus, ut c. vn. de sponsalib. in 6. Hoc autem intelligi non potest de impedimento ex affinitate, cum nulla ex matrimonio inualido oriretur affinitas, & consequenter nec impedimentum, nam hoc supponebat affinitatem: ergo intelligi debet de impedimento ex iustitia publicæ honestatis, quod contrahebatur ex matrimonio rato etiam inualido.

34.
Respondeo
post primo.

Responsum. Pontifex solum declarauit decretum Tridentini procedere in matrimonio de presenti contracto, quoad restrictionem tantum ad I. gradum; non quoad validitatem, praesertim cum nec in iure antiquo hoc habeatur, ipso Sanchez, fatente disp. 70. sed solum deducatur per conseq. quod sicut ex sponsalibus oritur impedimentum publicæ honestatis; ita à fortiori ex matrimonio rato non consummato. Iuxta quam resp. nec iure antiquo oriebatur impedimentum ex matrimonio de praesenti invalidem contracto. 2. Tuus ac probabilius dicitur, iuxta declarat. Pontificis, Concilium intelligi etiam de impedimento publicæ honestatis orto ex matrimonio de praesenti inualidem contracto; idque magis ad mentem Pontificis, qui initio bullæ proponit, de vero; fuisse ab aliquibus dubitatum, ac proinde declaratio debet de vero; intelligi. Iuxta hanc 2. resp. dico ex matrimonio de praes-

senti contracto oriri impedimentum alterum ratione afferatur. Duplex in finitatis, atque hoc non oriri, si sic inualidum; alterum ratione iustitiae publicæ honestatis, & hoc oriri, et si inualidum fuerit, modò non fuerit in invalidum defectu consensus. Afferatur declaratio Card.

quibus ex officio incumbit, dubia ex Trid ex- Hec verbâ plicare: Ex matrimonio contracto per verba de pre- no; rati in senti etiā non consummato, oritur affinitas vel impedimentū iustitiae publicæ honestatis ex sponsalibus de fu-

turo. Nec te moueat, quod non coiunctiuere, sed dis- junctiū dixerint, affinitas, vel impedimentū iustitiae publicæ honestatis: quasi voluerint per secun-

dum explicare primum, ut non duo, sed unum co- stituerint impedimentum iustitiae publicæ honestatis. Nam id dixerunt, cum ut abstraherent à contro-

versia, & simul insinuarent, posse iuxta Tridentum de mari-

decretum utrumque dici: tum maximè, quia in nomine ratio iure nomine publicæ honestatis intelligitur etiā non consum-

affinitas, ex cap. Discretion. & cap. Tua, de eo quis nota-

cognovit, iuxta quam resp. posteriora verba idem sonant quod priora. Ex quo sequitur, sublatum impedimentum publicæ honestatis, adhuc oriri impedimentum affinitatis ex matrimonio de praesenti contracto,

si validum fuerit; secundum si inualidum; sublatum autem solo impedimentum affinitatis, adhuc oriri impe-

dimentum publicæ honestatis, siue matrimonio fuerit va-

lidum, siue inualidum, modò non fuerit ininvalidum defectu consensus. Idque non tantum iure antiquo, sed etiam novo Tridentum. ut cum multis contra Xuanar. & Conar. Sanchez, disp. cit. nu. 5. ob declarat. cit. Pij V. reducentis matrimonio ratum, quantum ad effectum inducendi impedimentum quo-

ad omnia, ad ius antiquum, ex his verbis: Sed in eo durare abhinc impedimentum in omnibus illis casibus & gradibus, quibus de iure veteri ante prae-

dictum decretum Concilij introductum erat.

Infertur 1. infideles, qui in infidelitate sponsalia contraxerunt, posse tam sponsum cum consanguinea sponsa, quam sponsam cum consanguineo sponsu, validè contrahere: conuersus ramen ad fidem non posse. Ratio: hoc impedimentum pender à sola legi Ecclesie, cui infideles non subiiciuntur. Ad fidem verò conuersi, si ea mutuo consensu non dissenserunt, censentur moraliter perseuerare in eadem voluntate; proinde Ecclesie lege, cui sunt subiecti, à tali matrimonio contrahendo prohibetur. Atque verò baptizandi in infidelitate exercita, non censentur moraliter perseuerare cum eo, qui ad fidem conuerteruntur.

2. Non posse, qui ad fidem convertitur, contrahere cum consanguinea vxoris defunctæ post ratum & non consummatum matrimonio. cum maius sit vinculum contractum ex affinitate consurgente ex matrimonio rato non consummato, quod adhuc defunctum coniuge, & post ad fidem conversionem perseuerat.

3. Nullum oriri impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus graui merito contractis; idque tam veteri, quam novo iure. Quia talia sponsalia sunt irrita defectu liberi consensus, cuius defectus tam novo, quam veteri iure sponsalia irritant, quæ sunt dispositio ad matrimonium.

4. Ex sponsalibus ante septennium contractis non oriri impedimentum publicæ honestatis, nisi post septennium ratificantur, quia talia sponsalia superponuntur defectu pleni consensus in invaliditate.

5. Oriri impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus contractis à parentibus, praesente & tante sponsa. Nam taciturnitas est sufficiens signum interioris consensus in matrimonio. ut supra; ergo à fortiori & in sponsalia.

D I S P.

DISPUTATIO XXIV.

De impedimento impotentiae.

1.
Quid sit
impotentia
& quae
potest?

Naturalis
qua?

2.
Frigiditas
qua?

3.
Defectus
potius.

4.
Accidentalis
impotentia
qua?
Quenam
perpetua?

IMPOVENTIA matrimonio aduersa, est negatio potentiae ad actum coniugalem exercendū: duplex est: naturalis seu intrinseca, & accidentalis ex extrinsecā causā proueniens: illa nascitur cum homine, vt in viro frigiditas, quae est defectus vitalis calorū, impotens reddens genitale instrumentum, non solum, vt S. Tho. in 4. dist. 34. q. vn. 47. 2. adnotauit, ad semen emittendū, sed etiam ad se ipsum erigendum: per quod non solum impeditur seminum commixtio, sed etiam membrorū genitalium coniugalis coniunctio. Notat ibid. cur nimia caliditas non recensetur inter impedimenta matrimonij, cūm etiam hæc impedit, quo minus membrū virile, præ nimio calore retinetur valeat semen usque ad naturalis vas penetrationem: quia, inquit, superflua caliditas rīz potest esse impedimentum perpetuum, quod solum dirimit matrem. vt infra. cūm hæc, frigescente aetate, cessare soleat. Quod si in aliquo esset perpetua, dirimeret, saltem ex eo cap. quod non posset intra naturale vas fieri seminum commixtio, quae necessaria est ad prolem gignendam. Sub impedimento frigiditatis intelligitur quicunque alias naturalis defectus, coitum perpetuū impediens. In fœminā est arctatio, per quam redditur impotens, vt possit carnaliter cognosci. Aliqui etiam in fœmina aiunt, reperiri posse frigiditatem, dirimentem matrem. licet iura nullam huius mentionem fecerint, eo quod hæc in fœminis probari nequeat: nobis satis sit, doctrinam tradere eorum, quae in hac materiā iura nobis explicant. Cæterū, posito quod tale impedimentum esset in fœminā, adhuc disputabile est, an dirimeret matrem. Et quidem si non impedit, quin virile semen intra naturale vas recipere, etiam impedit, quin ipsa seminareret, valori matrem. nō obstareret: quia, ut supra, semen fœminæ nō est ad generationē proprius necessariū: secus, si virile semen recipere nō posset, quia tunc seminū commixtio ad generationē necessaria, fieri non posset: non autem si receptū retinere non valeret: nam posterior est per accidens, nec redderet fœminā impotentem ad coēendum, vt prius impedit. sed sterilē tantum: at sterilitas nō dirimit matrem. vt constat in veteribus, quae matrem. validè contrahere possunt, sterilitate non obstante.

Item defectus aetatis, quae in viro est annus 14. cōpletus, cap. aetatis, & cap. ex līst. de respons. impub. in fœminā 12. cap. continetur, cod. tit. Recensetur autem hic defectus inter impedimenta dirimentia, nisi, vt eadem iura decidunt, malitia aetate suppletat, potentia generandi præueniens, vt constat ex cap. finali, cod. tit. Et licet hoc impedimentum perpetuum non sit, quippe quod adolescentem etate, cœstat, matrem. tamen ante nubilem aetatem initū, est nullū, vt ista iurib. definitur: quod non constat in aliis impedimentis non perpetuis. Idq; partim ex lege positivā Ecclesiæ, vt in iis, qui ante prescriptam aetatem habent perfectum ac liberū mentis usum: partim ex ipsa lege naturali, vt in iis, qui nondum ad perfectum rationis usum peruererunt; defectu cuius nequeunt coniugalem consensum præstare. Accidentalis impotentia est, quae vel à maleficio, vel à castratione prouenit.

Censetur ex his perpetua impotentia, 1. quae, vt definit Innocent. II. cap. Fratern. de frigidis, præter diuinum miraculum, per opus humanū, absque corporali periculo remoueri non potest. 2. quae sine peccato tolli nequit, qualis est per maleficium inducta, quae sine alio male-

ficio remoueri non potest: siquidem ea tantum diciuntur posse, quæ licet & sine peccato possumus. Ceterum temporalis, quæcumque circa miraculū, ac sine graui mortis periculo, licet tolli potest. Alia est impotentia ad seminandum; alia ad generandum, vt serè sunt viri decrepiti, & fœminæ quinquagenariæ: quorum eti & illi seminare, & haec semē recipere possunt, neutri tamen naturaliter generare valent, ob seminis infœcunditatem: quæ impotentia sterilitas dicitur. Alia impotentia dicitur aboluta, quia est respectu omnium: alia respectiva, quae est respectu determinatae personæ, vt plerumque esset solet impotentia ex maleficio causata, quae maleficium impotentem reddit respectu propriæ dumtaxat coniugis, vt illum dæmon facilius inducat ad fornicandum cū aliis.

Infertur 1. difficultatem coēundi, etiam si maxima sit, non cōprehendi sub nomine impotentiae impudentis matrem. ac dirimentis, cūm possit humanā diligentiam, licet difficulter, superari. 2. Censetur impotentiam perpetuā, si nequeat tolli, nisi miraculo, aut opere malefici, quantumvis parati ad illā tollendā, si nequeat sine novo dæmonis pacto illā remouere: secus, si illā remouere possit per prādūta taxat maleficij ablationē, in quā nullū interueniat nouum cūm dæmonē pactū. Quia quod est miraculo curabile, non definit esse naturaliter incurabile, quod tamen attendit natura & Ecclesiæ lex. Quando verò opus, quod péritur, nequit hīc & nunc bene fieri, ex eo quod non sit in potestate operantis, illud hīc & nūc benefacere, nō licet petere, esset n. cōoperari alicui malo, quod nunquam licet. At nequit maleficium a maleficio beneficiari, cūm nequeat fieri sine auxilio & virtute dæmonis, quod illicitū est. Quād autem remotio maleficij fieri potest absq; novo dæmonis pacto, per solā humanā remotionē, nullam includit malitiam; & aliās finis, ad quem ordinatur, nempe maleficiati curatio, bonus est: ergo licet fieri potest.

Quæ impotentia matrimonium dirimat,
& quo iure?

CERTVM 1. impotentiam perpetuam non modò ad penetrandum vas, sed etiam ad seminandum intra vas, nulā humanā arte & industria curabilem, matrem. irritare, non solum iure Eccles. sed etiam naturali. Quoad ius Eccles. cōstat ex cap. 2. 3. & tota ferè sit de frigidis. Quoad ius naturale prob. ex natura ipsa matrem. quod per se ordinatur ad copulā coniugalem, propter quam est primariò institutū. Nam licet essentia matrimonij actualem copulā non posstuler, cūm possit sine illā consistere; at postulat potentiam ad illam, vt constabit. Confir. Iure naturali matrem. includit mutuam obligationem coniugū ad maritale debitum reddendum; quippe essentialiter consistit in mutuā traditione corporum ad prolem gignendam; ex quā inseparabiliter sequitur in vitro que cōiuge obligatio reddendi debitum, altero exigente: nam ex hac mutuā corporum traditione uterque coniux acquirit strictissimum ius iustitiae exendi ab altero actum cōiugalem, ad quem lege matrimonij se obligavit. At impossibile est, vt perpetuū ad coēendum impotens possit se obligare ad debitum cōiugale reddendum: ergo iure naturali inhabilis est ad matrem, non minus quam inhabilis est ad cōtractum emptionis, qui impotens est ad premium precepta soluendum. Quod non solum impotens ad penetrandum, sed etiam ad seminandum intra vas, sit ad matrem. inhabilis, constat: nam ea potentia ad matrem. desideratur, quae per se idonea est ad prolem gignendam: hæc autem non est sola potentia ad penetrandum, sed etiam ad seminandum intra vas: sine cuius

cuius seminatione nequit fieri mutua sanguinū cōmixtio,& consequenter aptum p̄incipium ad problem gignendam, ad quam matrim. ordinatur. Hanc rationem insinuat Calestin. III. cap. Laudabilem, de frigidis, vbi declarat, iudicados esse inhabiles ad matrim. qui per triennium, quod ad potentiam coēundi probandam concessum fuit, nunquam per carnū copulā una caro effecti fuerint, sunt autem una caro coniuges per seminātiū mixtionem. Ex quo sequitur, non solum frigidos, qui defectū naturalis caloris nequeunt vas penetrare; sed etiam spadones vtroq; teste carentes, qui seminare non valent, licet penetrare possint, inhabiles esse ad matrim. Porro hæc impotentia, ex quācunque causā proueniat, semper i matrim. irritat; nil quippe refert, ex vnā; vel aliā causā oriatur, si matrimonij substantiam tollat. Vnde si esset sc̄enex adeò naturali calore destitutus, aut æger longā tabe confessus, vt neuter posset, aut vas penetrare, aut semen emittere, uterque esset ad contrahendum inhabilis, si nullā ei posset humanā industria subueniri. Hoc tamen impedim. ortum ex nimia senectute, aut diurno morbo, vix est in fœminā reperib. le: vt re. Et R̄ichar. in 4. d. 34. art. 2. q. 2. quæ quia ad generationem passiuē concurrit, non eam virtutem ad copulā requirit, quām vir; quippe cui sufficit receptiva potentia virilis feminis. Idem esto iudicū, si impotentia proueniat ex maleficio, quæ nequeat nisi ex alio maleficio tolli. Dices: ergo etiam impotentia proueniens ex voto perpetua castitatis, matrim. dirimit: quia neque hæc potest in actū exire absque peccato, sicut nec impotentia ex maleficio causata. Resp. neg. eonseq. ad prob. esto nequeat moralis potentia voto castitatis ligata in actū exire; quia tamen potest votū ipsum sine peccato tolli, per legitimam dispensationem, non dicitur simpliciter impotentia, vt quæ ex maleficio prouenit, & nequit, nisi maleficio tolli. Instabis: ergo neque impotentia proueniens ex voto solēni castitatis, matrim. dirimit: cū etiam hæc possit legitimā Pontificis dispensatione tolli, dispensando cū professo in voto solēni. Resp. neg. eonseq. quia votū simplex non aufert à vocatione dominium in potentiam generatiū, quod minus validē possit illam in cōiugem transferre, sed impedit tantum actū 2. ne licet illū exigere possit. Qui n. simplicem castitatem vovet, solum vovet, se ab actu coniugali abstenturū, non à dominio potentia generatiū abdicaturum. At votū solēne ex constitutione Ecclesiæ inhabilitat personā, auferendo ab eā ius in potentia generatiū. Quo sit, vt cum voto simplici castitatis stare possit mutua traditio potētia generatiū, ac proinde essentia matrimonij, quæ in hāc mutuā potentia generatiū translatione consistit: nequit autem hæc stare cum voto solēni, quia hoc aufert à vocatione dominium potentia, sine cuius traditione nequit essentia matrim. consistere.

9.
Ex quācunque causa impotentia bac dirimit.
10.
De voto castitatis dispensatio
estiam solēni.

Instabis: ergo neque impotentia proueniens ex voto solēni castitatis, matrim. dirimit: cū etiam hæc possit legitimā Pontificis dispensatione tolli, dispensando cū professo in voto solēni. Resp. neg. eonseq. quia votū simplex non aufert à vocatione dominium in potentiam generatiū, quod minus validē possit illam in cōiugem transferre, sed impedit tantum actū 2. ne licet illū exigere possit. Qui n. simplicem castitatem vovet, solum vovet, se ab actu coniugali abstenturū, non à dominio potentia generatiū abdicaturum. At votū solēne ex constitutione Ecclesiæ inhabilitat personā, auferendo ab eā ius in potentia generatiū. Quo sit, vt cum voto simplici castitatis stare possit mutua traditio potētia generatiū, ac proinde essentia matrimonij, quæ in hāc mutuā potentia generatiū translatione consistit: nequit autem hæc stare cum voto solēni, quia hoc aufert à vocatione dominium potentia, sine cuius traditione nequit essentia matrim. consistere.

11.
Ceruum 2. de sterilitate.
12.
Ratio naturalis conformatio-

2. Sterilitas, etiam perpetua, non dirimit matrim. contra pauculos apud Sanch. disp. 92. n. 25. Quia nū squā legitur Ecclesia, ob solam coniugū sterilitatem declarasse matrim. irritum. Nam in sterilibus reperi potest integra essentia matrim. quæ consistit in mutuā traditione corporum in ordine ad copulā conjugalem, cum mutua obligatione debitū soluendi. Nec est necessaria vel proles actu sequutura, vel aequalis copula, vt cōstat de matrim. B. Virginis. Neque tale matrim. omni omnino fine frustraretur. licet n. frustraretur primario, quæ est prolis procreatio; haud tamen secundario, qui est in remediuū concupiscentiæ, qui ad valorem matrimonij sufficit.

13.
Ceruum 3. 3. Impotentia temporalis matrim. non dirimit ex cap. Fratern. de frigidis. Vbi Innocen. III. definit, solum impedim. perpetuu, quod humanā industria remo-

ueri non potest, matrim. impedire: neque vllus in iure tex̄us est, qui tale matrim. declarat irritū: multo minus illud dici potest irritū iure naturæ; cum quia nunquam posset ab Ecclesiâ vt ratum admitti, cum nullam habeat Ecclesia in iure naturali dispensandi potestatem. Tum quia, qui tantū est ad tempus impotens, non est simpliciter impotens; proinde validē poterit de præsenti contrahere, obligando se ad debitum cōiugale soluendum pro tempore, quo erit potens: sicut qui non est de præsenti soluēdo, si spem habeat soluēdi de futuro, validē poterit de præsenti contrahere, obligando se ad soluendum pro tempore futuro. Dices: qui defēctu ætatis, aut ratione consangu. vel affini, impotens est, nequit de præsenti validē contrahere, obligando se ad reddendum debitum pro tempore futuro, quo vel ætas nubilis accesserit, vel dispensatio impetrata fuerit: ergo nec qui de præsenti est impotens. Resp. neg. conseq. nam, vt suprā, Ecclesia per huiusmodi impedimenta quæ ipsa statuit, aufert à personis dominiū in potentiam generatiū, quo sublatu, nequit matrim. consistere, quod in mutuā huiusmodi dominiorum potentia generatiū translatione consistit. Qui ve- ð de præsenti impotens est ad coēndū, plenū retinet dominū suæ potentia, illudq; validē poterit de præsenti in aliū transferre, ac proinde matrim. de præsenti contrahere. Nec substantia matrimonij officit, quod de præsenti nequeat aetū potentia ge- voto, neratiū, in cōiugem translatu exercere, vel ad il- lum de præsenti redendum obligari: cūm nec pos- sit simplici castitatis voto irretitus, aetū coniuga- lem exercere, neque ad illum exercendum obligari, si uterque coniux supponatur eodem castitatis vo- to innodatus, cūm tamen inter eos de præsenti valeat matrim. ex eo quod de præsenti fieri possit mutua corporum traditio, cum obligatione aetū coniugalē soluendi, legitimā accidente voti dispensatione. An qui dubius est de futurā potentia coēndū. Hæc apud di, validē possit de præsenti contrahere matrim. infra. probat. an. certa.

DUBITATVR 1. An impotentia, quæ sine peri- culo vītē tolli nequit, matrim. dirimat, si de facto tollitur, morte non sequitā? Canonistæ non pauci apud Sanch. disp. 93. n. 16. negant; etiamq; estimata fuerit impossibilis sublatu sine mortis periculo. Vnde concludunt, validum fuisse matrim. cum huiusmodi impotentia contractum, ac proinde restaurandum, si ad 2. fuerit factus transitus. Fund. ipsa experientia, quæ morte non secutā, declarat impedim. non fuisse perpetuum; cūm illud duntaxat censendum sit per- petuum, quod sine morte aetū secutā tolli non po- test. Videtur Innocentij III. cap. Fratern. de frigidis, vbi cūm proposuisset: An impedim. quod sine mortis periculo remoueri non potest, matrim. dirimat; con- cludit, De talibus non esse facile iudicandum; cūm finale iudi- ciū p̄deat ex future: ergo ex futurā, vel nō futurā mor- te pender, nū præcedens imped. fuerit perpetuu, vel temporale, & cōsequenter dirimens, vel nō dirimens.

Affirmant R̄ichard. in 4. disp. 34. art. 2. q. 2. Palud. q. 2. art. 2. concl. 2. Supplēm. Gabri. q. un. ar. 1. not. 6. Sorm. q. Contraria un. ar. 2. § dubium, Per. Sot. lett. §. de matrim. §. Hu. eu- sens. proba- tem, Henrīq. lib. 12. cap. 7. n. 6. Sā verb. matrim. de imped. bilior. dirim. vers. impoten. Valent. tom. 4. disp. 10. q. 5. p. 3. sic. Impoten. Sanch. disp. cit. nu. 18. Conink. disp. 31. dub. 7. nu. 8. S. Ponti. lib. 7. cap. 62. Hurtad. & alij probabilius: ita Glossa in cit. cap. Fratern. verb. Casus, fine, & verb. Simili: deducitur ex textu, vbi Pontifex ait, illud impedim. censeri perpetuum, quod non potest absque pericu- lo mortis remoueri. Quare etiam si remouatur, morte non sequitā, aut miraculo, vel actu illicito, matrim. dirimit: cūm verum fuerit, illud non fuis- se remouibile absque mortis periculo, miraculo, vel actu

14.
Dux.

Ref.

15:
Dubium 1.

16:

bilior.

Notandum. actu illicito. Nota; si errore peritorum impedit, iudicatum fuit sublatu impossibile sine mortis periculo, si postea sine tali periculo sublatum fuit, matrimonium non fore irritu, cum eis irritatio non pendaat ex errore iudicio falsò iudicantis, sed ex reisps.

17. Ex his inferatur 1. Si mulier habens talem impedimentum, quod sine periculo mortis auferri non possit, post declaratum eius primum matrimonium, inualidum, contrahat secundum, pari modo illud fore inualidum: quod si huiusmodi impedit, sit cum probabilitate ipsius vitæ periculo sublatum, in libertate ipsius esse, manere cum primo, vel cum 2. aut cum quounque alio contrahere: cum quouis tamen contrahatur, nouo opus esse consensu. Ratio: utrique matrimonio idem officit dirimens impedit, cum verò viru que matrimonium fuerit inualidum, poterit cum virouis, vel cum quoque alio contrahere: cum autem tam prior, quam posterior consensus fuerit inualidus, ut potè inefficax tam ad transferendum dominium potentiae generatiæ quacum ratione impedimenti moraliter perpetui contrahens transferre non poterat; quam ad se ipsam obligandam ad debitum soluendum, nouo opus erit consensu, quo & potentia generativa in coniugem transferatur, & se ipsa obliget ad debitum soluendum. 2. Temporalis est impotentia, proinde matrimonium non dirimet, si prudenti iudicio peritorum probabiliter estimetur, posse absque mortis, aut graui periculo corporis tolli, etiam si coniux ea media, quæ illam probabiliter sublatura essent, non adhibeat. Ratio; ut cum multis San. b. diff. 93. n. 15. impedimentum, ut sit temporale, aut perpetuum, non pendet à voluntate coniugis nolentis per proportionata media illud à se tollere, sed ex naturâ rei. Vnde sicut impedit, probabiliter estimatum irremediabile sine mortis periculo, etiam si remediis adhibitis, tollatur non securâ morte, non desinit, quia ex naturâ suâ sit perpetuum ac dirimens matrimonium, si re ipsâ non fuit sine periculo sublatum. Ita conterà, si probabiliter estimetur, non posse absque mortis, aut graui corporis periculo remoueri, non euadit perpetuum, ac dirimens matrimonium. ex eo quod ad illud remouendum non adhibeantur remedia. 3. Declarato matrimonio inualido propter impeditum, perpetuum ex parte viri, utrique esse nuptias 2. interdicendas; cum virque sit ad contrahendum inhabilis: si verò ex parte viri ei tantum esse matrimonium. 2. inhibendam, qui perpetuum habet impeditum. Ita DD. omnes in iure fundati.

18. An saltem qui huiusmodi laborat impotentia, matrimonium inire possit sub conditione, si talis impotentia sine morte tollatur? Resp. affirmatiæ, iuxta dicta a diff. 5. sect. 3. coroll. 3. vbi ostendi, matrimonium sub conditione contingente de futuro contrahendum, purificata à conditione, absque nouo consensu, vi prioris sub conditione de praesenti presenti, fore ratum ac validum. Nec obstat praesentem inhabilitatem personæ contrahentis: quia consensus de praesenti praesertim non fertur in personam inhabilem de praesenti, sed habilem de futuro; quippe qui ex intentione contrahentis vim & efficaciam concludendi matrimonium, suspendit usque ad conditionis euentum.

19. 2. Anteneatur foemina tempore impeditum, habens incisionem pati? Affirmat Glossa in cap. Fratern. de frigidâ verb. Corporalis, si id leui periculo fieri possit. Idque ex textu: unde à contrario sensu, non teneri, si nequeat sine graui periculo fieri: quia non tenetur cum tanto corporis dispendio ad actum coniugalem se aptam reddere. Cæterum maior erit obligatio maioris sui corporis periculi subeundi, quando foemina sui defecctus cōscia cum viro impeditum in inicio contraxit: An quando sola virginitas est in

causa, quod minus vir ob sua debilitatem, valeat con- iugē carnaliter cognoscere, teneatur virgo remedia admittere, quibus tracto virginitatis sigillo, queat à viro cognosci? Et sane, si dubium sit, an adhuc, tracto virginitatis signaculo, valeat à viro cognosci, non te- ducatur ad remedia, quæ virginitatis florem sibi eripiunt, admittenda. Quidam rati casu, si post triennium, quod ad experiendū huiusmodi impedita Ecclesia cōcedit, vir non potuerit virginem cognoscere, dubiumq; maneat, an adhuc virginitatis flore per extrinseca remedia succiso, vir illam cognoscere valeat, matrimonio potest ac debet declarari nullū: quia cum tali cœtu matrimonio, valor sit dubius, & magno detrimentum inferatur virginis, si post defloratam sibi virginitatem, contraquæ matrimonio propter im-

potentiam perpetuam viri, declaretur inualidum.

Sola ergo difficilis est, quando certo experimento constat, virum posse defloratam, non autem virginem, ob virium defectum cognoscere, an virgo teneatur subire remedia, quibus virginitatis flore acciso, reddatur coniugali copula apta. Negat Ponti. lib. 7. cap. 62. probat. Illud in pedem censendum est perpetuum, quod tolli nequit, nisi vel medio periculis, vel cum vitæ discrimine, vel quod ius & æquitas iniquum iudicat: sed medium hoc deflorandi virginem, alia viā quam congressu viri, iniquum est, quod nec ratio, nec natura, nec iura permittunt: tum quia virginitas non est vitium, aut naturalis defectus, cui debeat medicina applicari, ut curetur: tum quia virginem arte corrupti, ut possit à viro cognosci, horret natura, nec patitur honestas. Tum quia omni contractui commune est, obligationem inducere iuxta solemnitatem, formam & conditiones, quibus celebratur. Cum igitur matrimonio contractus quidam sit, in quo vir & mulier sese mutuo tradunt in usum matrimonij, ea conditio semper subintelligenda est, etiam si non exprimatur, si ad talem usum apti fuerint. At certum est, eam non subintelligi, ut apti siant per usum tertij, nempe medici, aut obstetricis manus; sed ut à se inuicem cognoscantur. Tum maximè, quia, si hoc medium esset licitum, Ecclesia ad innumeratas lites componendas, illud aliquando præcepisset, cōsuluisse, aut permisisset: cum igitur nunquam præcepit, consuluit, aut permisit, sed triennalem duntaxat cohabitationem concessit, ut in reliquis impeditum signum est, illud ut illicitum, & iniquum omnississe. Concludit, tale matrimonio declarandum est in-

23. ualidum, si intra triennalem cohabitationem ab Ecclesiâ concessum, vir non potuerit virginem cognoscere. Pro hac sententia Duran. Palud. Suppl. Gabri. & Luyssum Legion. At nihil de hoc cit. qu. Duran. Palud. in 4. diff. 34. q. 2. 47. 2. concl. 4. & Suppl. Gabri. q. vn: 47. 2. post coroll. 3. ex 1 propo: videntur huic sent. fauere, dum afferunt ei, qui impotens est ad virginem cognoscendam, potens autem ad corruptam, posse licentiam cōcedi cum corruptâ contrahendi. Verum horum sententiarum non necessariò intelligenda est de eo, qui de facto cum virginem contraxit, sed de eo, qui ante contractum matrimonii, inhabilis cōletur ad virginem cognoscendam.

Affirmant S. Tho. in 4. diff. 34. q. vn. 47. 2. ad 5. Sotus q. vn. 47. 2. §. Sed auct. Palud. diff. 1. §. Verbigratiâ, Sylvest. matrim. 8. q. 16. dicto 6. Sanch. diff. 93. n. 26. Hurtad. diff. 22. diff. 7. & alijs, Sacris Canon. conformiūs, qui definunt, impotentiam, quæ potest sine vitæ periculo, & violento medio, ex quo mors timeri potest, esse tempore impeditum, ac proinde matrimonium non dirimere. Cum igitur virginitas respectu viri illam deflorare impotentis, sine periculo vitæ, & violento medio, ex quo mors timeri posset, tolli queat, non est cur debeat inter perpetua impedita censer;

22.
Negat.
Probabit.

**Ergo impedi-
dim. censem-
dum perpe-
tuum, nec
cogi potest
ut sibi vir-
ginatus flos-
succidatur.**

**Hac argum.
Ponti in
formam
redacta.**

24.
Probabilior
sent. ex uni-
versali defini-

25.
Pro contra-
dictus ma-
trim.

Confir. 1. Tale matrimonium non erit irritum, si certo experimento constet, posse virum corruptam cognoscere: ergo dat ius viro remouendi à corpore matrimonij lege sibi obligato obstaculum, quod actum coniugalem impedit. Nam vir per matrimonium acquirit corpus coniugis ius perfectæ iustitiae, ut de eo circa peccatum, & vitæ periculum, liberè disponere valeat in ordine ad actum generationis, propter quem suum corpus cum corpore coniugis matrimonij lege commutauit. Antec. prob. huiusmodi matrimonium ex parte neutrius coniugis assert impedimentum perpetuum, quod non possit citra peccatum, & vitæ periculum remoueri: ergo erit validum. 2. Si vir ob nimiam caliditatem, non posset semen intra naturale vas effundere, possetque humanâ industria, absque vitæ periculo tale impedimentum tolli, huiusmodi matrimonium. cù tali impedimentum contractum, non esset irritum; conserretque vxori ius ad illud remouendum: ergo nec si posset virginitatis signaculo obstante, intra naturale vas seminare, matrimonium impediret, si absque vitæ periculo posset, virginitatis obstaculo remoto, aditus ad claustra virginalia patefieri. Ad argu. Ponty, nego, tale impedimentum non esse actu lictio removibile, ac proinde temporale: nulla n. appareat in huiusmodi actu indecentia, quæ non possit honestissimo fine matrimonij iustificari. Sicut nec est indecentia, quod arctitudo simul cum ipsâ virginitate auferatur, vt contractum matrimonium suum finem consequatur: nequit n. plerumque arctitudo sine virginitate tolli. Ad 1. prob. esto virginitas non sit defectus naturæ, est tamen impedimentum viro ad coeundum imbecillo. Nec solum remouendi sunt defectus naturales, sed quidquid obstat actu coniugali, quando licet, & sine periculo vitæ remoueri potest. Ad 2. neg. antec. quando id sit ex honestissimo fine remouendi obstaculum actum coniugalem impediens.

Ad 3. Tertia concludit contra arguentem, & DD. omnes. Quis enim negabit, si fœmina reperta sit arcta, eiusque arctitudo tolli possit sine periculo vitæ, illam tollendam esse? cùm tamen contra eam æquè militet arguentis ratio, contendens, in quo quis matrimonium subintelligi conditionem, vt contrahentes non fiant apti ad coniugalem actum per artem medici, aut obstetricis manus, sed vt à se inuicem cognoscantur. Solum igitur ea conditio in matrimonio contrahendo subintelligenda est, quando virgines per vnum tertij nequeunt absque vitæ periculo aptæ fieri ad actu matrimonii. Ad 4. sufficit, tale medium fuisse ab Ecclesiâ comprehensum sub generali regulâ, quâ decreuit, nullum impedimentum quod citra peccatum & vitæ periculum remoueri potest, esse perpetuum.

27. Dubium 2. Negat. DUBITATVR 2. An vt temporalis impotentia non dirimat matrimonium, debeat esse incognita? Negat cum Pet. Ledes. Sancb. disp. 92. n. 4. quia impotentia temporalis nec iure Ecclesiæ nec naturali matrimonio dirimit: ergo nec dirimit ignorata. Nam impedimentum matrimonium non est pensandum ex scientiâ vel ignorantia contrahentis, sed ex reipsâ: ergo si reipsâ matrimonio nihil habet, quod eius substantiæ aduersetur, validum erit: sicut validum est matrimonium ignoranter contractum cum eo, qui simplici castitatis voto irretitus est. Antec. quoad ius Ecclesiæ constat, cùm nullus sit textus id exprimens. Quoad ius naturale prob. impotentia temporalis matrimonij finem non tollit, sed summum illum ad tempus impedit, sicut illum suspenderet votum castitatis ad tempus emissum.

Affirmant. Affirmant vero Sotus in 4. dist. 34. q. vn. art. 2. §. quapropter & §. postremum, Henrig. lib. 11. de matrimonio cap. 10. n. 7. pro quâ citant S. Thom. & alios Scholast.

28. Pro decisione dubiæ dicti. Dico 1. Si contrahens, dum contrahit, formaliter aut virtuale intentionem habet non contra-

bendi, nisi alter sit de presenti habilis ad coniugale debitum soluendum, inualidum est matrimonium. si temporalis impotentia in altero existens à contrahente ignoratur. Sequitur ex iis, quæ supra dictum de impedimento erroris: vbi ostendi, quando intentio contrahentis formaliter, aut virtualiter fertur in aliquam conditionem, sine quâ contrahens nollet obiectum principale, matrimonium fore irritum: quia tunc error conditionis redundant in personam, quæ per modum vnius totalis obiecti à contrahente intenditur. Intenditur autem saltem virtualiter vna cum principali obiecto conditio, quando in ipso contractu ocurrans, non tantum impellit contrahentem ad consensum praestandum, sed etiam per modum obiecti terminat consensum ipsum, qua conditione non existente, non existet consensus. Maior difficultas, quando temporalis impotentia contrahenti non occurrit, dum actu contrahit, dat tamen causam contrahenti, quia si fuisset scita, contractus initus non fuisset. Ex vna parte non videtur matrimonio officere, cum plurima sint, quæ si in actu ipso contrahendi occurrisent, contractus initus non fuisset, quæ tamen contrahendum non irritant; alioqui nullus humanus contractus esset firmus ac stabilis, cum nemo sit, cui post initum contractum aliqua ratio non occurrat, quæ si ab initio occurrisset, contractum non iniunxit. Ex alia parte inualidus est omnis contractus, in quo iustitiae leges à contractu requisites non seruantur: at in tali contractu non seruantur iustitiae leges à matrimonio. contractu requisites: nam inter leges iustitiae est, ut vitium rei commutabilis manifestetur commutanti, quando illud rem commutabilem reddit notabiliter inutilem commutanti in ordine ad finem, propter quem illam commutat. At impotentia coeundi, quamvis temporalis, reddit corpus coniugis, quod commutatur cum corpore alterius coniugis, notabiliter inutile ad finem, propter quem corporum commutatio fit.

Dico 2. Si talis impotentia duratura sit longo tempore, matrimonium ignoratæ contractum, est inualidum; secus, si breui, nisi defectu impotentiae labo- claus. rans interrogatus, impotentiam negauerit. Ratio pri- Ratio supra mi: quando vitium est occultum, & reddit rem notabiliter inutile in ordine ad finem, propter quem probat pri- commutatur, contractus est inualidus, quia in eo violantur leges iustitiae, quas omnis contractus ad sui valorem requirit. At finis matrimonij est, commutare corpus pro corpore ad debitum cōiugale soluendum; ergo impotentia ignorata, quæ reddit corpus vnius coniugis notabiliter inutile ad hoc debitum soluendum, irritat matrimonium. Confir. Qui commutat bœcum cum equo affecto occulto vitio, quo nequit commutans vti nisi post duos, vel tres annos, inualidus est talis contractus, quia in eo commutans notabilitate defraudatur finis, propter quem commutationem fecit: ergo pariter qui corpus commutat cum corpore, quo nili post duos, vel tres annos ad copulam cōiugalem vti potest, notabiliter defraudatur finis, propter quem talis commutationem fecit. Ad quantum autem tempus debeat se extendere hæc impotentia, ut cœleatur notabiliter inutile reddere corpus ad finem matrimonij, propter quem commutatur, non potest certa regula statui, sed arbitrio prudentis relinquendū. Illud certum videtur, si impotentia eo usque se extendat, ut coniux præ senectute reddatur inhabilis ad generandū, siue sit ex parte fœminæ, siue ex parte viri, matrimonium inualidum reddi, quia tunc frustratur principali fine, propter quem fuit initium.

Secundum constat à paritate reliquorum contractuum, in quibus quando vitium ignoratum non reddit rem venditam, vel commutatam notabiliter inutili-

urilem ad finem, propter quem emitur, vel commutatur, non irritat contractum, quia non lredit notabiliter iustitiam inter contrahentes. Tertium ostendo: quando contrahens interrogat de vicio rei vendibilis, vel commutabilis, declarat se habere animum non contrahendi, nisi res careat vicio, de quo interrogat; proinde talis dolus in contractu matrimonii redundant in personam, ut supra.

Tertium prob.

32.
Causa

Quid si vterque laboret impotentiam temporali, & vterque contrahat ignorans defectum alterius? Iuxta iacta principia dico, si impotentia vnius notabiliter excedat quoad tempus soluendi debitum, impotentiam alterius, velut si unus sit impotens ad coeundum per unum mensum, alter per duos vel tres annos, matrem fore irritum, propter notabilem excessum, quo impotentia vnius reddit corpus ad actum generationis inutile alteri. Sin autem excessus non sit notabilis, censeo tale matrem fore validum: quia tunc defectus vnius compensatur defectu alterius, vti in reliquis humanis contractibus contingit; & alioquin parui excessus & lesionis inter contrahentes ratio haberis non solet. Quid si unus fateatur suum defectum, altero tacenti? Resp. si impotentia tacentis non excedat notabiliter impotentiam fatentis, valeare matrem. secus, si notabiliter excedat. Ratio primi; tali casu neutri fit iniuria; non tacenti, quia ei manifestatur impotentia; non manifestanti: nam eatenus manifestanti fieret a tacente iniuria, quatenus corpus tacentis redderetur ad tempus ipsi manifestanti inscio ad actum coniugalem inutile: at hoc ipso, quo manifestans suam impotentiam prodit, declarat se coire non posse, ac proinde tacentis coniugis corpore vti non posse ad actum coniugalem: nam positam vniuersitatem coniugis impotentiam, impeditur actus coniugalis ex parte alterius, etiam si alter potentiam habeat ad coeundum: cum actus coniugalis essentialiter postulet potentiam coeundi ex parte vtriusque: ergo etiam si alter suam impotentiam manifestanti taceat, adhuc manifestans non poterit vti corpore tacentis ad actum coniugalem, quamdiu ipse manifestans impotens erit ad coeundum. Siue igitur sibi ab altero impotentia manifestetur, siue non, dumquam vti poterit corpore alterius, quamdiu ipse ad coeundum impotens erit. Ratio secundi constat: si excessus impotentiae vnius notabiliter superat excessum impotentiae alterius, etiam si notabiliter lreditur iustitia ex parte alterius, qui cu ignorantia talis excessus contrahit matrem. Ad fund. Sanch. nego, tale matrem non esse iure naturae irritum, non secus ac quiuis alias contractus, cuius materia, occulto vicio suppresso redditur emptori notabiliter inutilis. Nec est eadem ratio, quando vitium cognoscitur: quia tunc emptor cedit iure suo, proinde nulla fit ei iniquitatis. Etenim cum materia sit substantia contractus, si ea propter occultum vitium sit notabiliter inutilis ad finem, propter quem de ea contrahitur, contractus subsistere non poterit, ut poterit notabiliter latus in propriâ substantiâ. Vnde dispar est ratio de eo, qui contrahit cum voto simplici castitatis astriktio, eo ignorato: quia votum castitatis non reddit corpus videntis inutile ad actum coniugalem ignoranti, cum adhuc voto non obstante, teneatur videntis debitum postulantem reddere; sed ipsi dumtaxat videnti. At impotentia reddit corpus ad copulam maritalem inutile, non ipsi tantum impotentia habenti, sed etiam alteri ignorantis.

Nula est
iniuria, si
impotentia
non manife-
statur.

34.
Ad fundam.
Sanch.

Contractus
cuius leges
sufficiunt
vicio.
lancor in
materia, de
quâ contra-
bitur, est
inutilis.

35.
3. Dubium.
Ratio neg.

cognosci, quin possit ab alio; cum eadem vis contumebendi, quae est respectu vnius, sit respectu omnium. Confir. ex cap. fratern. de frigidis, vbi Innocent. III. iubet mulierem separatam a primo viro, a quo dicebatur cognosci non posse, nupram postea alteri, a quo cognita fuit, remigrare ad primum: cum patet, inquit, ex p. f. quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commiscetur. Affirmant communiter alij. Duas

habet questio partes; an dari possit impotentia perpetua respectu vniuersitatem personarum, & non respectu omnium: 2. an ea data, possit matrem. cum aliis, respectu quorum ea impotentia non est, validè contrahi. Quoad 2. res est certa; nam dato quod respectu vnius impotentia sit perpetua, matrem cum tali personâ erit nullum: ergo dato quod respectu alterius impotentia non sit, cum ea validum erit: proinde separata a primâ, validè contrahere poterit cum secundâ. Quoad 1. saltet de impotentia causata ex maleficio negari non poterit, cum possit demon perpetuum impedire, ponere respectu vnius, & non altiarum personarum, can. si per sortiaris 33. q. 1. vbi dicitur, si duo coniuges nequeant propter maleficium concubere, & post adhibita spiritualia remedia Confessionis, Orationis, Ieiunij, Eleemosynæ, & Ecclesiæ exorcismorum, adhuc maneant impotentes, separandos esse: & si ad alias nuptias transierint, nequibunt prioribus, quibus iuncti fuerant, etiam si possibilias concubendi eis reddit a sit, reconciliari. An autem dari queat impotentia perpetua respectiva naturalis, non est Theologi decidere: etiam data, militabit eadem ratio. Ad rationem oppositæ; esto id verum sit de impotentia intrinsecâ naturali, falsum est de accidentali extrinsecâ ex maleficio causata. Etsi nec appareat repugnantia, quin possint instrumenta generativa vnius ita esse improportionata respectu vnius personæ, vt respectu illius nullâ valeant humanâ industriâ proportionari. Ad confir. nego, ibi Ponitificem decidere, non posse dari impedimentum perpetuum respectuum; solum in casu declarat, impedimentum respectu prioris coniugis non fuisse perpetuum, ex eo quod potuerit mulier a simili viro cognosci. Supponit ergo 2. virum fuisse similem primo, proinde si potuit a 2. potuit & a 1. & consequenter matrem. initum cum 2. fuisse inutilidum.

DVBITATVR 4. An quando vir est potens partem tantum seminis intra vas effundendi, sit inhabilis ad matrem. Pro negante parte est; qui nequit absque peccato actum coniugalem exercere, censetur impotens: sed qui nequit totum semen, sed partem dumtaxat intra vas effundere, nequit absque peccato actum coniugalem exercere. At dicendum, tales fore potentes: nec officere quod nequeat totum semen intra vas effundere: cum id non fiat voluntariè, quo pacto peccatum est; sed ex merâ necessitate & naturæ defectu, qui a peccato excusat; vti excusat scemina; quae nequit virile semen retinere; & vir, qui ex infirmitate semen effundit. Neque propter huiusmodi defectus sunt a matrem arcendi: quia cum haec faciat sine peccato, nequeat matrem prohibere.

DVBITATVR 5. An dubius de potentia futura validè possit de praesenti contrahere? Distinguo: si 3. Dubium? sermo sit de matrem conditionato, nulla est iuxta nostram sent. difficultas, quin validè possit de praesenti sub conditione futurae potentiae iniri: est. n. eadem ratio, ac de reliquis matrem sub conditione dubiâ & contingente de futuro initis, quae ante conditionis eventum manent suspensa, etiam autem purificata, transeunt in absoluta, & sine novo consensu, vi tantum prioris fiunt rata. Si matrem contrahatur consensu absoluto de praesenti, dicendum est inutilidum, siue vnu tantum, siue vterque dubius sit.

De Matrimonio, Tom. IX.

V 3

Ratio;

Ratio.

Ratio; matrim. absolutum de praesenti contractum requirit materiam matrimonii essentialē de praesenti certam, ut possibiliter de praesenti in coniugem transferre: sed qui dubius est de sua futura potentia generativa, non habet materiam matrimonio essentialē de praesenti certam, quam possit in coniugem de praesenti transferre: nam materia essentialis matrimonij sunt corpora ad generandum idonea. Maior prob. tum ex Floren. in decreto Eugenij, ubi causa matrimonij dicitur esse consensus per verba de praesenti expressus; ubi autem materia est dubia, non potest consensus esse certus, cum certitudo consensus pendaat ex certitudine materiae: tum ex natura matrimonij, absolute contracti, quod indissolubilitatem postular: nequit autem esse indissolubile, quod ex dubia potentia generativa penderet, quippe quia non existitur, matrimon. à principio contractum fuisse nullum.

An impotenta perpetua superueniens contractum matrimonium dirimat?

41.
Christianorum & infideles diffar-
tatio.

DE matrimonio inter Christianos consummato certa est negans sent. nomine ex Catholicis refragante, quia Sotus infra cit. à nemine in dubium reuocari posse ait. Ratio: tale matrimonium ex institutione Christi euctū est ad significandam indissolubilem unionem Verbi cū natura humana, & Christi cum Ecclesia, quam per indissolubile symbolum exprimi voluit, ut significatio conformaretur. Inter in fideles, quorum consummatum matrimonium iuxta veriorē lēnit, non est à Christo ad hanc indissolubilem unionem euctū, proinde in illo haec ratio non militat, sed ex aliis capitibus omnibus matrimonii consummatis communibus, illius indissolubilitas probanda erit. Quare tota controv. est de matrimonio rato non consummato; quod non est ex Christi institutione ad hanc sacram & indissolubilem coniunctionem Christi cum Ecclesia elevatum. Prima sent. affirmat, Gratian. 33. q. 1. in sum. pro qua citat Gregor. III. can. Quod proposuisti 32. q. 7. qui ad Bonifac. Episc. ait: Si mulier infirmitate correpta non valuerit debitum viro reddere, bonum esset, si sic permaneret, ut abstinentie vacaret: sed quia hoc magnorum est, ille, qui, se non poterit continere, nubat magis: loqui de infirmitate superueniente matrimonio de praesenti iam contracto, constat ex verbis, debitum viro reddere, abstinentia vacare; que denotant matrimonium iam initum. Confir. Alex. III. de frigid. cap. Ex litteris eius accepimus, quod quidā sexdecim annorum quandom annorum tridecim duxit uxorem: qui cum debitu reddere non posset, mulier tam grauem infirmitatem contraxit, ut omnino viro sit facta inutilis, & instrumentum eius impeditum, ita quod vir ei commiseric non potest. Respondemus, quod si virum illud mulier à natura contraxit, nec ope medicorum poterit adiunari: viro aliquam accipiendi liberā tribuas facultatem. Gratiani sent. sequuntur aliquiapud Sanch. cit. inter quos citat Gisle. de Rubio. in 4. dist. 35. q. 2. ut hanc sent. probabilem afferentem. Sed falso: docet n. per nullū impedimentum superueniens posse matrimonium, semel contractū dissolui quoad vinculum, posse tamen dissolui quoad thorū & debitū soluendi. Dubius Scotus in 4. dist. 34. q. vn. 5. Hic primū: qui post relata sent. Gratiani, & contrarium sibi videri dixerat, subiuxit: Licer difficile esset indicare, si non procederes ratiō, am praecederet consummatum nisi forte esset ablatio alienius partis necessarie ad actum illū tempore illo interueniens. Qui videtur sentire, si ante consummatum matrimonium, superueniat impedimentum auferens instrumentum ad actum generationis necessarium, dirimi matrimonium. Ratio: destruktā materiam ad contractū necessariā, destruitur contractus: sed impotenta perpetua superueniens matrimonio, destruit materiam ad matrimonium contra-

cū necessariam: ergo destruitur contractus. Maior prob. nequit consistere natura contractus, cuius materia destruktā, ut patet in matrimonio contracto cū foemina, quæ progressu temporis mutata esset in virtutem: quod fieri posse, Plinius, & alij testantur: tale n. matrimon. in omniū sent. dirimetur; nec alia ratione, nisi quia diueritas sexus, quæ in matrimonio est materia necessaria, destrueretur. At non minus necessaria materia matrimonij sunt corpora ad generandum apta: ergo hæc aptitudine per impotentiam perpetuā superuenientē destruktā, destruitur matrimonium.

Secunda Canonistarum, & Theolog. communis negat: Bonav. in 4. dist. 34. ar. 2. q. 2. in corp. Ri- 45: char. ar. 2. q. 1. & 2. & ar. 3. q. 1. Duran. q. 2. n. 5. & uenda.

6. Rubio. citati: Supple. Gabri. q. vn. ar. 2. coroll. 2. ex 1. propos. Palud. dist. 27. q. 3. ar. 3. concl. 3. Sot. dist. 34. q. vn. ar. 2. 5. Quod autem Palatij disp. 1. 6. Porro, & reliq. schol. ac recen. decisa videtur à Nicolao Papā can.

Hic quis. 32. q. 7. Hic qui matrimonium sani contrarerint: & vni ex duobus astantia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem coniugia talium solui non possunt. Similiter sentendum de his, qui ab aduersariis excaecantur, aut membris truncantur, aut à barbaris executiō fuerint. Hæc Pontifex, qui cum non limitet ad solutionem matrimonii consummatum, intelligendus est etiam de rato. Fundam. Contractus matrimonii, semel validè celebratus nequit amplius dissolui: nam statim Fundam. ac legitimo consensu contrahentium perficitur, ex uniuersitate.

46. trahitur è potestate ipsorum, & soli subditus quoad dissolutionem voluntati divinae: igitur nulla impotenta superueniens poterit illum dirimere, quia nullus contractus dissolui potest nisi voluntate eius, à quo in conservari penderet. Matb. 19. Quod Deus communxit, homo non separat. verba dicta de

primo matrimonio, quod Deus inter primos parentes instituit, & de quocunque alio, Pharisæis, qui interrogabant, num liceret homini uxorem dimittere; alias contra ipsos non haberent vim.

Dices, Deum nunquam matrimonium dissolutum, quamdiu eius materia perdurerat: ea vero destruktā, statim dissolui voluntate Dei: sicut voluntate eiusdem dissoluitur, quando foemina mutatur in vitum. At contrarium nobis constat per Ecclesiæ declarationem, cit. can. bi qui: quod si statim matrimonii eius materia in ordine ad principale finem per impotentiam inutili redditā, ex tacita voluntate Dei dissolueretur, non esset opus ad illud dissoluendum, recurrere ad supremum Ecclesiæ pastorem, cui soli conuenit tali casu, per sensus circumstantiis, dispensare, si publico bono, & spirituali animarum saluti expediens visum fuerit, vt hæc tenus obseruatum est; sed ipsi contrahentes possent tale matrimonium dirimere, si consummatum non esset, sicut dirimunt, quando unus ex eos mutatur in aliud.

Ad cit. can. quod proposuisti 32. q. 7. Solidior solutio est: quod cum Pontifex in huiusmodi matrimonio rato non consummato potestatem habeat dispensandi, si sibi visum fuerit publico bono animarum expedire, nullo solidi- 48: Multas solu- fuses est cū vice huiusmodi potestate, ob causas latentes. fundi- lutiones ad- biles Glossa.

Q. i. negant, supremum pastorem habere hanc potestatem à Christo sibi concessam dispensandi in matrimonio rato non consummato, videant, quo pacto cit. can. solidè explicent, cum etiam ipsi quoad hanc veritatem nobiscum sentiant. Secundū vero testim. Alex. III. intelligitur de impedimentum precedere matrimonium, ut recte Glossa ver. Contraxit; ex verbis: Si vitium illud mulier à natura contraxit, nec ope medicorum poterit adiunari: quibus supponit, illud fuisse ante matrimonium, à natura contractū. Vel si mavis cū cit. Glossa dicere, illud fuisse impedimentum aetitudinis in foemina quod cum non potuerit tolli absq; graui ipsius corporis infirmitate, propter

42.
Differentias.

43.
Auctoritas multiplex.

44.
Prob rati-
o.

47.

Ref.

48.

Disputatio XXIV. De impedimento impotentie. Sectio III.

235

proper quam redditum est ad debitum coniugale soluendum inhabilis, iudicatum fuit perpetuum etiam ante contractum matrim. nam, ut supra, omne impedim. censetur perpetuum, quod sine graui corporis infirmitate tolli non potest. Ad rationem; destruta materia quoad omnem omnino matrimonij finem & viam, destrui matrem. concedo: destruta tantum quo ad unum finem, & superstite quo ad alium, licet secundarium, destrui matrem. nego. Quia verò in feminâ in virum commutata, destruitur materia coniugij quo ad omnem omnino finem & viam, destruitur ex voluntate Dei matrem. quod nō nisi ex masculo & feminâ instituit. At in vitro & feminâ, post legitimum matrem. impotentibus effectis, esto celes primarius finis & vius matrimonij, qui est copula coniugalit; quia tamen non cessat finis & vius secundarius, qui sunt coniugales tactus, indices amoris & mutuae benevolentiae declarati, non destruitur matrem. Nam licet actus finaliter ordinentur ad copulam coniugalem, possunt tamen extra copulam coniugib; esse licti, si citra periculum pollutionis exercantur ad declarandum mutuum amorem inter se, delegationemque ex iis consurgentem percipientem. Cur autem nequeat hic finis esse sufficiens ad inchoandum, queat autem esse sufficiens ad continuandum matrem. est: quia ad continuandum minus requiritur, quam ad inchoandum: quippe ad continuandum quicunq; finis, ac lictus ipsis viis sufficit: ad inchoandum verò desideratur plena potestas in ordine ad coniugalem copulam in corpus alterius, quae per potentiam perpetua impeditur.

An matrimonium cum impotentia perpetua cognita ad finem castè viuendi contractum validum sit?

Dixi, cognitâ: nam omnes conueniant, signore-
re, matrib; fore nullum. Affirmant Palud.
in 4. dist. 34. q. 2. ar. 1. concl. 3. Maior q. 1. supplem. Gabri.
q. 4. ar. 1. fine. & ar. 2. concl. 1. D. Antonin. 3. par. tit.
1. c. 12. Angel. matrim. 3. imped. 16. n. 2. Pet. Soto leg.
5. de matr. §. de ratione verò: sed inter omnes eam
strenue defendunt Mich. Medinalib. §. de sacr. homin.
contin. c. 74 75 77. & Ponti. lib. 7. cap. 56 57 58 59.
citantur Magist. in 4. dist. 34. c. 1. & 8. Tha. q. un. ar. 2.
ad 4. cui etiam fauere videretur Scotus q. un. ad 2. Si
sexus est omnino impotens, dicere, quod non contraheret matrem. licet aliqua posset consentire in eum ad coha-
bitandum fiscus frater & soror. Probant 1. ex Lucio
III. de frigidis. cap. Consultationi tue, quā nos consulisti, virum & feminâ clause impotentes misceri maribus, ma-
trimonium possint contrahere, & si contraherint, an debet
rescindi? taliter resp. ndemus: quod licet incredibile vide-
tur, quod aliquis cum calibus contrahat matrimonium: Ro-
mana tamen Ecclesia consuevit in similibus indicare, ut
quae tanquam uxores habere non possint, habeant ut soro-
res. In quo illa, contraxerint, rescindi, contractum
sonant. 2. ex cap. laudabilem, eod. tit. vbi Calestin.
III. eadem docet. 3. ex 33. q. 1. qui est Gregorii
III. can. Requisisti de his, qui ob causam frigide natura-
dicunt se non posse inuicem operam carni dantes commis-
seri. Iste verò, si non potest ea uti pro uxore, habeat eam quasi
sororem. Quod si res inaculum coniugale voluerint rescinde-
re, maneat virique innupti: vim ponunt in illis, re-
tinaculum coniugale rescindere, quae contra dictum antea
matrem. significant. 4. auth. August. de bono coniug.
Et ac Augst. cap. 3. qui de matrem. scribit: Quod mihi non videretur
proper solam filiorum procreationem, sed propter ipsam
etiam naturalem in diverso sexu sociari: aliqui non iam

diceretur coniugium in senibus, presertim si vel emissione
flos, vel nimis genuissent. Nunc verò in bono licet anno-
so coniugio, et si emarcuit ardor aetas inter masculum &
feminam, viget tamen ordo charitatis inter virum & u-
xorem, quia quando meliores sunt, tanto maturius à com-
mixtione carnis sua pari consensu se continere coeperunt,
non ut necessitas effet postea, non posse, quod vellent, sed ut
laudis effet, primum noluisse, quod possent. (Concludit) si
ergo seruat fides honoris & obsequiorum inuicem debito-
rum ab altero sexu, etiam si languentibus & prope cada-
ueriis virisque membris, animorum tamen rite coniuga-
torum tanto sincerior, quanto probator, & tanto securior,
quanto placidior casitas perseverat.

5. Matrimonij essentia potentiam ad copulam
carnalem non postulat, sed mutuum duntaxat ani-
morum coniunctionem in individuam vitæ socie-
tatem cum diversitate sexus: at totum hoc reperi-
tur in matrem. Inter impotentes ad castè viuendum
celebrato: ergo inter eos verum matrimonium esse
potest. Maior prob. Vbi dominium distinguunt ab
vsi, potest esse contractus circa materiam sine viu.,
aut ordine ad viu., cum vnumquodque separatim
possit esse integra materia contractus. Cum igitur
in matrimonio dominium corporis distinguatur ab
vsi, & ordine ad corporis viu., poterit esse contra-
ctus de mutuo dominio corporum absque vlo or-
dine ad viu. Confir. 1. Potentia ad viu coniugalem
requiritur propter generationem prolixi: sed
huc ad essentiam matrem. non pertinet; ergo nec illa:
quia potentia non est nisi propter actum: ergo
vbi actus necessarius non est, nec potentia necessaria
erit. 2. Quod indefinitio non ponitur, non est de
essentiâ definiti: at in definitione matrimonij non
ponitur potentia ad copulam; ergo non est de eius
essentiâ. 6. Consistit essentia matrimonii cum im-
potentia perpetua superuiente, ex communi sent.
ergo & cum impotentia antecedente, si cognita fue-
rit, nā non minus matrem. ad sui essentiam postulat
necessariam materiam in facto esse, quam in fieri:
igitur si in facto esse pro necessaria materia non po-
stulat aptum corpus ad generandum, neque illud
postulabit in fieri. Confir. Ideo si progressu tempo-
ris feminâ mutetur in virum, dissoluitur matrem.
quia diversitas sexus est necessaria materia matrem.
ergo si aptum corpus ad generandum, est necessaria
materia matrimonij, et per impotentiam super-
uenientem sublatâ, dissoluetur matrem. at non dis-
solvitur: non igitur est necessaria materia. Ultimò
probant à paritate seruitutis, quae ignorata irritat
matrem. scita non irritat. Hæc sunt argu. DD. qui
affirmant, huiusmodi matrem. esse validum iure na-
ture, & Eccles. Ex quo inferunt 1. tale matrem. non
solum contrahi posse cum viroque coniuge impo-
tentie, sed cum uno tantum: cum possit potens iuri
suo cedere & lege matrimonij se obligare ad perpe-
tuò cohabitandum cum impotente. Vnde ut inua-
lidum datur quodcumque aliud subsequens ma-
trim. hoc constante, 2. matrimonium cum perpetua
impotentia ignorata contractum, esse nullum: in li-
bertate tamen potenter esse diuortium facere, & ad
alias transire nuptias; vel cum eodem indissolubili
matrimonij nexu, ad castè viuendum manere.

Negat probabilitus Abulen. 3. reg. c. 2. q. 26. Bassol.
in 4. dist. 34. q. vn. ar. 1. Sotus q. vn. ar. 2. 6. Postremum Negat.
Palati. disp. 2. q. por. 8. vest. matr. 8. q. 16. dist. 5. Licet longe proba-
oppositum alterare videatur matrem. 6. q. 5. Naufr. in
sum. c. 22. n. 60. Tolet. in sum. lib. 7. c. 16. de imped. impo-
ten. Valen. 10. 4. disp. 10. q. 5. pn. 3. tū. Impoten. §. Ex quo
fund. Henr. lib. 11. cap. 10. fine commen. & lib. 12. c. 8.
n. 1. Sā matr. de imped. dirim. n. 14. Sancb. disp. 97. n. 2.
Rebell. q. 16. de impoten. n. 2. Coninc. disp. 31. dub. 7. n. 79.

Prob. 1. Hunc ad. disp. 22. diffi. 4. & reliqui ferè recen. Prob. 1. opposita sent. nullo solido dicitur fundam. nam verba cit. si non potest habere ut uxorem, habeat ut sororem, alium habent sensum, sc. liberam facultatem, non necessitatem aut debitum simul cohabitandi: quod colligitur ex cit. cap. Consulta de frigidis; vbi Pontifex supponit matrem. cum muliere impotente scienter contractum, ut constat ex illis, quod licet incredibile videatur, quod aliquis cum talibus contrahat matrem. quæ supponunt matrem. sive scienter contractum: alioqui quæ esset incredibilitas, contrahere cum muliere impotente ignoratā? Cūm tamen eo posito, potuisse vir à muliere discedere, & ad alias conuolante nuptias, ut deciditur in seq. laudabil. Si elapsō triennio, nec tunc coabitare volunt, quod cum eā coire non possit, accipiat alium. In hoc cap. supponi matrem. cum impotente ignoranter contractum; in priori, scienter: & idē in hoc dari facultatem transeundi ad alias nuptias, non in priori, dicitur sine fundam.

Confir. matrem. cum impotente etiam scienter ad prolem gignendam contractum, invalidum est, aduersarij etiam fatentibus: cūm tamen de matrem. sic contracto Lucius III. cit. cap. Consulta. dicat Romanam Ecclesiam consueuisse in consimilibus iudicare, ut quas tanquam uxores habere non possunt, habeant ut sorores: non igitur in eo c. Pontifex supponit ratum & indissolubile matrem. sed potius invalidum ac nullum, ut potè scienter cum impotente ad prolem gignendam contractum, ut deducitur ex illis; et si contraherint, an debeat rescindi: & quas tanquam uxores habere non possunt &c: quæ denotant, matrem. sive contractum ad prolem gignendam: quo non obstante de illo Pontifex pronunciat, si non possunt habere tanquam uxores, habeant ut sorores. E alio igitur hæc verba per aduers. sunt declarativa valoris matrem. iam contracti: cūm illud iam supponatur invalidum ac nullum, ut potè ad prolem ex uxore suscipiendam scienter contractum.

57. 2. Contra aduers. sic arguo.

58. Incipit, cūm frequenter.

Huiusmodi commixtiones affectare, qua cūm peccati & scandali occasionem prabeant, & in animarum damnationem tendant, sunt ab Ecclesiâ Dei propositi exterminanda. Et insuper considerantes, quod ex spadonum huiusmodi & eunuchorum coniugii nulla utilitas prouenit, sed potius tentacionum illecebri, & incendiua libidinis oriuntur; eidem fraternalitatue (scr̄bit Nuncio Apost. in Regnis Hispan.) per presentes committimus, & mandamus, ut coniugia per dictos, & alios quoscunque eunuchos & spadones, ut excoigitata vitroque teste carentes, cum quibusvis mulieribus, defectum declarans predictum sive ignorantibus, sive etiam scientibus, contrahi irrita prohibeas, eosq; ad matrimonia quomodo cung, contrahenda inhabiles autoritate nostrâ declares, & tam locorum Ordinarijs, ne huiusmodi coniunctiones decetero fieri quoquo modo permittant, interdictas; quam eos etiam, qui sic defacto matrimonium contraherint, separari cures, & matrimonia ipsa sic de facto contracta, nulla, irrita, & invalida esse decernas. Eos etiam qui sic iansi contraherunt, si appareat, illos, non ut castè simul viuant, contraxisse, sed attributis carnalibus & libidinosis operam dare, simulue in uno & eodem lecto cum predictis mulieribus dormire, conuincantur, omnino similiter separari cures. Hæc Sextus matrimonia ut irrita & nulla, etiam ante hanc constitu. fuisse pronunciat, Tò Declares. Non latuit hæc bulla Pontium, propter quam negantem partem est amplexus, sc. non esse in huiusmodi matrimonio tales omnia ad-herit. sequia, quæ simul cohabitantes solent coniuges sibi inuicem præstare. Ex hæc tamen bullâ contendit suam confirmari sent. quoad valorem matrimonii ad castè viuendum contracti, ex illis, si appareat illos, non ut castè simul viuant: ergo si ad castè viuendum contraherunt, non erunt vi huius bullæ separandi, sed obligandi potius, ut simul commaneant ut frater & soror. At non aduertit hic Author ad illa, quæ Pontifex superius dixerat, eosq; ad matrimonia quomodo cung, contrahenda inhabiles autoritate nostrâ declares: quibus indicat, quocunque modo matrem. inter tales personas contra & fore irritum. Unde verba illa, Si appareat illos, non ut castè simul viuant, contraxisse, nequeunt intelligi de matrimonio participante veram naturam & essentiam matrimonij: alioqui non cohærenter dix. Sicut, eos ad matrimonia quomodo cung, contrahenda esse inhabiles, si ad hoc matrem. quod per adue. l. participat veram & propriam essentiam matrem. essent habiles. Intelligenda ergo ea verba sunt, non de contractu matrem. sed ciuili, mutuo contrahentium consensu solubili.

Ratio: Si ad verum matrem. sufficit mutua animorum coniunctio in individuam vitæ societatem Sed agamus cum diuersitate sexus, nullo in usum corpori translatio dominio, poterit frater cum sorore, filius cum matre, pater cum filiâ, auus cum nepte, verum validumq; matrem. contrahere: cūm inter eos esse possit mutua animorum coniunctio in individuam vitæ societatem cum diuersitate sexus. Nam præciso dominio in mutuum usum corporis, omnia obsequia, quæ intercedere possunt inter virum & mulierem sanguine disiunctos, intercedere possunt inter sanguine, etiam in 1. gradu coniunctos. At dices: vbi sanguinis coniunctio talia obsequia facit debita, maritali coniunctione non est opus. Sed contrà: poterit tale matrem. hæc eadem obsequia uno titulo debita efficere, debita alio titulo. Instabis. Obsequia inter coniuges non sunt inferioris ad superiorē, aut contraria, sed collateralis ad collateralē: est. n. vir non planè inferior viro, sed ei collateralis, & in doméstico regimine socia: quæ propterea ex latere viri fuit prima vir formata, ut Angelicus 1. p. q. 92. ar. 3. in corp. Sapienter at obsequia inter patrem & filiam, filium & matrem, sunt planè inferioris ad superiorē, & superrioris

61. Mortis ad inferiorem. Sed contrâ: esto quâ pater & filius, filius & mater, alia sibi debeant obsequia: tamen quâ matrimonii iure coniungi sunt, coniugalia obsequia sibi mutuò præstabunt: quid n. prohibet, quin ex diuersis titulis diuersa sibi præstent obsequia? Demum; matrimonium essentialiter postulat indissolubilitatem, & quidem per aduers. omnino perfectam: nequit autem tale matrim. indissolubilitatem habere: nequit igitur verū esse matrim. cum essentiale rationem matrimonij non participet. Minor demonst. Omnis matrimonij indissolubilitas aut nascitur ex lege superioris, illud semel contractum quoad solubilitatem eximentis à voluntate contrahentium: aut ab ipso iure, quod proles nascitura inchoatiè saltē acquirit in ipsâ seminum cōmixtione, ut certa ex parte patris nascatur, & per utriusq; parentis industriam educetur. At ex neutro cap. tale matrim. est indissoluble. Non ex 2. vt patet, quia cùm non sit contractum ad prolem gignendam, nullum ius in eo nascitura proles acquirit. Non ex primo: nam vel hæc lex esset à Deo, vel ab Ecclesiâ, vel ab ipsis contrahentibus. Contrahentes etsi possint tales legem sibi imponere, ut nemo possit invito altero à contractu resilire; si tamen ambo postea conueniant ad contractum dissoluendum licet ac validè resilire possunt, cùm per præcedentem legem, sponte sibi impositam, non potuerint potestatem ad matrim. dissoluendum sibi auferre. Ecclesia nullibi hanc legem sanxit: nec his verbis: si non possunt habere eas ut uxores, habeant ut sorores. hæc n. tantum abest, ut indissolubilem contractum insinuent, ut ne contractu quidem necessariò inter contrahentes seruandum indicent: sed ea puri consilij causâ à Pontificis dicta sunt, nullum n. notatur verbū, aut talis matrimoniī præceptum, aut eius dissolutionis inhibituum, sed tantum consultuum, ut consuevit, in iuriis Romanis Ecclesia iudicare. Studio abstinuerunt à verbis, precipere, decernere, statuere, quæ legem latam, vel ferendam importat: sed vñi sunt verbo iudicare, quod consilium tantum insinuat, indigitando solum iudicium, quid debeant fideles ex se ipsis eo casu præstare, non legē eis statuendo, ut præstent. Adde, Ecclesiam non prīmo suâ lege matrim. efficere indissoluble, sed illud supponere ex natura sua tale etiā fatētibus aduers.

62. *Concilium Ponsif. non præcepit.* Sed neque hanc indissolubilitatem habet à Deo, Nam vel illam haberet, quatenus sacramentum est à Deo elevatum ad significandum indissolubilem unionem verbicūm naturā humanā, & Christi cum Ecclesiâ. At hanc significationem non habet, nisi solum matrim. inter Christianos consummatum, ut supra. Quin neque tale matrim. esset sacramentum gratiæ collatiuum, vti est ratū non consummatum, sc. quod solet inter homines contrahi per mutuam corporum traditionem de præsenti factā. Vel quatenus contractus est in individuam vitæ societatem finitus: at ex scripturis, illud tantum matrim. lege diuinâ factum est indissoluble, quod aptum est, ut ex duobus fiat vna caro: *Matth. 19. quod Deus coniunxit, homo non separat, vbi præmisserat, propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhæredit uxori sue, & erunt duo in carne vñā.* Deinde semper Deus, quæ suauis est ipsius prouidentia, in legibus imponendis, quo ad fieri potest, se accommodat naturis rerum: & quia solum matrim. ad generandum aptum, suā naturā in bonum prolixi indissolubilitatem postulat, illud tantum superadditâ suā lege omnino indissoluble efficit. Vlt. rogo, An iuxta sent. negantium, posse Pontificem ratum matrim. dissoluere, possit saltem hoc? An possit vir à coniuge licentia minime petitiā, ad sacros Ordines ascendere? An urgente

sumā necessitate subueniendi integro alicui regno, aut illud ab hæresi liberādi, possit tale matrim. priuatâ contrahentium voluntate dirimi, & aliud contrahi, per quod tali necessitatī succurratur? Ad tales coniuges dissoluto contractu ad castè viuendum, propriâ authoritate possint alium inter se contrahere ad prolem gignendam? Aliæq; contra hanc sent. interrogations fieri possunt, quæ aut vix soluentur, aut non nisi absurdè, & cum manifesto præiudicio affarum sent.

63. *Hanc sent. quoad utramque partem in pugno hæc ratione.* Ad citatos can. nec est, cur virgine verba rescindi coniugale retinaculum, quæ contractum videntur supponere: cū frequenter iura soleant talibus vti, etiam iusfactum vbi nullus est validus matrimonii contractus, ut in canonib.

cit. bullâ Sixti V. de canachis dicitur, si matrimonium contrarerint cùm tamen inter eos nullum supponatur contractum matrim. Et cap. laudabil. de frigidis, coniugium appellatur, matrim. inter impotentes initum, cùm tamen coniugium nullum sit. Quare talia verba intelligenda sunt iuxta subiectam materiam.

Ad August. dico, non loqui de matrim. inter impotentes ad castè tantum viuendum, sed inter potentes ad generandum contracto: quod tamen inter eos præfereat ut impotentes effectos, adhuc perseverat in ratione coniugii, per mutua charitatis, & coniugalis societatis obsequia. Ad 1. sine fundamento, matrimonij definitio excogitata, ordinē & potentiam ad copulam excludens. Ad 1. prob:

Ad primam rationem à priori.

concedo, inter virum & mulierē tales contractum esse posse in mutuâ duntaxat vitæ societate fundatum: sed nego, hunc esse, vel dici matrim. cùm careat essentiali ratione matrim. quæ est indissolubilitas orta ex mutuâ corporum ad generandum habiliū traditione. Ad 1. confir. potentiam ad gignendum non solum in matrimonio requiri propter actum 2. generationis, sed etiam ad conferendum murum ius in corpus alterius, sine quo neuter coniux obligatur ad coniugale debitum reddendum: sine qua obligatione, matrimonij essentia subsistere non potest. Ad 2. nego, in definitione matrimonij nullam fieri, saltem implicitè mentionem potentias ad copulam: nam quid aliud significat, viri mulieris que maritalis coniunctio, quam Magist. in suâ defini. à Scholast. admissa, ponit? Ad 2. constat, cur impotentia subsequens matrim. non dirimat, dirimat an.

Ad 2. p. 67.

so iure Eccles. ignorata, matrim. dirimit, scita non dirimit: de impotentia autem perpetuâ ad coenundum expressos textus habemus, quod matrim. dirimat, nullum habemus, quod scita non dirimat: Ceterum falsò pro suâ sent. citant S. Th. qui cit. ar. 2. ad 1. docet, potentiam ad copulam esse de essentiâ matrimonij. Nec te moueat id, quod ad 4. dicit, qui scit impotentiam contrahentis, & nihilominus cum illo contrahit, ostendit se alium finem ex contractu querere, ac proinde contractum stare. Näm non propterea asserit id fore matrim. sed ciuilem duntaxat contractum, priuatâ contrahentium voluntate solubilem: alioqui non dixisset, de essentiâ matrimonijs esse potentiam ad copulam: Ad illud verd,

68. quod Medina dicit, licitos esse inter tales coniuges Falsum ap. omnes illos actus, quos extra copulam exercere possunt, qui ad prolem procreandam contrarerunt, eo

quod hi liciti sunt inter sponsos de futuro: falsum est, etenim non omnes actus, quos licite extra copulam exercere possunt coniugati, possunt sponsi de futuro; sed tantum actus honestos mutui amoris declaratiuos, non autē impudicos & lasciuos. Item falsum est, matrim. contrahi posse ob solam delegationem ex huiusmodi impudicis actibus capierad, ad fornicationem vitandam: Neque hoc ex

paulo

Paulo deducitur, qui Corinthios hortatur, ut vnuſque ad fornicationem vitandam suam habeat vxorem, non qualem Medina singit, ad virum tantum obiectandum per huiusmodi lasciuos actus: sed qualem Apostolus designat, ad debitum coniugale reddendum, factâ virtusque corporis in alterum ad filios procreandos, translatione.

An posſit hermaphroditus matrimonium validè contrahere?

69.
*Etiam licet
contrahit
matrim.*

Hermaphroditus, seu Androgynus, est, qui vtriusque sexus particeps est: qui, ut definit *Vlpiian. l. queritur ff. de statu homin. inter eos computandus erit, quorum sexus in eo præualeat: quod si neuter præualeat, & quæ vir ac fœmina estimandus est. Idq; scire plurimū refert, ut notat *Glossa in cit. leg.* ad iudicandum, ad quæ officia sit idoneus: nam si prævalente in eo virilis sexus, reputatus fuerit vir, obice poterit munia virorum: secus, si reputatus fuerit fœmina. Difficultas est, quando non magis vnuſ, quā alter sexus in eo prædominatur. Conuecunt 1. DD. posse eum validè ac licet matrim. contrahere, iuxta sexum in se prævalentem. Ita *Glossa in can. si testes 4. q. 3. verb. ad testim.* quia cùm hic ratio ne sexus in se prævalentis idoneus sit, & aliunde nullo iure prohibetur, quo minùs matrim. iniuste possit, etiam licite poterit, cum adhoc ius habeat à natura. 2. Quando prudentiū iudicio peritorum neuter sexus in eo præualeat, in potestate ipsius esse, alterutrum eligere; eo tamen semel electo, non posse ad alterum sexum conuolare: ut si eligat sexum virilem, & cum fœminā contrahat, non poterit eā defundat contrahere cum viro. Vnde ad cautelam docent, non esse tali casu illi permittendum matrim. nisi iuramento præstito de alio sexu non videntur: nec debere parochum tali matrim. assistere, nisi per iudicē Eccles. ad quem spectat, hanc causam per sufficientes probationes decidere, facultatem habeat.*

70.
*Duo certis.
71.*

An si contrahat in sexu minùs prævalente, matrim. teneat? Negat *Sanch. disp. 106. n. 5.* idque iure naturæ, quæ diversitatem sexus in matrim. postulat: qui autem vnum sexum prædominantem habet, nō potest simpliciter esse ac dici alterius sexus, iuxta leg. queritur: proinde matrim. carebit sexus diueritate. Confir. talis est ordinis Eccles. incapax, ut *cum Glossa cit.* Doctores docent communiter. Nec obire potest munia virorum propria, ut testari in casibus, in quibus fœminæ non admittuntur.

72.
*Affirmant
dum.*

Affirmant Ponti. lib. 7. de matri. c. 6. 5. n. 8. *Hartad. disp. 22. diff. 10.* Quod probabilius censeo, modò in eo sexu minùs prævalente sit potens ad copulam coniugalem: secus, si ad eam non sit potens, iuxta iusta principia. nam hic habet omnia ad validum matrim. requisita, potentiam coëundi, ut supponitur; diversitatem sexus ad matrim. sufficientem: ea s. sufficit, quæ sufficiens est ad copulam coniugalem & problem progignendam: at hoc ipso quod in eo est potentia coëundi ad copulam coniugalem, est diuersitas sexus ad matrim. requisita. Ad fund. Sanch. Ad cit. leg. nego eum, in quo virilis sexus minùs præualeat, non posse dici virū in ordine ad matrim. contrahendum; esto vir dici non possit in ordine ad publica munia obeunda: quæ tamen si obiret, ut communiter estimatus perfectus vir, valerent eius acta per l. Barbari. ff. de officio pratoris: quod etiam affirmit *Henriq. infra de fœminā*, quæ sexum ementita, fieret Episcopus, quo ad acta duntaxat jurisdictionis non Ordinis, in quem Pontifex potestatem non habet. Ad Confir. cùm Ordo Eccles. sit,

73.
*Ad fundam.
Sanch.*

publicum officium à viro tantum ex institutione, Christi in Ecclesiā obeundum, ex eadē Christi institutione censebitur Ordinis incapax, qui mulierem sexum prædominantem habet. Imò etiam si vtriusq; sexus sit & qualiter particeps, iuxta communem sent. est diuino iure Ordinis incapax; cùm & quæ is dici possit vir ac fœmina, cui iure diuino negata est hæc potestas. Ita *Angel. Sylvest. verb. Hermaphr. Sotus in 4. dist. 25. q. 1. ar. 2. §. Hinc fit, Henr. lib. 14. de irregular. cap. 8. n. 6.* & alij. Contrà verò capax ordinis est, qui virilem sexum prævalentem habet. An vero is irregularis sit, affirmant *Angel. Sylvest. Henr. cit. & alij.* Negant cum *Turrecre. Tolet. lib. 1. cap. 63. n. 6. Hartad. disp. 11. de irregular. diff. 14. n. 52. de quo in sacram. de Ordine.* In eo tamen DD. conueniunt; qui vtrumque sexum & qualiter participat, esse iure Eccles. inabilem ad Religione profitendam: non n. potest virorum religione, cùm & quæ sit fœmina, cui virorum religione profiteri, est prohibitum: nec fœminarum, cùm & quæ sit vir, cui fœminarum religionem profiteri est veritum.

75.
*An si irra
gularist*

In co tamen DD. conueniunt; qui vtrumque sexum & qualiter participat, esse iure Eccles. inabilem ad Religione profitendam: non n. potest virorum religione, cùm & quæ sit fœmina, cui virorum religione profiteri, est prohibitum: nec fœminarum, cùm & quæ sit vir, cui fœminarum religionem profiteri est veritum.

DISPV TATIO XXV.

De dispensationibus circa causas matrimoniales.

SECTIO PRIMA.

An posſit pontifex dispensare in impedimentis matrimonij, solusue?

De dispensationibus in genere egit 10. §. disp. 5. & 1. impedimentum naturale quaduplex distinxī. Quæ ad supra disp. 13. n. 47. De impotentia coëundi, & sanguinis propinquitate solum discrepant DD. An possit in his duobus pontifex dispensare? Et sanè qui putant, potentiam ad copulam non esse ad matrim. valorem necessariam, consequenter docent, posse in impedimentoo impotentia Pontificem dispensare, non quidem ut sit matrim. ad copulam, sed ad castę tantum vivendum. Contrà verò, qui censem, potentiam ad copulam esse ad matrim. substantiam necessariam requisitam, oppositum dicunt, non posse in tali impedimentoo à Pontifice dispensari. De impedimentoo confusante ex sanguinis propinquitate, Affirmat Angel. matrim. impedi. 18. n. 2. qui docet, et si non possit Pontifex huiusmodi in impedimenta generaliter tollere, posse tamen in casu speciali cum aliquo dispensare, pro quo citat Andre. Idem sentit *Henr. lib. 12. cap. 1. n. 2. & c. 9. n. 3.* vbi ait, et si matrim. inter Avum & Neptum sit iure naturæ irritum, posse tamen in eā à Pontifice dispensari: & alij apud *Sanch. lib. 8. 6. n. 8.* probabile censem. Probant 1. non sufficienter esset Ecclesiæ prouisum, si summo pastori non esset communicata potestas talis: cùm etiam circa ius naturale contingere possint casus, quibus publico bono, & saluti animalium in eis expedit dispensare. Confir. Pontifex est à Deo constitutus Generalis Vicarius Christi in omnibus, quæ ad spiritualem animalium salvem spectant. 2. Omnes Episcopi in casu urgentis necessitatis, quando Pontifex adiri nequit, ex tacitâ Pontificis voluntate censemur habere potestatem in eius lege dispensandi: ergo etiam Pontifex potestatem dispensandi in lege Dei, cùm nequeat Deus in casu urgentis necessitatis adiri. 3. Hanc potestatem habet Pontifex in aliis iuribus naturalibus & diuinis,

74.
Ad confir.

3.
Nogandum.

diuinis, ut in votis & iuramentis relaxandis, quæ iure naturali vountem ac iurantem obligant; in residentia Episcoporum, in sponsalibus dissoluendis, in matrimonio rato dirimendo. Negant Palud. in. 4. disp.

40. q. vn. ar. 3. concl. 3. & disp. 42. q. 1. ar. 5. concl. 2. Mator. disp. 40. q. 3. vel 2. §. Dubitatur. D. Antonin. 3. par. cit. 1. c. 11. & cap. 14. concl. 3. Sylvest. verb. Papa q. 17. Pet. Sotus. 11. de matri. fine: Sotus in 4. disp. 40. q. vn. ar. 3. §. In c. Nauar. in sum cap. 22. n. 84. Conat. 4. decre. par. 2. cap. 6. §. 10. n. 10. Bellar. de matri. cap. 28. Sanch. lib. 8. disp. 6. n. 10. Conink. disp. 33. dub. 3. Ponti. lib. 8. cap. 2. Hurst. & communiter Recens. Addit. Sanch. ne-

que posse ut iuris diuini interpretetur, in aliquo casu particulari, praeterquam in necessitate conseruandi genus humanum, declarare matrim. cum aliquo impedim. contra ius naturæ, aut diuinum initum, esse validum. Vnde inferunt, si post legem Euang. ad huc perseveraret diuina prohibitio de matrim. non contrahendo intra certos gradus, quod tamen ius naturæ non irritat, non posse in illis dispensare: verum quia lex post Christi mortem cum reliquis legibus ceremo. cessavit, potest de facto in ijs, que ius naturale non prohibet, dispensare. Dices: ergo poterit iuxta hanc sent. in polygamiâ dispensare, si hæc naturali iure non est prohibita: quia Christus nullum preceptum positivum in lege Euang. matrimonio addidit. Resp. neg. conseq. ciuiq; prob. vt disp. 1. sett. 3.

5.
Cerifima
sens ab au-
toritate.

Communi-
tatio

amplias ex-
plicare.

6.
Evidenter
à pari

7.
Ad argu-
menta oppo-
sita.

Difficile tamen est, rationem assignare, cur in causis particularibus non sit Pontifici relata potestas, cum non minus in his, quam in quibusdam aliis naturalibus praceptis, dari possit casus, in quo animarum saluti & communni bono dispensare expediatur. Communis hæc: iniurabilis custodia humi legis præponderat cuicunque bono, quod ex dispensatione in aliquo particulari casu affulgeret.

At eadem applicari posset reliquis praceptis naturalibus ac diuinis. Dico, idem non esse Ecclesiæ hanc potestatem relata: quia tales casus sunt tristissimi ac metaphysici: & magna incommoda talis potestas ad ferret Christianæ Reip. nam & frequenter à subditis, spe talis dispensationis obtinetur, multa committerentur scelera: & à Superiori plus nimio hæc dispensatio extenderetur sæpe ad casus, in quibus non expidiret. In reliquis vero præceptis naturalibus ac diuinis, cum casus sint frequentissimi, in quibus propter animarum salutem sæpe expedit dispensare, valde expediens fuit, & ad suave Ecclesiæ regimen necessarium, hanc potestatem communicari capiti, ut tanquam Summus Pastor communii animarum saluti prouidere possit. Idque probat ratio à paritate inferiorum Prælatorum, respectu Summi Pontificis, quibus ob conuenientem Ecclesiæ gubernationem, censetur communicata potestas in legibus Pontificis dispendi in causis, quibus nequid adiri Pontifex. Ceterum si reipsa aliquando daretur ratissimus casus, in quo magis expediens foret Christianæ Reip. cum aliquo dispensare in matrimonio cum aliquo impedimento contra ius naturale, non deficeret Deo modus, quo id executioni mandaret; idque minori cum detrimento Christianæ Reip. quam per potestatem suo Vicario communicata. Nec est eadem ratio in casu urgentis necessitatis conservandi genus humanum: quia tunc nullæ opus foret dispensatione, sed lex ipsa cessaret, præponderante universalis bono totius generis humani, propter quod matrim. est à Deo institutum: ob hanc causam in exordio Mundi licita erant fraterna coniugia.

Ad 1. neg. antec. satis. n. censetur Ecclesiæ prouisum, per potestatem concessam in causis fre-

quenter occurrentibus, in quibus animarum salus non tam periclitari posset. Ad confir. nego, Pontificem quo ad omen a esse à Deo constitutum generali Vicarium Christi, sed quoad ea tantum, quæ & bono communii animarum expediunt, & frequentiora sunt, ac plus utilitatis Ecclesiæ afferre possunt, quam in iis dispensandi negata potestas. Ad 2. constat. Ad 3. neg. conseq. tunc quia in illis non militat ratio, quæ militat in matrim. contrario cum impedimento iuris naturalis, aut diuini; tunc quia casus in illis sunt frequentiores: tunc deinde, quia obligatio naturalis, quam Pontifex auctoritate sibi communicata, in votis & iuramentis relaxandis, tollit, penderit ab aliquo, quod auferre potest; sc. à liberâ promissione vountis & iurantis Deo facta, quam Pontifex Dei nomine potest condonare, quâ condonatione facta, celsat debitum seruandi votum aut iuramentum. De residentia Episcop. est controversia, an sit de iure naturali diuino: eo tamen concesso, potest Pontifex in eâ dispensare: quia potest implicitum pactum quod Episcopus cum Ecclesiâ init de residendo, ex rationabili causa alio modo adimplere. Cum a. tale pactum, ut conuenienter fiat, fieri debeat cum subordinatione ad summum Pastorem, sub hâc tacita conditione, nisi ipse ex aliqua rationabili causa aliter prouiderit, poterit, urgentibus causis, in eâ dispensare: quæ cause non militant in matrim. cum impedimento contra ius naturæ ineundo. In sponsalibus vero, & matrimonio rato, frequenter casus occurtere possunt, quibus expedit in iis dispensare: nec vita in tali dispensatione appetat indecentia, aut iniustitia, quæ non possit majori ac evidenter bo- no compensari.

An solius Pontificis sit dispensare in impedimentis humano iure introductis? Certum est, in omnibus iis, quæ sunt humano iure inducta, posse Pontificem, etiam sine sufficiente causa, validè dispen- sare: nam licet sine causa in iis dispensando peccet, ut cum communis sent. ostendi 10. q. disp. 6. sett. 6. valida tamen est dispensatio, ut ibid. sett. 7. Hoc a. interest inter superiorum, & inferiorem; quod inferior in legi luperioris, ut valida sit dispensatio, iustum requirit causam: ut autem superior vel ipsa, vel in inferioris sibi subditâ legi, validè dis- penset, sola sufficit voluntas: nam sicut à solâ eius voluntate penderit legis obligatio, ita solâ eius voluntate auferri potest. Illud tamen controversum, an in aliis suis impedimentis matrim. dispensari possint inferiores Prælati, ut Episcopi, Nunij Apostolici, Legati à latere, dispensare. quo ad impedientia, iuxta probabilitatem sent. ex receptâ consuetudine possunt, ut supra, & cum multis Nauar. cap. 22. n. 85. Prima sent. affirmat, posse Episcopum, quando facillimus & expeditissimus non est ad Pontificem recursus, dispensare, tum in impedimento publicæ honestatis propter sponsalia de futuro inita; tum cognitionis spiritualis Baptismo in necessitate administrato, contractus; tum post contractum matrim. cum impedimento cognitionis legalis. Ita Sotus in 4. disp. 41. q. vn. ar. 3. fine, & d. 42. q. 1. ar. 1. §. Vnde ad obiect. & q. 2. ar. 2. fine: quem sequitur Sa quoad 1. si cum eo impedimento matrim. sit contractum, verb. matr. de im- ped. dirim. n. 12. & quoad 3. n. 6. alios citat Sanch. lib. 8. disp. 6. nu. 17. Idem de Legato in causib. particul. apud eund. docet Goffredus. Fundam. quan- do in iure tñ dispensetur, vel dispensari possit, ponit- tur impersonaliter, nullæ assignatâ personâ, in- telligitur in eo posse dispensare Episcopus. Sed episo. Trident. sett. 24. cap. 5. de eo, qui matrimonium

8.
Dono &
iuramento.

9.
Do residen-
tia Episcopo-
rum.

10.
Alter pars
quaes.

11.
Sens. affir.

Fundari pot-
est in princi-
cipio à Deo
novo. 1. 1. 10.

con-

contraxit cum probabili ignorantia impedimenti dirimenti, pronuntiat, cum eo facilis & gratis dispensari posse.

12. Secunda negat, posse Episcopum, aut vilum Legatum etiam à latere in aliquo impedim. dirimente matrimonio dispensare, nisi in casibus infra: est communis: quarto de Episcopis, eademque ratio est de Legatis, declarat *sacra Cardin. congregat* Episcopus autoritate ordinaria, non habet facultatem dispensandi in gradibus affinitatis, seu consanguinitatis iure prohibitis, circa contrahentes matrimonio. Cuius prior pars deducitur ex cap. *Inferior*, dist. 21. & ex *Clement.* Ne Romani, de electione, in qua *Clemens V.* damnat opin. affirmantem, posse Cardinales sede vacante, modis, corrigeri, immutare, detrahere, addere, aut dispensare in bullâ à Gregorio X. in concilio *Lugdun.* de modo Pontificem eligendi editâ, eo nixus argu. quod lex superioris ab inferiori tolli, mutari, aut dispensari non possit. Cùm igitur impedimenta matrim. dirimentia inducta sint auctoritate Pontificis, aut concilii generalis, solius eius erit, in his dispensare, nam in lege dispensare, est, vigente lege, eius obligationem ab aliquo tollere: at nequit inferior, vigente lege superioris, eius obligationem ab aliquo tollere: cùm eius tantum sit, legis obligationem tollere, è cuius voluntate lex ipsa pender.

13. An saltem possit Episcopus propriâ auctoritate in impedimento dubio dispensare? Quando probabiles sunt utræque sententiae, poterunt contrahentes ipsi, nullâ dispensatione, probabilem sent. sequentes, non solum validè, sed etiam licet inter se contrahere matrim. Quia quando probabiles sunt pro utræque parte sententiae, censetur Ecclesia eas approbare, easque approbando liberam facultatem contrahentibus concedere, ut eas sequentes validè ac licet contrahant. At quando est purum dubium, non eadem est confessio: affirmat sà secundus alios, ver. Dispensatio nu. 1. posse Episcopum vel declarare, in dubio impedimento matrimonio dispensatione non egere; vel ad cautelam in eo dispensare. Negat *Sanch. lib. 8. disp. 6. nu. 18.* in eo Episcopum propriè dispensare; sed tantum declarare, matrim. aut dispensatione non egere, si dubium stet pro libertate contrahentis; aut egere, si præsumptio stet pro impedimento: in quo casu Episcopus propriè non dispensat: & consequenter nec cum dubitate est dispensatum, si postea constet, impedimentum fuisse; cùd quod nullibi hæc potestas conceditur Episcopis. Quæ doctrina verissima est, nimirum illo principio, quod legislator non intendit includere casus dubios, nisi illos exprimat, cùm non censeatur in dubio præjudicare velle iuri, quod vnuquisque habet in suam libertatem. Cùm n. ante latam legem subditi plenum ac certum suæ libertatis ius possideant, quamdiu lex certam ac manifestam vim obligandi non ostendit, subditi possessione suæ libertatis non spoliantur, cùm nequeant per dubiam obligationem certo libertatis iure priuari.

14. Posterior pars prob. recta gubernatio postulat, vt scandalum & peccata, quoad fieri potest, vitentur, ne subditi destituantur medijs ad salutem necessarijs. At hæc potestas dispensandi in impedimentis dirimentibus sspè necessaria est in Episcopis, ad scandalum & peccata vitanda, & ad opportuna media subditis subministranda: igitur in talibus casibus censetur hæc potestas à supremo animarum P. store illis communicata: sub quâ conditione creditur illam Pontificem à Christo accepisse. Hanc do-

ctrinam limitat lib. 1. de iust. q. 7. ar. 3. §. At vero, ad impedimenta subsequentia, non precedentia matrim. Sed absque fundamento: cùm non minus ante, quā post contractum matrim. possint eadem cause scandali & necessitatis militare; eademque difficultas Pontificem adeundi. Ut si proclamatis denunciationibus, ceterisque omnibus Ecclesiæ cæmoniis adhibitis, invitatis insuper sponsi ac sponsæ consanguineis, vt ad matrim. sequenti die celebrandum conuenirent, & interim occultum aliquod impedimentum detergeretur, quod facile posset, vel cum scandalo, vel cum periculo mortis alicuius prodire, si matrim. differretur. Nam licet fortè possent tali casu aliqua media ex cogitari, propter quæ matrimonij celebratio ex aliâ causa crederetur dilata: at semper maneret probabile periculum, ne tale impedimentum cum scandalo manifestaretur. Similem casum proponit *Sanch. lib. 2. disp. 40. nu. 7.* Velsi valde expediens publico bono iudicaretur, vt aliquis morti proximus, filios ex concubinâ susceptos legitimaret inito cùm cā matrimonio, cum quâ proper copulam cum ipsis consanguineâ affinitatem contraxerat. quis negabit, in his, ac persimilibus casibus Episcopum dispensandi potestatem habere sex præsumptâ Pontificis voluntate? ita huius sent. sunt *Vasq. 1. 2. disp. 178. cap. 2. fine, Salas de legib. disp. 20. sett. 3. nu. 27. Sanch. cit. Ponti. lib. 8. cap. 13. nu. 7.* & alij. Porro illud impedimentum dicitur occultum, in quo potest Episcopus, alijs circumstantiis concurrentibus dispensare, quod probari non potest, nec periculum est, ne in foro externum facile prodeat.

15. Ceterum, vt in huiusmodi occultiis impedimentis, Episcopus valde dispensare possit, aliqua requiri. Causa ruratur ex subsequentibus causa: vel ad evitandum quæfira, scandalum, mortem, infamiam, aut certum aliquod peccatum, vt in 1. casu; vel aditus ad Pontificem non patet, sive id proveniat ex inopia impediti, quo casu non tenetur Episcopus suis sumptibus illam supplere, contra *Vasq. cit.* vel ex nociâ lecorum distantia: vel virgines aliqua notabilis utilitas ad publicum bonum spectans, quæ usque ad Pontificis dispensationem differri non potest, vt in 2. casu.

Duo hic ad valorem dispensationis per Episcopum factæ, no: a. 1. vt impedimentum sit occultum, quia de publico non militat ratio scandali, quod ex conjugum separatione oritur. Quo fit, vt si impedimentum sit occultum sive post dispensationem publicum, necessaria sit à Pontifice dispensatio, vt cum *Henrig. docet Sanch. lib. 2. qu. 40. n. 10.* quia Episcopi dispensatio non se extendit, nisi ad impedimentum occultum & in foro duntaxat conscientiae. Vnde publicum postea factum, transit in forum contentiolum, fitque subiectum soli iudici ordinatio, qui est Pontifex. Addo tamen, iudicium hoc, an impedimentum censendum sit occultum, & quando in eo, & cum quibus dispensandum, spectare ad Episcopum: quia cùm in huiusmodi casibus illi concedatur potestas dispensandi, & ad eam excendat hoc iudicium necessarium sit, ad eundem spectabit, tali casu causas dispensationis examinare. 2. Iuxta *Nauar. in sum. c. 22. n. 85.* & alios contra *Henrig. l. 12. c. 3. n. 1 in commen. litter. H. oppositum* docentes, vt non sit aditus ad Nuntium, vel Legatum, qui à Pontifice dispensandi potestatem habet. quia cœnunt inutilida esse Episcopi dispensatio, prætermis recursu ad habentem à Pontifice delegatam potestatem. Quodsi neque hic iusta ex causa adiri queat, poterit Episcopus dispensare. Dixi, ad babem, à Pontifice delegatam potestatem: nam vi ordinari, non

15.
Causa casus
- - - - -
- - - - -

non plus potest Nuntius, vel legatus in sua prouincia, quam Episcopus in sua Diœcesi. Addo, nō modò talibus casibus Episcopū posse cū suis subditis dispē sare, sed etiā teneri. Nam posito quod possit, ex proprio officio obligatur ad scandalū & peccata vitanda, suisq; zuibus de opportunis medijs ad salutē prouidendū, eā vti. Hanc Episcopi potestatē *Sanch.* & alijs apud ipsum l.2. d.40.n.3. & 7. ad alios etiā casus specialiter Pontifici referuatos extendunt, quando eadem militant scandalū ac peccati causa. Ex dictis refutata manet i. sententia. Ad illud Trid. Negat *Sanch.* l.8. disp. b. n. 19. eo cap. potestatem dispensandi Episcopis concedi, eo duabus argu. quodd eo cap. Conciliū solum cum Pontifice loquitur: ac proinde citata, ut facilius cum eo dispensare poteris, ad solum Pontifice referuntur. Pro ead. sent. citantur alijs à *Barbos.* in collect. in *Trid.* l.24.c.5.n.4. At alijs docti, quos consului, oppositum sentiunt se dari eo casu Episcopis dispensandi potestatē. Quod mihi probabilius est, tum ex cit. principio, quod quando tò dispensetur impersonaliter ponitur, facultas dispensandi censetur concessa Episcopo, ne tale verbū sit frusta positū, cùm dē Pontifice nullū sit dubiū. Confir. Non est inferioris, dispensationem committere superiori: at Conciliū est inferius Pontifice: censendum igitur non est, eo cap. dispensationē committere Pontifici, sed Episcopo. Tum quia, cùm potestas dispensandi, ut beneficium principis, sit latè interpretāda, ut cum communi-
to. 5. d. 6. scilicet. 2. eaq; possit ad Episcopū extēdi, nō est cur ei denegetur. Tum quia æquitati cōgruit, ut qui publicis proclamationib; reliquisq; ad matrim. requisitis, rite persolutis, in bona semper fide fuit, secū ab Episcopo disp̄setur, ne propter dispensationis morā aliquid sine culpa patiatur.

DVBITATVR I. An possit Vicarius generalis Episcopi dispensare in illis imped. in quibus potest Episcopus? Ratio affir. in reliquis omnibus potest Vicarius generalis, in quibus potest Episcopus. At contrariū cū *Henrig.* l.12.c.3.n.2. *Sanch.* l.2. d.40. n.12. & alijs, dicendū. Quia ea tantū sub generali potestate censentur Vicario communicata, quæ Episcopo competūt ordinariā potestate, non quæ ex tacita Pontificis cōmissione illi conceduntur. Ratio *Glossa in can: qua de causa* 2. q. 5. quia dispensatio habet se instar restitutionis in integrū, quæ nō delegatur per generale mandatū, l.illud ff. de minor. Ex quo infert *ibid. Glossa;* generalē Papę legatū posse omnia præter ea, quæ Pontifici sunt seruata, ex c. nuper de sent. excom. & clariū ex c. quod translat. de offic. Legati, vbi Innoc. III. scribens suo legato in Sicilia, significat, sub generali mandato non fuisse illi cōcessa, quæ Pōtifici sunt specialiter reseruata. Cūm igitur hæc dispensatio sit specialiter reseruata Papę, non censetur sub generali Vicario, nisi speciali mandato illi ab Episcopo committatur.

DICES: esto dispensatio in impedimento publico sit reseruata Pontifici, raten in occulto Episcopus dispensat potestate ordinariā à iste sibi concessā, vt *Henrig.* l.12.c.3.n.2. ergo ea censetur generali Vicario cōmunicata. Resp. hanc facultatē in imped. occultis dispensandi, habere Episcopū tantū ex tacita cōmissione Pōtificis; ad obviandum scandalis & peccatis; quando diffīcilius est recursus ad Pontificē; nō ordinariā potestate, sed speciali ad certos casus limitatā. Quare licet in casibus, quibus ea illi cōmittitur, possit speciali mandato illam subdelegare Vicario, vel alicui alteri, ex illo principio, quodd potestas expressa vel tacita à principe delegata possit sub-

delegari, nunquā tamen ea censetur cōmunicata Vicario sub generali tantū mandato. Neq; id afferit *Henrig.* sed tantū docet, eam Episcopum exigere iure sui muniperis pastoralis ut ecclesiastā ad scandalū viranda, & subditis in occulto fōro conscientiæ prouidendum.

2. An si matr. malā fide occulti imped. sit à cōtrahebentibus initū, possit in eo Episcopus dispensare? Concedit *Henrig.* l.12.c.3. n. 2. in comment. l. K. Mouetur, tum quia, cūm authores dicunt, possit Episcopū in occultis impēd. dispensare, non limitat ad matr. bonā fide cū occulto impēd. initū: tū quia id colligitur ex c. quia circa de cōfāng.

Negant communiter ceteri, Sot. in 4.d.37.q.vn. *Negandū.* à. 2. s. Praterea, qui et si addat particulā dubitatis id facit modelū causā; *Sanch.* l.2.d. 40.n.4. *Pont.* l.8.c.13.n.4. longè probabilius: ex *Trid.* scilicet. 24.c.5. vbi spe obtainenda dispensationis, priuat illum, qui intra gradus prohibitos sciēter p̄sūmpserit contrahere matr. eandem pœnā statuit ei, quilibet ignorauerit impēd. solemnitates tamē requi-
tas neglexit: *Non enim, inquit, dignus est, qui Ecclesia benignitatem facile experiat, cuius salubria p̄cepta temere contēpsit.* Cūm igitur facultas dis-
pensandi in occulto impēd. Episcopo cōcessa, sit fide cum quædā Ecclesiæ benignitas, & indulgentia in cū impēdim. cū quo respectu dispensatur, nō censetur eo casu Pontifex facultatē dispensandi Episcopo conce-
dere: ne per hanc nichil indulgentiā ansam p̄-
beat minūs timoratis cōscientijs talia contrahendi matr. Ceterū, ut recte citari, sufficit bona fides vnius tantū contrahentis, ut Episcopus dis-
penset, ne innocēs absq; sua culpa patiatur: sicut sufficit bona fides vnius, ut proles ex inualido matr. suscepta sit legitima, c. cum inhibitiō. Si quis verò, de clandest. despōns. & c. ex tenore, qui filii sint legit. Ceterū nō quævis scientia contrābentem efficit huius pœnæ obnoxii, sed quæ comparatur dolo, ex illis, p̄sūmpserit, & contempserit; quæ temeritatē & audaciā contra Ecclesiæ p̄cepta important. Vnde etiam si ignorantia crassa sit, modò dolo nō æquivalēt taxatā pœnā non in-
ducit. Fundam. *Henrig.* nimiū debile est, cūm sit ab autoritate negativa. Neq; cap. ab ipso cit. eius *Ad fund.* fauer sent. solum. n. ibi Pontifex permitit simul *Henrig.* manere, qui falsā causā allegatā subrepticiā dis-
pensationem obtinuerunt: idque propter graue scandalum, quod ex talis separatione imminēt: neq; talis matrimonij permisso fit ab Episcopo, sed à Pontifice per Episcopū. Quæ de Episcopo pro sua diœcesi dicta, intellige de Nuncio & Legato in sua prouincia, in qua parem habet potes-
tate, imd. maiorem ex speciali privilegio Pontif.

**Infertur 1. privilegiū in casibus Episc. dispen-
sandi, non extēdi ad casus, quibus ex sola com-
missione Pontificis potest Episcopus. cūm hi sint
propriū casus Papales cōrro limite Episcopis cō-
cessū; ita *Henrig.* l.8. de p̄miss. c.14.n.7. *Sanch.* l.2.
de matr. q.70. n.9. Infertur 2. possit Episcopū vr-
gente necessitate dispensare in defectu ætatis, vt *P. test. in
doc. Paul.* in 4.d.28.q.2.d.1.concl. 4. *Angel. matr. defectu æt-
3. impēd. 16.n.7. Sylvest. matr. 5.q.9. *Nauar. in sum.* 11, &c.
c.22.n.31. ex c. *Vbi de despōns. impub.* vbi Nicolaus Papa, postquā inhibuit, ne ante ætatem à legib.
& canonib. p̄scriptā, matrimonio iungerētur,
subdit: *Nisi forte aliquā urgentissimā necessitate
interveniente, ut pote pro bono pacis, talis coniunctio
toleretur.* Addit *Henrib.* l.11.c.13.n.12. possit Episcopū in dubio, an malitia supplet ætate, cau-
sa cognitā, dispensare in vitroq; fōro. Nec te mo-
neat tò toleretur, quodd permissionem potius im-
portat: nam secundūm D.D. hic sumitus pro to-
Interpretatio
lerantia sic DD;***

lerantia approbationis, iuxta cap. 2. deregul. iuris, quod dubium verbum sit in meliorem partem interpretandum. Quod autem in hoc cap. concedatur Episcopis potestas, constat ex iacto principio, quod non dispenseatur impersonaliter positum intelligitur de Episcopo.

S E C T I O N I I.

An possit Pontifex dispensare in radice matrimonij?

30.
Quid sit
a. t. pen. arti
sue lice-
murrim.

Causis con-
cessio-

31.
1. S. sententia
Prob. 1.

Confirm. 1.

2.

3.

4.

5.

Hoc est, efficere, ut matr. quod a principio propter aliquod imped. fuit inualide contractum, eo sublato per legis abrogationem, ex tunc matr. censeatur validum, & ratum quoad omnes suos effectus, ac si nonquam lex tale imped. inducens lata fuisset. Habet n. principis voluntas hanc efficaciam, ut non solum possit se extendere ad legem praesentem, abolendo illam in futurum, & cum ea effectus omnes secuturos; sed etiam ad præteritam, revocando illam a præterito tempore, & omnes effectus inde secutos: vicuius efficaciam dicitur præsens legis abrogatio retrotrahi ad præteritum, & tunc censi moraliter operari omnes eos effectus, quos operata fuisset, si tunc abrogatio facta fuisset. An igitur possit Pontifex dispensare in radice matrimonij iure humano inualidi, legitimando prolem ex eo nata, quoad omnes effectus Eccles. & civiles ex eo secutos? Conueniunt omnes, posse quoad effectus & beneficia Eccles. quia in ordine ad ea potest Pontifex direcere auferre omnem inabilitatem ex inualido matr. contractum: sicut etiam potest ad secularia officia habilitare illegitimos sibi temporaliter subiectos. Difficultas est tantum spectat, an possit indirecere habilitare ad secularares dignitates eos, qui sibi temporaliter non sunt subiecti?

Prima sent. negat, *Nauar. l. 4. consil. tit. Qui filii sunt leg. consil. 2. Molin. to. 3. de instit. tract. 2. d. 624. Kon. d. 33. dub. 4. Hurtad. d. 26. diffic. 1. Proabant 1. Nequit Pontif. efficere, ut matr. quod fuit inualidum, non fuerit inualidum: ergo neq; ut proles ex eo nata non fuerit illegitima; nec inabilitate contraxerit ad secularares dignitates, & successiones.*

Confirm. 1. Cofir. 1. nequit efficere, ut imped. quod matr. reddit inualidum, non fuerit, quod matr. contractum fuit: ergo neq; ut cum tali imped. contractum non fuerit inualidum. 2. Non potest facere, ut matr. inualide contractum, sit & perseveret validum sine novo contractum cōsensu. 3. Habilitas ad secularares dignitates & successiones pendet ex sublatione inabilitatis ad hanc eadem ex inualido matr. contractum: nequit Pontifex auferre inabilitatem ad hanc bona ex inualido matr. contractum: ergo nec ad ea habile reddit. 4. Quod talis proles sit illegitima, non prouenit immediatè ex imped. Ecclesiarum, sed ex nullitate matr. ut igitur Ecclesia hunc illegitimat is effectum in radice tollat, efficere debet, ut fuerit concepta ex valido matr. frustra. n. tollitur ultimum fundam. quamdiu immediatum integrum subsistit: non n. tollitur importunita audiendi sacrū ab eo, qui propter peccatum fuit excommunicatus, quamdiu stat excommunicatio, et per contritionem tollatur peccatum. 5. Nemo potest aliquid indirecere facere, nisi aliquid directe faciendo, ex quo illud necessarium sequatur: impossibile n. est, ut indirecere quis vendat benedictionem, nisi directe vendat rem benedictam. At impossibile est, ut Pontif. aliquid tollat, ex quo prolis illegitima pedit; quia illegitimitas non pedet ex imped. prout existit post prolis nativitatē, nā siue nunc existat, siue non, eodem modo manet illegitima; sed prout existebat tempore, quo parētes matr. contrahebant; ut siue n. est radix illegitimationis. At

nequit effici ut impedim. tunc non fuerit. ergo.

Prob. 2. ex contraria sent. non minus sequitur, posse Pontif. collere defectus secutos ex iure naturali & diuino, quam Ecclesiastico & ciuili. Nā quod benedictio rei non possit per se vendi; quod fideles sint per se sacramenti capaces, est de iure diuino: cum tamen utrumque possit a Pontif. tolli, in 1. concedendo facultatem vendendi rem benedictam, in 2. inhabilitatem personas ad contrahendū matr. & per consequens eas inhabilitatem ad matr. quia sacramentum est. 3. Nequit Pontifex defectus ex inualido matr. secutos collere in prædictum tertij: sapientia autem ex illegitimationis sublatione auferetur ius tertio ad hereditatem & successionem acquisitum. 4. Non potest Pontifex abolendo legem, quae matr. inualidum reddidit, abolete peccatum & penitentiam aeternam inde secutam, quia haec directe non subiacet eius potestati; ergo nec penitentiam ciuilem, seu inabilitatem: ut que Pontificis potestati directe non subiaceat. Vnde refert *Nau. cit. talem dispensationem sibi a Gregorio XIII. negatam, & addidisse, se non posse sic dispensare.*

Secunda affirmit: *Angel. verb. Legitim. 7. & 33. verb. Papa. 4. Sylvest. Legit. q. 4. & verb. Papa, 2. Sent. af. 9. 18. Con. 4. decret. c. 8. §. 8. n. 13. Molin. l. 3. de pri- fr. plura- mogen. c. 2. Sanch. d. 7. n. 4. &c. limitans illam An- morum apud Sanch. gel. & alij, ut non intelligatur legitimari protes- quoad ius alijs iam quæsumus, sed quærendum: alij verò apud Sylvest. ut nequeat id Pontifex facere absq; consensu principis temporalis superioris non agnoscentis; quod etiam indicat Conar. qui vult, ut legitimatio insinuetur principi, ut matr. ratum habeat. Sylvest. causam requirit non solum ex parte legitimandi, sed etiam ex parte principis, cui nequit Pontifex præjudicare, cum ipsius subditis sine causa dispensando. Citatur pro hac sent. *Henrig. l. 11. c. 20. n. 2.* qui tamē oppositum indicat, dum ait, Pontificē pō legitimare ad huiusmodi dignitates secularis, niti ubi habet dominum tempora- Pro dubijs tium tempora- ce. Et quamvis dici possit, negare cessione. factum, non potestatē: id ex cit. loco non constat.*

Dico 1. Potest Pontif. in radice matrim. cum impedimento humano iure inducto inualide contracti, dispensare, legitimando prolem ex eo natam ad omnes effectus inde secutos, tam Eccles. quam secularis, illam suis natalibus restituendo, ac si ea lex lata nunquam fuisset. Probatio pendet ex hoc: an implicet ut effectus non sint ex ea legi secuti, adeo ut dispensari possit in lege & radi. aduersus quoce, ex qua pullularunt, non immediatè in effe- & ib. qui non omnes subiaceant potestati Pontif. Illegitimitas n. seu inabilitas ad dignitates & successiones ciuiles sunt effectus ex inualido matrimonio secuti, qui postquam produci sunt, non subiaceant amplius potestati Pontificis. Verum sic ostendo. Non deest Pontifici potestas irri- tandi cum ipsa lege de præterito omnes effectus ex ea secutos: ergo sine contradictione, id effi- cere potest. Quia si ad id habet potestatem, nulla erit contradictione, id efficiendo: cum nulla sit contradictione ponendi actum, ad quem præsupponitur potentia. Anteced. probatur. Pon- tifex potuit suam potestatē cum hac amplitudine à Deo accipere, ut non solum se extenderet ad irritandam legem præsentem cum omnibus effectibus de futuro producendis, sed etiam ad irritan- dam legem præteritam cum omnibus effectibus inde secutis: ergo de facto credendum est, ita illa acceptissimo modo, quo illa ad Christianę Reip. bonum conducere potest. Antec. prob. Si Pontifex legem ferret cum hac expressa voluntate, ut emer- In antedicta te nulla ap- gente rationabili rationabili causā, velit illa cum omnibus effectibus.

omnib. effectibus inde securis abrogata, ac si ea lex nunquam lata fuisset; hoc ipso, quod illa postea cu omnibus suis effectibus reuocaret, celeretur cu omnibus suis effectibus reuocata & cassata, atq; adeo omnia in integrum restituerentur, ac si talis lex lata nunquam fuisset. At non minus id fieri censendus est ex implicita & virtuali voluntate inclusa in ipsa potestate cu hac amplitudine a Deo concessa. In hoc autem modo nulla includitur contradictione: nam licet haec reuocatio legis cu suis effectibus ex ea securis sit de re præterita, est tamen de re præterita dependente à voluntate explicita, vel implicita legislatoris, qui sub implicita conditione in amplitudine sua potestatis inclusa legem tulit, ut semper maneret cum omnibus suis effectibus productis in integrum reuocabilis & casabilis. Confir. Ideo iuxta 1. modum, sineulla contradictione possunt cum lege omnes effectus ex ea securi reuocari, quia illi cum ipsa lege manent in conservari dependentes à voluntate legislatoris: sed etiam iuxta 2. modum, manent cu lege à voluntate legislatoris dependentes: cum eand. efficiencia in iure habeat voluntas implicita & virtualis, ac explicita ac formalis. Cofir. hanc sent. Clem. V. in Clem. vn. de immun. Eccl. in qua reuocat legem à Bonif. VIII. latam cum omnibus suis effectibus, quos pro infectis haberi vult. Vbi Goff. verb. pro infectis, infert, vi huius reuocationis non egere absolutione ab excommunicatione, qui propter talis legem illam incurrit, quia ea censeretur sublata cu ipsa lege. Eandem confirmant duo testimonia, alterum Rose, in qua teste Jacobo de Puteo apud Sanch. n. 4. hoc decisum fuit: alterum Granat. prætory, in quo id ipsum cod. referente, definitum fuit.

Dico 2. Pontifex validè dispenses potest in radice matrimonij, non solum quoad ius quærendū, sed etiam quæsitum; et si non semper licet. Nam si habet plenā potestatē reuocandi legem Eccl. cu omnibus effectibus inde securis; consequenter habebit potestatē illam reuocandi non solum quoad ius quærendū, sed etiam quoad ius quæsitum: cum hoc sit quæsitū sub tacita conditione, si lex, ex qua fuit quæsitū, non reuocaretur & cassaretur cum suis omnibus effectibus, inter quos fuit hoc ius. Illicitum autem est, nullam virginem causam, in lege dispensare in præiudiciū tertij: & maximum foret præiudicium, si nullam virginem causam, Pontifex in radice matrimonij dispensando, ius alijs quæsitum auferret. Censeretur autem iusta causa, si contrahentes ipsi petant secum in radice matrimonij dispensare: si Pontifex iudicet, id ad bonum comune spectare, & princeps sacerdotalis vel non possit, vel non velit, vel non ita cito, ut causa ipsa postulat, dispenses: si tertius, in cuius præiudiciū dispensatio vergit, iure sibi quæsito cedat.

Infertur 1. non posse Pontificem dispenses in ratione matr. irriti iure naturali, aut diuino. Quia in huiusmodi impedimentis non habet potestatē, per quam directe auferendo causam, consequenter auferat effectus inde securis. Licet possit indirecte tollere effectus ipsius potestati immediatē non subiectos, quando directa potestatē habet in causam, ex qua pullulant: non. n. potest eos directe tollere, ut potest suā potestati non subiectos; potest per sublationē causar. 2. Non potest Pontifex dispensare in ratione matr. inualidi defectu cōsenū simpliciter, potest in radice inualidi ob consensum graui metu, aut personae iure Eccl. inhabili præstirū. Quia non penderit ab humano, sed naturali iure, in quod Pontifex potestatē non habet, ut matr. sine cōsensu initū, sit inualidū: penderit autem à iure Eccl. ut matr. graui metu cōtractū

sit inualidū: ergo secundū plenitudinē suā potestatē posset Pontifex in eo dispensare, cassando legem cum effectib. inde securis: esto id licet facere non possit: nam saltē connaturaliter ad matr. requiritur consensus absque graui metu præstitus. Consensus vero personæ inhabilis non est inualidus iure naturæ, sed Eccl. inhabilitate personæ, ex secundo. circa quam versatur: unde cassatā lege cum effectibus ex ea securis, cassatur inhabilitas personæ, & consequenter cum ea defectus cōsensū, propter inhabilitatem personæ contractus, eo in integrum restituto, ac si talis lex lata non fuisset.

3. Non potest Pontifex legitimare problem ex fornicaria copula suscepā in ordine ad sacerdotes dignitates & successiones, extra statum ubi temporaliter subiectū, posse tamen in ordine ad Eccl. officia. Quia nequit legitimare prole, quoad secularia per se & directe; at nec indirecte & cōseq. nisi per se & directe abrogando aliquid, ex quo prolis illegitimatio consecuta est: sed Pontifex non habet potestatē abrogandi fornicariam copulam, ex qua prolis illegitimatio consecuta est.

4. Pontifex potest adhuc contrahentibus inuitis, ipsorum matr. cum imped. dirimente contraactū, legem abrogādo, ex tunc revalidare; & per consequens problem ex eo natā indirecte & consequenter legitimare ad omnia, ad quæ idonea fuisset, si talis lex nunquam lata fuisset. Quia abrogatio legis à sola pendet voluntate principis: ergo etiam in uitis subditis abrogari potest, quia abrogatā, omnia restituuntur in integrum. Nam licet ut talis abrogatio licet fiat, plerumq; contrahentiū petitionē requirat, ne fiat præiudicium tertio: ut tamen validē fiat, sola sufficit Pontificis voluntas, à qua tantum in conservari lex penderit. Quamuis possint non desesse Pontifici iuste causæ ad eam, nullā contrahentiū petitione requisitā, cum omnibus suis effectibus licet ac iuste cassandam.

5. Quando Pontifex legitimat prole in radice matr. inualidē contrahit, in fauore matr. non censetur legitimata prole, nisi parentes matr. validē contrahant. Quia legitimatio prolis tali carente fit intuitu matr. revalidandi. Quid si ante revalidationē parentes è vita decadant? An tunc proles vi reuocationis legis censeatur ad omnia legitima? cum per parentes non steterit, ut constat de legato sub conditio reliquo, cuius ius non amittit legatarius, si per ipsū non stetit, quin aperta cōditio adimplēta fuerit. Negandū: quia cum omnis dispensatio sit odiosa, ut potest à iure cōmuni exorbitans; maximē censenda erit odiosa haec, ob damnū, quod tertio infert, priuando illū iure quæsito. Legatum vero fauabile est.

6. Discremen inter prole suscepā ante, & post factū dispens. in radice matr. nam prioris, ut cum reuilatione matr. legitimetur, debet expressa mentio fieri: secūs de posteriori; ad cuius legitimationē sufficit, tollere imped. quod matr. reddebat inualidū. Ratio: posterior nascitur suā naturalē legitimā, ut potest ex matr. per sublationē impedim. revalidato. Prior, cum nec fuerit legitimata præcedentis matr. propter imped. irriti, nec vi subsequentis, vi cuius spurius, id est natus ex parentibus, qui tempore copulæ absq; dispensationē inhabiles erant ad contrahendū, iuxta c. tanta, qui filii sint leg. & Authent. licet patri de naturali, lib. in qua ex damnato coitu nati omni prorsus beneficio excluduntur, non legitimatur, nisi legitimationis expressa mentio fiat. Confir. cum desponsatio sit odiosa, non est, nisi ad expressa extendenda. 7. Principes sacerdotes problem ex inualido matr. suscepā ad officia Eccles. legitimare non possunt officia Eccles.

Confim.

Duo testi-
monia.38.
Prior pars
sequitur ex
preced. af-
fertione.Posterior
conj. at.39.
Vi possit in-
directe sol-
lare effectus
debet posse
directe &
per se can-
sam tollere.Coroll.
triplex.Primū patet
2. Prob.40.
Coroll.

Ratio.

41.
Coroll.

Ratio.

Quintū
coroll.43.
Sexūm.

Ratio.

44.
Secl. pri-
cipes non
possunt legi-
timare ad
officia Eccles.

possunt, sed ad secularia. Non enim potest eam legitimare in radice matt. auferendo imped. quod matt. irritabat, cū effectibus inde productis; cū eius tantum sit impedimenta matt. collere, cuius est ea ponere, sc. Pontificis est, ea ponere, ut ex p̄a disputatis constat: nec potest immediate tollere inhabilitatem ad h̄c ipsa officia Eccles. in qua non habet potestatem: cū autē directā potestatē habeat ad secularia officia, poterit ad ea inhabilem legitimare. Quid si sit ad ea inhabilis lege Eccles. nunquid tunc dispensaret in lege; in qua dispensandi potestatē non habet? Resp. non posset cum tali dispensare directā auferendo inhabilitatē lege Eccles. cōtractā: posset indirectā, conferendo illi secularis dignitates, ex cuius collatione indirectā tollitur ad eas inhabilitas. Neque Pontifex inducendo per suam legē ad secularia officia inhabilitatē tollit immediatū & directū ius, quod secularis principes habent in huiusmodi officia & dignitates; ut autē per applicationem ad publicū officiū cēseatur princeps à Beneficiato inhabilitatē tollere, requiritur, ut sit inhabilitatis cōscius: quippe ignorātia tollit voluntariū ad cōsensum inhabilitandi requisitum. Nec sufficit, quod si princeps sciuisse, in ea dispensasset, cū h̄c conditio nullū ponat de facto in principe consensum, qui necessarius est ad valorem dispensationis, quā cū sit communis legis relaxatio, actualē requirit principis voluntatem, legis obligationem à dispensando auferentis, quā per conditionatam tolli nequit.

Ad 1. oppositæ. concedo, nō posse Pontificem facere, ut matt. quod fuerit inualidē contrā, nō fuerit inualidū nec proles ex ea susceptra nō fuerit illegitima, seu ut factū reddatur infectū: posse tamē facere, ut nō perseveret inualidū, nec proles inde nata illegitima; cū id ex eius pendeat voluntate, uti pendet lex, ex qua ista pullulant. Hoc pacto nō est ea abrogare in p̄teritū, quin aliquando fuerint: est tamen abrogare in p̄teritū, quin pro p̄terito tempore vim nō habeat inferēdi damna, quā lege nō abrogatā intulissēt.

Ad 1. confir. licet nō possit Pontifex facere, quin imped. fuerit, & consequēter, quin matt. cum eo contraū fuerit irritū: facere tamen potest, ut lege cassatā, ex tunc censeatur impedim. sublatū, & matt. revalidatū quoad effectus ex eo sequitos. Neq; hinc sequitur, matt. fuisse, & nō fuisse validū: sed non fuisse validū, stante imped. & lege inducente imped. fuisse validū, sublatū imped. & lege. Nam licet pro eo tempore, pro quo fuit inualidū, non potuerit non esse inualidū; potuit tamen pro eo tempore nō habere vim producendi effectus, natos inde sequi, idq; fictione iuris, quo pro tunc matt. censetur validū, per retroractionē p̄sensitatis dispensationis ad tempus p̄teritū. Ad 2. consensus inualidus lege naturali, legis abrogatione revalidari nō potest; potest cōsensus inualidus lege Eccles. quā sublatā, ille idē iuris fictione ex p̄sensitati dispensatione cēsetur revalidatus, quoad mutuā corporū translationē, & reliquos effectus. Nam licet stante lege talis consensus non fuerit ad mutuum corporū dominium transferendum efficax: eā tamē sublatā, admittitur efficax pro tunc. Ad 3. falsa est minor de sublatione inhabilitatis ad secularia officia indirectā, quo pacto Pontifex auferendo legem rationem inhabilitatē inducentē, indirectā tantum & cōsequēter inhabilitatē auferit. Ad 4. Illegitimitas prolis immediatē prouenit ex nullitate matrim. mediatē vērō ex impedim. ab Eccles. statuto. Ceterū falso est, Pontificem dispensando in ra-

dice matr. non efficere, ut proles censeatur nata ex matr. valido: nam licet stante lege, matt. fuerit inualidum, cā tamen sublatā, ex tunc iurisfictione censetur revalidatum per retrotractionē p̄sensitatis dispensationis ad p̄teritū tempus. Quo pacto non modū tollitur ultimum fundam. sed etiam primū & immediatum, quod erat nullitas matt. quā abrogatā lege, nō quidē tollitur, quin fuerit: sed tollitur, quin vi p̄sensitatis dispensationis ad p̄teritū retrogradet, vim habeat causandi effectus, quos lege nō abrogatā causatura fuisset. Ad 5. neg. minor. ad prob. cōcedo, prolis illegitimationē causari ab impedim. nō prout existi nunc, sed prout existebat tunc, quando matt. contrā fuit: nego tamen tale imped. Pontifex non habere potestatem auferendi, per revocationem legis, quā reuocatā nō solum ex nunc, sed etiam ex tunc censetur sublatū quoad effectū irritandi matt. Ad 2. neg. seq. Nam dēfectus secutus ex lege naturali & diuinā tantum indirectē; non quidē cassando legē, ex qua pullulat immediatē; sed tollendo aliquid aliud, in quod directā habet potestatē, quo sublatō indirectē tolluntur effectus ex naturali, aut diuinā lege securi. Tertium summū probat, talem dispensationem non esse licitā, non inualidam, ut supra. Ad resp. Greg. XIII. dicendū, vel id dixisse securū probabile sent. cōtrariā: vel esto iuxta nostrā id possit, haud tamē expedire. Ad 4. neg. conseq. quia peccatum & pena æternā sequitur ex violatione legis cuius transgressio non pendet ex Pontificis potestate, quin fuerit: quā positā non amplius est in eius potestate tales effectus ex ea secutos impediare, cū illi à sola pendeant voluntate Dei, quā statuit, ad quamlibet lethālē culpam sequi æternā penā. At illegitimitatio sequitur ex inualiditate matt. quod etiā in potestate Pontificis nō sit, quin fuerit inualidū, in potestate tamen eius est, ut vi p̄sensitatis dispensationis legē abrogatis, ex tunc cēseatur validū quoad effectus inde lecutoris.

S E C T I O III.
An. & qua causa requirantur ad validatim, & licitam dispensationem in impedimentis matrimoniū iure humano dirimentiibus?

D e causis licitæ ac validæ dispensationis generis, d. 5. d. 6. solum h̄c de causis dispensationis in impedimentis matt. dirimētibus humano iure. Grauitem causam requirit dispēsatio in uno quā in alio, ut disp. 13. fine, ex gr. in cognitione spirituali, cognatī comitā in carnali, can. 1. & can. p̄taciū 30. q. 3. māparatiū, ximē in prima specie, quā inter baptizantē & baptizatū, levantē & leuatū intercedit, in qua nunquam legitur à Pontifice dispensatum; non quod non possit, cū sit solius iuris positivū; sed quod non deceat, cūm æquē, aut plus, ut cit. can. insinuant, diligendus sit pater spiritualis, quā carnalis. Colligere est, quā causæ in particulari sufficienes sint ad dispensationem matt. nam etiā hanc facultatem declarandi, à Pontifice ha- beat sacrā Card. congr. cui ex officio incumbit, dubia ex Trid. emergentia declarare, ut ead. in declar. in c. 5. sess. 24. attamen Doctores, ut iuris interpres eas possunt ex certis principijs colligere, & in praxi sequendas fidelibus proponere.

Prima est, ad scādala & peccata, quā futura timentur, vitanda. 2. Ad notabile aliquod bonum spirituale, quod futurū speratur, consequendum. Idē B. Greg. dispēsauit cum Anglis ad fidem in partis, recens conuersis, in quarto & 5. gradu consang. & affin. can. Quedam lex 35. q. 7. Tertia, ad lites dītimendas, & discordias componendas: quam causam

Ad 1. con-
firm.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

Ad secundū
argumentū.

48.

49.

50.

Cause ad
dispensat.

causam assignat sacra Cardin. congreg. 4. Ad publicam pacem, & amicitiam inter principes conseruandā, propter quam inter magnos principes, etiam in 2. gradu sēpe dispensatum est. 5. Ad illustrem aliquam familiam, Christianā Reip. apriore utilem, perpetuandā, vt dispensatum fertur ab Alex. III cum Nicolao Iustiniano Monacho professo, cum quo antiquissima ac serenissima Iustin. familia extinguebatur, suppliante Venerorū duce, vt vxorē duceret. Et Greg. XIII. referente Henr. l. 12. c. 3. n. 9. in comm. lit. D. dispensauit cū Dñā Luisa Comitissa S. Agathæ, vt nuberet patruo, cui prior nuperat eius soror: quæ insuper & vorū habebat cōtinentia in manibus Episcopi emissum. 6. Propter regni successionem, vt eodem tempore idem refert, docti viri suadēbant, vt Henricus Card. & Archiep. senex & Rex vxorē duceret. 7. Amplissimā diuitiā in eadem cognatione conseruatio, ne ratione doris in aliam familias deuoluantur: sēpè. n. Recip. interest, vt amplissimæ opes in eadem familia conseruentur, vt Vspian. l. 1. S. quamvis, ff. de ventre inspiciens. 8. Meritorum sive perentis, sive eius, cui dispensatio petitur, excellentia: quippe expedit, vt huiusmodi personas ad alias excitandos Pontifex remuneret. 9. Proles suscepta ex matrimonio bōnā fide inter consanguineos contracto. 10. Quando propter angustiam loci, aut nimis propagatā cognationem, non inueniuntur in eodem loco paris conditionis, præter consanguineos, qui possunt matt. contrahere. 11. Defectus doris competentis: quas duas postremas assignat sacra Card. congreg. in declar. cit. Ceterū, quæ dicenda sit pauper, vt cum ea titulo pauperatis dispensari valeat, leg. Sanch. l. 8. d. 19. certum suppono, ad competentē dotem, non sat esse, solam spem illā acquirendi, vel per successionē, vel per liberam parentūmve donationē: sed requiri certum saltē ius requirendi ad competentē dotem sibi dāndā: cū nemo censematur diues per solam spem, quam haber ad opes, quārum donatio ex libera voluntate alterius pender, etiam si talis spes certa sit: nam quādiu ad bona ius non acquiritur, non possunt dici à sperante possideri. Ceterū dispensationi non officit, si mulier suā competentem dotem, per donationē alienauerit, modò id non fecerit, vel in fraudem dispensationis obtinēdā, vel cum pacto de retro donādo. Quia cū vtrumq; sit ei iure permīsum, licetē poterit vtrōq; vti. Notat autem sacra Card. congr. non nisi in tertio & 4. cōsanguinitatis gradu has dispensationes, etiā prædictis causis iustificatas esse cōcedendas: exceptis magnis principibus; quib; etiā pro 2. gradu, tam affin. quām cōsang. concepi possunt. Censemur autem magni principes etiam Barones, & Titulati regni Neapolitani, vt ex sent. multorū refert Barb. in collect. Trid. sess. 2. 4. c. 5. fine. Quod tamen Trid. decretū non extendit ad imped. publicæ honest. vel ex fornicaria copula contrātū. An saltē in matrimonio bona fide vnius in 2. gradū contracto, ex quo proles suscepta est, dispēsari possit, etiā principes nō sint? Si malā fide vtriusq; contractū, iuxta Trid. decretū, c. 5. Non est dignus, qui Ecclesiæ benignitate experiat, cuimus salubria precepta temere contempnit. Dico: suscepta proles, accedēte bonā fide contrahentiū, huiusmodi matt. reddit dispensationē dignū. Nec obstat Trid. decretū, vel sacra Congreg. declaratio: nam hæc intelligenda sunt de casibus ordinarijs: hic est extraordinarius, & magna incommoda sequerētur, si post prolē bona fide suscep̄tam, non dispensaretur.

Tom. IX. De Matrimonio.

Quæ debeant in petitione exprimi, ne matrimonialis dispensatio subrep̄ij ap̄is vñium incurrit?

Potest dispensantis voluntas deficere, vel suppressione alicuius veritatis, vel expressione falsitatis principis voluntatē ad dispēsandū mouentis. Tollit voluntarium, dum veram causam celat, quā moueri deberet princeps ad legem relaxandam. 2. Alium à principe cōlensum extorquet, quam dispensatio ad sui valorē poscat, dum falsa causa in petitione proponit. Notanda hīc quædā principia omnibus dispētationibus communia ex 5. ro. d. 5. sect. 8. Primum, causas ad dispensationē pertinētes esse duplices generis; alias intrinsecas, vt finalē, propter quam dispensator mouetur ad gratiam concedendā; alias extrinsecas à iure requisitas, vel legitimā consuetudine introductas, aut stylo Romanæ curiæ præscriptas, quarū quālibet suppressā, virtutis dispensatio: quia dum dispensator dispensationē concedit, præsumitur eam concedere sub tacita conditione, ne aliqua de iure, vel stylo curiæ, aut recepta consuetudine apponi solita, prætermittatur. Unde hæc etiam ex ignorantia omilla dispensationē vitiant, vt pote ad substantiā dispensationis pertinentia, culis valor ex dispensantis voluntate, hæc omnia requirentis, pender. 2. Non cuiuscunq; causæ, sed solius finalis, non impulsu, taciturnitate, dispensatio vitiatur, sc. quā cognitā dispensator non dispēsasset, vel non eo modo, quo eā suppressā. In dubio præsumendū est in favore actus, cuius valori iura maximē fauēt, fuisse impulsuā, ac proinde dispensationi non prætudicare. Idem esto iudicium de expressione causæ falsæ; non cuiuscunq; sed finalis, dūtaxat, quæ principē mouit ad gratiā cōcedendā, & quā cognitā, gratia cōcessa non fuisset, hæc dispensatio viciatur. 3. Quando in petitione vna ratiū ad dispensationē impetrādā exprimitur causa, eā non subsistente, invalida est dispensatio, quia vbi vna tantū proponit ad dispēsandū principiū causā, nō potest propter aliam ad eam concedendā moueri: suppono principē dispensationē non cōcedere motu proprio, sed propter causā sibiā perte propositā. 4. Valida est dispensatio per 2. per iterationem impetrata, esto nulla in ea prioris dispensationē facta sit mentio: cū nulla sit ratio: talē dispensationem ve invalidam damnandi. Neque præsumi potest dispensator negatus fuisse dispensationē, si sciuisset illā fuisse antea negatā, sed potids illā consensurus, propter nouā subditi supplicationem, quæ maiorem dispensandi necessitatē indicat. Eadem erit ratio, si ab uno superiori negata, impetraretur ab alio, nullā mentione factā negatā dispens. ab alio: quin etiam si negata à superiori maiori, impetraretur ab inferiore, vt cum Suar. contra Sanch. docui cit. ro. 5. eō quod superior negādo dispens. nō aufert ab inferiore protestare eam concedendi. Unde etiā si inferior sciāt negatā esse à superiori, adhuc suā validē ac licetē cōcedere potest, propter causā probabiliter iusta putatā: eō quod non tenetur illā cōcedere, vel negare, ex dictamine & iudicio superioris, sed suo; cū alia causæ iustæ possint illum ad dispēsandū mouere. 5. Ad valorem posterioris dispens. non est necessaria prioris obtentā mentio, sive posterior ordinetur ad eundem finē & effectū, sive ad diuersos, nisi in casibus iure expressis: aut quādō negat explicari grauitas rei, de qua petitur dispensatio absq; mentione prioris. sc. nullū est ius hanc conditionē vniuers. petens; & integrū proponit vñculū, per 2. dispens. à principe solūdū.

Sextum.

6. Ad valorem dispens. non requiri, ut quando plures in petitione causæ proponuntur, omnes verificantur, sed sufficit, ut sola finalis: nam hæc tantum mouet principem ad dispensandum. Quo fit, ut si plures sunt causæ finales, quarum unaquæque principem adequate moueat ad gratiam concedendam, sufficiat, si una tantum verificetur: secundus, si causa finalis consurgat ex pluribus partialibus, quartum singulæ ad mouendum non sufficiat. Nec obstat clausula in dispens. apponi solita, si preces veritate nitantur, ac si omnes causæ præcibus expressæ verificari debeant: nam ea intelligenda tantum est de causis substantiæ & ad dispensationem per se pertinentibus.

Septimum.

Ratio urinæ quo.

7. Quando aut veritatis suppressione, aut falsitatis expressio cadit supra totam petitionem, constantem ex duabus partibus, si partes sint ita connexæ, ut una pendeat ab alia per ordinem ad eundem finem, vitiatur una parte, vitiatur altera, secundus, si sint separatae, ut una ab altera non depereat. Nam eo modo censemur voluntas principis in objectum ferri, quo est in se, & sibi in supplicatione propositum: ergo quando est, & proponitur per modum unius, fertur in utrumque; secundus, quando est, & proponitur per modum plurium.

Octavum.

8. Secunda clausula *motu proprio* in dispens. apposita, supplet vitium subreptionis, contractum ex suppressione veræ, non autem expressione falsæ causæ finalis. Quia motus proprius non firmat gratiam contra intentionem concedentis: sed quando dispensatio est obreptitia expressione falsi, finaliter mouentis ad dispens. concedendam, dispensatio est contra intentionem concedentis: siquidem falsitate declarata, eam non cõcessisset: ergo motus proprius non potest eam firmare, alioquin eam firmaret contra intentionem, quam dispensator habet, eam, falsitate declarata, non concedendi. Potest autem eam firmare, quando non est contra positivam intentionem concedentis: sed quando dispensatio est subreptitia suppressione causæ finalis, non est positivè contra intentionem concedentis: quippe ignoratæ causæ finali, non potuit positivam intentionem habere negandi dispens. quia cum hic sit actus voluntatis, nequit exercitari circa objectum ignorantum. Confir. Quando princeps concedit gratiam motu proprio, non concedit illa propter causam à supplicante propositam, sed merâ suâ liberalitate: ergo adhuc suppressione causæ, valet dispensatio, ut pote promanâ ab efficaci voluntate principis, independenter à quacumque causâ ab ipso perete proposita. At quando princeps supponit habere voluntatem gratiam non concedendi, falsâ causâ cognitâ, nequit illam expressione falsi liberaliter concedere: cum nequeat præsumi habere duas voluntates inter se repugnantes. Quid si princeps expressione falsi, adhuc habeat voluntatem concedendi dispens. non obstante causâ falsâ, valeret dispensatio: quia tunc nullâ supponeretur habere contraria voluntatem, quæ præsumitur habere, quamdiu illam non exprimit, vel aliunde non colligitur. Neq; motu proprio revalidatur dispensatio, si sit contra ius tertij: ut nec tollitur inhabilitas à persona, nisi id exprimatur.

9. De motu proprio,

Præmissum ter certum.

x.

gisque arduam, reddit dispensationem & causas desiderat grauiores. Quid si id non errore, sed dolo fiat, exprimendo secundum loco tertij? Adhuc est valitura, ut recte Sanch. lib. 8. disp. 28. no. 17. quia quando dolus non versatur circa substantiam dispens. non vitiatur illam. Instabis: si penitus in confessione sacram. dolo fateatur ut mortale, quod est veniale, confessionem irritat: ergo qui dolo petit dispens. in gradu superiori pro inferiori, irritat dispens. Nego conseq. quia qui dolo confiteretur ut mortale, quod est veniale, directe delinquit in confessione, ut pars essentialis sacramenti est, reddendo illam inutilam, quippe qui in re graui decipit iudicem Euangel. proponendo unam materiam pro alia, ex quo notabiliter variatur sacram ipsius iudicium de delictis sibi in hoc tribunali propositis; & consequenter eius sententia, quam in illa, ut Christi iudex & minister ferre debet. At quidolo pro inferiori gradu consang. de superiori petit dispens. esto grauiter delinquat, (quod non deciditur) nihil contra substantiam dispens. committit: nam hæc solùm petit, ut ea concedatur propter causam in petitione propositam, quidquid sit, an in ea proponenda orator petcat, cum hoc non variet substantiam causæ. Qui autem dolo propone gradum superiorum pro inferiori, substantiam causæ non variat, quia non reddit illam dispensatu faciliorem, sed potius difficultorem: ob quam si Pôtifex dispensat, multò certius ac faciliter dispensatus fuisset, propter gradum inferiorum. Certum 2. quando unus gradus non includitur in alio, etiamsi proponatur maior loco minoris, ut gradus consang. loco affinitatis, qui minor est, subreptitia est dispens. quia cum sint impedimenta diuersa, & unum non includatur in alio, non hoc ipso, quod dispensatio conceditur in maiori, cõcessa cõsistit in minore: nam etiamsi concessa in maiori, Pontifex concessurus fuisset in minori, de facto tamen dispensantis voluntas terminata non fuit ad minorem, quod necessarium est ad valorem dispens. Quamdiu enim lex propriæ legislatoris voluntate non relaxatur, perseverat in suo robore: neque una lex relaxati censetur per relaxationem alterius legis. Neq; eadem ratio est, quando dispensatur in gradu superiori loco inferioris eiusdem rationis: quia tunc ea ipsa voluntas, quæ terminatur ad gradum superiorum, terminatur ad inferiorum in superiori æquivalenter contenta: ac proinde eadē relaxatio gradus superioris, est æquivalenter relaxatio inferioris. Certum 3. non esse necessarium explicandum numerum copulæ cum eadē foemina habite, quando in dispensatione copula explicanda est. Ut si decies eam cognovisti, non teneris numerū explicare: quin etiamsi dicas, semel tantum te illam cognovisse, valida foret dispens. Ratio: copula respectu eiusdem multiplicatio non addit diutissim impedim. sicut qui multiplicant actus circa eandem rem Deo votam, non contrahit nouam obligationem: quia per nouos actus non multiplicat res promissas: & excommunicatus multiplicando actus celebrationis, non multiplicat irregularitates, ut recte Henrig. lib. 14. cap. fine. Hoc autem posito, etiamsi erres, vel mentiaris in numero copulæ, non erras, vel mentiris in substantia petitionis: sicut neque qui errat, vel mentitur in multiplicatione actuum circa rem votam, aut Missæ celebrationem, errat vel mentitur in substantia petitionis pro absolutione à voto, vel irregularitate. Nota: non omnis illa cõsideratur.

Ratio dispensationis.

Clementem 2.

Duplex note.

Ratio probatur.

tita copula est in supplicatione exprimenda, sed solūm incestus (de quo etiam est dubium, de quo infra) non cum quacunque, sed eum sola consanguinea, vel affīne ducenda: nam huius tantum meminit congregatio Cardin. in declar. dub. circa cap. 5. sess. 24. Trident. Vnde si quis cognouit aliam consang. vel affīnem, non teneatur copulam cum ea habitam in supplicatione explicare, bene tamen affinitatis impedi. si forte ex ea copula cum ducendi contraxit: quia tunc verumque impedimentū & consanguine & affinit. erit explicandum. Nēque etiam tenetur exprimere copulam cum ducenda, si incestus non sit, sed simplex tantum fornicatio. Quare qui carnaliter cognouit aut sororem sponsā, pro qua propter impedimentū publicae honestatis, aut cognatam spiritualem, propter impedimentū spiritualis cognitionis petit dispensationem, non tenetur ramē copulam in supplicatione explicare, cūm nō sit incestus, qui solūm committitur inter carnales consanguineos & affines, sed simplex dūtāxat fornicatio: ex dupliū declar. Cardin. in cit. cap. 5. In priori aiunt, prohibitionem in prædicto capite à Trident. factam. Si quis intra gradus prohibitos &c. intelligi de gradibus consanguineis & affinis, seu impedimento proueniente ex consanguinitate, & affinitate, non autem ex impedimento iustitia publica honestatis; ad quod prohibitus bar non se extēdit. In 2. circa idem cap. fine, dicunt, copulam habitam cum consanguinea post obtentam à Pontifice, & simul ab ordinario expedientem dispēh. nondum contracto matrim. matrimonij validitatem non impedit; impedit, si adhibeat ante expeditionem ordinarij, sc. quia sublato per dispensationem ordinarij, sc. quia sublato per dispensationem consang. vel affini, auferitur incestus, qui non nisi inter consanguineos, & affines, inter se contrahere prohibitos, committitur, vt Sancb. lib. 7. de matrim. disp. 67. n. 9. Vnde talis copula post expeditam ab ordinario dispensationem, cum consanguinea ducenda adhibita, non habet amplius malitiam incestus, sed simplicis dumtaxat fornicationis: quia matrim. contrahendū non impedit, sicut impedit adhibita ante, vel à Pontifice impetrata, vel ab ordinario expeditam dispensationem, nam ante habet rationem incestus, qui explicatus est vel Pontifici, si ante dispensationem, vel Ordinario, si ante eius expeditionem, commissa sit, vt ead. Congreg. ibid.

Certum 4. quando in gradibus consang. vel affini, in qualiter contrahuri à stipite distant, non necessariū in supplicatione exprimendus est gradus propinquior, sed sat est exprimere tantum remotorē, modō primum non attingant. Ita definit Pius V. bullā, Sanctissimus an. 1566. 10. Aug. qui reuocata bullā Pij IV. in qua cauebatur, ut in dispensatione matrim. pro diversis consang. seu affini, ex eodem stipite prouenientibus gradibus coniunctis, non remotorē solūm, prout olim fieri solebat, sed etiam propinquioris graduum expressa mentio fieri deberet, alioqui dispensatione, ac de super confecta littera, nullius essent roboris vel momentū: omnia addit. nibi. ad pristinum reuocat: Obtentis tamen postea super propinquiorē literis declaratorijs, iuxta Greg. & Clem. predecessoris huiusmodi constitutiones, quas quoad hoc innouauit, & inuiolabiliter obseruari mandauit, dispensationē, seu dispensandi commissiones, ac de super confecta littera, & processus habieos per eosdem dispensatis, seu bis, cum quibusc dispensari mandatur, proper proximiō gradus huiusmodi non expressionem, de subreptione, vel obreptione ultio, seu intentionis defectu notari non

posse, sed in omnibus & per omnia suffragari, pertinente ac si in literis seu commissionibus eiusmodi de proximiō, seu utroque gradu specialis & expressa mentio facta fuisset. Omnia confirmat Responsum bac de re Clementis VIII. relatum à Sancb. cit. disp. 24. n. 26.

Dubium ingerunt vix illa, obtentis &c. nam si nulla mentio proximiō gradus, præter pri- 63. dūtō motu dūtūm facienda est, ad quid huiusmodi litteræ dubium. declaratoriae necessariæ sunt? Respondet Couar.

2. p. Decre. cap. 6. §. 10. n. 12. Henr. lib. 12. cap. 3. n.

6. in Comment. lit. T. Sancb. cit. Pont. lib. 8. cap. 17.

§. 5. & alij, huiusmodi literas non requiri ad matrim. valorem, sed pro foro externo ad occurrentem scandalo.

Nēque ablatius obtentis possumus

est in vi conditionis, è cuius eventu pendeat dispensationis valor; cūm nequeat vii conditionis habere, quod perfectum supponit actum: at

huiusmodi litteræ perfectam uponunt dispensationem.

Ergo adhuc ijs non obtentis dispensatio est validia: quin etiam superflua scandalo cessante, vt

recte Sancb. Notant DD. huiusmodi litteras nō

Occurrunt
scandalo.

esse necessarias pro dispensatione imped. publice honestatis, ita Cardin. congregatio, cuius declaratio habetur inter prætermissas in 3. cap. sess.

24. quia bullā solūm loquitur de impedimentū consang. & affini. reliquias relictis dispositioni iuris communis, iuxta quod sufficit, remotorē dūtāxat gradum exprimere: ac proinde nullæ necessariæ sunt litteræ declaratoriae, quia solūm desiderant pro foro externo ad occurrentem scandalo, quod ex propinquiore gradu in dispensatione non expresso oriri posset. Dices: si cessat scandalam in impedimentū publice honestatis, quia per

ius commune non debet propinquior gradus exprimi, cessabit etiam in impedimentoū consang. &

affini. cūm neque iuxta motum Pij V. debeat propinquior, excepto primo, exprimi: consequenter in neutro necessariæ litteræ declaratoriae.

Nego conseq. nam in impedimentoū consang. &

affini. eas exp̄resse requirit Pontifex. non autem

in impedimentū publice honestatis: maior n. causa

scandali potest esse in 1. quam in 2. impedimentū.

Idē censem Sancb. cit. disp. 24. n. 27. ac in p. di. publice honestatis, ac ex matrim. ratio iuxta suam sent.

iuxta nostram verō sicut de impedimentū affinitatis.

Notat Idem cum Pet. Ledes. cit. disp. n. 32. & lib. 7.

disp. 53. n. 5. tunc solūm exprimendum esse 1. gra-

dūm quando remotor contineatur intra prohibi-

De expressio-

nō primi

tos; secus, si sit extra prohibitos, vt in quinto. vel

gradū.

6. quod ex Farina. à congreg. Cardin. declaratum refert Pontius lib. 8. cap. 17. §. 5. n. 26. ex quo col-

ligit idem de tertio & 4. gradu respectu Indorum

neophytorum noui orbis, cum quibus à Paulo

III. dispensari est, vt possint inter tertio & 4. gradu

contrahere, vt non sit ijs necessarium, gradum 1.

exprimere, si remotor sit tertius vel 4. nam ita

se habet apud eos tertius & 4. ac apud nostrates

quintus & 6. Idem iudicium esto de affinitate

contra & ex copula fornicaria, in qua non est

gradus 1. exprimendus, si remotor sit ultra 2.

cūm affinitate ex fornicatione contractam Tri-

den. sess. 24. cap. 4. restrixtit ad 2. gradum.

Nēque necessariæ erunt litteræ declaratoriae, si co-

cpula fuit occulta, & dispensatio peritur in foro

conscientiae, quia tunc cessat scandalum ad quod

vitandum huiusmodi litteræ petuntur.

Dubitatio 1. An quando plura sunt impe-

dimenta, omnia simul debeant in eadem petizio-

Dubium i.

ne exprimi, ne dispensatio subreptitia sit?

Affir-

mat Panorm. cap. non debet n. 12. de consang. vbi

Affirmat,

252 Disput. XXV. De dispensat. circa causas matrim; Sectio III.

Universalis
regula Pa-
nor.

tradit hanc reg. Quotiescunque vnum impedit. non comprehenditur in altero, utriusque facienda est mentio: secus, quando vnum in altero comprehenditur, quia tunc censeretur implicitè expressum in alio: ut quia in petitiōe dispensat. cum uxore mei consanguinei defuncti, in ipso impedim. affini. includitur impedim. publicæ honestatis, ex sponsalibus sive de futuro, sive de præsenti contractum, non est expressa mentio facienda. Contrà verò, quia in petitione dispensat. pro Mariâ mihi affine, non includitur impedim. publicæ honestatis, cum posse mihi esse affinis ex fornicatione, quæ publicæ honestatis impedim. non includit, necessariè exprimendum erit impedim. publicæ honestatis, si aliunde illud habebat. ira & supple. Gabri. in 4. dist. 41. q. un. art. 3. dub. 7. Sylvest. matrim. 8. q. 14. dist. 3. Conar. 4. Decret. 2. p. cap. 6. §. 4. fine. Sanob. lib. 8. disp. 23. n. 2. Suar. lib. 6. de legib. cap. 2. 4. Ponti. lib. 8. cap. 17. §. 4. & alij apud Sanch. Pro quā sent. afferuntur cap. Ex tuarum, de auth. & usu pally. cap. 1. de tregua, cap. Pastoralis, de priuileg. ex quibus nil solidi pro hac sent. ex Suar. Confir. longè maius ac dispensatu difficilius est vinculum, quando proponitur coniunctum cum alio, quam seorsim. 2. Iure præcipitur, nihil eorum, quæ ad dispensationem per se conferunt, rateri; at quodlibet impedim. per se & intrinsecè cōfert ad veritatem dispensationis: nam quolibet tacito, verum est dicere, aliquam veritatem deesse in ordine ad finem, propter quem dispensatio perit, qui est ad matrim. contrahendum. 3. Pontifex dispensans in uno impedim. suppresso alio, decipitur in re ad disp. necessaria. 4. quoties dispensatio est vna & individua, nulla ipsius pars subsistit, si aut veritas dispensationi intrinseca taceatur, aut falsitas exprimatur. At hæc est vna & individua, ad vnum matrim. ineundum in uno impedim. expressa. 5. Si non necessariò explicanda sunt in eadem petitione omnia, quæ impedit matrim. posset quis mentiri, se aliud impedim. non habere, nec tamen vitiari disp. cum mendacium circa rem non necessariam, illam non vitiaret. Negant ex antiquis Joan. Andra. in arb. affini. apud Sanchez: ex Recent. Nauarrus lib. 4. consil. 2. desponsal. & de consang. concil. 1. 2. & 5. Henrig. lib. 12. cap. 2. nu. 4. in Comme. l. t. 2. & cap. 3. n. 8. addito commen. l. t. N. Sà, verb. Dispens. n. 16. & alij apud Sanch.

Quem se-
quuntur bi-

67.
Confirman-
ta iōnib.
quinq.

Negant.

Contrauersia
grauissima.

Hic positis

68.
2. decisiō.

Ratio cūde.

santi profonatur: cum nequeat dispensator in tota impedimenti gravitate dispensare, nisi sua volūtate illam auferendo auferre autem nequit, nisi illa integrè cognoscatur, cum nō possit in incognitum ferri: rectè sequitur, nisi tota impedimenti gravitas proponatur, irrita fore disp. Confir. cum impedimenti gravitas ex tacito impedim. vt ex circumstantia consurgens, sit vna & indiuisibilis, non poterit tolli ex parte, quæ supprimitur, secundum quā, ut supponitur, implicitè non continetur in expressa. Ergo. 2. Valet dispensatio vnius impedimenti, suppressis alijs, quando alijs per modum circumstantiæ non augent gravitatem impedimenti propositi, sive illa sint dirimentia, sive impudentia, modò causa, proper quam dispensatio petitur, sit sufficiens. Fundam. ex nullo capite potest oppositiū ostendi. Nō ex natura dispensat. Fundam. cū multæ validæ sint, etiam si singulæ seorsim impetrantur, ut absolutio ab excommunicatione, dispensatio pro irregularitate, & relaxatio vnius pœnæ, tacitis alijs. Neq; ex natura dispens. matr. tum quia aduersarij fatentib. Idatū aliqua valida dispensatio vnius impedimenti, tacitis alijs, ut dispensatio impedimenti publici, suppresso in eadem supplicatione occulto. Tum quia dispensatio matri, supra dispensationem in genere solum addit, ut non possit contrarius vna dispens. validè vti, nisi per disp. omnium impedim. fiat habilis ad matr. contrahendū. Neq; aliud colligi potest ex aliquo iure scripto, cū nullum existet; vel inducto consuetudine, aut Curiæ stylo, cū néque hoc sit: neque in ea contrariæ sent. aduersarij se fundant. Nec deum in hoc valet argu. à pari, sicut non valet collatio secundi beneficij, Argu. à pari suppresso primo, cap. Ad aures, c. cùm adeo, c. ad quā uide, audiens. 2. & c. in nostrā, de rescriptis: ita nec dispensatio in uno impedim. suppresso alio: nā in odio, & in ijs, quæ à ipso iure positivo pendent, argu. à pari vim non habet, ex communi. Pro hac sent. Nauarrus cit. consil. 2. de consang. affert, tū stylum Curiæ approbatum, valere disp. in uno impedim. antequam dispensetur in alio, et si iustū iuris effectū sortiti non possit, donec dispensetur in alio: tū decisionē Rota declarantis, non omnia tacita, quorum expressio potuisset principem mouere ad gratiam difficultius concedendam, illam vitiare, sed ea tantum, quæ ius ipsum expressè iubet exprimi.

Contraria sent. probabiliter nisi posset, defectu voluntatis dispensantis, non se extendētis vna superest ad vna dispensationē absq; alijs in codē subiecto. fundam. Nā mens Pontificis in disp. est tum habilitare subiectū ad finē, propter quē dispensatio petitur, quæ habilitas per vna disp. absq; alijs haberi non potest: tū ad præcidendas fraudes & deceptions, quæ per diueras disp. cōmitti possunt.

Verū mens Pontificis non est, nec ab aduers. ha- Sed nec no-
tenuis probata, nec præsumēda, quod per quam- fram semper
libet disp. supplicās debeat fieri ad æquatē ha- sua veritate
bilis ad matr. contrahendū, ut constat de disp. dejet.
impedim. publici: sed sufficit, quod fiat habilis per singulas partialiter, per omnes verò totaliter. Nec fraudes & deceptions, nisi sint circa substantiā disp. ipsam irritant: qui autē per distinctas supplications integrè proponit singula impedi. nullam committit fraudem aut deceptions, neque circa substantiam omniū; nā hæc coalescit ex collectione singularū: nec circa substantiā singularū; quia, ut supponitur, in singulis cū integra gravitate impedimenti, de quo petitur dispensatio.

Dice.

dispensatio, sufficiens proponitur ad dispensandum causa. Dices: fieri contra substantiam dispensationis, quia si omnia simul impedimenta proponerentur, vel Pontifex non dispensaret, vel non eo modo, sed maiori moderatione. Sed contra: si quodlibet impedimentum sufficientem habet causam, ut in eo dispensetur; neque unum per modum circumstantiarum aggrauat aliud, etiam omnia simul proposita sufficientem habebunt causam, ut in eis dispensetur: cum omnia non sint nisi collectio singularium; ergo si singula sufficientem habent causam distinctam à causa alterius, etiam omnia simul habebunt. Dixi, distinctum à causa alterius: quia si singula proponantur dispensanda propter eandem causam, quae sufficiens esset pro singulis, non autem pro omnibus, dispensatio esset invallida, defectu cause sufficientis: eo quod non presumitur Pontifex dispensationem concessurus, nisi sit iusta & rationabilis, sufficienti causa nixa.

igitur potest dispensatio unius impedimentorum ex circurnitate alterius irritari, vel quando est necesse ad explicadum gravitatem propositi impedimentorum. Irrita quando cadet causa, quae sufficit pro singulis, non sufficit pro omnibus. Nam cum dispensatio duo iuris ex ratione alii se requirat, & adiquatam explicationem materiæ, in qua est dispensandum, ut sit voluntaria dispensanti; & sufficientem causam ad dispensandum, ut sit iusta & rationabilis, alterutrius defectus irritat dispensationem. cum nec possit esse valida, si voluntaria non sit; nec presumuntur concedenda, si iusta & rationabilis non fuerit. Instabis: mens Pontificis est, non concedere dispensationem. nisi subiectum aliunde supponatur habile: quia mens non est, concedere dispensationem. quae vel effectum sortiri non possit, vel alitem non licet. Nec censetur concedere dispensationem exequendam ante illius habitam per literarum expeditarum presentationem: quia non presumitur illam concedere vitilicite exequendam à dispensatis: ergo nec censetur concedere unam absq; alia: non. n. minus vnam dispensationem. sine alia dispensatus illicite exequuntur: ergo. Resp. mens Pontificis non est, concedere dispensationem. quae sit licitum, aut validum effectum habitura, antequam subiectum fuerit factum habile per reliquias dispensationes. Vlto cedo: non autem quod dispensatio ipsa non retineat in actu i. suam vim & efficaciam, ut subiecti habilitate accidente, suum operetur effectum. Et sicut non licet, nec validè contrahitur matrimonium ante habitam natitiam imperatoris dispensationis: ita heque Pontificis mens erit, ut una dispensatio absque alia validum sortiat effectum. Quo sit, ut si quis ante habitam obtinet dispensationem iuridicam notitiam, vel ante alterius impedimenti imperatam dispensationem, contrahat matrimonium. repetendum sit matrimonium, ut in validum: haud tamen repetenda erit dispensatio, quae in actu i. fuit & perseverat valida: nam quoad hoc non fuit sub conditione, sed absolute concessa, sed solum quoad actu i. Quippe cum nulla fuerit causa, illam quo ad actum i. sub conditione concedere, ut constat de dispensatione datâ pro impedimento publico, tacito occulto. Tum quia quoad actu i. nullam includebat in honestatem dispensationis intrinsecam, quippe quae iustum & sufficientem supponebat causam; & impedimenti gravitatem, cuius dispensatio petebatur, integrè explicata. Quae duæ tantum causæ intrinsecæ sunt dispensationi, eamq; reddunt ex parte obiecti iustum & honestum, & consequenter sufficientem ad inclinandam voluntatem Pontificis ad eam concedendam: nam hoc ipso, quod ex parte obiecti dispensatio sup-

ponitur iusta & honesta, praesupponitur Pontifex illam concessurus, cum in dispensationibus concedendis se gerat ut publicus Ecclesiæ gubernator, qui semper præsumitur operari iuxta exigentiam iustarum subditorum necessitatum. Ita explicatur clausula dispensationi apponi solita. Si preces veritate nitatur: ut verisicutur de veritate, quæ in praesenti supplicatione proponitur.

Obijci. Cardin. declaratio expressè aientium, 75. indigere nouâ disp. qui obtentis literis, ijs tamen non presentatis, vel quia nunciu intellexerunt, eam obtentâ fuisse, vel supplicatione data, contraxerunt, & se carnaliter cognoverunt: ergo non solùm matrimonium, sed ipsa etiam dispensatio redditur irrita, si ante eius iuridicam notitiam contrahitur matrimonium. Resp. declaratio cit. intelligitur de nouâ disp. non à Pontifice petenda, sed ab ordinario danda; non ut revalideret Pontificis dispensationem concessam super impedimentoo consanguineum, vel affinitatis, sed ut dispensetur super nouum impedimentum, ante dispensationis expeditionem cōmissum, ut sacra Congreg. in alia declara. circa finē cap. aperte explicat. Si post imperatas literas dispensationis, ante illarum presentationem, & decretum Ordinarij, se cognoverunt, nullis factis, aut adhibitis solemnitatibus, committitur Ordinario, ut si dicta litera dispensationis sibi presentabuntur, & causa in eis expressa probabitur legitima coram se, simulq; quod Oratores post imperatas literas se cognoverint, dispensetur cum eis: iniuncta tamen ipsis salutari penitentia propter incestum, arbitrio suo. Quid si tales contraherint coram parocho, habita notitia obtenta dispensationis, & se carnaliter cognoverint, committitur ut supra. Quibus declaratur, committit Ordinario potestatem dispensandi super incestum ante dispensationis expeditionem cōmissum, non super impedimentum cognitionis vel affinitatis à Pontifice dispensatum: huius n. impedimenti dispensatio manet in antiquo robore, quod ex Pontificis indulgentiâ obtinuit, etiam post contractum invalidè coram parocho matrimonio defecit expeditio literarum, & nouum impedimentum incestus. Ex qua Cardin. declar. maximè nostra confit. sent. nam si Pontificis dispensatio quoad impedimentum consanguinitatis non irritatur per matrimonium, in validitate contractum ante alterius impedimenti à Pontifice imperatam dispensationem. Nulla concedi potestatem dispensandi super impedimentum à Pontifice relaxatum, sed solùm super incestum de novo cōmissum, probo, tū quia nulla huius potestatis in declar. Cardin. mētio fit: cum dispensatio debuisse, nam ex ea matrimonij validitas pēderet. sang.

Contra hanc obijcitur declaratio.

72. Dñs L. citer dispensatio unius impedimentorum irritat ex ratione alterius alii se requirat.

73. Argumentum ian. boc prius.

E paritas iudicata.

74. Dux causa intrinsecæ dispensationis.

Non conceditur de novo poscas revalidandi dispensatio. Confit. cum sacra cōgreg. recenscat, omnia, quae possunt Pontificis dispensationem ad contrahendit matrimonium, irritat reddere, tam quae præcedunt Pontificis dispensationem, ut est copulæ taciturnitas, quam sequuntur ante Ordinarij expeditionem, ut incestus de novo cōmissus: imò quia dubium esse poterat, an etiam copula cum secunda habita post dispensationem facit, aitq; huiusmodi copulam contrahendi matrimonium, validitatē non impedire: cum tamen huius impedimentum quod Pontificis dispensatio ex matrimonio ante Ordinarij expeditionem in validitate contracto, irritetur, ne verbū quidē habet. Cum igitur sacra congreg. distinctè enumeret singula, non solùm, ob quae irritari posset, sed etiam ob quae dubium esset, an Pontificis dispensatio in validitate tedi posset,

posset, nullamque mentione faciat, an marr. ante ordinarij expeditionem contractum Pontificis dispense. irritet, signum est sacra congreg. ne dubitasse quidem, quod hoc esset impedimentum obtentum dispense. irritas, alioqui illud declarare debuisse; & non declarando, quis non videt, sacra cogit, in sua decla. in qua reliqua recenseret, quae illam irritatem possent, defecisse in re substantiali ac maximè necessaria? Tum quia eadem declarat dandam esse dispense. etiamsi dispensati marr. contraxerint, & se carnaliter cognoverint ante Ordinarij expeditionem: contra verò Pontificis dispense esse nullam, si in supplicatione copula mentio facta non est. ac proinde ex hac declarat. sequitur eam non in artibus dandam, sed alias impetrandum. Alterius igitur sacra Congreg. censet de dispense. in cuius supplicatione non fuit expressa copula praecedens dispense. & de dispense. eadem, post marr. contractum ante expeditionem ordinarij: ergo si illa declarat nullam, proinde partibus non dandam: haec non erit nulla, cum sit partibus danda:

77.
Prob. ult.
bac nostra
sent.

Vltimò prob. Non negabunt Aduersarij: quod si quis obtentum dispense. cum consanguinea, marr. inualidè contrahat, cum qua habet impedimentum publicæ honestatis, cuius dispense. non petijt, non obstante marr. cum impedimentum publicæ honestatis inualidè contracto, posse absq; noua dispense. virtute prioris obtentum, contrahere cum prima consanguinea. Ergo similiter, obtentum dispense. vius impedimentum & non alterius, marr. cum tali impedimentum. inualidè contractum non irritabit dispense. prioris impedimentum. ac proinde impetrata dispense. secundi, poterit absq; noua dispense. prioris dispensatus marr. validè contrahere. Nec refert, quod in 1. casu personæ sint diuersæ, in 2. eadem: quia non minus debet contrahens esse habilis ad validè contrahendum respectu diuersarum, quam respectu eiusdem personæ: igitur si inhabilitas ad contrahendum cum diuersa persona non tollit habilitatem, quam habet ratione vius impedimentum. cum eadem persona, tollit habilitatem, quam respectu eiusdem habet, ratione dispense. alterius impedimentum. Sed adhuc nostram sent. probo respectu eiusdem personæ: si quis habens duo impedimenta, unum publicum, alterum occultum, dispensatus in publico, & inuincibiliter oblitus occulti, marr. contrahat, tale matrimonium. re ipsa inualidum, non irritat dispense. de publico impedimentum. obtentam, ut si postea occulti impedimentum recordatus, de eo dispense. petat, poterit absque noua dispense. publici, validè contrahere. Nam si publici dispensatio diu manere potuit, valida absque dispensatione occulti, quare eadē non manebit valida post matrimonium. inualidè ignoranter contraactum? Addo, etiamsi tale matrimonium malafide contraactum, obtentam dispense. non irritare: cum hoc peccatum non aduersetur substantialis dispense. Nisi dicas irritari tacita voluntate Pontificis, qui sub ea conditione primam dispense. concessit, ut non mandetur executioni sine altera: quod gratis diceretur.

Hoc sufficiat
ter impugnat.

Dices: si quis post impetratam dispense. cum una consanguinea, antequam cum illa contrahat, impetrat dispense. cum alia, irritatur prior dispense. eo quod non censetur Pontifex utramque dispense. concedere, sed hoc ipso, quod concedit secundam, reuocat primam: ergo nec censetur concedere dispense. vius impedimentum. sine dispense. alterius. Resp. 1. etiam antec. concedat Sanch. lib. 8.
78.
Resp. 1. *disp. 22. n. 19. & Sanc. lib. 6. de legib. cap. 23. à n. 19. & deinceps;* licet hic censeat eo casu, subreptitiam fore secundam, eo quod non censatur

Pontifex concessurus fuisse secundam, si sciuissest primam, cum sit nimis extraordinaria indulgentia ac rationi parum consona; ille putet irritari primam; vel quia petens secundam renunciat in manibus Pontificis primam; vel esto non renunciet petens, Pontifex concedendo secundam, abrogat primam: illud tamen certum mihi non est: vel quia ex sent. Sanc. non hoc ipso, quod petens renunciat primam dispense. Pontifex inscius primam, illius renunciationem acceptat, cum ad acceptandum requiratur scientia rei acceptadæ. Vel quia etiamsi indulgentia sit extraordinaria, quæ concessurus non esset Pontifex, si aliâ dispense. sciret: iuxta tamen probabilem sententiam eorum, qui negant, ad validitatem dispense. necessariam esse mentionem omnium eorum, quæ Pontificis voluntatem à gratia concedenda retraherent, sed tantum eorum, quæ iura exprimi iubent, talis dispense. non esset subreptitia. Vnde hanc sententiam à Guettier refert Bonaci. disp. 1. q. 2. p. 8. n. 4. de dispense. à qua ipse non videtur alienus.

79.
Instar.

2. Nego conseq. nam in casu est maximum fundam. propter quod Pontifex vel concedendo secundam dispense. censetur iuxta Sanc. abrogare primam; vel nullam mentione factam primam, non concedere secundum Sanc. secundam: cum non possint hæc duæ dispense. in eadem persona simul habere suos effectus: proinde dum concedit viam, vel tacite abrogat alteram; vel subreptitia est secunda, nullam factam mentione primam. In 2. casu, licet prior dispense. seorsim ab alia validum vltimatum effectum habere non possit, potest tamen illū habere cōiuncta cum alia: proinde nullum est fundam, cur illam seorsim ab alia concedendo, inualidè concedat: cum mens ipsius presumi non possit, quod nisi prima statim vltimatum suum effectum habere possit, inualidè concedatur, ut constat de dispense. in impedimentum publico, quam absolute concedit sine hac tacita conditione. Instabis: non censetur inualidam concedere dispense. vius impedimentum. absque alterius, quia potest dispensatus eā non vti ad vltimatum effectum sine dispense. alterius impedimentum. alioqui marr. cum dispense. vius & non alterius impedimentum. contraactum, irritaret dispense. 1. obtentam, contraactum, & sufficiens causa ad illud dispensandum, ut patet cum dispensat in impedimentoum publico, tacito oculo. Ratio vero, cur concedendo dispense. 2. vel abrogat priorem cum alia, vel subreptitia est 2. quia. nequeunt ex natura sua hæc duæ dispense. simul effectum habere in eadem persona, quidquid sit de intentione supplicantis, ad quam Pontifex non attendit, cum dispensat, sed ad naturam dispense. quæ si nequeat cum altera in eodem subiecto suum effectum habere simul, non censetur utramque concedere: quia cum voluntas Pontificis sit rationabilis, non censetur ferri in duas dispenses. hæc & nunc inter se incompossibilis, quoad vltimum suum effectum. At vero concedendo dispense. vius impedimentum. absque alterius, nihil

nihil irrationabile concedit: quia licet h̄c sine altera ultimatum effectum habere non possit, haud tamen necesse est, ut simul cum alterā concedatur, sed potest vna post alteram successuē. Et esto mens dispensantis sit, ut dispensatus in uno impedimento, non utatur dispensatā, antequam obtineat dispensationem alterius impedimenti, eius tamen mens non est: eā abrogare, si contra hanc tacitam voluntatem executioni mandetur, ante alterius impedimentū obtentam dispense. sed solum, ut ultimatum effectum sine altera non operetur: nam hoc satis est ad impediendam illam, ne suum effectum absque altera operetur: decet enim priuilegium principis rationabilitet concessum vim suam teneat, quādīu à principe exp̄tissē non reuocatur, esto non possit statim suum effectum operari. Imò in dubio, an voluntas principis in dispensatione priuilegiū & dispensationis sit sufficierter explicata, nec ne, standum est pro priuilegiato & disp̄sato; cum quia est maledictio odiosa, quā potius testinanda est, quām amplianda; rū quia in dubio melior est cōditio possidētis: cū autē in dubio hoc disp̄satus dispensationē possideat, nil obest quād nō possit statim suū effectū operari. Addidi: si volūtas reuocandi priuilegiū non sit sufficierter explicata, priuilegium non reuocari tom. 3. disp. 9. n. 156.

80. Corollaria ex præced. do-
ctrinā.
Infertur 1. posse duas dispensationes cum duabus consanguineis vni eidemque personæ simul concedi, si id in supplicatione exprimatur, p̄fserit si iusta sublit causa eas concedendi, ut si dispensandus vel dubius sit de morte vnius, vel contracturus in partibus remoris, in periculo sit, ne antequam eō perueniat, alterutra ex hac vita decedat. Quid si post contractum matrimonium cum vna, aduertitur in ea aliud impedimentum, de quo non habet disp̄s. an possit cum altera contrahere? Resp. nisi aliud exigat iustitia propter infamiam, quām incursura est fœmitia, vel propter prolem cum ea suscep̄tā, vt debeat cum ea validē contrahere, petitā disp̄s. pro secundo impedimento, posse: quia pet matrimonium contractum cum vna non evanuit dispensatio cum altera: nisi ex verbis Pontificis aliud insinuetur. 2. posse, si dispensatione obtentā cum consanguinea, cum alia postea contraxit, cum qua non habebat impedimentum, defunctā coniuge, vti dispensatione, quam ante tale contractum matrimonium cum consanguineā obtinuit. Quem casum concedit Sanchez; quiā dispensatio cum consanguineā non fuit extinta per matrimonium cum aliā.

Primū cōstat Infertur 3. inualidum est matrimonium initum post dispensationem Pontificis, ante expeditionem Ordinarij, vel Confessarij, si sit in foro conscientiæ, per illud tamen non irritari obtentam Pontificis disp̄s. sc. ante Ordinarij, vel Confessarij expeditionem dispensatio non habet ultimum complementum: hanc enim Pontifex requirit ad veritatem causæ examinandam, quam in foro externo committit Ordinario, in foro interno Confessario, qui eandem facultatem ad has literas in foro conscientiæ expediendas accipit, quam Ordinarius pro foro externo. Vnde sicut Ordinarius in foro externo dispensat cum illis, qui post Pontificis dispensationem incestum commiserunt, iuxta sacra congreg. declarationem, ita & Confessa-

rius in foro interno conscientiæ. Nōra, dispensatum non tenēti explicare incestum Ordinario, si tantum fuit actus repetitus, quia hic non inducit nouum impedimentum ab eo quod fuit Pontifici proposū: nam sicut non tenetur repetitum incestum Pontifici proponere. Ita nec eundem repetitum post dispensationem Pontificis Ordinario explicare: sed solum tenetur illi explicare incestum commissum primo post dispensationem Pontificis: confessario autem tenetur vitrumque manifestare, ut ab eo absoluatur. Si quidem nunc praxis est, ut accepi. & de facto in dispensationibus Confessario directis, exp̄sē ponitur, vt non nisi sacra Confessione auditā, dispenseatur, vt habet Marcus Alterum ad Paulus Leo in sua praxi. Deducit autem ex dictum nostrā sent. explicatā, dispensationem semel impetratam non irritari per matrimonium inualidē contrāctum. Vnde poterit Ordinarius, vel confessarius in foro conscientiæ, absque noua dispensatione, priorem in suo robore perseverantem expedire, eosque ad matrimonium contrahendum habilitare.

Infertur 4. Quando vnum impedimentum est dirimens, alterum impediens, opus non Coroll. 4. est, vt prius petatur dispensatio pro impediente, sed posse prius pro dirimente: sicut quando vnum est occultum, & alterum publicum, pro alterutro prius peti potest: modò suppressum non sit necessarium ad propositi gravitatem explicandam. Ratio; posito quād vna disp̄s. sine alia validē obtineri possit, nil refert quād vna vel altera petatur prius.

Infertur 5. an facultas has literas expediendi extinguatur, extinctā personā, cui illa committitur: Si huiusmodi expeditio sit personalis, extinctā personā, extinguitur commissio; proinde exploranda erit dispensatoris voluntas, cui velit dispensationis expeditionem committere: nec tamen tali casu extinguitur dispensatio, sed eius dūrāt delegatio. Si vero sit realis, officiō vel dignitati, non personæ commissa, tunc trānsit ad successorem in eadem dignitate *bunc questus* & officio, quā cum prædecessore facit vnum personam cap. si gratiosē de rescriptis in 6. Quāde causa, à glossa in cap. Quoniam, de officio & potest. Judicis delegatis, verb. Substitutum, dicitur, dignitas non mori, quia semper manet in persona succedente. An autem commissio sit personalis, vel realis, collige ex verbis Pontificis. Ceterū proprium nomen simul cum dignitate delegati expressum, commissionem reddit personaliū: tum quā proprium nomen, est quasi differentia, quā genericum nomen dignitatis limitat & contrahit ad hanc personam individuam: tum quia si hoc non præstaret, frustrā positum esset, cū nullum alium effectum habere queat, cū tamen in bullis Pontificijs nullum verbū admitti debet otiosum. Quād si cū nomine personæ ab sit dignitas in commissione exp̄ressa, frustratur delegatio: quia Pontifex ad valorem expeditionis requirit in persona dignitatem, quam exp̄redit: requiritur autem, vt ea insit personæ tempore, quo committitur delegatio, esto cesser tempore, quo delegatus exequitur dispensationem: nam tunc debet subiectum esse: pac, quando expeditio committitur: nec sufficit, si fiat capax post commissam expeditionem. Sed an possit delegatus hanc expeditionem sibi commissam, alteri subdelegare: distinguat cum

cum alijs Sanchez lib. 8. disp. 27. num. finali, quoad ipsam expeditionem negando; concedendo quoad eisdem informationem: quia quando à Principiis nudum ministerium alicui committitur, nequit illud alteri subdelegari, benthem iurisdictio ei annexa, cuiusmodi est testium examinatio.

84. An possit dispensatus pro suo libitu mutare personam delegatam, cui commissa est dispensationis expeditio? In hac quod distinguendum: si dispensatio commissa sit certar personarum, non potest; cum non sit in potestate dispensatus, mutare personam à Pontifice designatam: si non sit certar personarum commissa, sed immediata directa ipsi dispensato, ut personam sibi eligat pro dispensationis expeditione, ut fieri solet in dispensationibus pro foro conscientiae, tunc non solum poterit dispensatus personam sibi eligere, quam maluerit ex ijs, que idoneas sunt ad has literas expediendas, sed etiam, ut contra Nanar, docet Sanchez lib. 8. cit. disp. 27. n. 40. si expeditionem non obtinuit ab uno Confessario eo quod iudicauit, dispensationem posse adire alium, qui illam validam putet, ab eoque absolu: vel etiam poterit prior Confessarius mutata sententia cum illo dispensare. In hoc differt Confessarius dispensans in foro conscientiae ab Ordinario dispensante in foro externo: quia hic sententia semel latet, sive bene sive male, non habet amplius potestatem illam resumendi, ex communis DD. ff. de iure indicata l. Index potest aquam semel dixit sententiam, index esse desinit. Et hoc iure visimur, ut index, qui semel vel pluris vel minoris condemnauit, amplius corrigere sententiam suam non possit: semel enim sive male, sive bene, officio functus est. Hac lex: in qua glossa recenset casus, qui in iure excipiuntur. Ratio: cum delegato solum committatur nudum ministerium de causa sibi commissa iudicandi, eamque expediendi, sententiā semel latet sive bene sive male, non habet amplius supra eandem causam potestatem, sicut habet ille, qui causam expedit ex potestate ordinaria: quia cum hic non habeat nudum ministerium, sed plenam potestatem, poterit causam à se iudicatam iterum resumere. At confessarius in dispensatione expedienda sequitur leges fori penitentiae, in quo & confessarius suam sententia mutare, & penitentis ipse aliū adire potest, à quo absoluatur, si non sit ab uno absolu: Addo, etiamsi ab uno confessario fuerit absolu: & postea ab eodem monitus, quod dispensatio fuerit nulla, vel si ipse penitentis de inualiditate absolutionis dubitet, aliū posse confessarium adire, non obstante, quod primus ultimam tulerit sententia & ab eo vel iterum absolu: vel declarari fuisse validè à priori absolu: Ratio: hoc etiam in foro penitentiae licetum est, ut possit ab uno confessario simul cum peccatis ex. gr. à voto absolu: & postea monitus, quod inualidè fuerit ab eo voto absolu: vel quod ipse de voti dispensatione subdubitet, aliū confessarium adire, ab eoque absolu: si iudicet à tali voto absolu: posse, vel declarari validè fuisse ab eo absolu: Quia cum etiam hæc sit huius fori lex, dum facta Penitentia, iuxta leges huius fori expediendam dispensationem committit, censetur committere, omni modo, qui in eo foro licitus: nam etsi non possit unus confessarius penitentiam pro peccatis ab alio iniunctam relaxare, aut commutare, poterit tamen illam relaxare, vel commutare, auditâ

confessione sacrâ. Ergo licet non possit posterior Confess. ab alio expeditam dispensationem declarare validam, sine causâ cognitione, poterit tamen, examinatâ causâ, quam ipse iudicat esse legitimam. At in foro externo, semel pronuntiatâ sententia. Si postea vel absoluens iudicat se inualidè absolu: vel absolutus ipse subdubitet, non poterit amplius eandem causam iudicandam resumere; nec dispensatus adire alium intendit; poterit tamen tali casu, ut bene Sanchez, Ratio: disp. 27. n. 29. Ordinarius, non vt delegatus, cuius potestas expirat cum ipso actu, propter quem fuit delegata; sed vt Ordinarius de tali matrim. inquire, validumne sit, nec nec, ut de quolibet alio matrim. potest; illudque impedit, ne celebretur. Ratio: forum externum regulatur à voluntate delegantis, qui delegationem limitat ad unicum consummatum & iuridicum, delegatæ causæ actum. Dixi, & iuridicum: quia si non iuridicè illum exequitur, vel quia non examinatis testibus, aut dispensatione, num valida sit, & preces nitantur veritate, poterit causam iuridicè examinandam resumere, cum prior actus non fuerit consummatus, emiso iuridico examine. At forum internum penitentiae regulatur à voluntate Christi, qui illud instituit pro salute, & in favorem penitentis. Ex quo sequitur, si dispensatio expediatur in foro conscientiae, & non in foro sacro penitent. non posse dispensatum post consummatam expeditionem ab uno confessario factam, & monitum postea de dispensationis inualiditate, aliū confessarium adire.

Infurit 7. Quando expeditio committitur officiali Diocesano, nomine officialis intelligi. Vicarium Generalem Episcopi illius Diocesis, Officiale ex Clem. 2. de rescript. cap. 2. & ex toto tit. de quod officio Vicary in 6. Sub hoc autem nomine venit etiam Vicarius capituli sede vacante; nec non Vicarius Prælatorum exemptorum, Episcopalem quasi iurisdictionem habentium. Quidam duo sint officiales in eadem Diocesi, commissio præsentanda erit principali. Quid si ambo sint principales? Tunc cui primus præsentatur, si censebitur in causa delegatus, ut docet glossa cap. quoniam, de offi. & potest. Iudic. delegatus verb. Substitut. & ex cap. Capitul. S. Crucis, de rescript. nam licet, ut cum Beroto Sanchez. cit. disp. 27. n. 37. Quando commissio est contentio, & pars aduersa incertitudinis vitium opponit, neuter sit iudex legitimus, sed recurrendum sit ad principem, ut certum designet: ubi tamen nulla est pars aduersa, que se opponat, ut indispen. huiusmodi, vera est glossa sententia ibid. Sanchez. Nota non posse Episcopum expedire dispensationem, si ea expedienda commissa sit iphus Vicario, cum non possit ipse personam mutare à Pontifice designatam: imo nec si Vicarius, cui delegatio commissa est, Episcopus eligatur: sed debebit eo casu illam successor in officium expedire. Poterit tamen Episcopo commissa, ab eo expediti, etiamsi in Archiepiscopum promoueat: quia dignitas Archiepiscopum non absunt Episcopalem, sicut Episcopalis dignitatem Vicarij. Eadem videtur ratio, si ea commissa sit Episcopo vel Archiepiscopo & postea in Patriarcham vel Primatam absuntur, in eadem Diocesi aut Provincia, in qua erat antea Episcopus: si in alia, qui succedit Episcopus in eo loco, in quo ipse fuerat, quando commissionem accepit, expedire debet dispensationem.

8. Non

85. DD. fundat. in l. hac index, qui semel vel pluris vel minoris condemnauit, amplius corrigere sententiam suam non possit: semel enim sive male, sive bene, officio functus est. Hæc lex: in qua glossa recenset casus, qui in iure excipiuntur. Ratio: cum delegato solum committatur nudum ministerium de causa sibi commissa iudicandi, eamque expediendi, sententiā semel latet sive bene sive male, non habet amplius supra eandem causam potestatem, sicut habet ille, qui causam expedit ex potestate ordinaria: quia cum hic non habeat nudum ministerium, sed plenam potestatem, poterit causam à se iudicatam iterum resumere. At confessarius in dispensatione expedienda sequitur leges fori penitentiae, in quo & confessarius suam sententia mutare, & penitentis ipse aliū adire potest, à quo absoluatur, si non sit ab uno absolu: Addo, etiamsi ab uno confessario fuerit absolu: & postea ab eodem monitus, quod dispensatio fuerit nulla, vel si ipse penitentis de inualiditate absolutionis dubitet, aliū posse confessarium adire, non obstante, quod primus ultimam tulerit sententia & ab eo vel iterum absolu: vel declarari fuisse validè à priori absolu: Ratio: hoc etiam in foro penitentiae licetum est, ut possit ab uno confessario simul cum peccatis ex. gr. à voto absolu: & postea monitus, quod inualidè fuerit ab eo voto absolu: vel quod ipse de voti dispensatione subdubitet, aliū confessarium adire, ab eoque absolu: si iudicet à tali voto absolu: posse, vel declarari validè fuisse ab eo absolu: Quia cum etiam hæc sit huius fori lex, dum facta Penitentia, iuxta leges huius fori expediendam dispensationem committit, censetur committere, omni modo, qui in eo foro licitus: nam etsi non possit unus confessarius penitentiam pro peccatis ab alio iniunctam relaxare, aut commutare, poterit tamen illam relaxare, vel commutare, auditâ

Ratio.

86. Panitentiarie syllus.

8. Non exspirat dispensatio, mortuo Pontifice, à quo fuit concessa iuxta reg. 16. Iuris in 6. Debet concessum à principe beneficium esse mansum. Sed à quo, inquietus, mortuo concedente, Confessarius à dispensatione electus, potestatem accipiet eum eo dispensandi? Resp. ab ipso Pontifice mortuo in virtute dispensationis, per quam suam potestatem ab ipso confessionis die delegavit cuicunque Confessario, quem dispensandus sibi elegit. Et alia ratio: nam huiusmodi dispensationes consentur concedi nomine Sedis Apost. quae semper vivit in successoribus.

90. An hæc dispens. Sede vacante cessent? Ratio affirmativa quid ad finem mortuo Pontifice, cuius tantum est has dispensationes concedere, nullus succedit cum eadem potestate. Nam si quis succederet, essent Cardinales, qui in eligendo Pontificem totam Ecclesiæ representantur. At hi non succedunt cum eadem potestate, quia Pontifex potestatem habebat a Christo, qui illam singulari personæ Petri, eiusq; successoribus communicavit. Neque illam delegationem habent ab ipso Pontifice, cum de hæc delegatione nobis non constet. Solum igitur Cardinales, mortuo Pontifice, potestatem habent eligendi Ecclesiæ caput. Resp. negatiuè: malè n. propositum foret Ecclesiæ, si mortuo Pontifice, nulla esset in Ecclesiæ potestas concedendi huiusmodi dispensationis, quæ frequentissimè contingit, & sepiissimè necessaria sunt: præsertim cum sepe accidat, Pontificem non statim, sed post annos eligi, ut non semel factum est tempore schismatis.

Sacra Pœnitentiaria Prætoriorum Casu defunctorum Pontificis. Quare defuncto Pontifice, sacra Pœnitentiaria cum eam potestate, quâ antea, has dispensationes expedit in foro conscientiæ: easdem expedit Dataria in foro externo. Quia cum hæc sacra Præatoria sint à Pontifice eræta cum ordinariâ, non cum delegata potestate, eorum potestas, mortuo Pontifice non exspicitur. Eredit autem Pontifex hæc sacra Præatoria cum ordinariâ & perpetua potestate, eam ipsam autoritatē, quam cum suo Pontificatu a Christo accipit, gubernandi & regendi Ecclesiæ optimo modo. Solam autem potestatem definienti controversias ad fidem spectantes nequit Pontifex alteri demandare: nam hanc habet per insalibilem assistentiam Spiritus sancti, quæ non nisi singulari personæ Pontificis, tanquam Christi Vicario promissa est. Ex his patet ad rationes in contrarium adducetas.

91. Ad argum. prima sent. Ad primam rationem. Ad canones citatos, dictum est, nihil ex iis colligi, quod aduersæ sent. faueat. Ad 1. esto unum impedimentum, conjunctum cum alio sit dispensatu difficultius, si tamen verumque simul sufficientem habeat causam, quam habent singula seorsim, non irritatur dispensatio unius, tacito altero: cum eorum similitas non variet dispensationis obiectum, quoad causas intrinsecas, quæ tantum attendentes sunt, ut de Pontifice voluntate presumi possit. Confirm. ut cum Felino docet Nauar. lib. 4. consil. 4. n. 3. etiam si impedimenta sint talia, quibus expressis, difficultius Papa dispensaret, haud tamen contradictriorum teneri eorum mentionem in eadem petitione facere, nisi de iis tantum, de quibus iura expressè iubent.

Ad 2. solum in luce præcipi, nihil omittendum esse in ordine ad finem consequendum, qui est, validum matrimonium contrahere; qui finis obtineri potest per varias & distinctas dispensationes. Quare falsum est, expressionem unius impedimentum, interinsecè conferre ad expressionem alterius, quando expressio unius non est necessaria ad explicandam gravitatem alterius. Nec tacito uno impedimentoum verum erit dicere, aliquid deesse ad veritatem dispensationis alterius, esto sit verum dicere, deesse aliquid ad veritatem totius dispensationis ad matrimonium contrahendum requisita. Ad 3. neg. antec.

De Matrimonio, Tom. IX.

ut supra; suppressio vñis impedimenti non requiritur interinsecè ad validam dispensationem alterius.

Ad 4. dispensatio matrimonii est unica & individua in ordine ad ultimum finem, qui quavis deficiente, totus frustratur; non autem in ordine ad aliam dispensationem. Nam valor matrimonii pendet à sublatione omnium impedimentorum auté dispensationis, solum à sufficienti expressione impedimentorum, quod proponitur, & iustâ causa, propriè quam petitur dispensatio. Cur autem, quando unica petitio duas continet partes, si alterutra aut taceatur, aut falsò exprimatur, tota dispensatio irritetur, est, quia tunc ambæ partes vi eiusdem supplicationis proponuntur cōnexæ, & una ab aliâ dependent. At quando proponuntur per distinctas petitiones, nec proponuntur inter se cōnexæ, nec in unicem a se dependentes, sed una ab aliâ separabilis, sicut per distinctas petitiones separatè proponuntur, valet dispensatio unius sine dispensatione alicuius.

Ad 5. vel ex ipsa narratione iudicat Pontifex, non esse aliud impedimentum. ut si Orator dicat, præter propositum, nullum aliud habere: & tunc, quia Pontifex ex proposita narratione obiectiuè determinatur ad dispensandum iuxta parentis supplicationem, vitiatur dispensatio defectu Pontificis voluntatis dispensantis super propositum impedimentum sub tacitâ conditione ex proponentis narratione præconcepta, quod nullum aliud impedimentum sit. Vel ex Dilectione narratione nullum format iudicium, quod aliud impedimentum sit: & tunc valida est dispensatio. etiam si Orator in sua petitione mentiatur: tale quippe mendacium extrinsecum est dispensationi, cum nec taceat aliquid, quod ad gravitatem propositi impedimentum spectet; nec determinet Pontificis voluntatem ad dispensandum sub tacitâ conditione, si aliud impedimentum non sit: neque si aliud impedimentum exprimeretur, dispensatio non concederetur, vel saltem non eodem modo: nam ut supponitur, etiam cum alio propositum, sufficiens pro veroque esset ad dispensandum causa.

Dubitatur 2. An in dispensatione consanguinitatis vel affinitatis facienda sit mentio copulæ inter consanguineos, vel affines habitæ? Negat Nauar. lib. 4. consil. 1. 2. & §. de consanguine. Pontifex lib. 8. cap. 17. §. 6. n. 32. pro quo multos citat n. 33. fine; Probat Nauar. cit. consil. 1. incestus matrimonii non dirimit, sed impedit tantum: hoc autem vel consuetudine abrogatum est, vel in eo potest Episcopus dispensare: igitur obtentâ dispensatione consanguinitatis, vel affinitatis, habetur quidquid ad valorem matrimonii, requiritur. Confirm. consil. 2. ex decisi. Rota eorum duntaxat impedimentum facienda est in dispensatione, quæ iura expressè iubent: at nullum ius hoc expressè iubet. Ex quo infertur, nil referre, siue incestus sit occultus, siue publicus.

Affirmat cum diu 3mch. lib. 8. disp. 25. n. 8. non eo fundam. quod si incestus impedit matrimonium, cum in eius sent. hoc impedimentum sit legitimâ consuetudine abrogatum: sed quia styllo Curiae inductum est, ut in petitione exprimatur, ut huius expressionis tia more consanguinet, & affines ab incestu arceantur. Quæ autem styllo Curiae exprimenda sunt, ad valorem dispensationis sunt necessaria. Ceterum hanc litem. ut supra, decidit sacra Cardin. congreg. in cit. cap. 5. sess. 24. Inter gradus prohibitos qui se cognoverunt carnaliter, fine tractatu & conditione matrimonii, postea volentes matrimonium contrahere, & petentes secum dispensari in aliquo impedimento, & tacentes se carnaliter cognovisse: si obiviescent ex aliquâ causa non probata dispensationem, potest ea dicti subreptitia, & sic nullam obivissem dispensari nem, eo quod non narrauerint cognitionem carnalem. Et clarius infra: Ipsa quoque congregatio Cardin. nullum

in alium censuit dispensationem reddi nullum ex copula precedente dispensationem, si eius mentio non est facta in supplicatione: secus vero censet de copula subsequente dispensationem ab Ordinario expeditam, per quam copulam declarat non impediri matrimonij validitate. n. Quid si copula adhibita sit post imprestatam à Pontifice dispens. sed ante illius expeditionem ab Ordinario factam, censet congregatio, eo calu esse ab Ordinario cum eis dispensandum, facta tamen copulae mentione, & salutari iniuncta poenitentiâ. Hac 2. sent. tunc est ac probabilior: Quam confimat sacræ Pœnitent. praxis, in cuius formulis, quæ pro dispens. matrim. in foro Conscientiae expediuntur, ponitur ut necessaria ad dispensationis validitatem, expressio incestus commissi per copulam cum consanguineis ducendæ feminæ, vt refert Marc. Paul. Leo è Societ. Iesu in praxi ad litt. maioris Pœnitentiarij in formulâ expediti consuetâ pro dispens. in gradu prohibito consanguin. quæ sic habet NN. &c. Quid ipse alias, postquam mulierem carnaliter cognoverat, matrim. in facie Ecclesiæ contraxit, & successuè consummavit cum illius consanguineâ in secundo, & sibi in 4. gradibus coniunctâ, obtent à prius à Scde Apost. dispensatione superdicti quarti gradus impedimento, in quâ nulla facta est mentio predicta copula. Cum autem, sicut eadem petitio continebat, lator præfatus propter impedimentum ex predictâ carnali copula præveniens, nequeat in dicto matrimonio remanere, absque nouâ Sedis Apostolice dispensatione, ad evitanda scandala, que si disuertum inter eos fieret, exoritura essent, ac pro sua conscientia quiete cupit lator à præmissu, que occulta sunt, & de quibus plurimum dolet, absolui, secumq; desuper dispensari. Quare &c. Quatenus si est ita, dictum Latorum audiit à prius eius sacramentali confessione, à quibusvis sententiis, censuri, & pœni Ecclesiastici, quæ propter præmissa quomodolibet incurrit, incestu, & excessibus huiusmodi absoluas hâc vice &c. In iunctâ inde ei modo culpa graui pœnitentiâ salutari, ac sacramentali confessione peccatorum suorum, singulâ sc. mensibus, ut minimum semel, & quoties illius anima saluti expedire iudicauerit. Demum dummodo impedimentum ex carnali copulâ predictâ præveniens sit occultum, & separatio &c. Ac alias rite, & iuxta formam litterarum Apostol. verificatisq; in eū narratis super impedimentoo quarti consanguinitatis gradus huiusmodi, cum ipso, & dictâ muliere dispensatum fuerit, acque occultum sit, dictas litteras dispensationis propriæ præmissæ invalidesse, aliudq; canonicum non obstat; cum eodem Latore, ut dictâ muliere de nullitate prioris consensus certiorata. In quâ vides, expressionem incestus in supplicatione peti ut conditionem ad valorem dispens. necessarium. Etsi priorem sent. DD. auctoritate Sanch. putet probabilem: quam probabilitatem illi non auferunt Cardin. declaratio, & sacræ Pœnitent. praxis: qui tutorem partem sequentes, oppositam ut improbatum non damnant. Ex quâ etiam formulâ constat, faciendam esse mentionem copulae, etiam si occulta sit, non tamen in supplicatione Pontifici porrectâ. Ex cit. formulâ: nam etsi probabile sit, ut disp. de incestu, occultum incestum non esse ad matrim. impedimentum: quia tamen opposita sent. tunc est, præsertim quando incestus commissus est ante contractum matrim. sacra Pœnitent. hanc in praxi sequitur. At cum dispensatio pro foro externo à Pontifice obtainenda debeat esse publica, ad consulendum famæ supplicantis, non est occulti delicti in supplicatione mentione facienda: sed sufficit, si mentio fiat in supplicatione priuatâ pro foro Conscientiae. In quâ iuxta nostram sent. non est alterius dispens. à Pontifice imprestatæ mentio facienda.

93.

Insestus 1. non esse mentionem faciendam, si co-

pula non fuit consummata: quia pœna non impo-
nitur, nisi delicto in suâ specie perfecto. Addit menda copulae
Sanch. contra Gallego nn. 9, hanc obligationem exprimendi copulam non extendi ad eos, qui spirituali cognatione coniuncti sunt: addo, neque ad eos, qui legali cognatione sunt attinentes: eo quod, ut cum Naunay, ibid. Sanch. sola copula cum consanguineis, vel affiniis, est propriè incestus: & pœna non nisi de delicto proprio intelligenda est. Verum contra hoc corollar. obstat praxis sacræ Pœnitent. in cuius formulâ pro dispens. in gradibus cognitionis spiritualis exprimitur incestus ante matrim. cum filia spirituali ducendâ commissus, apud Marc. Paul. Leo. in 2. parte sua Praxis: NN. &c. Quid ipse latrator alias è sacro fonte latrictem leuauit, eamq; ad nubilem lo à sacra etatem peruentam carnaliter cognovit: & cum hoc ad apparientiam notitiam deuenerit, ut illius honori consulat, matrim. cum eâ contrahere desiderat. Cum autem &c. occultum sit inter laiores compatriotatis vinculum adesse, & nisi matrim. eiusmodi ad effectum perducatur, Latrictus disfamato remansura sit; ad id vitandum; ac pro sua conscientia quiete, cupiunt Latores à præmissis, de quibus plurimum dolent, per Sedem Apost. absolvi, secumq; desuper dispensari. Quare &c. quatenus si est ita, dictos latores, audit à prius eorum sacram. Confessione, ab incestu, & excessibus huiusmodi absoluas hâc vice &c. In iunctâ inde ei modo culpa graui pœnitentiâ salutari, & aliis &c. Demum, dummodo impedimentum ex præmissu proueniens sit occultum, & infamia latrictis per matrim. obuiatum iri tu iudicari, aliudq; canonicum non obstat, cum eisdem latoribus, quod præmissu non obstantibus, matrim. inter se publicè, seruat à formâ Concilij Trident. contrahere, & in eo postmodum remanere licet, miseris cordibus dispensari. &c.

Dicendum 1. in hâc formulâ non declarari, expressionem incestus requiri ad validitatem dispens. ut declaratur in formulâ pro dispens. in gradibus cognitionis canalis: sed factum ipsum tantummodo narrari: ex quo non licet colligere, id esse ad valorem dispens. necessarium. 2. Iuxta supradatam resp. dici potest, id ut in praxi tutius, sicut in ceteris casibus, à sacrâ Pœnitent. requiri. 3. versus: non id in rati formulâ exprimi incestum dicitur: cum consanguineâ spirituali commissum, eo quod hic sit propriè incestus sub peculiari pœnâ ab Ecclesia prohibitus; sed quia, cum non soleat Pontifex, in 1. gradu spiritualis cognitionis dispensare, nisi propter graue malum, aut scandalum vitandum, ut in proposito calu ad consulendum mulieris famæ, quæ nisi matrimonio cum patre spirituali copuletur, mansura sit cum perpetua infamia, sine spe alterius conjugij, necesse est, in supplicatione exprimere causam, propter quam in huiusmodi gradu petatur dispensatio: cum alias in eâ dispensari non soleat. Quin addit cum multi Sanch. lib. 8. disp. 19. n. 7. in eo numquam, legi à Pontificibus dispensatum: etsi Pontius lib. 8. cap. 17. §. 5. nn. 28. testetur aliquando cum patre & filia spirituali per Gregorium XIV. dispensatum fuisse cum Hispano Mediolani Regio Præside & eius filia spirituali. Quod matrim. ut idem, infelicissimum exitum habuit: quippe dicitur ipsius vxor fuisse veneno extincta, talia matrim. Deo non approbante.

Instas, contra 2. resp. Non simul coherent hæc duo, quod sacra Pœnitent. expressionem copulae in periere existentia supplicationis exigat, & quod adhuc probabile sit, eam ad validitatem dispens. necessarium non teneat &c. esse: quia cum hoc pendeat ex merâ Superioris voluntate, hoc ipso quod illam superior in publicatione exigit, eâ non expressâ, ipsius voluntas non se extendit ad gratiam concedendam, quam non nisi sub conditione in formulâ explicatâ concedit. Ne-

Duplex usus in suâ in foro externo à Pontifice obtainenda debeat esse publica, ad consulendum famæ supplicantis, non est occulti delicti in supplicatione mentione facienda: sed sufficit, si mentio fiat in supplicatione priuatâ pro foro Conscientiae. In quâ iuxta nostram sent. non est alterius dispens. à Pontifice imprestatæ mentio facienda.

go antec. ad prob. duplex est in superiori voluntas, certam conditionem in petitione exigente; una omnino exclusiva oppositae conditionis: altera non omnino exclusiva oppositae conditionis, sed ad securiorum duxat cautelam, ad effectum intentum tutius consequendum. Hoc 2. modo se habet voluntas summi Poeniten. in exigendâ copula expressione ad dispens. concedendam. Idque ex eo constat, quod cum multi graves DD. publicè in suis libris oppositum docent, neque Ecclesia coru sent. damnet, sed potius illam permitte in suâ probabilitate manere, non obscurè insinuat, se in expressione copula exigendâ, non habere voluntate contraria sent. exclusiuâ, nec eam ut improbabile dñandi.

94. Infertur 2. quando incestuosa copula adhibita est spe facilioris imprecatio, non solum explicandam esse copulam, sed etiam animum, quo illa adhibita fuit: sicut etiam, si defectu contrahentium omittant proclamations, & matrim. consummatum fuerit. Quia cum Trident. sess. 24. cap. 5. tales priuet spe obtinenda dispens. consequenter vult, ut h.ee omnia in petitione explicentur, ne dispensatio subreptitia sit. Declarat autem sacra Cardin. congreg. sess. 24. cap. 5. ver. 8. Spe dispens. hoc intelligi, quando impedimentum prouenit ex consanguinitate & affinitate, non autem ex impedimento iustitia publica honestatis: ad quod prohibitiō hanc non se extendit. Notat cū. disp. n. 30. cum Henr. Sanch. non sat esse, ut ab uno tantum cum huicmodi spe facilioris imprecatio inc. seus committatur, sed debere ab veroque simul: quia cum hoc statut concilium in poenam committi criminis, æquum non est, ut absque suâ culpâ patiatur innocens. Pari modo non est manifestandus incestus, quando non est notus utique, ut si alter ignorabat consangu. vel affini. quia tunc non est incestus perfectus, ex utraque parte consummatus. Dices: si sat est, ut ab uno tantum absque huiusmodi spe facilioris imprecatio, incestus committatur, ut non debet in petitione exprimi; sat etiam erit, ut ab uno tantum ignoranter committatur, ut possit ignorantia pro causa dispens. obtinendæ proponi. Concedit lib. 12. cap. 3. n. 8. in Comment. lites. s. hanc sequel. Henr. Sanch. At illam verius cum Namarr. negat Sanch. nam illud est, poenam non incurere, ad quod sufficit, ut vnus tantum ignorauerit; aliud gratiam consequi, quæ bonam fidem utriusque requirit. Porro ignorantia hæc debet esse probabilis, quæ à crimine incestus excusat, ut declarat cit. sess. 24. cap. 5. sacra Cardin. congreg.

95. **Dubium** 3. An sit exprimenda consanguinitas, affinitas, vel cognatio spiritualis ex duplice titulo proueniens, ut si contrahens sic sanguine iunctus cum veroque parente, cuius filiam ducere vult; si duas sorores ducent cognovit; si baptizavit, simul & de sacro fonte, aut Christum suscepit. Negat Henr. lib. 12. cap. 10. n. 3. sed sat esse putat, exprimere gradum cognationis propinquorem. Probat, tum quia irretitus pluribus irregularitatibus, eo quod excommunicatus plures celebravit, ut ab omnibus absoluatur, sufficit unius tantum mentionem facere: tum quia ex pluribus actionibus eiusdem speciei in eodem subiecto receptis, unum consurgit numero moraliter accidens. Affirmat cum multis Sanch. lib. 8. disp. 24. n. 5. Conink disp. 33. dub. 6. n. 81. quod verius est, cum revera distincta sint impedimenta: nam licet ambo continetur intra eandem speciem, eam tamen augent per gradus heterogeneos. Nec est eadem ratio de solâ numericâ multiplicatione: nam hæc impedimentum non multiplicat, quia nihil diuersum à primo, saltem heterogeneum, afferit. Ex quo patet ad exemplum de irreg. ex multiplici celebratione cum ex-

communicatione contractis, & ad rationem, quæ vera tantum est, quando gradus additi subiecto sunt eiusdem omnino rationis; secus, quando sunt diuersæ rationis, ut cōstat de pluribus speciebus intentionib[us] eiusdem obiecti in eodē intellectu receptis.

4. An quando affinitas concurreat eum impediamento publicæ honestatis, sufficiat expressio affinitatis, tacito impedimento publica honestatis? Ratio dub. affinitas non solum contrahitur ex copula licita, cum quâ semper coniunctum est impedimentum publicæ honestatis: ut si quis velit contrahere cum defunctæ uxoris consanguineâ, cum quâ ob matrem prioris conjugis, contraxit impedimentum publicæ honestatis, & si. oul. affinitatis; sed etiam ex copula illicita, cum quâ publicæ honestatis impedimentum coniunctum non est, cum hoc non nisi ex spontalibus, & matrem. ratō contrahatur. Ergo solius affinitatis expressi sufficiens non est: nam licet affinitas ex copula licita includat publicæ honestatis impedimentum, non tamen illud includit affinitas ex copula illicita. Ne igitur subreptitia sit dispensatio, utriusque impedienti facienda est in supplicatione mentio.

Negat. Negat cum multis cit. disp. n. 38. si affinitatis tantum in genere mentio fiat; secus, si affinitatis ex copula licita: quia in 2. includitur tacita mentio impedimentum publicæ honestatis, non autem in priori: nam in materia odiosâ qualis est dispensatio iuris communis, verba in minori significato accipienda sunt; proinde affinitas in supplicatione posita, intelligitur pro affinitate ex fornicatione contraria: unde nisi expressa mentio fiat impedimentum publicæ honestatis, ad illud dispensantis voluntas non se extendit.

Affirmat absolute cum pluribus Conarr. 4. decret. affirmandum part. 2. cap. 8. § 7. n. 5. quatuor sent. probabilem ac tutam censet Sanch. mihi probabilior videtur, ex illo principio, fundato in l. merito off. pro socio. Quod in dubio nunquam presumendum est delictum: præsumendum igitur non est, Pontificem suam dispens. limitare ad solam affinitatem ex fornicatione copula contrafactam, cum sibi solius affinitatis impedimentum in supplicatione dispensandum proponitur. Credendum quippe non est, in eam significati partem voluntatem applicare, in quâ cum matrimonij præjudicio frustranda sit dispensatio; sed potius in eam, in quâ in matrimonij favorem, quem semper Pontifices spectant, cessura sit, præsertim quando nomen vi sua notionis utrumque significatum admettit. Ad fundam. Sanch. esto dispensatio, quatenus juris communis relaxatio est, sit odiosa: at quatenus ad matrem. ordinatur, favorabilis est, adeoque in favorem matrimonij accipienda.

At quo pacto intelligendæ clausulæ dispensatum quæ in foro conscientiæ in sacra Pœnitent. tum quæ in foro externo in Pontificis curia expediantur, & quibus modis sint eam ab Ordinario, quam à Confessario executioni mandandæ: Verum hoc labore nos liberat Sanch. disp. 34. & 35. Pauca ac præcipua hic examinabo. Illud in primis cum ipso & aliis relat. cit. disp. 34. n. 29. nota, forum conscientiæ non recurrere cum foro pœnitentia. Qui priuilegium habent à censuris absoluendi, vel dispensationes matrimonij in foro conscientiæ expediendi, ut Societas nostra habet à Gregorio XIII. Bullâ 3. Aprilis an. 1582. Dilecti fili, possunt extra Confessionem illas expedire: et si hæc absolutio, vel dispensatio in foro externo eos minimè iuuet, nisi obstat praxis ut supra.

2. Illud Lector aduertat, nomine Magistri in Theologia, & Decretorum Doctoris, ad quos huiusmodi litteras matrem. dispensationes continent, sacra Pœnitent. expediendas dirigit, intelligi Doc-

Non diffex
veraque
paro nouu
incensus.

97.

260 Disputatio XXV. De dispensat. circa causas matrim. Sectio III.

dores in his scientiis Graduatos. Quare non sat est, has scientias publicè docere, ut ex intentione Distinguishentis, idonei sint ad has litteras expediendas, nisi sint Theologiz, aut sacrorum Can. Doctoratu insigniti. Requirit n. sacra Pœnitentia pro expeditione tanti negotij in exequente publicum testium. alius Academæ de sufficiâ Doctrinæ, & morum Grauitate, quæ ad illud validè & fructuosè expediendum requiruntur. Vnde non iudicantur ad hoc officium idonei Doctores in iure tantum Ciui- li; multò minus in Philosophia, & Medicâ facultate.

*De Licon-
tatis Theo-
logia.*

An saltem Licentiati in Theologia, aut in iure Canon. censemantur in hâc sacra Pœnitentia formulâ comprehensi. Pro affirm. est: hi gaudent omnibus iuribus & priuilegiis, quibus gaudent Doctores. Neque Licentiatus à Doctore discriminatur quoad testimoniū scientiæ, quod potissimum in hoc negotio desideratur: sed solum quoad collationem Supremæ dignitatis, & insignia propria Doctoratus. Cum communi DD. placito dico, eos nomine Magistri aut Doctoris in hâc formulâ non comprehendendi: nam licet quoad exercitium publicè docendi, praesidendi, & examinandi participant eadem priuilegia, non tamen eadem iura & priuilegia participant quoad dignitatem, ut ex Baldi &c. sent. docet Sanch lib. 8. disp. 34. n. 8. sacra autem Pœnitentia in his litteris expediendas non solum rationem habet doctrinæ, sed etiam dignitatis in exequente, ex cap. Statuum, de rescript. in 6. vbi sancitur, ut nullus nisi dignitate præditus, cause autoritate litterarum Sedis Apost. vel Legatorum eiusdem committantur. Ex quo patet ad rationem in oppositum adducam: nam hoc pendet ex voluntate Superioris, quæ nobis innotescit cōmuni Doctorum interpretatione. Nam licet finis sacrae Pœnitentie sit, ut harum litterarum executor sufficiens polleat doctrinâ, & morum grauitate; hanc ipsum tamen finem alligat dignitati Doctoratus, sine quo actus est irritus. Quo sit, ut etiam si Doctor sit ignorans, Licentiatus Doctissimus, valida erit litterarum executio à Doctore, invalida à Licentiato facta. Idem DD. notant, non sufficere, ut iuxta l. Barberii ff. de officio Preterius, valida sit executio facta à Licentiato, cōmuni errore perato Doctore: quia hic deest titulus collatus ab habente autoritatem: quem titulum, ut alibi ostendi, requirit cit. l. Barberii. Secus, si propter occultum impeditum aut scientiæ defectum, Doctoratus esset invalidus: quia tunc esset titulus, qui cum cōmuni errore sufficeret ad publica acta validanda.

98. An autem sufficiat esse Magistrum in ordine, ne-
De Magistris & communiter, nisi aliunde Sedis Apost. priu-
is Ordines. legium habeant. Quam quæst. ipsi ordinum Magistris decidendam relinquo: ut examinent. An hic gradus apud eos sit peculiaris Religiosi duntaxat statutus dignitas, an potius insigne Magisterij in doctrinâ Theol. quod iuxta declar. & authorit. Sedis Apost. sit idem ac Doctoratus. Neque n. est necesse, ut quis in publicâ Vniuersitate sit ad Doctoratum promotus, ut possit has litteras ex intentione sacrae Pœnit. validè expedire. Cū Scholastici nostræ Societ. ex licentiâ R.P. Generalis priuatim ad Theologiz Doctoratum promoti, independenter à priuilegio à Gregorio XIII. concessio, quod omnes Confessarij Societatis IESV, etiam si Doctores non sint, sacrae Pœnitentia litteras ad Doctores directas aperire possint, vi talis Doctoratus præcisè, validè ac licetè eas aperire & expedire valeant: ut constat ex tribus Bullis, à tribus Pontif. editis. Iulio III. ann. 1552. 22. Octob. quæ incipit, Dilecti fili: Pio IV. ann. 1561. 19. Augst. quæ incipit Dilecti fili: à Gregorio

XIII. ann. 1578. Nonus May, quæ incipit, Quantia in vineâ Domini. In quibus conceditur Generali Societ. IESV ampla potestas, vel per se, vel per alios, nostros de Societate Scholares ad quoscunque Baccalaureatus, Magisterij, Licentiatu, & Doctoratus gradu promouendi, ubi cunque Societas Artium Liberalium & Theologiz ordinarias lectiones habebit. Quibus sic promotis conceditur, ut gaudeant omnibus & singulârâ priuilegiis, prerogatiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, antelationibus, favoribus, gratiis, & indulxit, ac omnibus & singulis aliis, quibus alij in quibusvis Vniuersitatibus studiorum, buiusmodi rigoroso examine prauie, ac alijs iuxta inibi obseruari solitos, & requisites usus, ordinationes, ritus, ac mores, pro tempore promoti de iure, vel consuetudine, aut alijs quoniam libet utuntur, ponuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere posuerunt, quoniam libet in futuram, non solum ad ipsorum instar, sed pariformiter, & eque principaliter absque ullâ penitus differencia, uti, potiri & gaudere, in omnibus, & per omnia, permisit ac si gradus huiusmodi in eisdem Vniuersitatibus, & non eorum Collegiis, buiusmodi accepissent. Haec in cit.

Bullâ Iulius III. Quæ duo successores confirmant *De Theolo-*
& ampliant. Nec dici potest, Bullam loqui de Scho-
lariis tantum externis: tum quia compilator pri-
uileg. nostrorum, verb. Gradus post 2. §. notat nomine
Scholarii hic intelligi Scholares qui sunt de Societ.
tum quia Piu. IV. aperte distinguit Scholares de
Societate & externos: sic n. in cit. Bullâ habet: &
insuper tibi Moderno & pro tempore existenti Preposito Ge-
nerali dicta Societatis, ut per te, vel alium, seu aliquem ex
Prepositis, vel Rectoribus Collegiorum vestrorum, iam in
Vniuersitatibus studiorum Generalium, quam extra illas,
ubilibet consenserunt, in quibus ordinarie studiorum Ar-
tium Liberalium, & Theologie lectiones habebantur, cursusq; ordinary peraguntur, ut dicta Societatis Scholares, & pau-
peres externos, &c. Ea manifesta Pontificis distinctionis
inter scholares Societatis & externos. Quare nulli
dubium esse poterit, quicis. Bullas legerit, Nostros
Doctores etiam intra priuatos parietes de licentiâ
Generali, qui sibi soli hanc facultatem reservant, ut
constat ex compendio Priuileg. verb. Gradus, fine;
promotos, gaudere omnibus iuribus, & priuilegiis,
quibus gaudent, quicunque publicè in quâuis Vni-
uersitate promoti sunt: ac proinde, vi talis Doctoratus
Nostros comprehendendi in formulâ à summo
Pœnit. ad Magistros in Theologiâ directâ. Et con-
sequenter idem dici potest de Magistris Ordinum;
si hunc titulum, quod tamē mihi non constat, ha-
beant ex priuilegio Sedis Apost. ut insigne Doctoratus, fundatum in eorum doctrinâ: cùm non astrin-
gatur princeps ad certum modum dignitates confe-
rendi, sed variis modis, prout sibi placuerit, eas con-
ferrere possit. Dices: et Bullæ exigunt rigorosum ex-
amen, & duos vel tres Magistros, per eundem Prepo-
situm Generalem, vel alios inferiores Superiores, ab
ipso Generali designatos, eligendos, non solum ad
promotionem exterorū, sed etiam nostrorū: quod
tamen cum nostris Doctorandis nō seruatur. Resp.
quod attinet ad promotorē, Gregorius XIII. in suâ
Bullâ extendit & ampliauit ad Praefectū studiorū,
nullâ mentione factâ de duabus aut tribus Magistris,
ut constat ex illis; Et insuper Facultatem prefatam pro-
mouendi ad gradus in Philosophiâ, vel Theologiâ, ad cuiuslibet
dicta Societatis Collegi studiorum, in quo Artium, vel
Theologie facultates huiusmodi pro tempore legentur, Prae-
fectum, & alijs in omnibus, & per omnia, iuxta litterarum
prefatarum tenores, autoritate & tenore predictis exten-
dimus & ampliamus. Idque etiam notatur in Com-
pend. nostr. priuileg. verb. Gradus §. 4.

An possit Praefectus studiorum non Doctor, 99.
Doctoratum conferre à Ratio dub. ut docet Bonus *Maius dubium*
Discursus *insurgit.*

Decuribili de nobilitate to. 16. nu. 103. qui non est Doctor, non potest Doctorem creare: sicut qui non est miles, non potest militem facere. Pro quâ sent. citat Baldum & Insolam in l. qui in aliena §. interdum ff. de acquir. heredit. Sed dicendum, cùm omnis dignitatis collatio vim accipiat ab autoritate principis, l. i. §. omnia c. de vetere iure encl. & cap. Si Apost. i. de prebendis in 6. neque princeps limitetur ad certum modum dignitates conferendi, poterit, prout sibi placuerit, eas conferre. Cùm igitur Gregorius XIII. huiusmodi scientiarum gradus ac dignitates de licentiâ Generali, Nostris per Præfectum studiorum, nullo in eo Magisterij, aut Doctoratus gradu requisito, conferendas concedat: neque alias soleant nostri studiorum Præfetti, nisi, quando in aliquâ Vniuersitate sunt simul Cancellarij, esse Doctores; sequitur, eos, etiam si Doctores non sint, validè Nostros ad Doctoratum promouere. Confirm. Semper principis priuilegium intelligitur concessum, iuxta mentem petentis: at mens Societatis, quæ hoc priuilegium petiit, fuit, ut huiusmodi gradus nostris conferrentur per Præfectum studiorum, qualis hic in Societate esse solet, nempe scientiis quidem ornatus, Doctoratus autem dignitate non necessario insignitus: ut & praxis docet, & §. 4. verb. Gradus in compen. nostr. priuileg. testantur, vbi dicitur, hos gradus per Præfectum studiorū cuiuslibet Collegij Societatis, in quo Artium, vel Theologiz facultates pro tempore leguntur, Præpositus Generalis conferre posse. At non in quoniam Societatis Collegio, in quo Artium, vel Theologiz facultates leguntur, Præfeti graduati sunt; cum in iis tantum Collegiis graduati sint, vbi in publicâ Vniuersitate simul cum studiorum Præfecturâ, onus sustinent Cancellariatus ad externos studiosos promouendos.

De examin. nostrarum. Quod attinet ad examen: quod rigidius excogitari potest, quam quod nostra Societas præmitit ad suos Doctores promouendos? Nam 1. rigidissime examinantur singulis annis toto Philosophiae triennio: in quo, nisi iudicio trium ex quatuor examinatoribus inueniti fuerint, quoad ingenium & doctrinam ad hæc studia continuanda idonei, ut inhabiles à studiis amouentur. 2. Singulis annis pari cum rigore in quadricunio Theologiz examinantur, in quâ calculo triū examinatorum debent ingenij & doctrinæ mediocritatem excedere, ut habiles censeantur ad hæc studia. 3. Absoluto studiorū cursu, examinantur de primariis totius Philos. & Theol. quæst. Et nisi in hoc examine, omnium rigidissimo, ex quatuor ab ipso Generali assignatis examinatoribus, tria reportent iurata suffragia, quod eisdē materias, de quibus sunt examinati, possint, non quomodounque, sed cum satisfactione prælegere, non iudicantur idonei ad Magisterij, & Doctoratus gradum. Nam etsi non omnes, qui vi huius examinis iudicantur idonei ad docendum, Doctores promoueri, nullus tamen Doctor creatur, nisi hoc iudicium in ultimo examine de doctrinâ reportet. Cùm non soleant in nostrâ Societ. ad Doctoratum promoueri, nisi qui in aliquâ Vniuersitate docere, aliosque in iisdem scientiis Magistros ac Doctores creare debent. Vnicus bic scrupulus: non videtur hoc examen, quod ad promouendos nostros præmititur, fieri iuxta leges ab ipso Societatis Fundatore præscriptas: qui, ut constat ex 4. par. Constat. cap. 15. n. 4. publicum requirit examen: Ne quis, nisi diligenter & publicè examinatus per personas designatas, qua bene suum officium facient, & idoneus ad prælegendum eandem scientiam inuenitus, promoueat, siue ille de societate sit, siue exireat. Quæ Constitut. cùn. sint à Sede Apost. approbatæ, quidquid contra eas sit, fieri censetur

contra ipsius Sedis Apost. intentionem. Verum hoc scrupulo nos liberat ciuid. constitut. declar. l. si iustas ob causas aliquas publicè non examinandas videantur; habita à Generali, vel Provinciali facultate, fieri poterit, quod Rector ad maiorem Dei gloriam fore iudicatur. Neque verum vniuersaliter est illud: Quidquid fit contra Constitutiones à Sede Apost. approbatas, fieri contra mentem & intentionem ipsius Apost. Sedis. Cùm non omnia, quæ in constitutionibus Religionis Sedes Apost. approbat, approbet ut substantialia, vel Religionis, vel actuum in Religione exercendorum: multa n. approbat exercenda ex voluntate & directione Superiorum. Nam prætes substantialia vororum, & quedam impedimenta Professionem irritantia, reliqua quoad executionem committit iudicio & prudentia Superiorum, ut pro tempore & loco nouas possint condere constitut. ones, ex conditas mutare atque alterare, prout expedire iudicauerint; ita Bulla Pauli III. edita ann. 1543. pridie Idus Mart. Paulus Episcopus: *Hac Post. Concedimus, inquit, quæ quæcumque inter eos constitutiones particulares, quæ ad Societatum huiusmodi finem, & Iesu Christi Domini nostri gloriam, ac proximi utilitatem conformes esse iudicauerint, condere; & iam hactenus factas, quæm imposterum faciendas constitutiones ipsas, iuxta locorum, & temporum, ac rerum qualitatem, & varietatem mutare, alterare, seu in totum cassare, & alias de novo condere possint & valeant: quæ postquam mutata, alterata, seu de novo condita fuerint, eo ipso Apostolicâ autoritate prefatâ, confirmata censeantur, eadem Apostolicâ autoritate, de speciali gratiâ indulgemur.*

An conditio illa, quam in Confessario sacra Fœnitatem. requirit, ut sit ab Ordinario approbatus, sufficiat si sit tantum approbatus pro uno loco, aut pro uno genere personarum, ut pro viris tantum, ut feminis tantum, indiscriminatim eligi possit ad huiusmodi dispensationes expediendas. Affinitat Sanch. lib. 8. diff. 34. nu. 16. eo quod in tali cum Magisterio reperitur Episcopi approbatio, quam sine villâ restrictione sacra Pœnitent. requirit. Negat probabilitus *Suar. tom. 4. de Penit. diff. 28. sect. 7. nu. 3.* vbi vniuers. negat, posse Sacerdotem approbatum pro uno tantum loco, aut uno genere personarum, per Bullam eligi, nisi ab iis tantum personis, pro quibus est approbatus. Idem docet Ponti. lib. 8. cap. 21. nu. 14. Ex quo sequitur, Sacerdotem approbatum pro feminis tantum, non esse idoneum iuxta mentem sacra Pœnitent. ad exequendam dispens. spectantem ad virum: aut contraria; approbatum tantum pro viris, ad exequendam dispens. pertinentem ad fœminam. Ratio; dum summus Pœnitent. has litteras destinat ad Confessarium ab Episcopo approbatum, non destinat illas exequendas ultra protestatem, quam habet ab Episcopo, quæ nequit se extendere ultra limites ab Episcopo præfixos. Ad rationem Sanch. dum summus Pœnitentiarius Confessarium non approbat, sed supponit ab Episcopo approbatum, restringit executionem dispensationis iuxta potestatem ab Episcopo concessam.

Infertur 1. posse Nostrum studiorum Præfectum, non modò Scholares è Societate, sed etiam exteros validè ad hos gradus promouere. Ratio: ait. Bulla Gregorij XIII. hoc priuileg. ad gradus promouendi per Præfectum studiorum, non limitat, ad Nostros tantum: quippe qui illud concedit iuxta tenorem & formam à Iulio III. & Pio IV. concessum, & insuper extendit & ampliat, ut huiusmodi gradus possint per Præfectum studiorum Collegij Societ. in quo Artes & Theologia doceatur, cōferti. At Iulius III. & Pius IV. hoc priuileg. non solum concedit pro Nostris, sed etiam pro externis.

262 Disp. XXVI. De obligatione, & excusatione soluendi debitum coniugale? Sect. I.

*Quid ad
hanc quæst.*

An possit Generalis Societatis vi priuileg. Scho-
lares ex eadem Societ. ad gradus promouere, nul-
lo præmisso formato examine? Dixiformato, per
designatas personas faciendo: nam sine vllâ omni-
nd præviâ notitiâ de habilitate personæ promo-
uendæ, non potest: cùm non solum ius politium,
sed etiam naturale clamet, neminem esse ad digni-
tatem promouendum, qui ex conseruentis iudicio ad
eam non dignoscatur inhabilis. Certum ferè 1. id
Generalem non posse, nisi per modum dispens. cum
vno, vel altero: eo quod i modus Nostros examinan-
di tam in ordine ad studia, quam ad professionem,
sit à Congreg. Generali I. constitutus, per examina-
tores q. à Generali in quois Collegio, vbi superio-
ribus facultatibus Nostri dant operam, designatos.
2. quantum est ex vi potestatis, omnino verum cen-
so posse per Congreg. Gener. alio modo, quam per
certos designatos examinatores, Nostros ad studia
& gradus promoueri, nunquam tamen id facturam.
Ratio: Gregorius XIIII. nullam in ist. Bullâ ex-
aminis mentionem facit, dum hoc priuileg. per Prae-
fectum Studiorum Nostros ad gradus promouen-
dos cōcedit. Nec obstat cōstitutio ist. in quâ ad hu-
iūsmodi gradus cōferēndos publicū exigitur ex-
amē per certas ac designatas personas: quia Cōgreg.
Gener. habet potestatem eam mutandi, vt ex relatâ
Bullâ Pauli III. constat. Cùm verò hic modus ad
studia promouenda omnium optimus, & studiorum
promotio in nostrâ Religione sit maximè necessa-
ria, vt certissimum credendum est, nunquam illum
fore in Societate mutandum. Adde, ipsam Societ.
in Congreg. Generali 6. can. 2. & decreto 24. sanxisse,
propter reverentiam erga sanctissimum sui Fun-
datorem, qui tanto lumine ac Spiritu Constitutio-
nes condidit, se nunquam de iis immutandis in ge-
nerali Congreg. acturam. Præsertim de iis, quæ ut
substantialis fundamēta instituti nostri sunt propria.

est moraliter necessaria ad evitandum periculum
incontinentiæ, vel in se, vel in suo coniuge. Quia
quod est in favorem alicuius inductum, liberè po-
test illi cedere: at petitio debiti est in favorem so-
lius petentis inducta: charitas verò obligat ad ex-
hibendum tam sibi, quam proximo de propriâ salu-
te periclitanti opportunum remedium, quando il-
lud commode adhiberi potest: igitur coniux con-
stitutus in morali periculo incontinentiæ, tenetur
debitum petere, si putat aliâ viâ non posse pericu-
lum superare. Quæ ratio etiam probat, teneri ad pe-
tendum à coniuge debitum, quando coniux in simili
periculo versatur; nec audet petere vel ob ve-
recundiam, vel quia erroneè putat, se petere non
posse ab eo, qui petendi iure est priuatus. Neque pe-
tens tali casu violat obligationem, quam habet de
non petendo, cùm talis petitio in his circumstantiis
non tam habeat rationem petitionis, quam reddi-
tionis: quippe cùm non solum teneatur coniux
reddere, dum expressè, sed etiam, cum interpretati-
uè, à se debitum exigitur, seu quando coniux est in
periculo incontinentiæ, nec audet expressè debi-
tum petere. An coniugi de incontinentiæ pericli-
tant teneatur alter ex iustitiâ, an ex charitate sub
Conseruen-
tione, debitum petendo? Pet. de Lede, apud Sanch. lib. sum.
4. 9. disp. 2. n. 7 putat teneri ex iustitiâ: Negat Sanch.
propriè ex iustitiâ, sed ex charitate, & tantum largè
ex iustitiâ, quatenus talis petitio ordinatur ad ser-
uandam fidem de non accedendo ad alienam, quam
uterque coniux sibi mutuo promittunt. Negat ab-
solutè Conink. disp. 34. dat. 2. concl. 2. teneri ex iustitiâ,
sed ex solâ charitate: eo quod nemo ex iustitiâ te-
netur cogere alium, vt re suâ vtatur: non n. qui
equum alteri vendit, ex iustitiâ tenetur emptorem
cogere, vt eo etiam in sui commodum vtatur: ergo,
nec qui per matrem suum corpus alteri tradidit, ex
iustitiâ tenetur coniugem de incontinentiæ pericli-
tantem cogere, vt ad periculum vitandum so vtatur,
sed solum lege charitatis. Verum negari non potest,
quin talis petitio, quatenus dirigitur ad auertendum
coniugem à violandâ fide de non accedendo ad al-
ienam, obiectiuè fit actus iustitiæ, cùm tendat ad
seruandam fidem sibi ex iustitiâ debitam: Sicut a-
ctus, quo proculo, vt mihi premium rei venditæ sol-
uatur, obiectiuè est actus iustitiæ, quia tendit ad re-
stitutionem preiij mihi ex iustitiâ debiti. Erit igit-
ur talis petitio actus charitatis, quatenus de salute
periclitanti subuenit; & simul iustitiæ obiectiuè,
quatenus tendit ad seruandam fidem ex iustitia sibi
debitam. Nec est par ratio de actu, quo emptorem
cogo, vt equo à me vendito vtatur: quia talis actus
non ordinatur ad restituendum, vel conserendum
mihi aliquid ex iustitiâ debitum, sed in bonum tan-
tum emptoris: eiusdem autem ad se ipsum non est
iustitia.

De redditione; quod ipsa dum exigitur, obligat
ex iustitiâ, manifestum est, cum sit solutio rei alienæ
nâ domino iustè petenti. Cùm enim vi contractus
matrem. corpus vnius, quoad usum maritalem sit
sub potestate alterius, instar precarij, cuius renoca-
tio pendet ad nutum domini petentis, quoties unus
rationabiliter exigit, tenetur alter reddere. Quod
naturâ suâ obligat sub mortali, constat ex grauitate
materiæ: exigitur n. legitimus usus corporis si-
bi ex iustitiâ obligati ad prolem gignendam, &
concupiscentiam sedandam: cuius negatio absque
rationabili causâ data, cedit in notabile præudi-
cium & prolis gignendæ, & coniugis petentis, in
quod duplex officium institutum est matrem.

Temperatur 1. nisi coniugale debitum petatur,
non iure stricto iustitiæ, sed amicitiae; quod ex mo-
do ipso regny 1.

DISPUTATIO XXVI.

De obligatione, & excusatione soluendi debitum coniugale?

*I.
Duplex ob-
ligatio ma-
tris.*

OBLIGATIONEM vi matrimonij contrahunt
coniuges, negatiuam vnam, de non acceden-
do ad alienam; posituam alteram, de reddendo
sibi mutuo debitum. Illa, instar præcepti negatiui,
astrigit semper & ad semper, cum nullo tempore
licitum sit accedere ad non suam: Hæc certis tem-
poribus, quando ab altero petitur. In hâc dupli-
catione coniuges sunt pares, quia nascitur ex
ipso contractu matrim. quo uterque coniux mutuo
sibi corporis dominium ad actu generationis tra-
dunt. Vt cuius mutuæ traditionis, 1. Corin. 7. Nec
vir potestatem habet sui corporis, sed vxor; nec
vxor sui, sed vir. Vnde sequè adulterat vir, ac vxor,
ad alienum accedens: æquè peccat vir, ac vxor, de-
bitum petenti non reddens. Ideo æquè viro ac vxo-
ri cit. Paulus præcipit debitum reddere. Suppositâ
priori obligatione, de posteriori erit hâc disp. lermo.

SECTIO PRIMA.

An, & quando actus coniugalis obliget sub præcepto?

*2.
Includit dno
attu coniug.* DVO sunt in actu coniugali, petitio, & redditio:

Disp. XXVI. De obligatione, & excusatione soluendi debitum coniugale Sect. I. 263

do ipso petendi colligendū erit, si non quasi tuum exigas, sed ut alterius ex benevolentia exhibendum petas. Vtique enim titulo coniuges inter se astrin- guntur, & iustitia, ratione corporis dominij in al- terum translati; & amicitia, ratione matui amo- ris, quo veluti unam carnem se ipsos diligunt. Qui titulus sub mortali non obligat, nisi quando ex c- ius violatione magna timerentur dissidia: vel qui ex amore petit de incontinentia periclitetur. 2. nisi debitum etiam titulo iustitia exactum, rationabili causa negetur; vt si nimis frequenter; si cum peri- culo corporalis salutis, ac debentis aut exigentis, aut conceptus prolis, exigatur. Addunt aliqui apud Sanch. lib. 9. disp. 12 & 13. si petatur tempore sacro, maximarum praesertim solemnitatum, vel tempore, quo coniuges tenentur ad Euchar. accedere. Sed merito hanc sent. reprobat Sanch. praevalit n. ob- ligatio reddendi debitum coniugi ex iustitia pe- tenti. Authoritates contraria intellige non de redden- te, sed de petente; & solum quoad consilium, non quoad preceptum. 3. DD. addunt, ratione parui- tor additur, tatis materiae, vt si quater in mense petere consue- to, semel dunitaxat negetur; vel si is, a quo exigitur debitum, reddere differat ad duas, vel tres horas; hoc admitto, modò absit incontinentia periculum: at illud non caret difficiliter. tum propter præjudicium prolis, quæ forte ex tali actu conciperetur, si coniuges non supponantur steriles: tum propter præjudicium coniugis potentis, cum plerumque soleant maritalem congressum ad concupiscentia appeti- tum sedandum plurimum aestimare. Vnde si tale debitum negetur, cum positiva renitentia parentis, vix excuso à mortali, cum negetur actus ex iustitia debitos, & à natura vehementer expetibilis.

^{7.} Infertur 1. exactus ab impote rationis, furioso, Ratio quoad dormiente, ebrio, leproso, vel alio morbo infecti- quo ad ui- uo, non tenetur ad debitum soluendum: quia non tenetur coniux id reddere, nisi humano modo, hoc est liberè exigatur. cum n. coniugalis redditio, si solutio viuis corporis sub potestate exigentis con- stituti; & nequeat dominus de sua re validè dispo- nere, nisi auctu libero; nam hic tantum vim habet transferendi, recipiendi, repetendi que dominium, cum omnis hominis actus in ordine ad hoc effica- ciam sumat à liberà voluntate hominis; non ten- bitur coniux debitum reddere, nisi libero actu ex- gatur. Ratio quoad duo posteriora: Obligatio ve- rò ex S. Tho. in 4. dist. 32. q. vn. ar. 1. quâ coniux vi- matrimoniū astringitur ad debitum coniugale red- dendum, est tum ad prolem gignendam, tum ad potentis concupiscentia satisfaciendum: at hæc obligatio non debet prædicare maiori, quam alter. coniux habet, de conservando proprio indiu- duo: igitur quotiescumque auctus coniugalis prædi- cat incolumenti coniugis exacti, vel etiam ex- gentis, non tenetur illum reddere, nisi bonum, quod de prole gignendâ speratur, plurimum conduceceret ad publicam regni utilitatem: nam eo casu præpon- deraret bonum commune, etiam sub spe tantum conceptum, certo bono priuatæ personæ. Confir. obligatio reddendi débitum coniugale regulanda est iuxta naturam, & charitatis ordinem; at naturam, & charitatis ordo exigit, vt prius homo in se ipso per- ficiatur, quæ alteri suam perfectionem comu- nicit. ita potentia nutritiva proli generandæ eam materialm subministrat, quæ proprio individuo su- perfuit. Nec obstat cap. 2. de coniug. lepros. in quo Alex. III. iubet, si contigerit, virum, vel vxorem leprosum fieri, & infirmus à sano carnale debitum exigat, esse soluendum. nam ut recte Sanch. lib. 9. disp. 24. n. 17. hoc intelligitur, quando ex huiusmo-

di congressu non timeretur notabilis sanitatis dam- num: non n. quodcumque damnum, sed notabile à coniugalis debiti solutione exactum deobligat.

2. Peccat coniux, qui se ad actum generationis frequentibus ieuniis, corporis afflictionibus, alijs,

ve modis notabiliter impotentem reddit; non tamen teneri extraordinariis mediis vti ad se poten- tiorem reddendum. Ratio: qui obligatur ad finem,

obligatur ad remouenda ea, quæ tini aduertenter obstant, alioqui frustra esset talis finis obligatio: vi

autem matrimonij ad id tantum coniuges tenentur, quod necessarium est ad debitum maritale rationa-

biliter exactum reddendum: at ad id necessarium non est, vt se per extraordinaria media potentiorem reddant. An excusat coniux ab Eccles. ieunio: si

aliter non possit coniugale debitum soluere? Quan- do solutio debiti necessaria est ad periculum incō-

tinentia in exigente vitandum, etiam tenetur ieu- niuum omittere, ad occurrendum coniugis periculo:

cum maius præceptu sit eo casu, liberare proximum à peccato, quam ieunare. Vbi autem non est in exi- gente id periculum, censent aliqui apud Sanch. lib. 9.

disp. 3. n. 10. teneri exactum blandis verbis petentem auertere à debito exigendo. Sed verius. Sanch. cum aliis, ad id non teneri, sed licet posse ieunium omittere: cum obligatio reddendi debitum, sit strictrior,

quam ieunandi; cum haec ex virtute temperantie, illa ex iustitia astringat. Verum temperanda est hec sent. vt tunc à ieunio excusat, quando coniugi

rationabiliter exigenti non posset exactus debitum reddere: secus, quando fieret impotens, quia coniux irrationaliter peteret, seu frequentius, quam

prudentia dictat: tunc n. non tenetur reddere, nisi periculum esset incontinentia. Confirm. eo casu

exactus non tenetur ex iustitia tam frequenter de- bitum reddere: igitur non posset à ieunio excusari, eo quod vrgere maior obligatio iustitia. An licet Dub. indec- posse vxi ieunium soluere, vt placeat viro? Et qui- dens.

dem si id faciat ad auertendum virum ab illicito a- more erga alias, non dubito, quin possit, si tale pe-

riculum probabilitate timeatur: cum possit ad eu-

randum periculum incontinentia; immo etiam debet

tali casu ieunium soluere, si probabiliter putet, hoc

medio virum ab illicito amore se auersuram. Haud

tamen puto, licet esse vxori, ieunium soluere, citra tale periculum, ad placendum tantum viro.

Sicut nec tenetur ieunium soluere, ad solum mariti iustum, cum præualeat præceptum Ecclesiæ mariti iussu, qui quoad hoc non habet in vxorem pot- estatem; poterit tamen ad vitandas discordias.

SECTIO II.

An peccante coniuge debitum exigente, peccet coniux id reddens?

RATIO dub. cum actus coniugalis indiuisibili-

ter constituatur ex petitione & redditione, quispe qui essentialiter petit concursum vtriusque coniugis, non videtur illicitus redi posse ex parte

potentis, quin etiam reddatur illicitus ex parte red- dentis. Nota i. aliud esse, posse coniugem debitum reddere, non tamen ad illud teneri; aliud reddere non posse. Nam post contractum matrim. potest

coniux exactus reddere, non tamen teneri: ne se ad religionem inhabilem reddat, quam utrique coniugi licet est ingredi post contractum ma- trim. non licet, post consummatum: esto possit red- dere; quia potest religionem non ingredi. Item po-

test coniux innocens debitum adultero potenti red- dere.

264 Disp. XXVI. De obligatione, & excusatione soluendi debitum coniugale? Sect. II.

dere, non tamen tenetur; quia adulterer per adulterium amicit ius petendi, quod non amisit innocens, qui & petere, & reddere potest. 2. Petitio potest reddi illicita, uno modo propter circumstantiam sufficientem actum; idque vel ex naturâ suâ, vt si petatur publicè exhibendus, aut vase præpostero; vel ex iure positivo, vt si exigatur in loco sacro, vel ab eo, qui coniugis consanguineam cognouit. Alio modo, propter circumstantiam tenentem se ex parte petentis; idque velita vt possit eo ipso tempore, quo exigitur, bene aut male à petente exerceri; vt si affectu fornicario, aut alio prauo fine peratur; vel ita, vt eo tempore, quo petit & exercetur, non nisi male peti & exerceri à petente possit, vt si petatur ab eo, qui castitatis voto astriclus est. 1. modo certum est nec posse exactum reddere. Quia quando circumstantia cadit immediaç in actum, inficit illum ex parte utriusque coniugis: non n. prohibet illum, quâ petitio, vel redditio est; sed quâ actus inter coniuges exercendus: nam a. qui intrinsecè & ex naturâ suâ est illicitus, nullo potest honeste fine iustificari: qui tantum extrinsecè & lege positiva, hic e potest iusta ex causa honestari, vt si immincat periculum incontinentiae, si mors, aut graue aliud damnum, vt iurgia & graues discordiae timeantur: tali n. casu, neque Ecclesia, neque charitas cum tanto damno & periculo coniugem exactum obligat ad debitum exigenti negandum. Quia cùm talis actus sit tantum extrinsecè malus, non obligat coniugem ad illum negandum, propter intrinsecam malitiam, sed vel propter prohibitionem Ecclesie, vel propter charitatem, quâ coniux astringitur ad impediendum peccatum exigentis: at neutra hoc casu obligat.

12. *Discrimen notandum.* An quando actus licet extrinsecâ circumstantiâ illicitus, nequit tamen, nisi male ab exigente exerceri, vt quando exigitur ab habente votum castitatis, licet possit & debeat ab exacto exhiberi? Conveniunt DD. tali casu ex præcepto fraternali charitatis, teneri coniugem exactum, si spem concipiatur emendare, monere exigentem, vt vel à petitione deficiat, vel vt ipse exactus perat: quia cùm mouens tenetur vi contactus matris, exactus reddere, (non n. potuit vovere, quod in suâ potestate non erat) non violabit votum reddendo, sicut violaret petendo. In eo discrepant, an si adhuc virginat voto, aut alio impedimento ligatus, sibi debitum solvi, licet possit, & debeat ab exacto reddi?

13. *Concessatio fœli off.* Prima sent. negat, *Rubio*. in 4. disp. 32. q. 1. §. alij causas, & disp. 35. q. 2. concl. 3. *Richar* disp. 32. ar. 2. q. 1. fine corp. vbi ait, coniugem castitatis voto astictum teneri ad reddendum, non alterum: *Sylvest. matri. 7. q. 5. ditto 6.* qui cum *Rosell* negat, posse castitatis voto impeditum debitum reddere alteri coniugi eodem voto astriclo; posse autem, si petens non sit voto ligatus: quia hoc casu, inquir, petens habet ius exigendi, cui exactus votando præjudicare non potuit: alter vero, quia ratione voti non habet ius exigendi, nequit exactus reddere: faceret n. contra suum votum sine causa necessariâ reddendo. Pro quâ sent. citatur *Hugoli*. apud *Sancb.* lib. 9. disp. 6. n. 1. eand. sequitur *Pontius* l. 10. c. 3. n. 3. pro qua hanc tradit reg. Quotiescumque petens peccat in petitione, siue ratione circumstantia tenentis se ex parte actus, siue ex parte personæ petentis, si in potestate petentis non est, se ab eâ circumstantia, quâ illicita redditur petitio, liberare, peccat reddens. Quia tali casu reddens cooperatur peccato petentis; sc. ad actum, quem hic & nunc non potest bene facere, cùm non sit in potestate ipsius, sc. à voto liberare. Confir. non solum petitio, ad quam non coopera-

tar reddens, sed actus ipse prauus est, ad quem coniux reddens cooperatur; dum ad illum influit, materia subministrando: sc. qui voulit castitatem, non solum voulit, se non petitum, sed neque actum exercituru. hinc colligit cum *Vasq. opus. de scand. ar. 8. dub. 4.* peccare eum, qui ab excommunicato sacramenta petit, si excommunicatus copiam non habeat absoluens ab excommunicatione: nam in 1. casu administratio non potest bene fieri, seclusus in 2. in quo potest absolutionem ab excommunicatione petere, & sacramenta dignè administrare. 2. peccare eum, qui carnes die Veneris ministrat, vel ad cœnam invitat tempore ieiunii: non peccare, qui absolutionem petit à facie dote existente in mortali, quia potest illud per contritionem decere: neque qui ab usuratio mutuum petet, aut illi premium ultra sortem soluit: quia uterque a. potest bene fieri, prior, si nihil ultra sortem usurarius exigit; posterior, si quod ultra sortem fribi solutum est, mutuarij restituat. *Pontium* sequitur *Hurtad* disp. 10. de matri. diff. 13.

Secunda affirmit, quam cum multis docet *Sancb.* disp. cit. *Conink* disp. 34. dub. 4. & alij. regula *Sancb.* Quando exiger est culpa lethalis, non ob circumstantiam sufficientem actum, sed personam, quia vel exigit ex prauo fine, vel voto castitatis astriclus, tantum abest, vt reddens peccet, vt potius teneatur. Probat; cùm talis actus non sit illicitus ab intrinsecō, sed ab ext. insecâ tantum circumstantia, tenente se ex parte petentis, non erit reddenti illicitus; ac proinde ex iustitia debitus: cùm petens ratione voti non amittat ius perendi, cui ex parte alterius responderet debitum solvendi. Confir. Si quis voulat, se pecuniam non repetiturum à depositario, repetetur depositarius illam reddere domino repetenti, non obstante voto de eâ non repetendâ: ergo similiter tenetur coniux debitum petenti reddere, non obstante voto de non petendo. Excipit, si delictum personale priuet coniugem iure petendi, vt si cognovit viroris consanguineam, si proprium filium scienter baptizavit, vel tenuit extra necessitatem, si adulterium commisit: nam vbi non est ius petendi, celat debitum reddendi. Ex quo insert, neque voto irrestitutum posse deditum reddere, quando non t. netur ex iustitia, vt si petat adulterio. At *suprà cum Rebello* dixi, probabile esse, castitatis voto astricatum, non teneri ad diuorum faciendum, sed posse cum adultero reconciliari, eiique debitum petenti reddere, non tamen exiger: et si probabilius sit oppositum, de quo disp. seq.

Ex his sent. neutra placet. Non prior, eo quod ex illâ sequitur nunquam tali casu posse coniugem exactum, ob quamcumque honestam & iustum causam, debitum reddere: nam ideo per aduersum non potest exactus tali casu debitum reddere, quia actus coniugalis redditur intrinsecè malus & peccaminosus ex circumstantia voti, sufficiente actum hic & nunc exercitum; sed quando actus redditur intrinsecè malus, ob nullam causam potest coniux exactus ad illum concurrere, cùm ob nullam causam possit concurrere ad peccatum. Confir. Iuxta hanc sent. eâ obligatione tenetur tali casu coniux exactus actum negare, quâ exigens prohibetur petere & exercere; cùm iuxta hanc sent. actus fiat secundum se malus, ac proinde ex parte uterque concurrat ad eandem substantiam actus: petens vero ob nullam causam potest talem actum petere aut exercere: ergo nec exactus exhibere. Dicunt autem peccare coniugem exactum tali casu, si nullâ necessitate ductus reddat ita: *Sylvest. cit. Pet. Soto* lect. 16. de matri. fine, & alij, tum à pari:

14. *Sent. neg.* *Primo* sent. negat, *Rubio*. in 4. disp. 32. q. 1. §. alij causas, & disp. 35. q. 2. concl. 3. *Richar* disp. 32. ar. 2. q. 1. fine corp. vbi ait, coniugem castitatis voto astictum teneri ad reddendum, non alterum: *Sylvest. matri. 7. q. 5. ditto 6.* qui cum *Rosell* negat, posse castitatis voto impeditum debitum reddere alteri coniugi eodem voto astriclo; posse autem, si petens non sit voto ligatus: quia hoc casu, inquir, petens habet ius exigendi, cui exactus votando præjudicare non potuit: alter vero, quia ratione voti non habet ius exigendi, nequit exactus reddere: faceret n. contra suum votum sine causa necessariâ reddendo. Pro quâ sent. citatur *Hugoli*. apud *Sancb.* lib. 9. disp. 6. n. 1. eand. sequitur *Pontius* l. 10. c. 3. n. 3. pro qua hanc tradit reg. Quotiescumque petens peccat in petitione, siue ratione circumstantia tenentis se ex parte actus, siue ex parte personæ petentis, si in potestate petentis non est, se ab eâ circumstantia, quâ illicita redditur petitio, liberare, peccat reddens. Quia tali casu reddens cooperatur peccato petentis; sc. ad actum, quem hic & nunc non potest bene facere, cùm non sit in potestate ipsius, sc. à voto liberare. Confir. non solum petitio, ad quam non coopera-

15. *Regula unius etiatis Pontii ruer. n. 34.* Quotiescumque petens peccat in petitione, siue ratione circumstantia tenentis se ex parte actus, siue ex parte personæ petentis, si in potestate petentis non est, se ab eâ circumstantia, quâ illicita redditur petitio, liberare, peccat reddens. Quia tali casu reddens cooperatur peccato petentis; sc. ad actum, quem hic & nunc non potest bene facere, cùm non sit in potestate ipsius, sc. à voto liberare. Confir. non solum petitio, ad quam non coopera-

16. *Confir.* non solum petitio, ad quam non coopera-

17. *Sent.*

Confir.

18. *Prior sent.*
olim arrigata
non modo.
Possimmo
argu.

Confir.

Disp. XXVI. De obligatione, & excusatione soluendi debitum coniugale. Sect. II. 263

a pars pari: non maiori obligatione tenetur tali casu coniux exactus debitum negare, quam depositariusensem furioso domino, quo veller scipsum interficere: at non semper tali casu tenetur depositariusensem domino furioso potenti negare, non n. tenetur ad id cum dispendio notabilis sui damni: igitur nequo coniux exactus voto astricte debitum potenti.

a priori Tum à priori, tali casu coniux exactus solum lege charitatis tenetur debitum exigenti negare, ad impediendum eius peccatum, quod non solum petendo, sed etiam consummando committeret: hanc autem non obligat cum dispendio proprio, vt constat de depositario, qui eosq; lege charitatis astringitur adensem domino furioso potenti non restituendum, quousque potest absque notabili suo damno illum non restituere. Confir. contra aliam virtutem peccat voto astricte petendo, & exactus absque necessitate reddendo; ille contra Religionem, ratione voti Deo promissi, hic contra charitatem, non impediendo peccatum coniugis, cùm possit. Demum falso est fundamen-

actum coniugalem reddi intrinsecè malum ex circumstantia potenteris, quando in potestate petentis non est, circumstantiam, ex quā actus redditur illicitus, tollere: nam esto talis circumstantia possit à petente tolli, non proprieà sit intrinseca aeti, sed manet illi extrinseca, tenens se tantum ex parte personæ potenteris: non secus ac circumstantia ex eiusdem libertate amouibilis; quia cùm idem actus externus, quo ad individuum suam substantiam fieri possit bene, tota eius malitia erit ex actu interno potenteris, quae extrinsecè tantum refunditur in actu per se malum, quia non est causa ipsius actus interioris potenteris, ex quo tantum malitia in actu externum refunditur. Nec 2. sent. prob. falsum

Nec 2. sent. placet, quippe est, tali casu coniugem teneri, debitum reddere, vt patet in exemplo allato de restitutione gladij furioso, volenti se interficere. nam tantum absit, vt tali casu depositarius petitum à domino gladium restituere tenetur, vt potius lege charitatis astringatur ad illum non restituendum, quousque id sine suo dispendio facere potest. Neque iustitia in quavis circumstantia obligat, sed quando exerceri potest sine notabili damno, aut debitoris, aut creditoris. Confir. Aut tale debitum à coniuge exacto impediiri potest sine ipsius dispendio; & tunc lege charitatis ad id tenebitur: aut sine ipsius dispendio impediiri non potest; & tunc licet reddere possit, haud tamen tenebitur: cùm tali casu non tenetur, nisi lege charitatis ad euitandum sibi notabile damnum, quod non obligat, cùm possit coniux exactus proprio iure cedere, eligens ad sacrilegium in coniuge vitandum, ipse potius damnum pati.

20. Media sent. querenda est. Dico igitur, tali casu coniugem exactum interdum posse, nunquam tamen teneri, saltem ex iustitia, coniugale debitum reddere; idque sive circumstantia petitionem vitians, possit à petente tolli, siue non. Hanc colligo ex iis, qui dicunt, peccare coniugem exactum, qui absque necessaria causa debitum reddit voto, aut alio impedimento ligato: quippe qui totum fundam, negandi tali casu debitum, ponere videntur in obligatione charitatis, ne cùm exactus possit, & non impediatur, legem charitatis violat: solumque debitum reddendi, aiunt esse ad euitanda grauiora scelera, vt Petrus Soro sct. § 6. de matr. fine; Non dubium est, obligari alterum ad reddendum, (quando sc. alter voto astricte petit) ne videlicet inde in grauiora labetur peccata. Quod non semper possit debitum reddere, constat: nam quamdiu coniux exactus spem habet, petentem impediendi ab actu ex circumstantia illico, reddere

non potest; sicut nec depositarius gladium apud se depositum domino potenti restituere, volenti se eq; interficere, quod diu spem habet, per hoc dependentis necem impediendi: quia iuxta legem charitatis, nemo licet alienum reddere potest, si redditio vergat in notabile damnum domini. Quod interdum possit, patet: quia, iuxta leges charitatis, nemo tenerur alterius damnum cum proprio dispendio impediire; igitur quoties exactus sine proprio dispendio debitum illicite potenti negare non potest, licet illud reddere potest, vt si timeat graue odium, vel discordias coniuge potenteris. Quod nunquam teneatur ex iustitia, prob. nunquam iustitia obligat ad aetum cum notabili damno domini, at redditio debiti vergit in notabile damnum spirituale coniugis potenteris. Quin etiam in reliquo contra contractibus debitor ex iustitia obligari possit ad debitum soluendum cum notabili domini damno, in contractu tamen matrimonii non potest: eq; quod, vi huius, coniuges solum obligantur ad suum debitum licitum sibi reddendum. Nemo n. cùm matrimonio init, censetur se obligare ad debitum illicite petitum, vt nec ad actus illicitos. Dixi, ex iustitia: quia ex aliâ virtute teneri poterit, vel ex charitate sui, ne continua iurgia & inimicitias incurat; vel ex charitate coniugis illicite potenteris, vt illum à grauioribus sceleribus auertat. Vlt. pars prob. siue circumstantia petitionem vitians possit à petente tolli, siue non, semper erit contra charitatem proximo debitam, in quâ tantum obligacionem negandi debitum illicite potenti fundamus, non impediere peccatum coniugis illicite potenteris, quando sine dispendio debentis impediiri potest.

Infertur: teneri coniugem exactum exigentem voto castitatis, aut alio impedimento irrestitutum, in petendo debitum præuenire. Ratio; cùm ex charitate teneatur exactus impidiere peccatum exigentis, & illud impidiere possit cum præueniendo in petitione debiti, tenetur illum præuenire; cùm in huiusmodi præventione neuter peccet; non præueniens, quia supponitur habere ius petendi, cui non potuit alter per votum præjudicare: non præuentus, quia licet ipse petere non possit, tenetur tamen reddere. Confir. teneri coniux subuenire coniugi potendo debitum, quando aduertit illum de circumstantia periclitantem, & petere non audentem: ergo etiam quando suspicatur, illum contra votum, vel aliud impedimentum, coniugale debitum peritum: quando autem coniux illicite petit ex prauo fine, non tenetur exactus illum in debiti petitione præuenire; cum quia cùm possit prauum finem deponere, non censetur esse in necessitate, cui debet per debiti præventionem subueniri: cum quia talis præventione ex eventu non est aptum medium ad vitandum peccatum coniugis ex prauo fine exigentis: nam illud non committitur defectu iuris petendi, cui possit per præventionem petitionis ab altero, qui ius petendi habet, subueniri; sed ex merita voluntate exigentis, cui, vt patet, non subuenitur per præventionem petitionis debiti. Vide disp. 22. n. 31.

An votum ab uno coniuge cum consensu alterius factum, non solum voventem, sed etiam conscientem iure petendi priuet? Pro affirm. parte est; qui consentit in priuationem iuris sui coniugis, moraliter etiam consentire censetur in priuationem iuris proprii: cum quia non solum consentit, ne vovents petere, sed etiam ne actu coniugalem exercere possit, & consequenter implicite, ne ipse etiam petere possit: cum quia talis consensus debet aliquid operari: at non potest aliud operari, quam se ipsum priuando iure petendi; cum iure petendi priuatus fuisset

21. Non semper reddere potest.

266 Disp. XXVI. De obligatione, & excusatione soluendi debitum coniugale? Sect. II.

fuissent vouchens etiam si alter in votum non consenseret. Pro neg. est, qui consentit in votum alterius, non consenseret consentire in priuationem sui iuris; sed solum in priuationem iuris alterius. Confir. potest talis consensus salvare sine priuatione iuris proprii: ergo non necessariò consentiendo in votum alterius, priuat se iure proprio. Ex his sent.

25. *Ex dub. sens. posterior probabilius ob rationes ad das.*

hac 2. est veterior; quia nemo consenseret se proprio iure priuare, nisi per expressum consensum ab altero acceptatum: qui autem consentit in votum alterius, expressè tantum consentit, ne alter potere possit. Neque vi huius consensus ius suum petendi in alterum transfert, à quo semel acceptatum nequeat amplius vouchetem obligare ad debitum sibi reddendum. Quin etiam si consentiens animum habeat illud in alterum transferendi, si tamen actu illud non transferat, vel ab altero non acceptetur, libere poterit eo vivi, & alter ex iustitia tenebitur debitum reddere. Ratio; per solam voluntatem alienandi à se proprium ius, suo iure non priuatur. Ad rationem pro affir. parte, neg. antec. ad 1. prob. concedo, coniugem, qui in alterius votum consentit, non solum consentre, ne emissio voto petere possit, sed neque actum coniugalem exercere; non tamen ut ipse consentiens petere, aut exercere non possit. Ad 2. neg. minor: talis .n. consentitus operatur hunc effectum, vt bonus petendi, quod ante votum erat utriusque commune, remaneat penes unum tantum. Negari quippe non potest, quin foeminis natura verecundis, sive onerosum sit petere. Huic igitur leuamenti cedit, supra se totum grauamen accipiendo, qui in votum coniugis consentit.

26.

An quotiescumque venialiter peccat coniux petit, venialiter etiam peccet alter reddendo, ac proinde reddere non teneatur? De quā quest. regulam cū Soto leg. 16. fine de matr. statuit Sancb. l. 9. disp. 6. n. 6. Quories exigens solius culpe venialis est reus exigendo, reddens vacat culpā, tenetusque reddere. sc. vel actus includit aliquam circumstantiam, quā redditur in se venialiter malus, ut secundum aliquos, est actus præternaturali situ exercitus, de quo infra; vel ex sola circumstantia extrinsecā peccantis, ut exactus ad solam voluptatem capiendam.

Regula uniuersalis

Explicatione. 27. *Quid ad hanc quest.* Si 2. modo, tenetur coniux exactus reddere: nec ullius culpe est reus; non propter debitum charitatis, quo tenetur coniugem impedire, ne exercendo actum coniugalem, venialiter peccet: hoc .n. debitum non habet: tum quia veniale non infert graue damnum: tum quia huiusmodi peccata, propter naturam fragilitatem, & nimiam ad venerem inclinationem, difficile vitantur. Si 1. modo; cū talis circumstantia reddat actum coniug. venialiter tantum malum, ob accidentalem indecentiam quam illi superaddit; cumque ea possit à coniuge exacto iusta causā honestari, poterit absque illa culpā illum exercere, ac proinde tenebitur reddere. 8. An licet possit viror reddere, & petere à viro, qui procreandorum liberorum pertulit, ac satiandæ libidinis causā tempore consummandæ copulæ semen extra egs effundit? Affirmat Poni. lib. 10. cap. 11. n. 8. eo quod talis actus non sit ex illis, qui non possit bene fieri. At oppositum sequitur ex nostris fundam. quod alij Doctissimi apud eund. senserunt. nam lege charitatis tenetur tam enorme crimen in coniuge impedire, negando debitum, quamdiu potest absque notabili suo dispendio; nec vi matris. contractus tenetur ad huiusmodi debitum soluendum. Multo minus sine graui violatione charitatis poterit ipsa à viro debitum petere, dum certa est, sibi perpetram reddendum.

28. *Quid indecandum do bide aliud qu.*

9. Potest coniux voto, aut alio impedimento li-

gatus, ab altero coniuge petere, si aduerterat, illum vel ob verecundiem petere non audenter, vel in periculo incontinenti versari. Ita cum multis Sancb. disp. 7. nam tali casu petere, est reddere; cui impedimento ligato vetitum non est. Hoc dixerim, quando alter, qui in periculo versatur, non est simili impedimentum ligatus: cum .n. tali casu suppletat petitionem suæ coniugis, petere non audenter, si illa licet petere non posset, iniquam suppleret petitionem. An in simili periculo existens impeditus, licet petere possit? Affirmat Viguer. insti. cap. 16. 6. 7. vers. 8. imped. f. Sed oppositum est verius; nunquam .n. licet, ob quoscunque carnis stimulos voto castitatis astrictū, propriā autoritate sibi in voto despensare.

Contra 9. coroll. arguit Conink. disp. 34. dub. 6. n.

47. nullum praegudicium infert vxori, qui voto castitatis astrictus, nunquam ab illâ debitum petit, etiam si aduerterat, eam praeverecundiā non petere, aut in periculo incontinenti versari, cum vi matrimonii. coniuges ad petendū non se obligent, sed tantum reddendum. At nego antec. nam tali casu, non petere, est aequivalenter non reddere, ad quod non potuit se per votum astringere. At instat: Non tenetur vir quodlibet grauamen ab uxore tollere, alias non posset breuem peregrinationem suscipere, ne sit illi grauis. Confir. non potest vir voto impeditus, ad vitandum periculum incontinenti in se, debitum petere; ergo neque ad illud in coniuge vitandum. Concedo, non quoscunque grauamen teneri vitum ab uxore tollere; teneri tamen ad debitum expressum, vel interpretationum, quale est, quando externo aliquo signo innotescit viro appetitus petendi, vel incontinenti periculum in coniuge. Ad Confir. neg. conseq. nam periculum incontinenti in se nequit vitare, nisi violando votum, per petitionem debiti in gratiam sui, quod nonquam licet est castitatis voto innodato: potest autem in altero periculum vitare absque violatione voti, petendo in gratiam & exigentiam alterius: nam talis petitio aequivaleret redditione.

Ad fundam. 1. concedo, coniugem sine causa debitum reddentem male petenti, peccare: at non quia talis actus redditur intrinsecè malus, cū semper ille, quoad intrinseca, mapeat non malus; siue dicatur malus ex circumstantia ab ipso petente a-mouibili, siue non amouibili: sed quia agit contra sensum charitatis de impediendo peccato coniugis:

Ex dictis facili soluendum ar-gumenta viriusque sensus. Ad prima alioqui ob eisdem causam exactus posset male petenti debitum reddere. Ex his ruit regula Ponit: ad confir. concedo, non solum petitionem, sed ipsum exercitium actus fore petenti voto impedito prauum, non prauitate actus externi, cū ipse per se sit indifferens, sed interni, qui solum ex parte petentis malitiam refundit in externum: non secus ac cū duo concurrunt ad eundem actum externum Elemenos, unus ex pravo, alter ex recto fine, idem actus externus redditur vni malus, alteri bonus. Ad 1. illationem, nego, semper peccare cum, qui ab excommunicato sacramento petit, alioqui nunquam licet ea petere, ne in extremâ quidem necessitate: quod falsum est. Solum igitur peccat, quando sine iusta causâ illa ab excommunicato petit, & haber copiam alterius legitimū ministri. Peccat etiam contra charitatem, qui habens copiam confessarii absolucionem petet ab existente in mortali, nisi iusta causâ excusat, ut ab eo potius, quam ab alio, sacramenta petat: quia sine causâ exponit illum periculo nouum peccatum committendi. Ad 2. qui inuitat ad comedendas carnes die Veneris, vel ad frangendum ieiunium tempore pracepti, inuitando, est causa moraliter mouens ad actum prohibiti-

30.
Datinus

31.

Centra
principale
coroll. servie
Conink.

32.
Refri

33.

Ex dictis
facili soluendum ar-gumenta viriusque sensus.

Ad prima

34.
Ad 2. illa-tionem dif-
feritas est
sum.

rum; non qui exactus iustâ ex cauâ debitum reddit malè petenti. Neque dicetur subministrare materia peccati formalem, cum redditio neque sub tali circumstantia sit ex se mala, esto fiat mala petenti ex circumstantia tenente se tantum ex parte ipsius petentis. Sicut neque peccaret, qui non invitando, sed iustâ aliquâ cauâ datus, cibos hospiti apponat et die ieiunij.

Ad fundam. 2. concedo, actum coniugalem non

^{35.} Ad secundâ. reddi intrinsecè malum malitiam exigentis; peccatum contra charitatem exactus, sine urgente causa illum malè petenti exhibens. Ex quo regula

Sanch. ruit: peccatum n. s. sine causâ debitum reddendi malè petenti, per nos non constituitur in eo, quod reddens exercet actum per se prauum, sed

^{ad confir.} quia agit contra legem charitatis de impediendo peccato coniugis. Ad confir. Vel hic voulit, se depositum non repetiturum; & tum sicut non peccat deponens, depositum accipiendo à depositario sibi oblatum, quia hoc non voulit: ita nec depositarius, depositum offerendo. Vel voulit, sibi illud oblatum non acceptaturum; & tunc adhuc poterit per alium accipere: aut si hoc etiam voulit, poterit nihilominus depositarius deponenti depositum offerre, etiam si sciat, deponentem voulisse, illud nec per se, nec per alium acceptaturum: neque deponens acceptando, votum franget: quia poterit vel oblatum non acceptare, vel acceptatum statim reddere. Quod si hoc ipsum voulisse supponatur, adhuc non peccabit depositarius depositum offerendo, quia posset deponens mandare, ut illud alteri donetur. Qui autem actum coniug. exhibit voto castitatis astricto, proximam occasionem illi præbet violandi votum, nisi iustâ causâ excusat: cum votum non solum fuerit de non petendo, sed etiam de actu coniugali non exercendo. Dices: at neque

Dices. coniux absque urgente causa coniugale debitum voto impedito offerendo, è contra charitatem peccat: quia potest petens oblatum debitum non acce-

ptare. Resp. si probabilitas sciret exactus oblatum à se debitum à petente non acceptandum, posset absque peccato illud offerre: sed quia moraliter certum est, illud fore à petente acceptandum, absque peccato exhibere non potest. Instabis: etiam

moraliter est certum, deponentem oblatum depositum contra votum à depositario acceptaturum. Nego id esse ^{sæc}què certum moraliter, ob maiorem

inclinationem naturae ad actum coniug. exercendum. Quod si ^{sæc}què certum sit, lege charitatis tene-

tur depositarius illud non offerre, sed apud se, ut

huiusmodi donatum retinere.

2. Exclusione finis, ad quem primariè est instituta. Vnde qui illam exercet, proli generationem ^{redditorum.} positivè excludendo, peccat. An lethaler? Affir. licita sent. mat Prepositus apud Sanch. disp. 8. nn. 10. eo quod sit ^{ad} contra finem matrimonij, qui est sub pracepto. At probabilis ^{cum alijs Sanch.} si nullum ponatur obstaculum proli generationis impeditiuum, sola voluntate illam excludere, non esse mortale; cum non sit mortale desiderium carendi prole ob aliquam honestam causam. Neque naturale præceptum obligat ad finem matrimonii intendendum, sed ad obitaculum non ponendum. Erit igitur ad summum culpa venialis, hunc finem positivè excludere. Neque etiam ad hanc vitandam, necessitatem erit, illum formaliter & positivè intendere, sed sat est, si tantum virtualiter, eo positivè non exclusio: nā quando actus ex proximo fine est bonus, etiam si ad ulteriorem, propter quem actus est institutus, positivè non ordinetur, exercitium talis actus erit honestum. Vnde qui copulam coniug. exercet, causa fornicationis declinandæ, sanitatis acquirendæ vel conservandæ, incontinentiae periculum vitandi, primario fine non exclusio, non peccat, quia exercet actum ex proximo fine honestum: nec tenetur illum positivè referre ad ulteriorem finem, ad quem est ordinatus. 3. Illicita est exercita in loco publico, non solum ratione scandali, quia spectantes inducit ad venerem; quo pacto etiam actus impudicos suâ naturâ ad copulam excitantes, coram aliis exercere, peccatum est mortiferum; sed etiam ratione indecentiae & in honestatis. An autem hæc possit iustâ aliquâ causa honestari, pendet, an dari possit causa huic indecentiae & in honestati præponderans. Certum sit, saltem ratione scandali, quod in alijs causat, nunquam posse honestari.

4. Ratione sicut præternaturalis, quo exercetur, si id absque iustâ causâ fiat: invenitur n. modus à naturâ præscriptus. An sit mortale? si periculum sit effusionis seminis, nulli dubium est, forte mortale. quamquam, ut recte Henr. lib. 11. de

matr. cap. 16: n. 6. Sanch. cit. disp. n. 5. hoc periculum non est per se tali modo annexum: habet n. matr. 16. ut med. ci testantur, vim attractuam seminis,

ut illud in quovis situ ad se attrahere possit: vnde nisi aliunde hoc periculum immineat, vi solum præternaturalis situs non subest. Certum etiam est, si urgente causa id fiat, ut ratione infirmitatis,

aut ne laedatur foetus, nullum esse peccatum. Quid ^{sola confit.} si nulla urget honesta causa, sed pura voluptas ad. ^{merita.} id extimulet? Affirmat Palud. in 4. dist. 31. q. 3. ar.

2. concl. 5. & alij apud Sanch. lib. 9. disp. 16. nn. 1. & 2. probabile cenit Henr. lib. 11. de matr. cap. 16.

nn. 6. in comment: lit. S. Negant S. Tho. in 4. dist. 31. in exposi. textus. Solet queri: Suppl. Gabri. q. vn. ar.

2. concl. 6. Caiet. 2. 2. qu. 154. ar. 1. §. ad 2. dub. & probabilitas.

§. ad 2. de modo; & ar. 12. §. ad 2. dub. Pet. Soto lebt. 16. de matr. §. finem, Domi. Sotus in 4. dist. 31.

fine: dist. 32. disp. 1. §. ar. verd. Nava. in sum. cap. 16. nn. 42 Sanch. disp. cit. nn. 3. & alij apud ipsum. Quæ

sent. verior. Fundam. nam, ut optimè Caiet. ille tantum modus à mortali non excusat, qui est generationis impeditiuus. Nec refert, quod sit contra ordinem à naturâ præscriptum, quia non est contra ordinem substancialis, sed accidentialis,

nempe contra circumstantiam, non contra finem.

An teneatur uxori viro contra naturalem modum petenti debitum reddere? Authores 1. sent. aiunt, teneri non reddere: quia talis circumstan-

cia afficit actum virtusque, ac reddit illicitum. Af-

firmant authores 2. sent. at si actus ipse ratione

circumstantiae fit venialiter peccaminolus, quo-

modo Latensius dubium.

nec facile respondeatur.

SECTIO III.

Quot modis copula coniugalis reddi possit illicita?

36. ^{Ratio manu. fœsi.} Redditur illicita 1. ex prauo fine, iuxta cuius maiorem, aut minorem pravitatem culpa erit lethalis, aut venialis. nam omnes actiones humanæ suam speciem, sive honestatis, sive malitiae, definiunt à fine, propter quem eliciuntur. vnde ad solam voluptatem capiendam, copulam exercere, peccatum est veniale: quia pervertitur in eo actu ordo à naturâ præstitutus, qui est ut voluptate utramque ut medio ad proli generationem: sicut qui commedit ad solam delectionem capiendam, legem naturæ pervertit, quæ delectionem huiusmodi operationibus aspergit, ut eas audiūs exercentes, faciliter fine consequamur ad quem ordinatae sunt.

modo potest vxor ad illum licet concurrere? Nec satis facit Pontius lib. 10. cap. 11. nu. 4. dicens, quia hoc peccatum est ex affectu pertentis, cui non cooperatur reddens. Cum hic actus non sit malus ex solo extrinseco affectu pertentis, sed ex intrinsecâ circumstantiâ præternaturalis situs, quæ ingreditur ipsum exercitum actum ab utroque. Dico igitur, nisi exactus excusat à peccato, non tenet ad reddendum, cum non teneatur reddere actum, qui propter intrinsecam circumstantiam à veniali excusari non possit. Facile tamen excusari poterit, si timet rixas; si vir de peccato monitus non deflatur; si periculum est, ne si vxor neget, vir id referat in defectum amoris coniugalium, si probabilitate purum maritum iustum à ex causa ad sic perendum moueri.

40.
Ilicita red.
datur s.

Operosum
dubium.

Opinio pec.
cautiosa.

41.
Implexum
dubium.

42.
Redditur il.

32. ar. 3. qu. 1. S. Tho. qu. vn. ar. 2. ad 2. qu. Secundus q. vn. §. ad q. ver. confir. Richar. ar. q. q. 1. Argument. qu. vn. ar. 1. in solu. 4. argu. Palati disp. 1. §. quod si me, & alii. Fundat. est damnum, quod propter intetur: quæ menstruorum tempore concepta, nasci solet leprosa, aut alio morbo infecta, propter infestum sanguinem, quem maternus uterus eo tempore proli lubministrat: de quo Plini. lib. 7. cap. 15. nihil facile reperitur mulierum profusio magis monstrificum &c. Vnde meritò Leni. 20. talis copula puniebatur pœna mortis. Quodsi obicias, tandem fore rationem de prole, quæ nascitur ex parentibus leprosis: cum tamen tantum absit, ut leprosi prohibeantur coire, ut potius præceptio Eccles. cogantur mutuum sibi debitum reddere cap. 2. de coniug. lepro. Respondeat Scorsus; magis contra Discrimen bonum proli est, ut nunquam dignatur, quæcum ut sc. 11. dignatur leprosa; si autem propter damnum, quod imminet proli, ne leprosa nascatur, nunquam durante leprâ liceret ad leprosam accedere, nunquam ex eâ gigneretur proles: menstruum vero, cum brevi tempore durent, tenentur coniuges expectare, donec illud elabatur, ut proles sana concipiatur. Vnde sanguinis fluxus in foeminae ex S. Tho. alter naturalis, quem singulis mensibus sanè patientur, ad naturæ purgationem: alter innaturalis, qui ex aliquâ infirmitate causatur. In 1. fluxu prohibitum est, ad mulierem accedere, non in 2. tunc quia in 2. mulier concipere non potest. tum quia cum hic sit perpetuus ac diutinus, deberet vir perpetuo ac diuturno tempore à copula abstineere: in 1. autem & mulier concipere potest, & breui durat. Ita August. qu. 64. super Leni. de huiusmodi copula: Hanc sensu Hoc cum superiorius (sc. cap. 15.) satis sufficiens prohibetur, quid sibi vult, quod etiam hinc hoc eisdem praecipuis voluisse adiungere? An forte, ne in superioribus, quod dictum sit, figurata accipendum pataretur, etiam hinc possum est, ubi et alia probabilita sunt, qua etiam tempore nocti testamenti remota à umbrarum veterum obscuruationum, sine dubio custodienda sunt? Quod videtur etiam per Prophetam. Ezec. (18.) significasse, qui inter illa peccata, Ratio Aug. que non figurata, sed manifeste iniquitatis sunt, etiam quæ vbi hoc commemorat, ad mulierem menstruatam si quis accedit; & inter iniustitia merita, si non accedit. Quæ in re non natura damnatur, sed concipiende proli noxiū probabitur.

Negant id esse mortale Glossa in Can. Si causa 33: 43.
q. 4. Palud. in 4. dist. 31. qu. 3. ar. 2. concl. 5. & dist. Ego sanguis 32. q. 1. ar. 3. concl. 3. D. Antonin. 3. par. tis. 1. cap. veniale. pro. 20. §. 5. Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 1. §. ad 2. alias ad 3. babilius. Sors in 4. dist. 32. qu. vn. ar. 2. §. Sed vt: Alphon. de Castro lib. 1. de pœst. legis pœn. Henr. lib. 21. de mat. cap. 15. nu. 7. Sæ verb. debitum nu. 21. Sanch. lib. 9. dist. 21. nu. 7. & alijs apud ipsum, aientes verius, esse tantum veniale, si absque iusta causa copula tempore menstruorum exerceatur: ut arguit, tum indecentia & turpitudo, quæ eluceat: tum effrenis quædam concupiscentia non expectandi breve tempus ad coëundum magis aptum: excusat à veniali, si ad eundem periculum incontinentia, si ad iurgia declinanda id fiat. Quod non sit mortale etiam sine causa ad menstruatam accedere, prob. euertendo fundam. contrarie sent. tum quia falsum est, prolem tempore menstruorum conceptam semper nascitaram leprosam, infirmam, aut monstrosam: nam, ut redit Alphon. de Castro, multi sunt, qui in toto orbe, tempore menstruorum ad mulierem accedunt, & tamen talia monstra non videamus: tum quia ad summum erit hoc tantum dubium: at nullus tenetur, se certo bono priuare pro incerto bono alterius: incertum autem est, an ex eo

6. Illicita est sine virginete causa tempore mendicatio sexi. Struorum. an mortale? Affirmant Bonan. in 4. dist.

Disp. XXVI. De obligacione, & excusatione soluendi debitum coniugale. Sect. III. 28

44.
ad legem
Luis. c. i.

eo concubitu concipienda sit proles, vel concepta debili, ac monstrosa gignenda? Ad legem Leui. optimè cum Lira, respondet Castro, poenam mortis non fuisse impositam ob mortale; sed ob cærimonias Legis publicè violatas, quæ ne contemerentur, acerbè puniebantur: hæc cum reliquis in lege Euang. cessauit. probat: eadem copula Leui. 15. si occulta fuisset, & ad iudicium non deducita, solum prohibebatur, ut qui cum muliere tempore sanguinis menstrualis coisset, immundus esset septem dies. At si ideo esset mortale, ad menstruatum accedere, quia graue dawnum infertur proli, eadem prorsus ratio foret de copulâ, de quâ Leui. 15. sermo est, ut probat ex Lirano: alioqui non potest saluari, cur cap. 15. tam leuis poena imponatur, quæ vix veniale arguit: 20. autem tam atrox, ut cit vtriusque coniugis interfæctio; nisi dicamus, quod in 1. loco sola culpa puniebatur, quæ in coitu cum menstruatâ committebatur: in 2. potissimum culpa, quæ committebatur in publicâ legis transgressione, quæ & ratione scandali, & ad inuiolabilem cæmoniarum custodiam, obligabat sub mortali.

Ad auth. August. dic, illum in hâc quæst. non definituè, sed disputatiuè procedere, ut constat cum ex particulâ dubitantis, tum ex formâ interrogatoriâ; S. Thomâ Sotus explicat de veniali, cùm nulquam dixerit, esse mortale, ut solet, vbiunque agnoscit mortale. An liceat viro in puerperio vxorem agnoscere? Negat B. Gregor. can. ad eius, dist. 5. He, que filios suos ex prava consuetudine, alijs ad nutrendum tradant, nisi purgationis tempus prius transferit, vires suis non debent admisceri: cùd. de causa, quâ prohibentur admisceri tempore menstruorum. At, ut benè cum Richar. finicit. arti. Sotus, hæc potius censenda est monitio, quâm præceptum. Erit saltum veniale, sine cauâ ad tales accedere, si adhuc ducet immunditia, propter indecentiam. Nullum vero peccatum, ad lactantem, vel gravidam accedere, si periculum absit abortus: alioqui diu deberent coniuges à copulâ abstinere.

45. 7. Ratione affinitatis contractæ ex copulâ cum consanguineâ vxoris usque ad 2. gradum; ex cap. 1. de eo qui cognovit; hic priuatur iure petendi, non debito reddendi, si exigatur, cap. discreti. cod. tit. ergo illicitè perit, & iuxta nostra principia, alter illicitè reddit, nisi iusta virgente causâ. Est autem hæc culpæthalis, cùm sit violatio legis Eccles. in re graui: cætera supra sc. hoc impedimentum contrahi per copulam cum consanguineis etiam propriis: item ab eo, qui propriam vxorem alteri cognoscendam tradit, et. cap. Discretio. non tamen ab uxore inuitè cognitâ: fecus, si non vi, sed meitu, quantumvis graui, in copulam consentiret, ex cod. cap. vbi, ut iure petendi non priuatur, debet fuisse à culpâ immunis: qui autem metu, etiam graui consentit, non est à culpâ immunis, quia metus non tollit libertatem ad peccatum requisitam.

46. Ex his inferritur, si vterque affinitatem cum consanguineis sui coniugis contrahat, vtrumque iure petendi priuari, proinde vtrumque illicitè, & petere, & reddere. Neque hic posse coniuges compensatione vti: sicut in adulterio, vterque debitum reddendi, ut Innocent. III. duob. capit. vlt. de adulteriis, deducit ex illo, Paria delicta mutua compensatione debentur: nam hoc principium verum est, quando delinquenti poena imponitur in favorem innocentis; ut contingit in adulterio, in quo adulteri priuatur iure petendi in favorem innocentis; non autem quando imponitur in odium delicti, ut hæc fit, quia in adulterio in potestate innocentis est, poena condon-

nata, cum adulterio reconciliari: at in potestate innocentis non est, poenâ incestuolo remissa, cum eo reconciliari. At huic obstat, quod supra, de cogn. spiri. fine cum Suar. docui, non priuari iure petendi, si vterque vel alteruter proprium filium baptizet, aut de sacro fonte suscipiat, animo doloso, ut coniugem maritali debito defraudet: ex cap. si vir, de cogn. spiri. iunctâ Glossâ: ergo nec similiter hoc iure priuabitur, siue unus, siue vterque hoc eodem animo consanguineam suæ coniugis cognoscat, cùm eandem veriusq; impedimenti rationem DD. esse censeant. Vnde Pomi. lib. 10. cap. 7. n. 3. quando id faciunt, ut se inuicem defraudent, neutrum putat priuari iure petendi, aut reddendi, sed vtrumque & petere, & reddere posse. ductus argu. de cogn. spiri. Ad diff. Resp. quoad cognitionem carnalem, habemus expressa iura, quæ in poenam delicti, iure petendi priuant cum, qui carnaliter cognoscit consanguinem suæ vxoris. Vnde rectè colligimus, eodem iure priuari vtrumque coniugem, si vterque animo scipios defraudandi hoc impedimentum contrahant: at quoad cognitionem spiritualem, nullum habemus expressum ius, quod iure petendi priuer cum, qui proprium filium extra necessitatem baptizat, vel de sacro fonte suscipit. Ex quo rectè deducimus, neque eo iure priuari, si vterque animo se inuicem fraudandi, hoc faciat.

Dicit

48.
Resp. 1.
Ratio differ.
minis.

SECTIO IV.

An copula coniugalis reddatur illicita in loco sacro adhibita?

Primum sent. nullum esse peccatum, copulam coniug. in loco sacro exercere, acriter propugnat Pontius lib. 10. cap. 10. pro quâ multos refert inter alios Glossam in can. Ecclesiis, verb. Nemine, de consecr. dist. 1. Verum nemo expressè id negat; tantum di. unt per eiusmodi actum non pollui Ecclesiam; sc. etiam si culpa sit, talem actum in eâ exercere: non. n. qnocunque peccato lex Eccles. statuit Ecclesiam pollui. Confir. ut Suar. to. 3. in 3. par. disp. 81. sec. 4. §. 3. Sanch. lib. 9. disp. 15. nu. 8. & supponit Sotus in 4. dist. 32. q. vn. ar. 3. §. ad hec, & §. hanc autem concl. non nisi lethali peccato violatur Ecclesia; non. n. par erat, ut recte Sanch. ob solum veniale, in eâ diuina officia interdic. potest, si finit Pontium sequitur Hurtad. disp. 10. de marr. dist. 4. Fundam. id nec naturali, nec diuino, neque Eccles. iure prohibetur. nam cap. Significasti. de adulste. & can. si morum, de consecr. dist. 1. solum loquuntur de copulâ adulterinâ: & licet cap. finale, de consecr. Eccle. & cap. vn. cod. tit. in 6. & can. Ecclesiis, de consecr. dist. 1. Loquuntur de quâcunque seminâ effusione, ea tamen intelligi debent de copulâ fornicariâ, iuxta determinata in præced. capitalis. Confir. codem modo citata iura loquuntur de sanguinis effusione: cùm tamen noti quæcunque sanguinis effusio Ecclesiam violat, sed tantum iniusta. An saltum actus coniugalis peccaminose inter coniuges exercitus, velut exactus, & exhibitus à non potente exigere, & reddere, Ecclesiam violat, ut casum dubitabile Pontius relinquit. Secunda affirmat, semper esse illicitum, actum coniug. in loco sacro habere, eoquæ Ecclesiam pollui. Ita Palud. in 4. 4. dist. 18 q. 8. ar. 4. concl. 2. & dist. 31. q. 3. ar. 2. concl. 4. D. Antonin. 3. par. tit. 1. cap. 20. §. 2. Caiet. in sum. verb. maritimi. cap. vlt. Sotus in 4. dist. 32. q. vn. ar. 3. §. hanc autem: Nauar. in sum. cap. 16. n. 32. & alij;

De Matrimonio, Tom. IX.

& alij, quos Nauar. & Sanch. refert. vnde inferunt, coniuges tempore belli in templo inclusos, non posse, etiam si ad longum tempus debeant ibi manere, actu coniug. exercere. Neque n. ait Caiet. inconuenit, vt ob reverentiam Deo in Ecclesiâ debitam, longo tempore teneantur coniuges ab actu coniugali abstinere: cum ad id sâpe teneantur, ob Regis reverentiam, & Reip. necessitatem, quando coniugati iussu Regis in bello, aut aliis publicis negotiis occupantur. Confir. Nauar. ex Soto; ideo talis copula illicita est, quia per eam polluitur Ecclesia: fed etiam post diuturnam mansionem in Ecclesiâ exercita, eam polluit: ergo semper illicitum erit, eam in Ecclesiâ exercere. Tertia assertit, solam copulam coniug. publicam in loco sacro habitam, esse illicitam: nam eâ solâ polluitur Ecclesia, ex communi. Hanc sent. sub dubio tradunt Scotus in 4. dist. 32. fine, & Sotus cit. sine dubio illam affirmant Argen. ead. dist. ar. 1. in solu. secundi con. 1. coucl. & alij à Sanch. nu. 10. relati. Ex quâ inferunt, neque per copulam fornicariam occultam violari Ecclesiam: nam quoad Ecclesiâ violationem, eadem est veriusque ratio: idque probabile censer.

Fundam. Vasqu. 1. 2. disp. 98. nu. 6. Fundam. de occultis non iudicat Ecclesiâ. Quin magnum fieret præsumendum loco sacro, si propter occultum delictum in eo commissum, deberet publicè reconciliari: quippe qui per eiusmodi reconciliationem suam amitteret apud homines venerationem; nam per eam declararecurt fuisse antea profanatus. Sicut igitur non solet Ecclesia, propter occulta delicta, publicas imponere poenitentias, ne delinquentes infamet: ita nec propter occultam copulam in Ecclesiâ adhibitam, illam publicè reconciliare, ne irregularitatis notam illi inuratur. Quarta docet, solam copulam coniug. extra necessitatem in Ecclesiâ adhibitam esse illicitam. Cenletur necessitas, si diu inclusi in loco sacro maneat, vt inde eis exire non licet. Potatur autem à Sanch. cit. disp. 15. nu. 12. longum tempus sufficiens ad excusandum à peccato, unus menses. ita Scotus in 4. dist. 32. fine, Richard. ar. 3. qu. 1. Supple. Gabri. qu. en. ar. 2. concl. 11. Palati. disp. 1. §. super est. Angel. verb. debitum, fine; Sylvest. cod. titu. qu. 3. Henrig. lib. 11. cap. 16. nu. 4. Suar. to. 3. in 3. par. disp. 81. sect. 4. Sanch. lib. 9. disp. 15. n. 12. Lessi. de iure, lib. 4. cap. 3. dub. 12. Conink. disp. 34. dub. 9. fine, & alij apud Sanch. Fundam. petere, aut reddere in loco sacro ad periculum incontinentiae vitandum, nullum est peccatum: cum neque Ecclesia censetur in eo casu fideles obligare ad abstinentiam ab actu coniugali; neque villa fiat Ecclesia iniuria, quando ad vitandum in eâ incontinentiae peccatum, recurritur ad medium licitum. At attentâ hominum fragilitate, moraliter est certum, non posse ad longum tempus coniuges, præsertim si debeant in eodem lecto cubare, sine incontinentiae periculo, abstinere. Vnde tali casu DD. asserunt, per copulam coniug. etiam notoriam, excipit Iacob. de Graphis l. 2. decisi. c. 82. n. 10. non polluit Ecclesiam, quia cessat ipsius prohibitio, ex quâ talis pollutione in Ecclesiâ inducitur. An si intra hoc tempus nullum immineat incontinentiae periculum, licitus sit actus coniugalis Negant aliqui. Affirmant probabilitas alii: quia cum, ut plurimum nequeant ad longum tempus ab actu coniug. sine incontinentiae periculo abstinere, videtur illis ex Ecclesiâ benignitate, ad scrupulos vitandos indulsum, vt possint, adhuc nullo imminentे incontinentiae periculo, copulam coniug. exercere: nam per accidentem est, quod in aliquibus, tale periculum non sit: & leges scruntur de iis, quæ et plurimum contingunt.

52. **4. sent.** Fundam. petere, aut reddere in loco sacro ad periculum incontinentiae vitandum, nullum est peccatum: cum neque Ecclesia censetur in eo casu fideles obligare ad abstinentiam ab actu coniugali; neque villa fiat Ecclesia iniuria, quando ad vitandum in eâ incontinentiae peccatum, recurritur ad medium licitum. At attentâ hominum fragilitate, moraliter est certum, non posse ad longum tempus coniuges, præsertim si debeant in eodem lecto cubare, sine incontinentiae periculo, abstinere. Vnde tali casu DD. asserunt, per copulam coniug. etiam notoriam, excipit Iacob. de Graphis l. 2. decisi. c. 82. n. 10. non polluit Ecclesiam, quia cessat ipsius prohibitio, ex quâ talis pollutione in Ecclesiâ inducitur. An si intra hoc tempus nullum immineat incontinentiae periculum, licitus sit actus coniugalis Negant aliqui. Affirmant probabilitas alii: quia cum, ut plurimum nequeant ad longum tempus ab actu coniug. sine incontinentiae periculo abstinere, videtur illis ex Ecclesiâ benignitate, ad scrupulos vitandos indulsum, vt possint, adhuc nullo imminentے incontinentiae periculo, copulam coniug. exercere: nam per accidentem est, quod in aliquibus, tale periculum non sit: & leges scruntur de iis, quæ et plurimum contingunt.

Diccionaria

Affirmatio-

natum.

Dico 1. Lethale est, copulam coniug. extra necessitatē in loco sacro exercere. Est cōmunitas Pro decisione iurib. nam licet c. significasti, de adulto. & can. Si motum, concors- de confira. dist. 1. loquatur de copulâ adulterinâ, re- sis prima liqua tamē loquuntur de quâcunq; feminis effusio- concl.

ne. Neq; hos textus interpretari possumus, vt olim & ihi videbatur, de effusione extra copulam coniug. cùm sit contra cōmunitem DD. sensum, qui in rebus moralibus, quæ à prudentium iudicio maximè pendent, magnū pondus habet. Neq; eadem ratio est de sanguinis effusione, quæ nō nisi illicita & injuriosa, Ecclesiam violat: tum quia de hâc habemus expre- sam DD. explicationē: tum quia aliqua etiam san- guinis effusio, alijs licita, in Ecclesiâ facta, illicita est, quia contra loci cōmunitatē, qualis est rei à iudi- dice facta. Nam semel humanâ lege cōstituto loco, ad quem possint rei terti confugere, ante vllā nouam prohibitionem, iniuria fit reo, si in eo interficiatur, aut mortificatur. Tum demum quia non eam turpitudinem & obscenitatem habet sanguinis effusio, quæ vel pro iustâ sui defensione, vel pro sanitatis curan- dæ causa, in loco sacro sit, quam haber copula, coniug. etiam naturæ subleuanda causa adhibita. Quod sit lethale, prob. per eam magna infertur loco sacro Vnde mala sanguinis effusio, quam leuata- tom fortia- cleis statuto, quo sanxit, in tali loco deferendum huc.

est cultum Deo per cōmunitatē ab his, & non aliis, quantumvis criminosis actionibus; hisce, & non aliis profanari Ecclesiam. Quia igitur hæc ex constitutione Ecclesiâ direcțe opponuntur consecrationi, aut benedictioni loci, illam auferendo, vt denuo egeat consecrari, aut benedici, peculiarem contrahunt contra loci sanctitatem sacrilegij malitia. Ita cum Caiet. 2. 2. q. 99. ad 5. dab. Valen. to. 3. disp. 6. q. 15. pu. 1. Vasqu. 1. 2. disp. 98. cap. 2. & 3. Henrig. l. 5. c. 6. n. 5. Sanch. disp. cit. n. 4. Ponti. l. 10. c. 10. Hurtad. disp. 10. dist. 4. & alij. Probant 1. hæc malitia sacrilegii non consurgit ex iure naturali, aut divino, ergo Ecclesiastico: ex eo igitur malitiam fortuntur. 2. Si non ex prohibitione Ecclesiâ, sed ex naturâ suâ hæc essent mala malitia sacrilegij contra loci sanctitatem, non esset major ratio, cur hæc, & non alia in loco sacro facta, essent sacrilega, cùm multa alia, ipsorum naturâ spectatâ, sint longè peiora, vt tactus obsceni inter adulteros. Confir. per eiusmodi tactus non polluitur Ecclesia, polluitur autem per copulam coniug. Hoc autem aliunde esse non potest, nisi quia hæc extra necessitatem in loco sacro adhibita, iure Pontificio est prohibita, vt direcțe opposita Ecclesiâ immunitati & sanctitati, non au- tem illi.

Contra vero Suar. to. 3. in 3. part. disp. 81. sect. 4. & fusiū to. 1. de Relig. lib. 3. cap. 7. [Cardo De Iugo de Pænitent. disp. 16. sect. 10. censem, malitia harum actionum, quibus Ecclesia violatur, præcedere Ecclesiâ prohibitionem, eamque desumi ex indecentiâ & repugnantiâ, quam ipsæ actiones ex se habent cum loci sanctitate, cui per modum censuræ lege Ecclesiâ adiungitur à divinis interdi- & tio: hoc verius: negari n. non potest, actum sent proba- biliter, coniug. extra necessitatem in loco sacro exerce- re, peculiarem habere indecentiam & repugna- riæ cum ipsius loci sanctitate, antecedenter ad Ecclesiâ prohibitionem, vt non ideo in tali lo- co habita, sit turpis & indecens, quia prohibita; sed contrâ, ideo sub censurâ pollutionis & violationis Ecclesiâ prohibita, quia indecens & inhonesta.

Ratio 1. Si hanc malitiam sacrilegij haberet hu- Duplici rati- manis feminis, aut sanguinis effusio in loco sacro fa- onem id pre- basur.

¶a,

Disp. XXVI. De obligatione & excusatione solvendi debitum contingale? Sect. III. 27

57.
a partium
enumeratio
d.

sta, ex lege Eccles. talē malitiam non contrahe-
ret sanguinis, aut seminis effusio ab infideli intra
Ecclesiam facta: quia Ecclesia non habet in infi-
deles legislatuam potestatem, ac proinde nec au-
thoritatem illis constituendi actum sub certa specie
virtutis, aut vitii exercendum, aut vitandum: ergo
nec ipsi illum violantes, specialē contrahunt sacri-
legij malitiam, ex positivā prohibitione Ecclesia
consurgentem. Ut n. possent talē malitiam con-
trahere, deberent posse ad talē actum, sub specia-
li malitiā sacrilegii, ab Ecclesia prohibitum, obliga-
ri; eum omnis culpabilis actus transgressio suppo-
nat obligationē actus exercendi, quā cessat, ubi non
est in pricipiente potestas, nec in operā subiectio.
At id falso est: nam per seminis, aut sanguinis in-
iustam effusionem ab infideli in Ecclesia factam,
polluit Ecclesia: ergo talis effusio est sacrilega: nō
iure Eccles. ergo naturali ex positivo consurgente.
Se. totam sacrilegij malitiam harū actionum dedu-
cant aduersarii ex eo, quād per eas Eccles. lege pol-
luitur Ecclesia. Ante. supponūt authores, qui dum
querunt, an polluatur Ecclesia per Martyris necem
in eā patratam: Respondent affirm. vt cum Glossā in
c. vii. de consecr. Eccle. in 6. verb. sanguinis, docent Iacob.
de Graffis l. 2. decisi. c. 47. & alijs: qui addunt per cano
Ecclesiam pollui, non vt Martyris passio est, sed vt
tyranni actio iniusta mortis illatiua, iuxta illud Se-
neccz. Actio displicuit, passio gratia fuit. Notat ibid. Glossa,
non esse sanguinis locum tali casu abluendum, cū
potius per eiusmodi sanguinem vt à martyre passiuē
effusum sanctificetur Ecclesia. Pari modo, si infi-
delis in loco sacro per vim cognoscat mulierem si-
delem, tali copulā polluetur Ecclesia, non quā se te-
tenet ex parte mulieris cognitis, ex parte cuius
nullum supponitur peccatum, sed ex parte cognoscen-
tis. A fortiori sequitur, pollui Ecclesiam, si in eā vir
infidelis cognoscat mulierem infidelem: nam si sola
actio culpabilis vnius infidelis Ecclesiam polluit,
multò magis eam polluet actio similis & passio cul-
pabilis vniusque infidelis. Ita Baltassar Danie. 5. à
Deo morte punitus fuit, ed quād vasa diuino cultui
dicata, quā Nabuchodonosor ex templo Ierosoli.
mas exem. asportauerat in terram Sennaar, contaminavit, ap-
plaus. Scrip. plieando ea humanis usibus, quod expnsndens Hirony.
in cit. locum Danie. verb. Bibebant: Quamdiu, inquit, vas
faerunt in Idolio Babylonis, non est iratus dominus, vide-
bantur enim rem Dei, secundum praeuā quidem opinionē,
tamen diuino cultui consecrass̄ posuerat. n. ea Nabuchi.
pater eius in domo Dei sui, Danie. 1.) postquam autem
humanis usibus divina contaminant, statim pena sequitur
post sacrilegium: sc. independenter à Mosaica lege, que
Baltasarem obligare nō poterat. cur etiam ex se in-
dependenter ab humanā lege sacrilega non erit car-
nalis copula extra necessitatem in loco sacro exer-
cita? Cū non minū hæc, cum sanctitate loci, quām
illa cum consecratione valorum independenter ab
humanā prohibitione repugnantiam habeat? Chri-
stus ideo maximā cum indignatione ac publicā fla-
gellatione ementes & vendentes è templo eiecit; non
alio sanè titulo, nisi quia huiusmodi profanas actio-
nes exercerent in domo Dei, ad ipsum orandum &
colendū specialiter dieata. nec damnat illas, earūq;
authores vt sacrilegos, eo quād contra aliquam legē
positivā facta essent, sed hoc solo titulo ac motiuo,
quod in domo Dei contra reuerentiam illi debitam
exercerentur. Confirmant verba Marci 2. ex Ise. 56.
Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus:
quibus Christus significat, hanc obligationē iure
ipso naturā independenter ab omni positivā lege,
que Gentiles ligare non poterat, astringere omnes,
ob reuerentiam loco diuino cultui dicto debi-

60.
tam, quā ipso eriam gentiles naturali iure obligat.
Secunda: licet à lege Eccles. pēdeat, quād hic, vel
ille locus divino cultui deputetur, vt in eo speciali Ror. 2. à
cultu ab hominibus Deus colatur: eā tamē semel po- priori expli-
cata, naturali iure consurgit obligatio, ne in tali loco
exerceamus ea, quā ipius venerationi & sanctitati
repugnant. nam huc ipso moraliter censemur ea in
Dei cōtemptum operari, esto ea ex formalī contem-
ptu non exerceamus: siquidē, vt actionis indecentia
imputetur operanti, necesse non est, vt ab eo inten-
datur, sed sat est, si prouideatur: nā hoc ipso fit vo-
luntaria, & virtualiter intenta ab operante. Quis au-
tem negabit, carnalem copulam absque necessitate
in loco speciali Dei cultui deputato, exercere, esse
indecentissimum, & ex naturā suā ante omnem huma-
nam prohibitionem repugnantiam habere cum tali
loco? Confit. ex communi conceptu, quo homines
prudentes iudicant, maiorem despectū fieri regibut
ac principibus, cū aliquid enorme delictū patra-
tur in aulā, quā ipsi inhabitant, quām in coeteris lo-
cis. vnde talia delicta atrociori poenā solēt multa-
ri: non alia causā, nisi quia in tali loco cōmissa, per se
specialem irreuerentiam habent contra principes
(etiam nullā essent speciali lege principis vetita)
quām non habent eadem delicta in aliis locis com-
missa. Sicut grauius censetur crimen parratū coram
ipso principe: quia præter malitiam propriam in-
cludit virtualē contemptum principis, in cuius præ-
sentia homo non veretur tale facinus committere;

61.
Coroll. t.
Insertur 1. etiam tactus impudicos in loco sacro
exercere, specialem sacrilegij malitiam habere in
Confessione explicandā. quia tales actus opponun-
tur sanctitati loci: igitur per ordinem ad illum spe-
cialem sortiuntur, malitiam, quā alia non est, quām
sacrilegij cōtra reuerentiam loco sacro debitā. Nec
placeat distinctio Sanch. n. 21. sc. quando sunt cōiuncti
cum periculo pollutionis, ob eam tantum ab Ec-
clesia specialiter prohiberi. Tum quia etiam pollu-
tionis periculo secluso, sunt de se indecentissimi, &
repugnantes loci sanctitati, independenter à quācunq;
humana lege. nū quia exerceri possent ab iis, qui im-
potentes sunt ad seminandum, vt inter eunuchum &
sterilem. Quis autem negabit, tactus in partibus pu-
pendis coram sacro altari, adde tempore venerandi
sacrificij, etiam cōtra vllum pollutionis periculum
exercitos, non contrahere specialem sacrilegij mali-
tiam in Confessione explicandam? Neq; hic locum
habet cōunis illa distinctio, quād licet huiusmodi
tactus per accidens non sint in aliquibus coniuncti pollutionis.
62.
De periculis
cum periculo pollutionis, per se tamen illud inclu-
dunt: quod sufficit, vt etiam ab impotentibus exer-
citi, specialem sacrilegij malitiam includant. Nam
quando periculum, propter quod lex est lata, per se
cessat in aliquibus, nō censentur tales in lege com-
prehensi: cū lex non cōprehendat, nisi eos, in qui-
bus tale periculum adesse potest, & non nisi per ac-
cidens aliquando abest. Sicut nec censentur ob peri-
culum pollutionis in lege comprehensi similes ta-
ctus inter virum & mulierem defectu xatis ad se-
minandum impotentis. Et tamen quis negare audet,
concubituad adolescentis cū puella ad seminandum
impotentis, in Ecclesia adhibitum, specialem
sacrilegij malitiam in Confessione explicandam;
non contrahere? Vnde cū huiusmodi tactus sint
specialiter difformes, & non lege humanā, quā eos sens,
solum in loco sacro prohibet ratione seminis, quo
pollueret Ecclesia; ergo lege naturali, quā se
uerē dicit, non esse huiusmodi actus in loco di-
uino cultui deputato exercendos.

63.
Implicationē
diffic. in
affigandis
regulā &c.
At quānam peccata in loco sacro cōmissa, spe-
cialē sacrilegij malitiam in Confessione explican-

272 Disp. XXVI. De obligatione, & excusatione soluendi debitum coniugale? Sect. III.

dam contrahant? Sylvestris Confessio l. q. 10. Ioan. Medina c. de confess. q. 9. putant omnia, tam interna, quam externa peccata specialē hanc malitiam contrahere. Nostrae sent. aduerterij, sola ea censem, quæ lex prohibet, ne Ecclesia polluantur, aut eius immunitas violetur. Nostrae sent. autores mediā viā incedunt, ut nulla interna, nisi que per modum obiecti includunt ipsam circumstantiam loci sacri, ut velle peccare in loco sacro: nam tunc etiam qui extra Ecclesiam existit talcm sacrilegii malitiam contrahit, iuxta gravitatem peccati, quod in eā intendit consummare. Ratio: peccata interna nullum ordinem dicunt ad locum sensibilem humanā autoritate deputatum ad cultum diuinum: igitur hanc malitiam irreuerentia contra locū sacram contrahere non possunt, cum ea sensibilis loci sanctitati directè nō opponantur: ergo sola peccata externa, quæ sensibilis loci sanctitati, etiam ante ullam Ecclesiam prohibitionem, opponuntur, specialē sacrilegij malitiam contrahunt; non tamen eandem omnia, sed singula intra eandem speciem maiorem, vel minorem, iuxta maiorem, vel minorem erga locū sacram irreuerentiam. Verū quædā esto ex se graviore contineant malitiam, tamen comparata ad locum sacram, minorem dicunt irreuerentiam, leuioremq; cum eo repugnantiam habent, cuiusmodi sunt detractiones, blasphemiae, periuria, & similia. Contrà verò, tactus impudici in partibus obscenis grauiorem præseferunt irreuerentiam & repugnantiam cū loco sacro, quam ipsis in se habent, nam etiam à coniugibus in loco sacro adhibiti, peculiarem contrahunt sacrilegii malitiam. Ideo concludit cit. i. de religi. Suar. reliqua peccata, ut plurimum veniale tantum sacrilegij malitiam in Ecclesiā commissa contrahere. Vnde fit, ut non semper talis malitia sit necessario in Confessione explicanda.

66.

Vniuersalis reg. difficultate stradi potest.

67.

Duplex ma- litia aliquo- rum.

68.

Non eodem modo tem- pus deputa- tur d. mino- cultui ac locus.

69.

Necessitas duplex ex- cuses.

vel Deum offendat. Est autem hæc necessitas, altera ad vitandum periculum incontinentia, vel in se, vel in suā coniuge: altera diuturnitas temporis, quo coniuges coniuges obsecuti in loco sacro manere. Et licet toto eo tempore nullum de facto eos urget incontinentia periculum, quia tamen illud est moraliter connexum cū mutuā in eodem thoro cohabitatione, esto illud per accidens cesseret in aliquibus, per se tamen & in plurimis non cessat: ad quod tantū solent leges attendere. Intellige, quādo nequunt coniuges ad profanum locum diuertere, in quo posse sint copulam exercere: vti esset in aliquā habitatione Ecclesiā adhuc ēte, vel in turri, aut loco sub Ecclesiā, modò nō sit fidelium sepulturis destinatus. Sanch. cit. disp. n. 31. à loco sacro excludit etiam sacram, eo quod non sit deputata ad diuina officia, sed tantum ad custodiam sacerdotū valorum, ac vestitum. Porro nomine loci sacri venit omnis locus ab Episcopo cōsecratus, vel benedictus, etiam inchoatus, & nōdum absolutus; cōmeterium, & quidquid constituit vnum cum ipso corpore Ecclesiā, in quā diuina celebrantur, ut sunt capellæ, chorus. Magis particularia lege apud Sanch. cit. disp. q. 3. quibus aliis actionibus polluantur Ecclesia; an hæc pollutā, polluantur cōmeterium, & contrā, & quo pacto pollutā Ecclesia sit reconcilianda, & à quo, habentur toto ferè r̄. de consecr. Eccl. & c. vn. de Consecr. in 6. & can. Si motum, de consecr. dist. 1. in multis glossis. Infero cum Sancb. etiam si vnum tantum coniux inclusus maneat in loco sacro, cui nō patet ad locū communem aditus, posse alterum ad incontinentiam periculum in se, aut in coniuge vitandum, vel ob temporis diuturnitatem obsecutum adire, & cum eo copulam in loco sacro habere. Addit Sancb. quando certi sunt coniuges de temporis diuturnitate, statim posse copulam exercere: eo quod statim urget necessitas: neque expectandum erit aliquod tempus, cum non sit maior ratio de uno, quam de alio; quod probabile est.

An à peccato excusat copula coniug. occulta? Affirmant mali, ut suprà, eo fundam. per eam non polluitur Ecclesia: inferunt, ut occulta licet exercetur, non esse exspectandum vel incontinentiam periculum, vel diuturnitas temporis, sed statim posse absque peccato exerceri. At negant probalij, Sancb. eo argu. quod ex naturā facti polluitur Ecclesia, licet non teneamus à celebratione officiorum abstinere, quamdiu copula in ea manerit occulta. Vnde absque nouo actu, nouāque culpā incipit Ecclesia esse polluta, vbi primum de copulâ constiterit vel per coniugum confessionem, ut declarat Alex. III. c. significasti, de adulteriis. Verū cum tota hæc malitia per ipsum proueniat ex prohibitione officiorum, non poterit occulta in ipsum sent. dici illicita & sacrilega. Nec urget, quod absque nouā culpā dicitur Ecclesia polluta. Nam si dum copulam coniuges habuerunt, probabiliter putarunt, illam mansuram occultam, nullam contrarerunt culpam: & Ecclesia pollutione solū sequitur quo ad presumptionem, & forum externum; non autem re ipsa: cum re ipsa Ecclesia non polluantur, nisi propter culpatam lethalem. Contrà verò, si dum copulam habuerunt, dubitarunt, illam fore publicandam, lethaler peccarunt, propter periculum, cui Ecclesiā pollutioni exposuerunt, esto defectu publica notitiae, Ecclesiā pollutione sequuta non sit. Ratio igitur, cur copula coniug. occulta absque necessitate in loco sacro adhibita, semper sit lethalis, siue ex ea facta iam notoriā sequatur Ecclesiā pollutione, sine principiis, non?

70. Corollarij

2. Aliqua peccata ip Ecclesiā commissa, habent malitiam, vnam ex obiecto proprio, quæ varia est iuxta varietatem obiectorum; alteram ex circumstantiā loci sacri, quæ eadē specie est in omnibus, maior tamen, aut minor, iuxta maiorem, aut minorem repugnantiam, quam habent cū loco sacro. hæc sunt ea omnia, quæ ex se ante sacrilegij malitiam supponunt prava ac rationi difformia. Aliqua verò sola sacrilegii malitiam habet: suntq; ea, quæ ex se prava non sunt, sed sunt primò prava & sacrilega, ob irreuerentiam erga locū sacram. 3. Cur peccata sacro tempore commissa, specialē sacrilegij malitiam, in Confessione necessariorū explicandam, non contrahant: sc. quia locus ita deputatur diuino numini, ipsius laudibus & obsequiis, vt nullis aliis humanis vībus maneat communis. vti domus principis, ita est propria principis, vt nulli alii sit communis. Tempus autem non ita dicatur Deo, vt non maneat communis mensura omnium humanarum operationū: inde qui in loco sacro delinquit, censetur delinquere in re propriā Dei, sicut qui delinquit in domo principis, delinquit in re propriā principis, qui autem delinquit in tempore sacro, non delinquit in re propriā Dei, cū tempus maneat communis mensura omnium operationū, quæ in eo sunt: solumq; dicitur tempus sacrum, quia in eo celebrantur opera sacra, non quod ipsum supponatur sacram in se: at vero locus est sacer, non solum quia in eo celebrantur opera sacra, sed quia ipse in se sacer est, peculiari consecratione sibi moraliter adharente.

Dico 2. Excusat copula coniug. à peccato, si urgentे necessitate in loco sacro adhibetur. Ratio: tunc cessat irreuerentia: qui, n. necessitate cōpulsus, illum in loco sacro adhibet, potius locum & Deum queretur, ne illum pollutione extra vas contamineret,

72. Ratio offici- cissima in- ta nostra principiis, non?

Disp. XXVI. De obligatione, & excusatione soluendi debitum coniugale. Sect. III.

non, cā manente occulta, est: quia malitiam sacrilegii ea copula non desumit ex prohibitione Ecclesie, sed ex naturā actū in talibus circumstantiis exerciti, independenter ab illā lege humāna, propter repugnantiam, quam ex se habet cū loco sacro.

73.
Quando-
nom prece-
pium positi-
num addit
naturali
nonam ob-
lig.

An præter malitiam, quam copula coniug. contra renentiam loco sacro debitam, ex se habet, aliam etiam contrahat ex prohibitione Ecclesie, propter pollutionem loci sacri? Affirm. partem quis asserere posset, propter nouum præceptum Ecclesie, in ordine ad nouum effectum pollutionis Ecclesie. Sed oppositum dico: sc. quando præceptum naturale, & positivum prohibent rem sub eodem motu opposto eidem virtuti, cādem ratione formalī, non causant in actu prohibito diuersas malitias, sed vimam & eandem, de lūptiam ex oppositione ad eandem virtutem, sub eadem formalitate. at ex eodem motu opposito virtuti religionis, & cādē ratione formalī, præceptū naturale, & positivum prohibent in loco sacro copulam coniug. utrumque, nullam prohibet, propter irreuerentiam, quæ fit loco sacro: hæc autem opponitur virtuti religionis sub cādē ratione formalī: ergo. Ad fundam. primæ, dictum est, nos iure naturali obligari ad exhibendam reverentiam loco, semel humāna deputatione divino cultui dicato. Quod iure Ecclesie, sit etiā in loco sacro prohibita copulā coniug. deducitur ex textib. notaris, qui prohibent quancunq; seminis effusionem. Nec est eadem ratio de sanguinis effusione, ut supra. Ad fund. secundæ, resp. non semper illicitū esse actu coniug. in loco sacro exercere. Ad Cate. confir. Ciues tenentur ob publicam regis, & regni necessitatem diu abstinere ab actu coniugalī, quādiu publica necessitas durat; non autem ob loci sanctitatem: cūm hæc nec violetur, si virgente causā in eo adhibetur, ut supra: neque tamen strictè obligat, sicut publica regis, aut regni necessitas. Ad contr. Nasar. minor falsa. Ad fund. tertie: esto solā copulā publicā polluatur Ecclesia; nego, malitiam sacrilegii sortiri ex eo tantum, quod Ecclesiam polluat, sed ex eo potius, quod sine necessitate adhibita indecens sit, & contra reverentiam loco sacro debitam, ut propterā digna sit hæc censurā, ut propter eam in Ecclesia interdicuntur diuina officia, eiusque malitia augeatur ex publicā Ecclesiæ violatione.

Disputatio

DISPVTATIO XXVII.

De potestate, quam coniuges habent soluendi atque irritandi sibi inuicem vota.

1.
Communi-
D. placitū.
C. Et rūm est 1. posse utrumque coniugem validē religionē vouere: quod votū ante consummatum matrim. emissum, obligat saltem post bimestrē ab Ecclesiā concessum ad deliberañdū de religionis ingressu, c. ex publico. de conuers. coniuga. Vnde qui cū tali voto consummat matrim. sive petendo, sive reddendo, grauit̄ peccati eo tamen semel consummato, poterit deinceps & petere & reddere; defunctā verò, vel adulterante coniuge, tenebitur votū adimplere. Ratio; cūm possit ante consummatum matrim. votum adimplere, cōiuge etiam inuitā, ex c. ven. ens, & c. Verum, de cōiug. & can. Agathofa 27. q. 2. tenebitur. Quod grauit̄ peccat consummatio, patet: quia reddit se inhabilem ad votū seruandum, eiam reddendo: cūm non licet consummato matrim. religionem ingredi, nisi de licentiā cōiugis, iisq; seruatis, quæ iura præscribunt, et si mansura in sēculo sit iuuenis & de incontinentiā suspecta, vterq; debeat religionem ingredi; si senex, & de incontinentiā minimē suspecta,

De Matrimonio, Tom. IX.

teneatur votum continentia in conspectu Ecclesie emittere, c. cūm his, c. vxoratus, c. ad Apost. de conuers. coniug. quæ omnia cūm sint difficillima à coniuge impetratu, exponit se manifesto periculo trāsgredendi votum. Quod licet deinceps, & petere & reddere, prob. qui vouet religionē, non vouet de praesenti castitatem, sed de futuro, dependēter à professione in religionē emittendā. vnde si cām voueret post consummatum matrim. posset interim petere & reddere, donec se offerret aptum tempus votum ad implendi. Defuncto verò, vel adulterante coniuge, potest votum adimplere, religionem ingrediendo: vtr. pars ergo tenebitur. Idem dicendum, si vterq; religionē voueret, sc. teneri virumq; religionem ingredi ante consummatum matrim. & virumq; peccare consummādo, posse tamen consummato matrim. virumque & petere & reddere: & cū licuerit, virumq; obligari ad religionis ingressum. Idque verum est etiam si vterq; religionem vouerit de licentiā alterius, non tamen si ex mutuo pacto vel conditione, si alter ingressus fuerit. Quia tunc neuer tenebitur religionem ingredi, altero non ingrediente; cūm neuter teneatur votum seruare, conditione, sub quā fuit emissum, non adimplere: peccare tamen grauit̄, qui primus apponit impedimentum, ne votum ante consummatum matrim. executioni mandetur. Nam etiā, quando tale votum de cōmuni consensu factum est, executioni mandari possit, etiam post consummatum matrim. attamen ob peticulū, cui & se, & coniugē exponit, ne propter conceptram suscep̄ramq; prolem, vel alia impedim. & difficultates, votū executioni mandari non possit, grauit̄ peccat, qui primus consummat matrim. eo tamen consummato, vterq; & petere & reddere potest, semper cum mutua obligatione ingrediendi religionem, altero ingrediente. Aliter Sanch. lib. 9. disp. 37. n. 5. & Cominck disp. 34. dub. 6.

An autem tali casu teneantur coniuges primā vice altero petente sibi debitum reddere? Negat Casus aliis. Sanch. quia potest cogere alterum, ut initi paeti fidem seruet, & religionem ingrediatur: eo verò nolente, alter poterit vel ipso invito ingredi, vel in matrim. consentire: quia conditione non posita, non tenetur votum sub cā emissum adimplere. Nec peccat, religionem non ingrediendo; quia per ipsum non stetit, quo minus conditione ad impletā votum seruauerit. At an peccet exactus primā vice debitum reddens? Affir. pars sequitur ex nostris fundam. si absque virgente causā debitum red-datur, tum quia lege charitatis tenetur coniugis peccatum impedirentum quia per talem debiti redditionem exponit se ipsum, & coniugem periculo votum non adimplendi. Quare licet eo casu non peccet, religionem non ingrediendo, peccat tamen non impedendo, ne impedimentū apponatur, quod minus votum possit executioni mandari. Quod si tale votum de consensu fiat post consummatū matrim. ambo poterunt, & petere & reddere, etiam tempore Novitiatū, cūm ante professionem nemo tenetur ad castitatem. Peccat tamen grauit̄, qui est in morā adimplendi votum: alter autem, quādiu conditio non ponitur, non tenetur, immo nec potest religionem ingredi. Non tenetur, quia conditio non est posita. Non potest, quia quādiu post consummatum matrim. alter coniux sponte non consentit, non est ei permisū religionem ingredi. Vnde etiam hoc casu putat. Sanch. neutrū teneri, debitum reddere: quia vouendo ex mutuo consensu religionem, renunciārunt iuri exigendi, & se ab obligatio-ne reddendi inuicem absoluērunt. Adde, iuxta nostra principia, etiam peccare, qui sine virgente causā tali euēta debitū reddit. Certum 2. non posse via-

Z. 3

rum

274 Disp. XXVII. De potest. quam coniuges hab. vovendi atq; irritandi sibi iuu. votis.

3.
De sacris
ordinib.
cerum.

rum nec ante, nec post consummatum matrim. sine expressa & spontanea vxoris licentia ascensum ad Sacros Ordines validè vovere, nisi pro tempore sibi iure permisso. Ratio; cum leuissime prohibitum sit a Iohanne 22. in extrauag. Antiqua, de voto, ne illius matrimonio durante, nondum etiam consummato, presumat aliquem sacram ordinem suscipere, tale votum non solum est inualidum, sed etiam illicitum: proinde eo non obstante, petere posset, & teneretur reddere. Dixi, nisi pro tempore: quia si votum fiat de assensu ad Ordines, tempore à iure sibi permiso: tenetur illud adimplere, cum primùm sibi licuerit, soluto, vei separato per coniugis adulterium matrimonio. Quid si tale votum fiat de expressa & spontanea licentia vxoris? Respondet ist. Pontifex, eo casu votum executioni mandandum, prout sacris canon. conuenire iudicatum fuerit: sc. ut Glossa verb. Nouerit, vt vel uterque religionem ingrediatur; vel sotus viri, si vxor fuerit senex; & de incontinentia non suspecta, emulo prius castitatis voto, vrsuprad.

Cerium 3.

6.
Difficilior
construer.
sua.

7.
Sens.

Fundam.
unic.
Aliquis sic
prob. maior.

Alii sic pro.
bante.

8.
2. Sens.

in 4. dist. 32. disp. 2. §. ac de voto coniun. Valen. to. 3: disp 6. qu. 6. de voto, pu. 6. qu. ult: §. Mibi sent. Sanch. lib. 9. disp. 35. qu. 3. Lefsi. de inst. lib. 2. cap. 40. de vo-
to dubit. 2. nu. 84. Conink disp. 34. dub. 2. concl. 2. Pon. Ab hac non
ti. lib. 10. cap. 17. nu. 5. item Sylvest. Votum. 5. qu. 2. recedunt
Nauar. in sum. cap. 12. nu. 60. aientes, posse unum
coniugem sine licentia alterius continentiam vo-
vere in sui, non in alterius coniugis praividicium.

Caterum in hac quæ. Sotus lib. 7. de iure qu. 3. ar. 1. post
med. & in 4. dist. 32. qu. un. ar. 3. post 1. concl. dubius
est: Henrig. lib. 11. cap. 15. nu. 8. id solum lictum
putat vxori. nam ex voto vxoris non redditur onero-
sum ius perendi viro, sicut ob naturalem vere-
cundiam redditur vxori. At dicendum, tam viro,
quæ vxori lictum esse, atsq; alterius licentia, Cum conti-
nentiam vovere, voventemque teneri ad non muniori
petendum, nisi quando, vt Nauar. ait, mos gerendus
est alteri coniugi: hoc est, quoties per externa sig-
na suum desiderium insinuat, & p̄ se verecundiam
petere non audet: quia in tali casu, sicut in uno est
virtualiter & interpretatiæ petere; ita in altero pe-
tere, est virtualiter & interpretatiæ reddere. De-
ducitur hæc sent. ex r. quidam, & cap. placet de coniug. In 1 Alex. I I I. decidit, quempiam, qui invitâ
vxore religionem intrauerat, teneri ad vxorem re-
dire, eique coniugale debitum reddere, haud tamen
illud exigere posse. quia licet votum solemne reli-
gionis, invitâ vxore, non fuerit validum, fuit ta-
men validum, vt simplex vorum: quia vovendo in
religione castitate, obligavit se in eo, quod in ipsius,
non quod in mulieris potestate erat. Quare vxori
restitutus, reddere tenetur, exigere non potest. In
2. libilem casum decidit Cælestin. III. de muliere,
quæ putans suum vitum mortuum religionem pro-
fessa est: cuius viro postea redeunte, coacta est ad
ad ipsum redire, eique coniugale debitum reddere,
non petere: Quia licet votum eius vñquaque non verba posse
tenuerit, eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus se if-
se poterat obligare: promisit enim intrando monasterium,
se non exacturum carnis debitum, quod erat in potestate
ipsius; redire vero ad seculum in eius potestate non erat,
sed in potestate mariti, & idem quantum ad ipsum tenuit
votum. Quibus vides, valere votum castitatis de non
petendo debitum sine licentia coniugis emissum,
esto valere non possit de non reddendo, quia illud;
non hoc est in potestate voventis. Nec satisfacit . IO.
cum Nauar. Henrig. Pontifices non dixisse, hoc pe- Exigere ac-
tere, sed exigere non posse; quasi hoc sit iustitia, il-potere debi-
lud amicitiae, quod voto non tollitur: tum quia, vt sum quid
recte Lefsi, & Sanch. hoc est contra citatos textus,
qui aiunt huiusmodi votum authores suos obligati-
se, quantum obligare poterat: at poterat obligare
etiam ad non petendum iure amicitiae. 2. hoc etiam
ius opponitur castitati: vnde qui castitatem vovet,
etiam hoc iure se priuat. 3. ius exigendi debitum
ex iustitia, per simplex votum castitatis non extin-
guitur, sed tantum suspenditur, ne licetè possit in
actum exire: nam sicut cum tali voto manet potes-
tas in corpus coniugis, ita & ius in actu r. illo vten-
di, quia si contra votum debitum exigeret, cogendo
vxorem ad illud reddendum, non esset fornicator,
sed sacrilegus: & vxor reddendo, non peccaret con-
tra iustitiam, sed contra charitatem, si posset, & non
impediret in exigente peccatum. Confir. August. in
psal. 149. fine, cano. Si dicat 33. q. 5. Pro satisfactione per-
fecta Deus tibi computabis, si, non, quod tibi debetur exis-
gis, sed reddit, quod debetur vxori. nam de iis, in quibus
coniuges habent ius alteri non subiectum, vt sunt;
quæ spequant ad mutuam corporum potestatem, v-
nus quilibet potest propriâ authoritate, absque alte-
rius licentia validè disponere.

Ad.

Disp. XXVII. De potestate, quam coniuges habent vovendi atque irritandi &c. 275

11.
Neque vir-
gens ratio-
nes pro con-
traria senti-
llata, non
prima.

Ad 1. nullum praesudicium infert coniugi, qui quod suum est. Deo vovet: petere autem debitum, ita est in potestate potentis, ut nullo pacto subiacat alterius potestatis. Quod n. per matrimonium, coniuges sibi mutuo tradunt, non est ius petendi, sed debitum reddendi: tradunt n. sibi mutuo corpora ad usum coniugii, vi cuius traditionis neuter, saluam iustitiam, potest alteri debitum negare; at uterque potest debitum non exigere. Ad prob. continentia, altera perfecta utrumque actum negans, & petendi & reddendi: & hanc neuter potest, nisi de expressa licentiâ alterius vovere: altera imperfecta, solu actum petendi excludens: & hanc vovere quisque potest sine licentiâ alterius, quia per hanc nullum praejudicium infert alteri. Ad 2. in contrah. tunc vera est maior, quando aut pars illicita, vel impossibilis, est re ipsa inseparabilis à licita, vel possibili; aut saltem inseparabiliter à vovente intenditur. In casu autem nostro, nec re ipsa non petere est inseparabiliter cōiunctū cū non reddere; nec à cōiuge vovente inseparabiliter intendi potest; cum non possit intendi in praejudiciū alterius cōiugis. Quod si ita intendatur, ut vnu vovetur dependenter ab alio, altero noa consentiente, votum non valebit. Ad exemplū de voto vitandi omnia peccata: aut iste ita vovet, ut velit se obligare ad vitanda mortalia dependenter ab omnibus venialibus; & votum non tener: secus, si simpliciter voveat se vitaturū omnia peccata: quia tunc censemur votū cadere supra sola mortalia, & ad summū supra certa quædā venialia ex deliberatione cōmittenda. Quare ad iudicandū, quando votū castitatis cadat supra utrumque actū; vel supra unum tantum, si id ex intentione voventis colligi non possit, recurrendū erit ad conditionē statū, in quo illud emittitur. Nam si emitatur ante matrimonium, præsertim cum effectu intrandi religionem, censemur erit cadere supra utruq; actū: quia continentia utrumque actū per se includit, nisi vel limitetur ex intentione voventis, vel ex cōditione statū. Et iuxta hunc sensum interpretandi sunt graues Authores, qui negant, posse unum coniugem sine licentiâ alterius votū castitatis emittere. Quod de S. Thos. mihi certum: est ex dist. 38. q. 1. ar. 3. ad 2. q. ad 4. vbi cū sibi obiecisset, quod debeant coniuges in actu matrimonii esse pares, qui autem continentiam vovet, non potest esse par, quia nunquam potest debitum petere: ita respondet: Nec obstat, quod non sunt pares in matrimonii actu, quia quilibet potest, quod suum est, abrenuntiare. Et liceat ibi loquatur de voto castitatis emissio ante matrimonium, ratio tamen ipsius probat, illud emitte posse etiam post matrimonium, contractum: cū etiam post contractum matrimonii, quisque per votum abrenuntiare potest, quod suum est.

12.

Neque vir-
gens ratio-
nes secun-
da.

Ad 2. ducentam ex graviatione, quod coniux subit ex nuncupato voto alterius: 1. neuter proprio iure vtendo, tenetur omne gravamen ab altero tollere: alioqui nunquam posset cōiux brevem aliquā peregrinationem ex voto suscipere, ne gravis sit alteri. 2. facilè à tali onere se liberare poterit, non petendo expressè, sed interpretatiū per signa: quia tunc, ut suprā, coenctur vovens morem gerere coniugi interpretatiū pētenti. Ita S. Thos. cit. Hoc autem intelligendum est, siue mulier petat exp̄sē, siue interpretatiū: ut quando mulier verēcūda est, & vir sentit eius voluntatem de redditione debiti; tunc enim sine peccato (loquitur de eo qui castitatem vovit) reddere potest: quia si recte inspicatur, hoc est exigere interpretatiū. Infertur, quando votum castitatis emissum est ante contractū matrimonii, præsertim animo religionem profitendi, non solum peccare voventem matrimonii contrahendo, reterique ad nunquam petendum, sed solum ad redēndū; at defuncto, vel adulterante coniuge, non

posse ad 2. nuptias transire, vel cum adulterio reconciliari, sed teneri ad cōtinentiam integrē seruandā. Sin autem emissum sit post contractū matrimonii defuncto, vel adulterante cōiuge, putat Rebello sit, posse, modò periculū non sit votum transgrediendi, & denouò contrahere, & adulterę reconciliari; non quidam animo petendi, cū id per votum sit sibi prohibitum, sed alio fine honesto. Quia qui castitatem vovet ante contractū matrimonii, censemur illam perfectè vovere, quoad abstinentiam virtusque actū, & petendi, & reddendi: quod cītra dubiū est, si votum coniunctū fuit cum animo religionem profitendi. Qui autem castitatem vovet post contractū matrimonii, illam vovere censemur iuxta conditionē statū, de non petendo tantum. Quod votū seruare poterit, & cum secundā uxore copulatus, & cum adulterā reconciliatus, modò ex alio honesto fine fiat, & periculum absit transgrediendi votū de non petendo. Verūn cū hoc periculū sit per se cōiunctū cum statū cōiugali (attentā n. & naturā ad hunc actū proutitate, & in eodem thoro ac testo cohabitatione, moraliter censemur impossibile, præsertim in iuuenili aetate, in medio igne non ardere); ob tantum periculū, cui probabilissime se exponit, verius iudico, non posse talem, vel ad 2. nuptias transire, vel adulterę reconciliari.

*Ratio differ-
minis.*

Ad exem-
plum.

Quam potestatem vī matrimonij accipiat vir in uxorem in ordine ad eius vota irritanda?

Potestatem vir ratione matrimonij in uxorem accipit, unam quoad actum coniugii, prolixi educationem, & familię gubernationem; alteram quoad voluntatis directionem. Priorem concedit natura matrimonii, quæ est mutua iuris in corpus alterius ad actum generationis, & individuum vitæ consuetudinem translatio: & eam quoad actū coniugalem æquè viror, ac vir accipit, cū in hac 1. Corinth. 7. vides sint pares. De posteriori, Affirmant omnes, qui docent, vitum irritare posse omnia vota viroris, non secus ac prælatum vota religiosorum, & parentes filiorum impuberum. Ita Sanch. lib. 9. disp. 39. cit. Gloss. 1. Sone præordin. in cap. 30. Num. & Gloss. in can. manifestum 33. q. 5. babilis. ver. nisi author; Gratia, cit. can. §. ex premisso: S. Thos. 2. 2. q. 88. ar. 8. ad 3. Bonav. in 4. dist. 32. in explic. text. n. 3. Duran. dist. 38. q. 1. n. 7. Palud. q. 3. ar. 1. concl. 6. Supple. Gabri. dist. 32. q. un. ar. 2. concl. 7. Maior. dist. 38. q. 4. §. Dubit. Sotum lib. 7. de iust. q. 3. ar. 1. §. ac vero; & in 4. dist. 22. q. un. ar. 3. §. Verum: Abul. cap. 30. Num. q. 8. §. Sā, votum de irrita. §. 1. Probat 1. ex cit. cap. 30. Num. Si maritum habuerit, & voverit aliquid; quo die audierit vir, & non contradixerit, vovi rea erit, reddere quodcumque promiserat. Sin autem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbag, quibus obstrinxerat animam suam, propitius erit ei Dominus. Eadem lex inculcatur paulo post. In quem locum August. relatus can. noluit 33. q. 5. can. Noluit itaq; mulierem aliquid vovere Deo, aduersus animam suam, ut in aliquā rerum licitatum atque concessarum abstinentiā in iūdem votū feminā valeat auctoritas sed virilis. In eodem sensu cit. locum intelligit Ambros. relatus can. finali 33. q. 5. Evidenter sine appetere, ita virum esse caput mulieris, ut nulla vota abstinentia, vel religiose conversationis, liceat sibi sine eius licentiâ Deo offerre: etiam si viro permittente reprobis, si fuerit, non liceat ei votum opere complere, cū vir voluerit revocare permisum. Dicuntur autem vota abstinentia, prout distinguuntur à votis continentia, ut ibid. Ambros. vbi subiungit: Vota vero continentia ita alterius permisum ab altero valent offerri, quod post permissionem non valent in irritum deduci. 2. Vir est caput mulieris; & viro in omnibus subiecta Ephes. 5. sub potestate.

14.
*Duplices pos-
sunt viri
in uxorem.*

Egregie S.
Thom.

13.
Excellat.

276 Disp. XXVII. De potest. quam coniuges hab. vouchendi atq; irritandi fibi vota.

Nate viri constituta Genes. 3. ergo ut omnes actiones corporis subiecti sunt capiti, ita & vxoris viro. 3. Mulier est leuis, imprudens, ac facilis in votis emitendis; ergo dirigi debet a viro, in quo & prudentia, & constantia maior supponitur.

16.
2. Sent. pro
babili. or.

Ratio mai-
ori probabi-
litas.

17.
Dupliciter
voluntas se-
subiicit.

Roboratur
fieri.

18.
Sub viri po-
tentia con-
ducitur quā?

flamentū condere. Nam quidquid sit de huiusmodi lege, quæ speciali causâ potuit a Romanis cōdī, certè ea ex naturâ matrī, nō deducitur, quod tantum hic contendit; esto possit additâ lege positivâ vxori quoad omnia marito subiecti; quod tamen haec tenus nec factum legimus, nec expedire videtur. Authori-

tates ex Scripturâ, & Glossa pro contrariâ sent. addu-

19:
Quod artib.
Glossa nos ad au-
ordin. quæ est August. q. 54. in Num. ita explicat, vt ea

non intelligatur de voto cōtinentia: Cū ergo parem

verique tribuat potestarem, insinuat istam de concubendo,

vel non concubendo regulam, non pertinere ad ea vota, ubi

non habent parem vir & mulier potestarem. Et clarissim in-

frat: Vnde non mihi videtur in huic modi votū atque obliga-

tibnibus, que ad hanc animā fiunt, etiam ista debere accipi,

quæ in se vir & vxor de concubendo, vel de abstinentia

concubendi placita habuerint. Hęc Glossa ex August. Cō-

fir. Si vir plenam in voluntatem vxoris potestatem

haberet, nullum esset votū ab vxore emissum, quod

vir irritare non posset; ergo si vel vnu nequit a viro

irritari, vt de voto cōtinentia omnes sere cōcedunt,

manifestū signū est, hanc viri in vxorem potestatem

non se extendere ad omnia, quæ ipsius voluntatis

sunt directius; sed ad ea tantum, quæ ad actū cōiugis

prolis educationem, & domesticū tamiliū regimen

spectant. Quia qui directā potestatem habet in vo-

luntatem alterius, potest omnia eius vota irritare, vt

constat de parente respectu filij impuberis, & præ-

lati respectu religiosi. Ratio: nullus actus liberè ab

ea licitus efficax est ab obligandum: cūm n. talis vo-

luntas, aut naturali iure, aut spontaneo voto, sit plenē

subiecta alteri, vt eius actus sint ad obligandum effi-

caces, elici debent ex consensu eius, cui subiectiuntur.

Igitur si vel vnu actus est, qui sine alterius consensu

efficax esse possit ad obligandum, non tota voluntas

quoad omnia subiecta alteri, sed tantum ratione

materiæ, vt infra. Aliud insinuat cit. August. huius legis

significatum: vt pro viro intelligatur figurare ratio,

pro vxore pars inferior, quæ quoad omnia à ratione

dirigi debet. Vlt. dici potest, hanc legem peculiariter

suissim à Dō institutam pro illo populo, quæ succe-

dente lege gratia, cessavit. Secunda Glossa in can. ma-

nifestum excipit votum cōtinentia, quod vir irritare

Ad 2. Glos-
sam.

nequit: pro quo refert Hugon. Idem votū excipiunt

Singulorum
relicti autores ab ipso Sanch. cit. Verba Gratiani: Quis viva ex-

in debito cōtingit & quae mulier habet potestatem viri, sicut & penduntur.

vir mulieris, atque ideo si quilibet eorum alterum à suo iure

absolvitur (nempe permitendo, vt continentiam vo-

ueat) ad præteritā fermitutē ipsam reuocare nō poterit. Am-

brol. can. finali 3. 3. q. 5. Vota verò continentia, ita alterius

permitti ab altero valent offerri, quod post permissionem non

valent in irritum deduci. S. Thom. 2. 2. q. 3. 2 ar. 8. ad 2.

vxi potestatem concedit moderatā eleemosynam

faciendi, absque consensu viri. Bonau. cit. n. 3. Si an-

tem emisit votum (nempe continentia) credo quod vir

eam reuocare non possit, nec tenetur assentire ei. Durand.

Quilibet potest vouchere ea, que sunt in sua libertate, & ea, in

quisbus est sui iuri: vir & mulier cum neuter sit sui iuri in

redditione debiti, neuter potest sine consensu alterius conci-

nentiam vouchere. Falud. ar. 2. concl. 5. solum viro conce-

dit irritare possit votum continentia ab vxore emis-

simum quoad debiti redditionem concludens: Ille irri-

tante tenetur vxor reddere: quia in tantum potest alius irri-

care, quod est ius suum, & non plus. Idem votum excipit

Richar. in 4. dist. 3. 2. ar. 2. q. 2. ad 1. Non est simile de voto

continentia, & abstinentia: quia in debito cōtingit & quod mu-

lier habet potestatem viri, sicut & vir mulieris. Et idem mu-

lier. votum continentia, quod emisit de licentia viri, poterit

obseruare, & debet, quamvis vir posse contradicat. Abu-

len. cum S. Tho. excipit votum de moderatā eleemo-

synā. Vnde pauci cum soto cit. hanc potestatem viri

exten-

extendunt ad omnia vota, etiam continentiae.

Ad rationem Ad rationem: fallum est fundam. vxorem quod aduersa sent. ad omnia vota dirigenda esse à viro, quia imprudentis, & imbecillis iudicij est: id n. est contra omnia iura, quæ filios puberes à patriâ potestate eximunt, quoad vota personalia, patri non præiudicantia. At non prudenter eos eximerent, si iudicarent, in eis nō esse sufficiens iudicium ad deliberandum de votis personalibus, patriæ potestati non præiudicantibus.

Que vota ab uxore emissâ posse vir irritare?

Opusum non est id deducere ex principiis utriusque sent. præced. **I**VITA sent. Sot. Sanch. &c. qui in viro plenam potestatem agnoscunt in omnes actus liberos uxoris, consequenter docent 1. omnia vota etiam absoluunt castitatis, cōstante matrimonio, ab uxore facta, præter votum religionis, si factum sit ante consummatum matrimonio, pro tunc adimplendū, posse à viro irritari. Ita Sanch. disp. 39. Probat primum: cū vir habeat omnes actus liberos filij impuberis, & prælatus religiosi, poterit eos omnes irritos, & inefficaces reddere ad quæcunque promissa soluenda; cū in hac sent. nullus actus uxoris, neque coram hominibus vim obligandi habeat, nisi dependenter à consensu viri. Nec solū potest irritare vota ab uxore facta sine viri consensu, sed etiam ipso consentiente, vt probat disp. 40. licet peccet vir, ea irritando, valebit tamen irritatio, vt potè facta ab habente plenam irritandi potestatem: sicut valet irritatio voti religiosi à prælato facta, esto peccet prælatus, sine causâ illud irritando. Probat secundum: votum religionis, in favorem religionis eximitur à potestate viri, sicut votum religiosi transeundi in strictiore religionem à potestate prælati. Vnde potest vir, etiam iuvito viro, si matrimonio non consummatum, religionem ingredi. Dixi, pro tunc adimplendum: quia si factum sit animo illud adimplendi tempore soluti matrimonij, potest à viro irritari, vt cū Soto & Sennicq docet Sanch. disp. 39. n. 19. quia per hoc votū non eximitur uxoris voluntas à potestate viri, cū non sit de ingressu religionis exequendo ante consummatum matrimonio, sed eo soluto: & consequenter, quia cōstante matrimonio, vir semper manet subiectus viro, poterit pro eo tempore vir tale votum irritare. An autem soluto matrimonio, illud reuiuiscat, inf. Quin addit n. 20. si cum religionis voto adimplendo ante consummatum matrimonio, alia etiam vota vir emisit, posse virum ea omnia irritare, præter votum religionis: cū ea facta sint tempore subiectiois. Neque ex eo quod facta sint animo ea in religione seruandi, tollit à viro ius, quod habet in omnia ipsius vota, præter religionis. Nam hoc ius, iuxta hanc sent. fundatur in ipso contractu matrimonij, qui quamdiu validus perseuerat, dat ius marito irritandi omnia uxoris vota, præter illud, quod in favorem religionis ius eximit. Quod si his obiicias: pari ratione posse prælatum irritare votum religiosi transeundi ad strictiore regulam: siquidem antequam ad illam transeat, manet sub plenâ potestate sui prælati. Respondent, neg. conseq. nam eo ipso, quod religiosus voverit strictiore religionem, ius eximit illum à potestate prælati, sub quo illam voverit. At non eo ipso, quod uxor voverit ingressum religionis, exequendum post solutum matrimonio, ius eximit illam à potestate viri: quia cū in tali voto non excludatur matrimonio, est enim de eo adimplendo, soluto iam matrimonio, & cōstante matrimonio, non tollatur à viro potestas in uxoris voluntatem, consequenter manebit in viro ius tale votum irritandi.

23. Docet 2. non solū posse virum irritare vota tempore constantis matrimonij emissa, quæ cadunt

in materiam consilij & supererogationis, vt vota de ieiunando, orando, & similibus; sed etiam quæ cadunt in materiam præceptam & necessariam, vt de non mentiendo, non blasphemando, de sacro suo tempore audiendo: quia licet horum materia naturali, vel Ecclesiæ præcepto, independenter à voto, videntem obliget, quatenus tamen ea vi voti nouâ obligatione videntem astrinxunt, possunt à viro irritari, irritato actu quo vir ad ea seruanda novo titulo se astrinxit. Nec solū ea irritari possunt emissa, animo illa adimplendi constante matrimonio, sed etiam soluto, ita vt matrimonio soluto ea adimplere non teneatur. Quia cū non irritentur per irritationem actus, cumq; actus semel irritatus amplius non obliget, etiam si emissa sint animo illa adimplendi soluto matrimonio, adhuc eo soluto, non obligabunt. Ita Sanch. n. 16. Docet 3. posse virū irritare vota uxoris ante matrimonio nuncupata, præter vota de materia necessariâ, & cōstantie ablolutas. Ita Sanch. à nn. 23. quia licet actus, quo, mulier ante matrimonio, votum emisit, vt præteritus, & Deo iam consecratus, non sit subiectus viro, est tamen illi subiecta materia promissa: sc. potest vir pro quoquis tempore uxorem occupare, ac proinde subtrahere illi materiam promissam, quā subtracta, cessat votum defectu materiae. Votum verò absolutæ castitatis, includit abstinenciam veriusque actus, & petendi, & reddendi: prius irritatione non egit, cū tollatur strictiori vinculo matrimonio, superuenientis: 2. cū non sit subiectus viro, neque secundum se, vt portè elicitus tempore, quo non erat subiectus viro; neque quoad materiam, cū nullum ius habeat vir in uxorem quoad actus petendi, quippe quem nec prohibere, nec præcipere potest nequit tale votum irritare, aut suspenderere: Nec illud est subiectum viro ratione actus eliciti tempore, quo videntem non subiectebatur viro: nec ratione materiae, cū illa non subiectetur viro: quippe qui nequit ab uxore subtrahere materiam naturali, aut positivo iure præceptam, vt saltem ratione subtractionis materiae, maneat à voto excepta:

4. Docet disp. 41. ea vota, quæ vir, aut tempore præcedentis matrimonij, sub alio viro, aut impubes sub patriâ potestate emisit, posse à subsequenti viro irritari: quia posterior vir non solū succedit in locū prioris mariti, sed etiam patris, aut tutoris: proinde quæcunque vota, quæ illi poterant irritare, poterit & hic. Vnde si mulier post consummatum 1. matrimonio, emisit votum religionis, poterit à subsequenti viro irritari, esto peccauerit mulier, 2. matrimonio, in eundo: haud tamen illud irritare poterit, si emissum fuerit ante consummatum 1. matrimonio, quia in illud nullum habet ius. Nec solū vota personalis, quæ vir sub patriâ potestate existens ante pubertatem, sed etiam realia, quæ minor 25. annis sine licentiâ parentis, aut tutoris emisit, possunt à marito irritari, modò hæc aut illa non fuerint in debitâ etate à videntem ratificata. Ratio: vir succedit in eandem potestatem: ergo si illi poterant irritare, poterit & ipse: doctrinam extendit ad quæcunque superiorē succedentem in locū & potestatē præcedentis.

Docet 5. cit. disp. 39. n. 41. & 42. vota ab adultero nuncupata tempore diuortij, facta reconciliacione, irritari posse ab innocentia, non fecus ac si ea nuncupata fuissent, integro & illizo matrimonio, contraria, nuncupata ab innocentia, censenda esse, ac si facta fuissent ante initum matrimonij. Probat 1. cū diuortium fiat in favorem innocentis, & dependenter à voluntate ipsius, quamdiu ipse noluerit adulterum in pristinam amicitiam restituere, nullum ex tali diuortio potest innocentem præiudicium fieri; ac proinde omnia vota tempore diuortij à coniuge adul-

24.
Dores 3?
Prob. pr.
mm.

Secondum.

25.
Dores 4.

26.

Prob. pr.
mm.

278 Disp. XXVII. De potest. quam coniuges hab. votandi atq; irritandi sibi vota.

Secundum.

27.
Docet 6.

Probat pri-
mum.

Secundum.

Tertium.

28.
Docet 7.

29.
Quae irri-
tantur ra-
tione mate-
ria defini-
gunt.

30.

adulteria facta, poterunt à viro innocentie irritari, ac si facta fuissent integro ille quoq; matrem. Probat 2. innocens, ratione diuortij, eximitur à potestate conjugis adulteri, sitq; sui iuris: proinde vota ab eo emissa post reparationem, censentur, ac si facta fuissent ante initum matrem. Vnde sicut vota perfectæ continentiae, religionis, & rerum necessiarum, ne imperfectæ quidem possunt à coniuge irritari: ita nec ea ab innocentie facta, poterunt post reconciliationem ab adultero irritari. Docet 6. disp. 42. non posse vxorem irritare omnia vota viri, sed ea dumtaxat, quæ sibi præjudicant, quoad moderatam debiti coniugalis redditionem, & mutuā vitæ consuetudinem, etiam si ea emissa sint cum consensu vxoris. 1. probat: non eandem potestatem vi matrem, accipit vir in voluntatem viri, quæ vir in voluntatem vxoris cùm vir accipiat potestatem capit, & ius regendi vxoris voluntate quoad omnes ipsius actus. 2. constat: quoad hoc vir, & vxor sunt pares, cap. gaudemus, de diuortiis, 1. Corinb. 7. ergo si potest vir vxoris, vota sibi præjudicantia irritare, poterit & vxor viri vota. Quæcunque igitur sive directe, sive indirecte huic iuri præjudicant, potest vxor irritare. Probat 3. adhuc vxor manet perfecta domina materiæ promissæ, etiam si in eam consensum deridit. Infert, non posse vxorem irritare vota viri circa rei domesticæ administrationem: quia administratio rei domesticæ est penes virum: neque ieiunia, vel corporis afflictiones, nisi solùm quoad excessum, quatenus præjudicant moderatæ coniugalis debiti redditioni: neque vota facta à viro adimplenda tempore soluti matrem, vel ante consummatum matrem animo ad religionem transcurdi: quia hæc non præjudicant debito coniugali. Docet 7. quæ vota vir possit irritare perfectæ, ita ut semel irritata non reuiuscant, quæ verò tantum suspendere. Notat, posse votum irritari, vel directe, vinculum immediate soluendo, vel indirecte, removendo tantum materiam, quâ remota, cessat votum defectu rei promissæ. Ea autem vota, quæ à superiori irritantur ratione potestatis & dominij, quod in actus vocationis habet, semel irritata, nunquam reuiuscunt: quia ut à radice in fieri & conseruari pendat à consensu superioris, cui subiiciuntur: ergo eo revocato, extinguuntur. Si autem materia sit plenæ subiecta superioris potestati, ita ut nulli alii sit voto, aut promissione deuincta: & tunc votum de tali materiâ irritatum, nunquam reuiuscit. Nam sicut se habet totalis potestas superioris ad omnes subditi actus dirigendos; ita partialis potestas eiusdem ad aliquos subditi actus regulandos: ergo sicut propter totale dominium Superioris in omnes subditi actus, potest superior omnia eius vota irritare: ita propter partiale dominium eiusdem in aliquos aëtus subditi, poterit aliqua subditi vota irritare. Confir. sicut illa tacitam habent conditionem, ut non valeant, contradicente superiore: ita eandem tacitam conditionem habent emissa circa determinatam materiam superiori subiectam. Si verò il a nō sit superioris potestati perfectæ subiecta, sc. quia fuit ante à per votum Deo olearata, in quam Deus ius acquisivit: tunc quia nec materia perfectæ subiaceat, neque actus, quo talis materia fuit Deo obligata, cùm ille iam præterierit, & ad præteritum non sit potentia, non poterit tale votum perfectæ irritari, sed tantum suspendi, ut solùm durante potestate superioris, subditus ab impletione voti excusat, defecit. Quæ materia sibi ad tempus à superiori subtracta: cessante verò superioris potestate, vel prohibitione, tenetur subditus votum adimplere.

Deducit 1. omnia vota constante matrem, ab vxo-

re pro tunc adimplenda emissa, à viro irritata, nunquam reuiiscere: quippe quæ & quoad actum, & quo id materiam sint viro perfectæ subiecta, & in statu subiectiois emissa. 2. vota castitatis constante matrem, ab uxore nuncupatu: nam licet hoc non sit viro subiectu ratione materiæ, cùm non habeat vir potestatem prohibendi, aut præcipiendi uxori actu perendi: est tamen subiectum ratione actus, quo illud uxor votet, quod ad perfectam irritationem sufficit. 3. vota ab uxore emissa adimplenda tempore soluti matrem. etiam si votum castitatis, aut religionis, à viro constante matrem, irritata, nō amplius reuiiscere: eo quod irritata sint ratione perfecti dominij, vel in voluntate vocationis, vel in materia votum: siquidem alterutru dominiū per ipsum sufficit ad perfectam irritationem. 4. vota ante matrem, ab uxore facta, & à viro constante matrem, irritata, soluto matrem. reuiiscere: quia cùm ea nec ratione aëtus, quo fuerunt emissa; nec ratione materiæ sint viro simpliciter subiecta, nequeunt ab ipso irritari, sed tantum suspendi, ut non tenetur ea constante matrem. vel defectu materiæ, sibi à viro subtracta, vel ratione prohibitionis, seruare: cessante autem viri potestate, per solutionem matrem, aut prohibitionem, teneri ea seruare. 5. infert disp. 42. omnia uxoris vota, quæ poterat, aut præcedens maritus, aut pater vel tutor perfectæ irritare, à subsequenti viro irritata, nunquam reuiiscere: eo quod subsequens vir succedit in omnem potestatem, quam aut præcedens vir, aut parentis vel tutor in talem feminam habebat: ergo sicut illi poterant ea perfectæ irritare, ita & subsequens vir. 6. etiam si hæc vota, sive personalia ante pubertatem, sive realia ante 25. annū sine patris aut tutoris licentiâ facta sint à viro tempore pubertatis, aut majoritatis irritata, non reuiiscere, etiam si à vidente tempore matrem, sint ratificata: quia tunc & vt presentia, ratione nouæ ratificationis, sunt perfectæ subiecta viro, adeoque ab eo perfectæ irritabilia; & vt præterita, ratione imperfectæ deliberationis, quæ fuerunt emissa, possunt à viro, in potestatem præcedentium superiorum succedente, perfectæ irritari. 7. si uxor orbata parentibus, vel tute, aliquo reali voto se astrinxit, posse tale votum à viro irritari, si ad legitimam ætatem nondum peruenit: secus, si ad illam peruenit; aut votum fuit personale & illud emisit tempore pubertatis: quia tunc illud emisit sibi iuris facta per puberem ætatem, in quæ vota neque tutor ipse, in eius vicem succedit vir, ius habet. 8. si feminam impubis validè nubat, malitia ætatem supplente, & religionem vocationis ante consummatum matrem, tale votum posse à viro perfectæ irritari, non secus ac poterat pater, in cuius locu vir succedit. Quin etiam si illud pubes facta, ratificet post consummatum matrem, quod tamen non posset pater: nam eadem ratio est huius, ac illius voti, quo post consummatum matrem, de religione emittit, quod posse à viro perfectæ irritari, suprà probauit. 9. infert disp. 42. omnia vota emissa à viro, adimplenda tempore matrem. si præjudicent debito coniugali, perfectæ irritari posse ab uxore: non autem quæ emissa sunt, adimplenda tempore soluti matrem. Quia ad perfectam irritationem sufficit potestas in materiam. Vxor verò non habet potestatem nisi ea mariti vota irritandi, quæ sibi præjudicant quoad debitum coniugale: at vota à viro emissa adimplenda tempore soluti matrem, non præjudicant uxori, quoad debitum coniugale. Hæc Sancit. quæ non vacat ad examen scholast. adducere. Iuxta nostra principia, ea sola vota uxoris à viro, & viri ab uxore irritari possunt, quæ ratione materiæ præjudicant, aut debito coniugali, aut mutuæ cohabitationi, & domestico familiæ regimini: eaque tantum

tantum suspendere tempore constantis matrim. quo soluto, statim reuiuscunt: eo quod non fuerint irritata ratione actus directe, sed indirecte ratione materie, quatenus haec subiecta viro, potuit ab eo subtrahi: quia subiecta, defectu materie, cessavit pro tunc votum obligare. Cum igitur soluto matrimonio, cesseret potestas viri in materiam promissam, incepit votum obligare, quod constante matrimonio, per subtractionem materie non fuit extinktum, sed suspensum. Nisi forte talia vota emissa sint, expresso animo ea tantum seruandi tempore matrimonio. quia tunc eo soluto, non obligant ex intentione votantis. Cetera autem vota nec a viro emissa ab uxore; nec ab uxore facta, a viro, ne imperfectione quidem irritari possunt: cum nec ratione materie, supponitur. illa alteri coniugi non praedicaretur; nec ratione actus, cum in nostrâ sent. neuter coniux vi matrimonio potestatem acquirat in voluntatem alterius subiaceant alteri. Ex his infero, neutrum coniugem irritare posse alterius votum de debito non petendo, de religione ingredienda post solutum, vel diuortio separatum matrimonio. cum haec vota nequeant irritari, nec ratione materie, quae irritanti non subiaceant, nec ratione actus, in quem potestatem non habet.

An vir validè possit irritare vota ab uxore impubere emissa? Si post matrimonium validè contractu, maliitia etatem supplente, emissa sunt; omnino cœleto, ea a viro irritari posse: cum hic succedat in locum patris, vel tutoris. Contraria verba, si ea sint ratificatae tempore pubertatis, siue ante, siue post matrimonium, & debito coniugali non praedicant; nam si praedicant, ratione materie subiiciuntur viro: existimo tamen, ea soluto matrimonio, reuulsu cere, sicut cetera emissa constante matrimonio. etiam quæ debito coniugali praedicant, nisi emissa sint animo ea seruandi solùm tempore matrimonio. Vnde si vir votum absolutæ continentur ante matrimonium, emisit, illud tenetur quoad utrumque actum, cum primum licite potuerit, seruare, siue soluto matrimonio, per mortem coniugis, siue per diuortium separato.

An vota ante pubertatem facta, & nunquam ratificata, possint a viro irritari, posito quod ratione materie matrimonio non praedicant? Ratio dubia: vir non aliam potestatem in uxore accipit, quam illi matrimonio natura concedit: at non alia viro cœredit, quam in ordine ad actum coniugii ergo quæcumque huic non praedicant, non possunt a viro irritari. Confir. vi presentis matrimonio. vir non succedit in potestatem, quam pater in filiam habebat tempore impubertatis, quando ea vota fecit, cum ad ea non se extendat præsens matrimonio. Dico, posse. Quia cum haec vota sint emissa tempore, quo defectu etatis non fuerunt rata, adhuc manent naturali, & positivo iure suspensa, ac dependentia a consensu alicuius superioris, quippe quæ sub hac tacita conditione fuerunt emissa, nisi superior contradixerit.

Ad rationem dub. Resp. virum cum ipsa maritali potestate, simul accipere potestatem patriam: cum neque natura, neque iura permittant, ut mulier soluta patriæ potestate sub nullius alterius potestatem succedat, quæ valeat haec imperfecta vota irritare. Ad confir. vir in patriâ potestatem succedens, succedit ad ius irritandi ea vota, quæ patet poterat.

Infertur, posse prælatum omnia vora religiosi perfectè irritare, ut nunquam reuiuscant, præter votum transuendi ad strictiorem religionem. Religiosus n. ratione voti obedientiæ, suam voluntate perfectè subiicit prælati vices Dei gerenti; proinde non solùm materiam, sed actus ipsos liberos illi subiicit. Uxor autem eam duotaxat potestatem vi matrimonij viro tribuit, quæ necessaria est ad debitu coniugale, & domesticâ familiæ gubernationem,

*32.
Corollar.*

*33.
Solum diu-
bitione super-
visum*

*34.
Lateritius
albus ani-
mum velli-
tor.*

*Probabiliter
discendum;*

DISPUTATIO XXVIII.

De diuortio.

NON eo sensu de diuortio, quod teste *Paulo I. 17. R. l. 2. ff. de diuortiis, à diversitate mentium Triplex est, quia in diversas partes enit, qui distracta sunt matrimonio. hic disputo, quo ciuiles leges, quatenus matrimonij vinculi dissolutionem importat, & cum repudio olim in Mosaicâ lege permisso, recurrat; in hâc n. significatione disp. 1. sed in sensu, quo sacri canones de illo agunt, prout solius thori & cohabitationis separationem importat. Solet diuortium fieri, propter adulterium: propter alia erranda: ob vii scœvitiam. Tractant de diuortio sacri Canones toto ist. de diuortiis, can. Omnes causationes 32. q. 7. & alibi: vbi simul decernunt, diuortio matrimonij vinculum non dissolui, etiam si alter fidelium coniugum vel labatur in heresim, vel transcat ad gentilitatis errorem: immo nec si coniux infidelis legitimam repudiauit uxorem, aliam, repudiata viuente, habere poterit: cum hoc veritas Euang. reprobat. Vnde ad fidem conuersus tenebitur repudiata accipere, nisi illa in suâ infidelitate persistens, nolit cum fidelis, aut non sine creatoris contumeliam cohabitare, ita *Innocent. III. cap. quarto, cap. gaudemus, de diuortio.**

SECTIO PRIMA.

An non tantum adulterium, sed reliqui omnes actus impudici cum aliena dent sufficientem causam diuortij?

DE vero & consummato adulterio, docuit Christus *Matth. 5. & 19. habetur cap. significatio Dubium est, cap. ex litter. & cap. gaudemus, de diuortio.* An etiam per tactus impudicos, adulterium inchoatum, copulam sodomitacum, & brutalem, poena adulteris statutæ incurvantur? Sunt haec, *præter separationem à thoro, & cohabitatione, priuatio dotis & dotalitij ex parte adulteriæ, quæ viro accrescant, cap. plerumque de donatione inter vir. & uxor. & ex parte adulteriæ priuatio donationis propter nuptias, quæ accrescit uxori impositum.* Leges ciuiles, præter has poenas, adulteram mulierum ababant poenâ capitilis *I. vxor c. de repudio:* & iuxta nouam legem regni Castellæ, impunè potest adultera virorū simul cum adultero in flagranti crimine deprehensi, propriâ autoritate à viro interfici, vt refert *Sanch. lib. 10. disp. 8. n. 32. Iuxta leges autem Cæsaræ, nunquam licuit viro, uxori adulteram occidere, sed nec adulterum, nisi esset vilis & infamis conditionis.* Nota, tam virum, quam uxorem, & equale habere ius diuorcium celebrandi, & cibilliter accusandi, non autem criminaliter: in hoc n. soli viro contra virorum ius conceditur, non autem uxori contra virum, vt statuit lex *I. c. ad leg. Julianam de adulterio.* Publico iudicio non habere mulieres adulterij accusationem, quamvis de matrimonio suo violato queri velint, lex *Iulia declarat.* Quæ cum masculi iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem feminis privilegium detulit. Approbat *Graian.* in can. apud misericord. 32. q. 1.

Quoad tactus impudicos, multi vniuersitatem iuris DD. apud Sanch. lib. 10. diff. 4. n. 11. affirmant. Pro- De tactibus impudicis affirmant, tales actus maximam irrogant injuriam vi- fo, &

Trobari p.
t. & officia
c. ds.

Negant ve
ritatem.

4.
Fundam.
unicum.

Iuxta in do-
ctrinā En-
g. funda-
ta.

5.
Corollar.

6.
Ad primum
i. sent.

ro, & sapè maiorem, quād adulterium ipsum, vt exerciti coram aliis: igitur sufficientem præbent viro causam ab vxore diuertendi. 2. Inter causas iusti diuortij lex consensu c. de repud. hanc assignat: si vxor suum viuum infexerit cum impudiciū mulieribus ceterū inueniēt. 3. Feudatarius amittit feudum, si cum domini vi uxore turpiter luserit, vt decernitur lib. 1. feud. tūt. quib. modū fēud. perd. 4. Per huiusmodi tactus impudicos violatur fides coniugalis, quod est potissimum fundam. diuortium celebrandi. Nam coniuges vi matrim. non solum sibi fidem promittunt de noti adulterando, sed de nullo actu libidinoso cum aliis exercendo. 5. Qui prohibet actū, prohibet media proximè ad actum disponentia: sed tactus impudici ad adulterū proximè disponunt: ergo simuli prohibitur cura illo. Negat Sotis in 4. diff. 36. q. vn. ar. 1. §. Vtrum, Conver. 4. decret. p. 2. cap. 7. §. 6. n. 3. P. lat. in 4. diff. 27. diff. 3. §. sed nunquid, Sanch. cit. n. 12. Corink. diff. 35. dub. 1. concl. 5. Ponit. lib. 9. cap. 16. fine: Hur. ad. diff. 11. de matr. diff. 2. & alij. Notat Conarr. talem foemina amittere legatum sub conditione sibi relictum, si pudicè & honestè vixerit. Quæ sent. vti communior, ita verior. Fundam. poenæ non incurvantur, nisi per actum consummatum: at poenæ diuortij sunt impositæ ob solam fornicationem: ergo non sunt extendendæ ad oscula & amplexus, nisi quatenus ex iis potest vehemens coniectura duci ad adulterium præsumendum: quæ tamen sine aliis indicis non sunt sufficientes ad illud præsumendum. Item idē has poenæ incurre adulteros, quia per adulterū dividunt carnem suam cum aliis. Ex qua ratione cōstat, neque has poenæ incurre, qui adulterū solum inchoauit, & nō cōsummatuit, desistendo à seminatione intra vas, quia caro non dividitur, nisi per mixtionem seminū. Ex his infertur, ius diuertendi ab adultero, esse naturale, licet poenæ additæ, quoad dotis, & donationis propter nuptias amissionē sint à iure positivo. Naturale quippe est, non seruare fidem eandem frangenti: sed cōiuges vi matrim. sibi fidem spondent inviolatū seruandi thorū. Sequitur, etiam inter infideles celebrari posse diuortium; nam etiam infideles lex naturalis obligat: quin etiam ad fidem conuersos, posse propter adulterium in infidelitate commissum, diuortium celebrare: nam licet per Baptismum cum reliquis peccatis deleatur adulterium, quā offensa Dei est, & animi macula, non tamen quā mariti iniuria est: sicut nec remittitur quævis alia iniuria contra alias personas facta. Fraterē sequitur, vt adulter priuetur iure petendi, & cōsequenter innocens eximatur à debito reddendi non esse necessariam iudicis sententiam: esse autem necessariam ad reliquas poenæ lege taxatas iucundendas. Ratio: primum naturali iure sequitur ex ipsā violatione fidei coniugalis. Qui n. contrahendo matrim. fidem promittit, sub hac tacitā conditione illam promittit, si alter suam seruauerit; cui non seruanti, licitum erit alteri, vbi de violata fide certus fuerit, suam vicissim non seruare: secundum, cūm per se non sequatur ex violatione fidei coniugalis, quippe quæ non potius hanc quām aliam poenam de se meretur; sed ex purā lege positivā, vt incurritur, iudicis requirit sententiam.

Quoad 1. primæ; non quæcumque iniuria irrogata viro, est sufficiens ad poenam diuortij subeundam, sed quæ iudicio Ecclesiæ iudicatur substantialiter læsiua fidei coniug. Ceterū per accidens est, quod per oscula & amplexus publicos magis lædatur fama viri, quām per adulterium occultum: leges n. in poenis taxandis semper attendunt ad id, quod perse contingere solet. Ad 2. dici potest

1. quod esto iuxta leges ciuiles diuortij pœna incurritur, quippe quæ faciliores sunt ad diuortium concequendum: negandum tamen est, eas incurri iuxta leges Eccles. quibus in causis matrim. potius standum est: 2. ea lex explicari potest de adulterio præsumpto: presumitur n. adulter, qui cum impudicis mulieribus frequenter conuersatur. Ad 3. in poenis incurrendis efficax argum. non ducitur à paritate. Sicut n. poenæ solā voluntate principis taxantur, ita non licet, poenam pro uno delicto taxatam, absque principis voluntate, ad alia delicta extendere, contra axioma, poenas non incurri, nisi Axiom. iure expressas. Vnde sicut alia sunt, propter quæ amittitur feudum, quæ tamen non licet extendere ad diuortium celebrandum: ita nēque hoc. Ad 4. non quæcumque fidei coniug. violatio sufficientem præbet causam diuortio, sed quæ matrim. substantialiter lædit, quæ est thori violatio: Ad 5. etiā non desint DD. qui dicant, statutum puniens in termeno, punire etiam in viâ, vt ex Baldo refert Sanch. cit. n. 11. probabiliter tamen est oppositum, vt idem cum Dic. n. 12. Dicendum igitur est, oscula & amplexus solū diuortij poena puniri, quando sunt cum adulterio coniuncti: secus, adulterio quācumque ex causā non fecuto, esto eo animo adhibita fuerint.

Quoad copulam sodomitac, & brutalem, negat Glossa in can. Omnes causationes, 32. q. 7. verb. fodo- Duplex fusi- mita; quam sequitur Abulens. cap. 5. in Matth. q. 233. dam. hum. & alij apud Sanch. Inclinat Ponti. lib. 9. cap. 16. n. 5. qui sent. tamen addit, id verius speculatiuē, in praxi sequendam oppositam ob communem authorit. Fundam: 1. Canones in doctrinā Christi fundati solum adulterium diuortij pœnā damnant. At nec sodomia, nec bestialitas, est adulterium, vt Gaiet. 2. 2, q. 154. ar. 12. ad 1. dub. concubitus contra naturam cum alienā vxore, vel consanguineā, non est propriè adulterium, nec propriè incestus. Quia omnes species luxuriae naturalis important deformitatem in concubitu naturali, sicut simum curvitatem in naso. Vnde infert, ex eiusmodi copulā non contrahi affinitatem, nec poenias adulteris & incestuosis statutas. 2. vi matrimonij coniuges solum sibi obligant vasa ad generationem ordinata: sodomira autem nullam iniuriam infert generationis vasi, vi matrim. coniugi obligato. Affirmat S. Tho. in 4. diff. 35. q. vn. ar. 1. ad 4. & reliqui Scholast. Abulens. retractat sent. in Tenenda cōf. cap. 19. Matth. q. 65. ad 3. q. 66. 68. & 70. Nec solum intellige de sodomiā activa viri, sive cum viro, sive cum foemina, sed etiam foemina cum foeminā, si vna in aliam seminet; secus, si in aliam non seminet; & de sodomiā passiuā, tā viri, quām vxoris patientis ab alio viro, non à suo. Ita est. can. Omnes causationes 32. q. 7. ex Hieron. in quo inter causas, propter quas dicitur vir ab vxore derelictus, resensetur sodomia. Ratio: per omnes hos concubitus coniuges carnem suam dividunt cum aliis, vel per seminis in aliam infusionem, vel seminis ab alio receptionem. Ex quo patet, sodomiam cum propriā vxore non præbere causam perpetuam diuortio, sed ad tempus, donec vir corrigatur. Quia cum propriā vxore carnem suam non dividit cum alienā, sed solum abutitur vase ad aliū finem à naturā destinato, ac sibi vi matrim. non obligato. Hinc infertur contra Abulens. & alios, mollitatem non esse causam sufficientem diuortij: quia per illam mollis carnem suam non dividit cum aliā. Esto per hanc vir iniuriam inferat vxori, prodigando semen, illi ex iustitiā debitum; & proli, illam in ipsā radice necando, ne concipi possit.

An copulam habens cum foemina mortuā pœnas diuortij incurrat? Negat Sanch. diff. 14. n. 14. cūm non sit propriè fornicatio, sed instar concubitus cum

com statua mulieris: unde nec est diuifio carnis cum alia, quia mortua non est talis mixtionis capax. Idem, iuxta hanc sent. dicendum erit de copula habita cum demone formam mulieris assumente: secus, de copula vxoris cum demone in cubo: nam hic interuenit propria carnis diuifio per mixtionem seminis viri, a quo incubus semen desuperat, & mulieris tale seme intra se recipietur.

Aliud.

Quodnam grauius sit, viri et uxoris adulterium Resp. uxoris, cum propter incertitudinem proli, que nata a foemina a suo, & alieno viro cognita, ignoratur, cuius parentis sit, ad quem cura proli proprietas: cum propter maiorem infamiam, quae infert adulterium uxoris viro, quam adulterium

Ad fundam.
virumque.

viri vxori. Ad 1. fundam. oppositæ, respondent communiter, nomine fornicationis intelligi omnem illicitum concubitum, per quem coniux suam carnem diuidit cum alijs. Ceterum nulla sit sodomitici, & brutalis cōcubitus expressa mentio, ut S. Th. propter vitij abominationem: qui rarius accidit; & proli incertitudinem non causat. Ad 2. non solum coniuges mutuâ fide sibi generatio, nisi vasa obligat, sed ipsa etiam semina, quæ sunt generationis proxima materia, ne ea cum diuisione carnis coniugalis in alios transfundantur.

S E C T I O N I I.

Quæ causæ excusat, ne propter adulterium diuortium celebretur?

10.
Triplex causa
excusat.

A Diuortio celebrando excusat, 1. si uterque coniux sit adulteri particeps, vel quia uterque illud committit, vel quia unus consentit in adulterium alterius. 2. si adulterium mortali culpa vacet. 3. si innocens adulterium condonet. Prima habetur c. significasti, de diuortiis c. Intelleximus, c. finali, de adulteriis, c. Discretiōem, de eo qui cognovit consanguini. in prioribus de utroque coniuge adulterante, in postremo de cōsentiente in adulterium alterius. Fundam. Paria delicta mutuâ compensatione dissoluntur, 1. Viro atque uxori ff. soluto matr. notatis cap. de adulter. & quippe est, ut qui eiusdem criminis est particeps, nequeat alterum de eodem crimen actuare. Nihil enim iniquius, ait August. relatus can. 1. 32. q. 6. quam fornicationis causa dimittere uxorem, si & ipse convincitur fornicari: occurrit enim illud: In quo alterum iudicas, temeripsum condemnas.

Fundam.
prima utroq;
sive recepti.

Secunda prescribitur can. cum bellicam 34. q. 1. desumpto ex Leo. Papâ ad Nicet. Aquilein. Episcop. qui mulieres ab adulterio excusat, eo quod ignorantates mortem suorum virorum, alijs maritum sunt copulatae; præcipit utque, ut his relictis ad suos redeant. Idem l. vxor c. de repud. non videatur nupicias iniisse furtivas, nec dicitur amissionem sustinere, nec capitali pena esse obnoxiam, que post tam magni temporis (nempe quadrienni) iugitatem non temere, nec clanculo, sed publicâ contestatione deposita, nupissime firmatur. Ratio: ubi vacat culpa, cessat pena, ob culpam imposita. Secus foret, si vel dubia de coniugis morte, nullâ adhibita diligentia, ad 2. nuptias contulasset: vel de vita prioris certior facta debitum petiisset, aut redidisset secundo viro. In neutro quippe casu posset ab adulterio excusari. Hinc infertur, non posse coniugem, quæ credens virum mortuum, fornicata est, a viro diuortij penam multatari: nam hæc requirit adulterium, quod ignorantia viventis viri non excusat. Quid si adulterium committat cum viro vxorato? Resp. adhuc à proprio

viro dimitti non posse, quippe cui nulla facta est iniuria, sed tantum vxori viri secum adulterantis: nam & ignorantia adulterium excusat contra proprium virum; & cum alio commissum, nullam iniuriā infert proprio. Idem dicendum foret si vxor infidelis per repudium dimissa, aliud iniuisset matrem, non posse postea ipsius virum ad fidem conuersum, cum ea diuortium celebrare: quia ignorantia, qua creditur, per repudium dissolui matrem, ab adulterio excusat. Imò, vt benè Sanch. n. 8. neque si vxor infidelis repudiata, adulterium commissum ente initum 2. matrem, posset cum ea diuortium celebrari, excusante ignorantia, quæ putabat, per repudium cum repudiante solutum esse matrem.

Tertia decernitur l. si maritus & si negaverint ff. ad leg. Iuli. de Fortiis, inquit Vlpia. dicitur, eum, qui se negaverit alterum, postea non audiendum, intellige contra adulterum. Quia culpa semel condonata, & condonatione à reo acceptata, non habet amplius offensus ius de tali culpa reum accusandi: eo quod hoc iure se abdicavit per offendit condonationem. Ex quo infero t. adhoc non sufficere internam condonationem, sed necessariam esse externam, quæ eo ipso censemur à reo acceptari. Quod si eam acceptare nolit, potest innocens illum accusare. Potest autem hæc condonatio fieri expresse, vel tacite, adulterum à coniugali consortio non excludendo. 2. contra aliquos apud Sanch. disp. 6. n. 7. condonante semel innocentem adulterium nocenti, non potest postea si innocens in adulterium labatur, se tueri exceptione adulterij sui coniugis iam remitti; sed potest contra hunc priorem coniugem diuortium celebrare. Omitto quartam casum, quæ coninges mutuo consensa, continentia seruandæ, aut religionis profundæ causa, diuortium faciunt: cum hic tantum disputem de diuortio celebrando causa criminis.

Dubitatur 1. An, ne vxor dimitti possit requiratur, vt renitens à viro prostituitur? Affirmant Dubium 1.
Richar. in 4. dispt. 35. art. 2. q. 1. & Asten. apud Sanch. quod si 1. casu.
disp. 5. n. 4. secuti gloss. in cap. discretio. de eo qui
cognovit consang. Quoniam in ijs, quæ sine peccato
committi non possunt, mandatum non obligat. Vnde particulam præsertim, quam Pontifex
ibi addit, explicant, vt idem sonet, quod tantum.

Negant longè verius relqui: sic ostendo: Né possit vxor propter adulterium, à viro dimitti, sufficit, ut uterque sit adulteri particeps: at hoc casu uterque coniux est adulteri particeps, vir uxorem prostituendo, vxor adulterium commitendo: igitur delictum viuis compensatur delicto alterius. Fundam. glossa solùm procedit in casu, quo nequit vxor innocens à viro dimitti, non autem quando nequit dimitti propter adulterium ab utroque participatum. Concedo igitur, mandatum in ijs, quæ sine peccato fieri non possunt, mandatarium non obligare; ac proinde peccare coniugem à viro prostitutam, adulteriu committendo; & consequenter ratione commissum adulterij, posse à viro, cui tali casu non debebat obedire, diuortio separari: at alio titulo separari non posse, quia uterque est adulteri particeps.

Confir. Vxor à viro prostituta adulteriu committens, nullam infert iniuriam viro: nequit igitur illam diuortio punire, cum ipsa prostitutio sit adulterij condonatio. Falsò etiam explicat particularam præsertim pro tantum: sensus quippe particulari implicatius, ut cum Euerardo rotat Sanch. lib. 2. disp. 39. nu. 6. & lib. 10. disp. cit. nu. 4. elit,

14.
Addendum.

est, certum afferentia uno, in quo fortius malitat' ratio, & simul denotare, idem esse in contrario magis dubio. Addit Alphon. de Castro lib. 2. de potest. legis pœn. s. 4. paulo ante §. Vt igitur, & Paulac. in 4. dist. 27. disp. 3. 5. *Hastas*, non soldum si vir prostituat vxorem, sed si non prohibeat, cum possit sine graui suo damno, illam non posse, propter adulterium dimittere. Idque tantum de viro, non autem de uxore affirmat Castro: cum superioris, non inferioris sit, imperare ac prohibere. Quo fit, vt taciturnitas in uxore, non sit signum consensus in adulterium viri, sicut taciturnitas viri in adulterium uxoris. Sed de hac diff. infra. Iudicem notant, non censi vitum authorem adulterij uxoris suæ, si aliud agens illi indirecè occasionem adulterandi præbet. Limitat tamen Castro, nisi necessarijs destituta, necessitate urgente adulterium committat. Sublimitant hoc ipsum alij, nisi ea intentione maritus uxori necessaria neget: alioqui, vt benè glossa in cap. Ex liter. de diuort. verb. compulsa, & Ulpia. l. Palam ff. de ritu nupt. Non est ignoscendum ei, qui obtemperat paupertatis tarpisimam viam elegit. Addunt alij apud Sancb. si uxor ob debitum coniugale sibi negatum adulterium committat, non posse à viro dimitti: idque, colligi contendunt ex can. si tu 27. qu. 2. si tu, inquit, abstines sine uxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam: & peccatum illius tua imputabitur abstinencia. At id verum tantum censeret Palam, quando eā intentione vir debitum negat. Ceterum glossa vocem licentiam, explicat occasionem.

15.
Dubitum 2.

2. An si coniux metu graui cadente inconstanter foemina adulterium committat, poenas diuortij incurrat? Negat Sylvest. verb. adulterium qu. 9. citans Panorm. & alij à Sancb. citatis dist. 5. nu. 14. Probant ex August. 1. de ciuita. cap. 19. relato can. proposito 32. q. 5. qui ab adulterio Lucretiam Romanam excusat, quod metu compulsa Tarquinio Regis filio, eam libidinosè inuadenti consenserit. 2. Leges ad adulterium dolum requirunt, l. penult. ff. ad leg. Iuli. de adultr. adulterium, inquit, sine dolo malo non committitur. At quod ex metu fit, dolo non sit.

Affirmant.

Affirmant longè probabilius Bonau. in 4. dist. 35. In expos. sex. nu. 1. Durand. q. 1. n. 6. Palud. qu. 1. art. 2. Suppl. Gabri. qu. vn. art. 2. post 1. concl. & alij quos refert, & sequitur Sancb. n. 16. Fundam. leges canon. quidquid sit de ciuibus, solam culpam requirunt ad incurrendas pœnas adulteris statutas, ex cap. plerumque, de donation. inter vir. & uxor. vbi Clemens III. nullâ mentione factâ de dolo, declarat, mulierem, quæ propriâ voluntate à viro recessit, nec ei potest reconciliata est, dotem vel dotalitium repeterenon posse. Neque August. Lucretiā Rom. cōfissimum in genium.

metu in actum libinosum cōsentientem. ab adulterio excusat: sed ita hanc diffic. in utramque partem versat, vt vel illam adulterio damnet, si suâ libidine illecta latente voluntate in actum consensit; ac proinde falsum esse illud de ea à tot scriptoribus decantatum elogium: Duo fuerunt, & adulterium unus admissit: vel immunem ab adulterio declarat, si violenter oppresa libidinosum actum declinare non potuit. Et quod se ipsam non adulterata occiderit, non fuit pudicitas, sed pudoris infirmitas: Puduit enim eam turpitudinis aliena in se commissa, etiam si non secum. Et Romana mulier laudis auida nimis verita est, ne putaretur, quod violenter est passa, cum viue-

ret, libenter passa, si viueret. Vnde, concludit, ad octulos hominum mentis sua testem illam pœnam adbibendam præsanit, quibus conscientiam demonstare non potuit. Sociam quippe facti se credi erubuit, si quod alius in ea fecerat turpiter, ferret ipsa passione.

3. An ad mutuam adulterij compensationem in utroque requiratur criminum paritas? potest Dubium 3. adulterij paritas deficere: 1. si adulterium unius sit liquidum, alterius dubium 2. si unius sit occultum, alterius publicum. 3. si adulterium unius ex obiecto sit grauius, vel quia fuit simul incestus, sacrilegium, sodomia, bestialitas; vel quia unius plura commisit adulteria. Quo ad 1. conueniunt omnes, non posse adulterium liquidum compensari dubio: sed posse adulterum dubium diuertere ad adultero certo. Hinc infertur, non esse compensationem adulterij consummata, cum inchoato. Quo ad 2. distingunt communiter cum S. Tho. in 4. dist. 35. q. vn. art. 3. Si agatur de sufficientia quoad pœnam priuatam negandi debitam coniugale, & quæ occultum ac publicum esse sufficiens: cum hæc sit pœna diuino ac naturali iure adultero debita, ex illo principio lumine naturæ noto. Frangenti fidem fides seruanda non est. Si vero agatur de sufficientia quoad diuortium & pœnam publicam, negant occultum equiparari publico: cum non debeant occulta delicta publicâ pœnam mulctari.

Quo ad 3. Alphon. de Castro lib. 2. de potest. legis pœn. cap. 4. ante §. Vt igitur, ad iustum delicti compensationem requirit criminum equalitatem, saltem in eodem genere, esto intra eandem speciem unum sit grauius altero. Vnde negat, posse sodomitam contra coniugem, qui naturale adulterium commisit, se tueri, exceptione adulterij; posse autem, qui naturale adulterium patravit contra sodomitam: quia crimen huius est enormius crimine alterius: nil autem refert ad effectum diuortij causandum, quod adulterium unius si cum soluta, alterius vero cū coniugata: cū hæc sint grauiora, vel minus grauia intræ eandem speciem adulterij. Fundam. ex citatio iuribus, quæ dicunt, vt delicta mutuâ compensatione deleantur, debere esse paria: ergo ea non debent genere differre. Oppositum probabilius docent Palud. in 4. dist. 35. q. 1. art. 2. casu 1. Suppl. Gabri. q. vn. 4. 2. post concl. 1. casu, & Palati. disp. vn. paulo post init. quos sequitur Sancb. l. 10. dist. 6. n. 5. Ratio; in hac delictorū compensatione non tam attendenda est grauitas criminum, quam iniuria, quæ matrimonio infertur: maior autem infertur per adulterium naturale, quam per sodomitum: quia illud duplex lœdit ius, & personæ & vas. per matrim. viro obligati; hoc tantum personæ. 2. Quodlibet adulterium est per se sufficiens causa diuortij: ergo potest unus, etiam si grauius, & plura commisit adulteria, se tueri exceptione adulterij contra adulterum, qui unum, vel minus graue commisit adulterium. Quia cum hæc sit pœna propter fidem coniugalem violatâ debita adultero, parum refert, quod alter semel, aut pluries, vel grauiori, aut minus graui peccato illam violauerit. Citata autem iura intellige, de paritate in ordine ad fidem coniugalem frangendam.

4. An valeat compensatio inter adulterum correctum, & non correctum. Affirmant aliqui apud Sancb. Dubium 4. disp. 7. quis pœnitentia abolescit adulterium solum coram Deo, non coram coniuge, cuius ius coniugale est lœsum, nec per pœnitentiam compensatum.

pensatum. Negant multò plures alij apud eundem. num. 3. tum quia vbi non est criminum paritas, non datur compensatio: ut inter adulterum emendarum & non emendatum, l. illud, ff. de peric. & comm. rei vendire; posterior mora nocet, & trahit ad se periculum: &c. de pænis; Pæna nouissima seruari oportet. Tum quia pœnitentia correctus restituit se in pristinum statum amicitias; proinde ut innocens potest ab adultero non corredo diuertere. Distinguit Sanch. si correctus alterum monuit, & monitus non sedem davit, posse ab eo diuertere: nam talis monitio vim habet reconciliationis. Nec refert, quod alter monitionem non accepter, quia tenetur illam acceptare. Vnde si post talem monitionem in adulterium labatur, ultima mora sibi nocet. Negat Pontius lib. 9. cap. 17. monitionem tali casu habere vim reconciliationis. Quod probabilius censeo: nam reconciliatio includit animum ex parte veriusque coniugis iniuriam sibi illatam condonandi. At ex eo quod moneps ex parte sua iniuriam sibi illatam condonet, non sequitur, quod vicissim monitus iniuriam ab altero sibi irrogatam remittat. Neque ad hoc tenetur: nam licet monitus teneatur à peccato desistere, haud tamen tenetur iniuriam sibi factam condonare: præsertim cum possit per hanc condonationem & reconciliationem sibi præjudicare, ut mox. Dico igitur, per correctionem unius non tolli ius excipiendi in altero, propter adulterium semel commissum, & nunquam condonatum. Nam quādiu non est debitā pœna compensatum, manet apud alterum ius vel illud compensandi cum pari delicto à se commisso, vel ab illo diuertendi, si innocens ipse sit; vel si suum lenocinium sit sibi ab altero condonatum. Quare si coniux correctus moneat alterum in adulterio persistentem, condonando illi patratum crimen, & monitus condonationem accepter, à corredo sibi oblatam, non tamen ipse vicissim condonet adulterium à coniuge corredo commissum, quod in aliquo casu licet fieri posse, infra ostendam, poterit condonatus à condonante diuertere, modò post condonationem sibi factam, adulterium non commiserit: non tamen contra condonans diuertere à condonato. Ratio: condonans nequit vti exceptione contra diuertentem, propter adulterium à se iam condonatum. Coniux vero condonatus habet ius diuertendi à coniuge condonante, propter patratum adulterium à se non condonatum. Igitur tali euentu poterit condonatus diuertere à condonante, non condonans à condonato: cum in condonato maneat ius contra condonantem, non in condonanto ius contra condonatum. Dices: sicut paria delictam mutua compensatione delentur: ita pares condonations mutuum divertendi ius extingunt. Concedo totum, quando est mutua condonatio, quæ in casu est ex parte unius tantum. Neque hoc ipso, quod unus alteri lenocinium condonat, tenetur & alter vicissim adulterium contra se commissum condonare: sicut non hoc ipso, quod unus creditorum debitum alteri remittit, tenetur vicissim & alter suum creditum condonare, præsertim si magis unius, quam alterius inter sit debitum remittere. Quod in nostro casu sic explicatur: si condonatus vicissim adulterium ab altero coniuge commissum condonaret, perderet ius, quod per condonationem sibi factam acquisivit, ingredien-

di religionem vel sacros Ordines suscipiendi. Nam mutua condonatione facta, neuter posset, nisi de licentia alterius, statum mutare. In alio etiam vir sibi præjudicaret, si condonato sibi adulterio, vicissim ipse adulterium vxori condonaret: quia facta mutua condonatione, tenetur vir debitum coniugi pœnenti reddere: quæ cum esset ab alio corrupta, eam cognoscendo bigamiam interpretationem contraherer, irregularitatem inducentem: proinde redderet se inhabilem ad sacros ordines suscipiendos.

Ad 1. secundæ: esto adulterium sit abolidum coram Deo, non est tamen abolidum coram coniuge, qui semper ius habet excipiendi coniugem correctum, propter adulterium contra se commissum. Ad 2. nego, per correctionem adulterum, se in pristinum statum amicitias cum coniuge restituisse: cum præter commissum adulterij correctionem, requiratur offensi coniugis condonatio. Ad fundam. Sanch. constat ex dictis.

S E C T I O III.

Quid iuris acquirat innocens contra adulterum ad diuortium celebrandum?

A Cquirit 1. ius negandi illi debitum coniuge: nam hoc minimum probat lex de divisione vxoris, fornicationis causa à Christo lata. Matb. 19. 2. ius dimittendi quoad habitationem, & accusandi adulterum, accusatione ciuili apud iudicem Eccles. de diuortio celebrando & de dote, vel donatione propter nuptias lucranda. Quod ius æquè viro aduersus vxorem, atque vxori aduersus virum competit: quippe qui in hoc ad paria iudicantur cap. gaudemus, de diuor. idque August. lib. 1. de adult. coniugis colligit ex 1. Corintb. 7. Si vxor à viro discesserit, manere innuptam aut viro suo reconciliari: Neque enim præcepisset, si à viro discesserit innuptam manere mulierem, nisi eam, cui discedere licuisset, illa una videlicet causa, qua ibi proprieà tacita est, quia necessaria est, hoc est fornicationis. et sius accusandi criminaliter adulterū cōcedatur soli viro aduersus vxore, l. 1. c. ad leg. Iuli. de adult. & 32. q. 1. can. apud miseric. Ex quo sequitur, quoad pœnam criminalē non compensari coniugum adulteria, sed posse tutę conscientię in foro externo, à viro coniugem adulteram licet apud iudicem criminalē accusari, vxoris accusatione de pari criminē non admissa. 3. innocens non tenetur coniugem ad reconciliationem admittere, sicut nec illam dimittere, sed utrumque pro libitu: &c. nocens vero teneret reconciliationem ab innocentia sibi oblaram admittere: quia nocens non eximitur à potestate innocentis, sicut innocens à potestate nocentis. Quod post iuridicā diuortij latā sent. cōstatib; saltē ante latam certū est: nam quisque iure suo cedere potest: cum igitur diuortium sit in favorem innocentis, poterit pro sua libertate illud omittere. Nec proprieà censebitur moralis causa adulterij suę cōiugis, cum alijs modis possit illā corrigeret, ut à peccato desistat. Cæterū nota, ita adulteriū dare ius innocentis diuortiū quo ad thorū & habitationē celebrādi, ut neq; Ecclesiæ lege possit eo priuari: cum hoc oriatur ex ipsa lege naturali à Christo declarata Matb. 5. & 19. vbi innocentis potestatem diuertendi concedit, causa fornicationis. Ecclesia autem nullam potestatem habet tollendi ius

naturale, aut diuinum, sed tantum interpre-
tandi. Vnde solùm potest per modum interpre-
tationis determinare casus, quibus non liceat,
propter fornicationem diuortium celebrare. Qui
casus etiam deducuntur ex lege naturali & diui-
na: cuiusmodi sunt, si uterque coniux adulter-
etur, si adulterium vacet culpa; si non fuerit
formaliter, sed tantum materialiter adulterium,
si fuerit à coniuge condonatum; si commissum
sit altero consentiente.

^{21.}
Difficultas duplex, i. de debito neg.

An possit innocens propria autoritate diuor-
tium facere? 1. Aliqui apud Sanchez disp. 12.
consent, non posse innocentem petenti debi-
tum negare, nisi exspectato iudicio Ecclesiaz:
quia cum sit pena, non incurrit, nisi post
iudicis sententiam. Alij saltē requirunt adul-
terium publicum: cum non sit maior ratio, cur
hoc requiratur ad negandam cohabitationem;
& non etiam ad debitum, cum utrumque sit
pena. Alij docent eo ipso adulterum priuari
iure petendi; ei tamen petenti teneri innocen-
tem reddere. Alij, quos refert & sequitur Sanchez.
posse innocentem, nullo exspectato iudicio Ec-
clesiaz, propter adulterium etiam occultum,
coniugi debitum negare: quae sent. longe ve-
ri. Fundam. haec non tam est pena, quam
conditio iure naturae tacite inclusa in ipso con-
tractu matrim. de mutua sibi fide seruandā. At
hoc ipso, quod vñus ex contrahentibus condi-
tionem in contractu positam non seruat, lege
naturali alter deobligatur à fide seruanda. Adde,
hanc esse pœnam, quae ex violata fide suā naturā
sequitur: ad quam incurrendam sufficit certa
notitia adulterij commissi. Ad fundam. secun-
dæ, dispar est ratio de negatione cohabitatio-
nis, quae cum sit pena publica, publicum requi-
rit Ecclesiaz iudicium. Ad fundam. tertie; non
solùm nocens priuatur iure petendi, sed inno-
cens deobligatur à debito reddendi: utrumque
.n. naturali iure imbibitur in ipso contractu ma-
trim. Confir. non tenetur innocens nocenti pe-
tentia in sui præiudicium debitum reddere. At
hoc ipso, quod redderet, cogeretur in sui præi-
dicium iniuriam condonare, seque inhabilem
reddere ad Ordines sacros, & religionem, ad
quae post coniugis adulterium ius habet. Nota;
adulterer non peccat, perendo debitum ab inno-
cente, siue adulterium si notum innocentia, siue
non: nam et si adulterer ius amisit debitum pe-
tendi ex amicitia & benevolentia innocentis.
Neque adulterer tenetur se ipsum priuare iure
petendi: quo sit, ut quamdiu ab innocentia non
priuatur, possit debitum petere. An possit inno-
cens propriâ autoritate, non exspectata Eccle-
siaz sententiâ, nocentem dimittere, & habitatio-
ne spoliare? causam dissidij dant duo textus: por-
rò, & significasti, de diuortijs. In 1. ab Alex. III.
deciditur, restituendam esse vxorem, quae pro-
pter parentelam fuit absque iudicio Ecclesiaz à
viro dimissa: in 2. ab eodem decernitur, vxorem
adulteram à viro sine iudicio Ecclesiaz dimissam,
si notum fuerit adulterium, ad illam recipien-
dam virum cogi non posse. Pro qua sent. glossa
in cap. finale, de adulterijs refert Hugo.

^{22.}
*Secunda de privatione cohabitatio-
nis acier
concertatio.*

Dico 1. si adulterium notorum sit, ut nulla
possit tergiuersatione occurrari, potest inno-
cens, non exspectato Ecclesiaz iudicio adul-
terum dimittere, cumq; cohabitatione spoliare.
Haec est multorum, quos refert & sequitur Sanchez.
disp. 12. n. 26. Ponti. lib. 9. cap. 18. glossa in cap. ult.

de adult. verb. Fornica. definitum videtur cap.
significasti: & ab Innocen. III. cap. Intelleximus,
de adult. Nec obstat cap. Porro: quia ibi agitur
de dimissione quoad vinculum matrimonij: cuius
iudicium, cum sit de re grauissima, qualis est ma-
trimonij dissolutio, Ecclesia sibi reseruare vo-
luit: præsertim, cum semper matrimonia saltem
sub præcepto debuerint publico Ecclesiaz iudi-
cio celebrari, & post Trident. etiam quo ad va-
liditatem. Ratio: cum ius dimittendi adulteram
sit penes coniugem innocentem, & haec pena sit
adulteræ naturali, ac diuinâ lege debita, ut ea
possit licet executioni mandari, ea commissi
adulterij notitia sufficit, quæ nullâ possit tergi-
uersatione celari; seu quæ iam publicè infamem
redit. Duos modos ad quos reliqui reducuntur.
assignat glossa in cit. cap. Intelleximus, de adult. Duo modi
vel per evidentiam facti, ut si cum adulterio con-
uiuat, aut ex eo filium suscepit: vel per legitimā
confessionem adulterij. Notat Sanchez. n. 28. cum
glossa in cap. significasti, de diuortijs, verb. *Nisi con-*
staret; non esse audiendam adulteram agentem
de compensatione facienda cum adulterio viri,
nisi etiam hoc notorium sit. Quia cum hic non
agatur de purâ compensatione delicti, sed de
compensatione iuste dimissionis à viro facta,
propter notorium vxoris adulterium, ut possit
hinc iusta compensatio, debet etiam adulterium
viri esse notorium, propter quod possit vxor iu-
ste etiam virum dimittere. An id possit, si adul-
terium sit occultum? Affirmant Panorum. cap. fi-
nali n. 6. de adult. Palud. in 4. dist. 35. qu. 1. art. 3.
concl. 4. Sotus in 4. dist. 36. qu. vn. art. 3. fine corp. sex.
Maius dubius
Affirmante
obrationes,

Qui est Hirony. in 19. Mat. Vbi cunque, fornicatio
est, vel fornicationis suspicio, liberè dimittitur
vxor. Ponderat Sanchez. Tò Liberè, quod canonem
latæ sent. importat, denotatque nullam requiri
sent. 2. ex can. De benedicto 32. q. 1. ubi Pelagius
Papa decidit, non esse compellendum virum ad
recipiendam vxorem, quæ ab ipso recessit & for-
nicata est. 3. Christus Mat. 5. & 19. nullâ di-
stinctione factâ inter fornicationem publicam,
& occultam, absolute pronunciauit, licet
esse vxoris dimissionem causa fornicationis. Ex
quo Panorum. infert, à Christo datam fuisse pote-
statem coniugi, ut possit propter fornicatio-
nem vxorem dimittere, licet Ecclesia compel-
lat, ut dimissa restituatur, nisi de adulterio con-
stet. 4. in foro conscientia nemo tenetur ser-
uare fidem eiusdem fidei violatori. 5. in foro
conscientia licita est dimissio coniugis quoad
thorum propter adulterium occultum: ergo
etiam quoad habitationem, cessante scandallo:
cum maior sit obligatio reddendi debitum: nam
ex hac consurgit obligatio cohabitandi. 6. quando
defecta probationis nequeo mea recuperare, li-
citem mihi est, occultâ compensatione uti: ergo
& praesenti casu.

Dico 2. Nequit vir tutâ conscientia, pro-
pter adulterium occultum, vxorem dimittere, Pro decisione
non exspectato iudicio Ecclesiaz. Ita S. Thom. negandum.
in 4. dist. 35. qu. vn. art. 3. Bonavent. art. vn. qu.
3. Richar. art. 1. qu. 3. Duran. qu. 1. n. 7. Argen.
quest. vn. art. 1. concl. 2. supple. Gabri. quest. vn.
art. 2. concl. 5. Sylvestris verb. Diuortium, quest. 8.
Sotus in 4. dist. 36. qu. vn. art. 3. concl. 2. Pontine
lib.

lib. 9. cap. 18. nn. 6. & alij, quos citat Panor. cap. finalis, de adul. nn. 6. ex can. Seculares 33. qu. 2: sumpto ex concilio Carthag. & Agath. vbi excommunicantur, qui suas vxores propriâ autoritate, non exspectato comprouincialium Episcoporum iudicio, dimittunt. & can. sine de coniugij 33. qu. 2. qui est Nicolai Papæ. Ratio: poena debet proportionari culpæ; separatio auctem cohabitationis est poena publica: ergo non iuste infligitur propter adulterium occultum. Confir. Nemo potest in propria causa esse iudex: nequit igitur vir in causa dimissionis propria auctoritate vxorem dimittere. Vnde sequitur, restituendam esse vxorem Viro, propter occultum adulterium dimissam, & vxori virum, cum in hoc sint pares. Ita S. Ioseph cum videret B. Virginem de spiritu S. habentem, noluit eam traducere, publicè dimittendo; sed cum esset iustus occultè voluit dimittere eam. Vides à Scriptura sanctitati Iosephi tribui, quod noluerit coniugem suam publicè traducere?

25. Ad rationes in oppositum adductas. Primum canonem ex Hierony. explicat glossa; ut non liceat viro vxorem dimittere, nisi per testes, aut violentâ præsumptione, de fornicatione constet; quia tunc sit notoria. Td liberè intelligen. iuxta subiectam canonis materiam, vt idem sit quod licet ac tutâ conscientia; cum de fornicatione constat, posse innocentem à nocente coniuge, quoad thorum & habitationem separati. Ad 2. supponitur ibi adulterium fuisse notorium, vt verba textûs perpendenti pacebit. Ad 3. Idem argu. probaret de legibus ciuilibus sine distinctione pro commissis delictis lati sc. incurri poenam etiam propter occulta delicta: nam etiam legislatores humani, nullâ factâ distinctione de publicis & priuatis delictis, poenas absolutè statuerunt, supponentes iuris ordinem seruandum, vt non nisi propter delicta iuridicè probata, illæ sint reis applicandæ: hoc ipsum in sua lege de vxore causa fornicationis dimitti eda supponit supremus Legislator Christus. 4. retorq. Non iuste negatâ publicè fides, eam occultè frangenti: ergo nec iuste negatur adulteræ publicè fides, eam occultè violanti. Ut igitur publica fidei negatio iusta sit, publicam postulat eiusdem fidei violationem. Ad 1. neg. conseq. nam separatio à thoro cum sit occulta, non excedit adulterium occultum. Nec refert, quod debitio redditio magis obliget: nam hæc maior obligatio tollitur per adulterium occultum. Ad 6. per occultam compensationem recuperando quod meum est, nullam alteri injuriam infero: per publicam autem separationem vir iniuriam infert vxori, auferendo illi publicam famam, quam per occultum adulterium non amisit. Cœterum, id quod ab aliquibus nostris sent. dicitur, si marit. fuit occultè contractum, posse coniugem propter occultum adulterium dimitti, temperandum est: nisi factum sit publicum, aut famâ, aut diuinâ cohabitatione, aut prolis susceptione. Nam tunc eodem modo, & forte magis de infamia notaretur coniux, si propter occultum adulterium dimitteretur: cum tali casu homines suspiciari possent de inualiditate etiam matrimonij. Temperandus est etiam casus, quo aduersarij docent, licitum esse viro, propter occultum vxoris adulterium, eâ reliqâ in longinas partes secedere. Nam si talis secessus fiat irac: publicâ infamia vxoris reliqâ, præter-

belli, aut alicuius appetentis negotij causa, concedendum est, id fieri posse: secus, si absque relictâ coniugis infamia.

SECTIO IV.

An teneatur vir uxorem in adulterio persistentem dimittere?

E T si quoad ius dimittendi, vir & vxor sint pares, *vt supra*; quo ad obligationem. *ta- Questio de men*, magis videtur astringi vir, quam vxor, *viro propo- ce quod vir sit caput, cuius est regere; mulier natus specie vero subiecta viro, cuius est regi: quæ tamen de viro respectu vxoris dicentur, eadem intelli- gi poterunt de vxore respectu viri.*

Contentiant ferè omnes, teneri aliquando virum uxorem in adulterio persistentem dimittere: tum ex cap. de adulte. quod sumptum est ex concilio Arela. Si vir sciens uxorem suam deliqisse, qua non egerit paenitentiam, sed permanet in fornicatione, vixerit cum illa, reus erit, & eiusdem peccati particeps: tum ex cap. Quemadmod. 9. vlt. de iure iur. Discrepant verò, quâ obligatione ad id teneatur, & quando. Aliqui cum teneri putant ex præcepto Ecclesiæ, duci cit. cap. si vir. Alij ex præcepto correptionis fraternali, vt S. Thom. in 4. dist. 35. qu. vn. act. 2. Duran. qu. 1. nn. 8. Caiet. tom. 1. Opusc. 29. de redd. debito. Alij ex præcepto vitandi scandalum, vt Sanch. disp. 13. nn. 10. Alij ex vitroque, & correptionis fraternali, & scandalum vitandi, vt Bonav. in 4. dist. 35. art. vn. q. 2. Richard. art. 1. qu. 2. Palud. qu. 1. art. 3. concl. 4. Sotus dist. 36. qu. vn. art. 2. §. De 2.

Dico 1. ex vitroque præceptio, & scandali vitandi, & correptionis fraternali, tenetur vir Pro decisione vxorem in adulterio persistentem dimittere. De contiou. du- 1. constat: nam scandalum cum sit contra charitatem proximo debitam, grauius obligat. De hoc intelligitur cit. cap. si vir. De 2. prob. si iuxta sent. Christi Math. 18. unusquisque præceptum habet corrigendi fratrem suum; quanto magis tenebitur vir ut caput corrigeret vxorem, vt à peccato desistat. Ergo ratione etiam fraternali correptionis tenetur vir suam vxorem in adulterio persistentem dimittere, si hoc medium iudicauerit ad ipsius correptionem conducere.

Dico 2. Non semper tenetur vir uxorem in adulterio perseverantem dimittere. 1. si adulterium sit occultum, ne illam infamet. Vnde nemo tenetur occultum proximi crimen publicare, etiamsi ex tali publicatione speraretur emenda: cum non sit tale medium ad proximi correctionem commensum. Tenetur tamen in casu omnia alia remedia, quæ potest sine ipsius infamia adhibere, vt à peccato desistat. 2. si probabiliter putet, se non posse continere: cum non teneatur cum æquali suo spirituali damno, vxoris damnum vitare: Ita Palud. Addit Pontius lib. 9. cap. 17. num. 4. tali casu virum teneri ad non dimittendam vxorem in adulterio persistentem. si putaret, se non posse alio medio continentiam seruare; si putaret, se alij medijs posse, non tenebitur ad hoc determinatum. 3. si nulla afulgeat spes futuræ correctionis: quia cum hoc medium adhibeat propter correctionem alteræ, si ea non speratur, cessat præceptu fraternali correptionis. 4. si cesset scandalu: quia cum hec obligatio oriatur ex pra-

ex præcepto fraternali correptionis, & scandali vitandi, hoc cessante, & illa non obligante, cessat omnis obligatio. Falsum n. est, ad hoc virum obligari ex præcepto Ecclesiæ. Nam in cit. cap. se vir, ut cum alijs Sanch. non tam imponitur nouū præceptum, quām declaratur naturale de vitando scandalō: præsumitur n. per cohabitationem cum adultera, vir in adulteriu vxoris cōsentire.

30. An scandalō cessante, & non obligante fraterna correptionis præcepto, teneatur vir vxorem in adulterio persistenter dimittere, ad evitandā tum prolis incertitudinem, tum peticulū falsos hæredes supponendi? Negat Sanch. n. 12. eo quod non tenetur ad hoc periculum vitadum tam difficulti medio vti, cuiusmodi est perpetua à coniuge separatio. Nec propter prolis incertitudo tribueretur viro, qui alia media per se sufficientia adhibuit ad eā vitandā. Affirmat Pet. de Ledes. apud ipsum. Neutra sent. lū caret probabilitate. prima confit. separatio à coniuge, est certū damnū virū concernens: periculum incertitudinis prolis, falsaque supponendi hæredes, incertum: fieri n. potest, vt adultera ex neutro viro cōcipiat. Quia verò longè maius damnum per se spēcūlū est prolis incertitudo, & periculum falsos hæredes supponendi; si mulier de facto liberos suscepit, attempoque eius genio, probabile est, eam falsos hæredes supposituram, probabiliorem censem, Ledesma sent. Nec obstat aduersa fundam. nam probabile periculum grauioris damni interdum prævalet cerro damno minoris momenti.

31. Deducitur ad hanc qu.
Resp. ex opposito fundi.
Quid de vxore respectu viri in adulterio persistentis? Putat Sanch. nullo pacto vxore teneri, virū in adulterio persistentē dimittere, vt Durā. in 4. dist. 35. q. 1. n. 8. Quia hæc obligatio dimittendi coniugem adulterum nascitur ex solo præcepto vitandi scandalum: quod in uxore respectu viri cessat, cū manifestum sit, uxores ægerrimè ferre, quod ipsatum viri alijs mulieribus commisceantur; neque potestatem habere eos cohబndi. 2. esto hæc obligatio nascatur ex præcepto correptionis fraternali, uxores non astringit: quia licet corrigeret verbo, vbi spes est emendæ, incubat omnibus: at facto per pœnæ inflictionē, non nisi Superiori. 3. vir potest certa spes moraliter concipi, vt vir in adulterio persistens, per dimissionem corrigatur. Verum cum alijs dico, etiam uxorem obligari ad dimittendum virum in adulterio pertinacem, si probabilis spes emendæ affulgeat. quia ut supra, hæc obligatio non solum nascitur ex præcepto vitandi scandalum, sed etiam fraternali correptionis: quod præceptum sequit virum, ac uxore astringit, si spes appareat futuræ correptionis. Ad id quod dicitur superioris solum esse corripere factō per pœnæ inflictionem, concedo, dē pœna ab ipso infligente decreta, nego de pœna executioni tantum mandanda.

Ad rationes Sanch. factas. Ceterū dimissio viri propter adulterium, non est pœna ab uxore, sed à Christo decreta, & ab Ecclesiæ stabilitate, & ab uxore solum executio ni mandanda. Præterea, in hac pœna exequenda, vir non est superior uxore; sed uterque parem habere potestatem, à Christo, ab Ecclesiæ, à natura contractus mariti. qui non minus vitum, quām uxorem astringit ad hanc pœnam subeundam.

32. Explicandū superest.
At quid iuris acquirit vir innocens in dotem uxoris adulteræ, vel uxor innocens in viri adulteri donationem propter nuptias? Angel. verb. adulte. n. 3. Sylvest. qu. 6. casu Panor. in cap. plerumque de dona, inter vir. & ux. docent, tam vi-

eum lucrari dotem uxoris adulteræ, quām uxori rem viri adulteri donationem propter nuptias, siue diuortium fiat iudicio Ecclesiæ, siue propriā authoritate. ex cit. cap. plerumque vbi Clemens III. Si mulier ob causam fornicationis iudicio Ecclesiæ, aut propria voluntate à viro recesserit, dotem vel dotalitium repetere non valebit. Vbi alterutrum pro sufficiente causa ad dotem perdendam assignat Pontifex. At communior opinio, glossa cit. cap. plerumque verb. Iudicio, Couarr. 4. Decre. part. 2. cap. 7. 9. 6. nu. 1. Sanch. disp. 8. nu. 13. docet, requiri iudicis sent. cūm sit meta poena, humanā lege statuta. Nec obstat cit. tex. nam, vt bene Sanch. is non loquitur de perfecta dotis acquisitione, sed de iure tantum retentionis, ratione exceptionis, quam innocens habet contra coniugem adulterum: nam quoties vni conce ditur actio exceptionis, ne aliquid restituere teneatur, conceditur etiam ius illud retinendi, donec lis decidatur, idque tam in foro conscientiæ, quām externo: ex cit. tex. qui soldū negat uxori adulteræ dotis repetitionem; non concedit viro, propriā authoritatē adulteram expellenti, absolutum dominium, donec accedat Ecclesiæ iudicium. Iuxta hunc sensum loquuntur pro contraria sent. citati. Infert Sanch. 1. non teneri adulterā, se dote spoliare, eamq; ante iudicis sent. viro tradere, si cā apud se habeat. 2. si ante iudicis sent. vir adulteraretur, vñā cum iure excipiendi, amissum ius dotem retinendi: secus, si adulteraretur post iudicis sent. quia tunc non posset dote sibi semel iuridicē applicata, absque noua iudicis sent. spoliari. 3. si ante iudicis sent. uxorem adulteram propriā authoritatē necet, teneri dotem restituere: secus, si eam necet post dotem per iudicis sent. sibi applicatam.

An licet innocentis ante diuortij sententiam inuitio adultero, ad Religionem, vel sacros Ordines transire?

Dixi Innocentii: quia nōcenti cetum est, sine licentia innocentis, non licere: eo quod post iudicis sententiam, nulli dubit vii innocentis eximitur à potestate innocentis. Dixi, ante diuortij sent. nā post, diuortium propter adulterium Ecclesiæ iudicium celebratum, coniuges perpetuò separat à thoro & cohabitatione, quæ tantum poterat religioso, & clericali statui obstat. Et diuortium fit in fauorem innocentis: ergo eo celebrato, poterit ad alium statum, etiam in iusto adultero transire. An autem possit etiam adulterer, in iusto innocentis post Ecclesiæ iudicium statum mutare, infra. Questio intelligenda est de iupoce in fornicationem non lapsō ante diuortij sententiam: alioqui statum mutare non posset, quia tunc fieret delictorū compensatio; proinde neuter posset in præjudicium alterius statū mutare.

Prima sent. negat, etiam si adulterium sit notandum: ita omnes qui negant, posse innocentem propriā authoritatē, non exceptato Ecclesiæ iudicio, ab adultero diuertere, ita ut non debeat adultero reclamanti restitui; habet n. hic consequenter potestatem, in iusto adultero, statum mutandi; cūm diuortium propter adulterium sit perpetuum. Alijs nec habet potestatem statum mutandi: nam hic requirit immutabilitē, quæ stare non potest, si qui statum mutavit, defecit potestatis diuortium faciendi, posset à coniuge reuocari. Ita Duran. in 4. dist. 32. nu. 5. & dist. 35. q. 1. n. 7. Abul. 19. Marth. q. 75. & alijs, qui dum de hoc disputant, absolute requirunt diuortium.

diuortium, Ecclesiæ iudicio celebratum: *Glossa in can. Agathosa q. 2. verb. dimittere: ex can. seculares 33. q. 2.* vbi excommunicatur, qui suas vxores dimittunt alsq; examine, & iudicio Ecclesiæ.

35.
2. Sent.

Secunda affirmat, etiam si adulterium sit occultum. Ita *Nauar. l. 3. consil. de conuers. coniug. consil. 5.* quem sequitur *Sanch. l. 10. d. 11. à nu. 11.* qui consequenter docent, valere professionem factam ab eo, qui propter occultum adulterium religionem intravit. Licet *Sanch.* aliunde putet, id non licere, propter detrimentum, quod infertur religioni, si relictus repeat coniugem professum, aut sagris initiatum: quia cum dubium sit, an adulterium occultum sufficiat ad hanc professiæ restitucionem faciendam, exponeretur, non sine iatura religio periculo, vel causâ cadendi, vel saltem litem agendi cum coniuge professum repetente. Vnde idem censet, hunc teneri à Prelato religionis, vel ab Episcopo promoturo, vel ad id literas dimisorias concessuro, interrogatum, num coniugem habeat, veritatem fateri; nisi in partibus remotissimis, vbi tale periculum cessaret.

Fundam.

Fundam. pet adulterium etiam occultum coniugis, vir ipso iure, absqueulla iudicis sent. saltem quoad forum conscientiæ, autoritate Christi, *Matib. 5. & Luce 16.* liberatur ab omni seruitute, quam ratione coniugij vxori debet: proinde validè poterit religionem profiteri, vel sacros Ordines suscipere. Tertia affirmat, si adulterium sit notorium; secus, si occultum; sequitur ex *preced. sect.* in qua ostendi, Ecclesiæ approbare diuortium propter adulterium notorium, propriâ authoritate factum, non propter occultum. Quod autem Ecclesiæ iudicio appobatur, licet sit: quod non approbat, licet non sit. Infertur, valida est professio illius, qui propter adulterium notorium sive coniugis propriâ authoritate religionem ingressus, professus est: contrâ verò, inualidam illius, qui propter adulterium occultum professus est. Nam Ecclesia dum approbat coniugis diuisionem adulterium notorium propriâ authoritate factam, simul approbat ut validâ professionem eius. Quia talis dimissio ab Ecclesia probatur ut perpetua in favore dimittentis: ac proinde perpetuo eximit dimittentem à seruitute ratione coniugij debitâ viro, vel vxori dimissæ; quae sola obstat poterat statui religioso. Contrâ verò, dum non approbat coniugis diuisionem, propter adulterium occultum propriâ authoritate factam, nec eius professionem post talem dimissionem editam approbare potest. Pugnant n. hæc duo simul, rata professio, & inualidum diuortium: nam ratione inualidi diuortij, professus restituendus esset coniugi: ratione ratae professionis, professus non teneretur ad coingale cōsortium.

37.
Corell. 1.

Infero 1. etiam si innocens post diuortium occultum propriâ authoritate factum, religionem profiteatur in partibus remotissimis, vbi nullum est periculum infamiae, quod vxori dimissæ imminere possit, adhuc irritam fore huius professionem. Nam etsi aliquo casu periculum infamiae cesseret, quia tam ex tali separatione infamiae periculum plerumque sequi solet, ad illud certissimum vitandum, nunquam solet Ecclesia tale diuortium approbare, & cōsequenter nec religionis professionem post illud editam: cum non debat præsens professio quoad suam validitatem pendere à futuro: eventu. 2. Defuncta coniuge, talis professus non tenetur in religionem persecutare, nisi suam professionem inualidè editam, post mortem coniugis ratificet: ex *cap. placer. de coniug.*

38.
Secundum.

uerf. coniug. Quia non tenetur in religionem persecutare, nisi ratione professionis in ea editæ: ergo si nulla fuit professio, non tenetur in religionem manere. Teneretur tamen continentiam perfecere seruare quoad utrumque aūum, & non pendendi, & non reddendi. Quippe qui ad utrumque potuit se obligare: nam propter adulterium etiam occultum ius acquisiuit negandi adulteræ debitum. Vnde licet ad hanc perfectam continentiam non astringatur, vi professionis & voti solemnis, quæ defectu notoriæ fornicationis, non acceptatur ab Ecclesia: ad eandem tamen astringitur vi voti simplicis, quo se obligauit quantum potuit, iuxta decisionem Cœlestini III. cap. *placer. de coniug. coniug.* ex quo sequitur, hunc non posse defunctâ coniuge, licet matrim. contrahere, contractum tamen tenere: non tamen posset debitum exigere. 3. Talis vxori restitutus adulterio adhuc occulto manente, nec pere potest, nec reddere. Quia vi voti in religionem emisi, ad utrumq; se obligauit: vxor vero propter occultum adulterium amisit ius perendi. Quid si excommunicatione cogatur debitum reddere? Si questio sit de eo, qui in religione, quamvis inualidè professus est, non modò tenetur, sed nec post debitum reddere: quia saltem simplici voto ad hanc perfectam continentiam se obligauit. Si de eo, qui religionem non est professus, multi apud *Sanch. d. 12. n. 6.* affirman, hunc ad debitum reddendum teneri: quia Ecclesia dum iuxta allegata & approbata procedit, iustè præcipit: ergo tenetur subditus parere. Alij negant, ad id in conscientia teneri: neque talem coram Deo esse excommunicatum. Quæ sent. longè verior, *ibid. Sanch.* quia tale præceptum nititur falsæ *alarii sect. Ad argum.* præsumptioni, quæ nequit contra veritatem ob- ligare, nisi ratione scandali.

An possit innocens post latam diuortij sententiam coniugem adulterum in iustum fibi reconciliare?

Hanc quest. proponit *Glossa in cap. ex lit. de diuort. verb. reddere.* Pro neg. parte citat *sent. neg.* Hugo, quem sequuntur *Sot. in 4. dist. 36. q. un. a. 5.* ad 3. *Nau. l. 3. consil. de regul. conf. 38.* & alij, in quam inclinat *Glossa in can. Agathosa, verb. Fornicatio.* Et *Conuers. 27. q. 2.* & cum *Pet. de Lede. probabiliter censet Sanch. disp. 10. n. 2.* Ex quo inferunt, facto diuortio, posse adulterum, etiam in iusto innocentem, religionem ingredi, in eaq; validè profiteri: neque in eum ius reuocandi habere innocentem. Quia innocens per diuortium *Fundam.* ad propriam instantiam celebratum, cedit iuri, quod in coniugem adulterum habebat: ergo adulterer liberatur à seruitute, quâ ratione coniugij, astringebatur innocentem; & consequenter poterit etiam eo in iusto, religionem ingredi, in eaq; validè profiteri. Confirm. Pet diuortium logitatem celebratum uterque coniux propriæ restituitur libertati, quoad thori, & cohabitationis seruitutem. Affirmans pars communior inter juris *Confirm.* Canonici interpres, & Theologos, apud *Sanch. disp. cit. nu. 3.* Fundam. diuortium non sit, nisi in fauorem innocentis, & odium innocentis: ergo nihil de iure præjudicat innocentem; quod in adulterum habet. Anteced. prob. posset diuortium *Contraria* innocentem præjudicare: vel quia per diuortium sent. euera Ecclesia utrumque coniugem à seruitute libera- *sé ex diu-* ret: vel quia innocens diuortium petendo, suo *plici cap.* iure cedoret. Non ex primo: cum iustum non sit,

vt Ecclesia absque copula innocentem puniat, illum priuando iure petendi, quod in adulterum habet ratione contractus matrim. qui per adulterium non soluitur. Confir. i. tantum abest, vt Ecclesia per diuortium iure petendi priuet innocentem, propter adulterium coniugis innocentis, ut potius adulterante innocentem, ius restituat nocenti, quod ei fuerat propter commissum adulterium sublatum. Ex quo colligitur, mentem Ecclesiae non esse, ut hanc poenam diuortij ipsa per se statuat, alioqui illam etiam statueret inter duos coniuges adulteros, in quibus eadem ratio delicti reperitur; sed solum ad instantiam & votum innocentis: ac proinde non alio modo illam statuit, quam innocens desiderat.

2. Nequit Ecclesiaz sententia praividicare sententiaz Christi: sc. ut innocens suum ius retineat in coniugem adulterum, i. Corinth. Principio, non ego, sed dominus, uxorem à viro non discedere, quod si disenserit, mangre innuptam, aut viro suo reconciliari. En ius, quod in diuertente manet, reconciliandi sibi adulterum coniugem. Vnde falsa est Hugonis expositio, quam refert Glossa in cit. cap. ex lit. Et hæc verba Apostoli intelligenda esse ante Ecclesiæ sententiam: cum Ecclesia non praividicet sententiaz Christi, qui hanc poenam statuit foli coniugi adultero ab innocentie infligendam.

^{42.} Nō ex 2. quia nemo censetur ne suo iure spoliare, nisi id aperte exprimat: ex eo autem, quod innocentis diuortium petat, non exprimit, se vel iure, quod in adulterum habet, spoliare cum voluntas petendi diuortium, non ac voluntas renunciandi iuri exigendi debet, vel eximendi adulterum à seruitute reddendi; sed tantum se ipsum liberandi à seruitute reddendi, & coniugem priuandi iure petendi: nam in his salvatur natura diuortij, quod solum petit, qui diuortiu petit. Ex his constat ad fundam. aduersæ sent.

^{43.} Coroll. i. Infero 1. non posse adulterum absque licentia innocentis, statum mutare: eoque inconsulto mutato, posse adulterum ab innocentie renocari, cum nequeat in praividicium dominij, quod innocentis retinet in corpus adulteri, etiam post latam sent. statum mutare. Censetur autem innocentis licentiam dare adultero, si reconciliacionem perteneat non admittat: si statum mutanti non contradicat, cum possit. Neque obstat Athlon. sed hodie c. ad leg. Julii. de adulte. in qua poena capit, quæ ante adultera puniebatur, commutatur in poenam, ut verberata in monasterium mittatur. Nam, ut ead. declarat, in monasterium detruditur, ut intra biennium à viro recipi possit, Biennio vero transatto, aut viro, antequam ream reduceret, mortuo, adultera tonsa, monastico habitu suscepito, ibi, dum vinit, permaneat. Simil. n. hæc lege, quæ ab Ecclesia non est reprobata, Imperator & innocentii prouidet, adulteram in tuto loco ponendo, ex quo possit à viro repeti; & adulteram mitiori poenâ, quam capit, punit.

^{44.} Secundum. 2. Cum Soto in 4. dist. 36. qu. vn. art. 5. ad 3. potest adulter. delicentia innocentis religionem ingredi, altero in seculo manente. Tum quia, sicut liberum est innocentis, perpetuo manere separatum à coniuge adultero; ita adultero religionem ingredientem ac profitente, non tenetur innocentis religionem ingredi: sicut nec contraria, innocentis religionem ingrediente, tenetur adulterer etiam ingredi, sed potest in seculo manere. Neque obstat, cnp. Cum sit; cap. Sanè, cap. Ex parte, & cap. Significasti, de conuers. coniug. quibus decernitur, non posse alterum coniugem religio-

nem profiteri, altero in seculo manente nisi certis seruatis conditionibus, ut in seculo relata sit senex, & de innocentia minimè suspecta, nam citata iura solum loquuntur de mutatione, quæ fit integro matrimonio. non autem per adulterium lasso. Leg. Sanch. disp. 10. nu. 15. & disp. 11. nu. 2.

Infero 3. posse innocentem absque licentia coniugis adulteri, mutare statum: quo mutato non amplius ei licitum est, illum sibi reconciliare. Quia innocentis habet utrumque ius, & reconciliandi sibi adulterum, cui iuri nequit adulterer repugnare; & ab eo perpetuo diuertendi, electo verò semel statu immutabili, & ex natura sua cum reconciliatione adulteri impossibili, non est amplius ei licitum illum sibi reconciliare.

An adulteriam nocentis compensetur adulterio ab innocentis post latam diuortij sententiam commissio; proinde dimissus ins habeat renocandi dimittentem?

^{45.} **P**rima sent. negat: quam cum Glossa in can. 46. Apost. verb. Viro 32. qu. 7. docent Goffred. & Sententia. Joan. Andre. relat à Glossa in cap. finale, de adult. fine, & alijs, quos citat, & sequitur Sanch. disp. 9. Probatr. n. 30. Ex Scholasticis, S. Tho. in 4. d. 35. q. vn. a. 6. argumen. ad 4. Durand. q. 2. n. 8. Sotus d. 39. q. vn. ar. vlt. f. Ab ^{46.} sex. verò: Abulen. 19. in Matth. q. 76. ad 4. Henr. lib. 11. de matr. c. 17. n. 3. Aliqui ex his censem, teneri solum in foro conscientiae, ad scandalum & periculum incontinentia præcaudendum, non autem in foro externo, innocentem fornicantem adulterum dimissum sibi reconciliare. Deducunt hanc sent. ex can. penul. 6. q. 4. qui est Nicolai Papæ ad Carol. Reg. Quod bene semel definitum est, nullæ debet iteratione, nisi fortassis ubi fuerit maior authoritas, retrallari. Igitur semel iuridicè definita diuortij sententia, terraftanda nō est, nisi à maiori authoritate. 2. ex can. Si illo, 23. q. 4. qui est Gelasij Papæ: & ex L. quis res, §. arcam ff. de solut. Seruitus semel extinta non renascitur: ergo semel innoctis seruitus diuortio extinta, per superueniens adulterum non renascitur. 3. Esto adulterij exceptio in diuertente extinguatur per adulterium post diuortium ab ipso commissum: haud tamen per illud extinguitur exceptio rei iudicaz, quam contra coniugem dimissum habet coniux diuertens. 4. Diuortij sententia absolvit innocentem à debito coniugalis societatis, dissoluendo contractum matrim. quoad ius thori & cohabitationis: ergo postea adulterans, nullatenus infert iniuriam coniugi dimisso, ut potè per iuridicam sententiam spoliato iure coniugali. 5. Vno coniuge adulterante, nō datur alteri actio coniuenti, ut per tale adulterium diuortiu petat; cessante iniuria, quæ est fundam. actionis: ergo nec dabitur actio coniugi dimisso, ad repetendum coniugem adulterantem post latam sent. cum etiam in eo cessauerit iniuria, quæ est fundam. actionis ad repetendum, & mutuæ delictorum compensationis. 6. Sententia diuortij non fertur conditionatè, si se innocentis contulerit, sed absolute, & perpetuo absolvit innocentem à coniugij seruitute: eaque in odium innocentis transit in rem iudicatam.

^{47.} Secunda affirmat, utraque Glossa cum in cap. finale de adult. fine, tum in cap. ex lit. verb. ab inuis. 2. Sententia cnp. de diuort. Panorm. in cit. cap. ex lit. vbi hanc plures habet sent. appellat communiorum, & fauprabiliorum patrionos. matrimonio: Navar. l. 4. conf. 1. de diuore. ad 4. cnp. 5. qu. Conar. 4. decret. p. 2. c. 7. §. 6. nn. 5. qui multos ecceas

reconsent sacri iuris interpres. Ex Theologis Bonan. in 4. dist. 35. a. vn. q. 5. Palud. q. 2. a. 2. Suppl. Gabr. q. vn. a. 2. post 9. concl. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 21. §. 6. Pet. Sotum lett. 12. de matr. circa fin. qui tamen loqui videtur, solum de obligations in foro conscientia: Palatin. in 4. dist. 35. disp. vn. g. 3. sent. Pont. l. 9. c. 20. n. 6. intellige de compensatione facienda propter adulterium ab innocentem commissum, etiam post elapsum appellationis terminum, qui solet esse decennium, & tres concordes prolatas sent. ex cit. cap. ex lit. de diuort. Vti post latam ab Episcopo cum capitulo in causa fornicationis, diuortij sententiam, fornicante postea viro, in cuius fauorem lata fuit, Pontifex Episcopo mandat, ut talem virum compellat ad legitimam vxorem redire. Ex quo facto notat *Glossa*, quod delictum superueniens rei iudicatur, tollit sententiam. Ratio 1. dicitur ex illo principio: *Paria delicta mutua compensatione tolluntur*. Quod principium in nullo iure limitatum ad ea tantum, quae committuntur ante diuortium sed absolute profertur. Quod cum sit matrimonio fauorabile, intelligendum est, etiam a. 15, quae post diuortium patruntur: praesertim cum nulla afferatur efficax ratio, cur de iis etiam intelligi non possit. 2. Nequit sententia hominis præiudicare sententia Christi, sc. ut uterque coniux ius habeat compensandi suum adulterium cum adulterio alterius: cum uterque coniux auctoritate Christi possit alterum ob fornicationem dimittere. At in doctrina Christi nihil refert, quod unus fornicetur ante, vel post diuortium. 3. Celebato diuortio, adhuc manet vinculum matrimonij inter diuertentes, quod neque Ecclesia, neque coniuges ipsi solvere possunt: ergo adhuc manet inter eos fundamentum mutua actionis iniuriosæ; & consequenter mutua compensationis delictorum. Nam fundamentum mutua compensationis delictorum nascitur ex mutua actione iniuriosâ, quam coniuges sibi in vicem inferte possunt. Igitur si inter eos manet fundamentum mutua actionis iniuriosæ, manet etiam fundamentum mutua compensationis delictorum. Prior vero conseq. prob. adhuc factio

futuri, ut non tantum vindicetur commissum, sed ut præcaueatur committendum: alioqui non bene consuleret animarum saluti, pro qua consequenda, principaliter ab Ecclesia poenæ infliguntur, ut & à præsenti peccatores resipiscant, & præcaueant à futuro. Quis autem non aduerit, magnam ansam & licentiam adulterandi diuerteoti præberi, si suum adulterium post diuortium commissum non teneatur cum alterius adulterio compensare, coniugemq; dimissum ad se recipere? Nec sat est dicere, eo casu teneri iudicem Eccles. eos ex officio coniungere: tum quia difficile est, eos cogere, si aliunde non tenentur, quippe qui possit diuertens vti iure suo dimissum non admittendi, & interim in alias partes migrare, vbi libertius possit fornicationi operam dare. Negari saltem non potest, facilius hanc reconciliationem fieri, si innocens propter adulterium à se commissum, teneatur illam ad maritalē consortium admittere.

Infertur, non posse innocentem post commissum adulteri inuito altero, statum mutare, eoque Coroll. 1. mutato teneri ad coniugem repetentem redire, non minus quam dimissum, inuito dimittente: quia per adulterium superueniens coniux dimissus acquirit ius compensandi suum adulteri, cum adulterio alterius. Vnde idem ius habet in illū, quod in se habebat innocens ante commissum adulteri. Palud. censet hunc ad utrumlibet sub disolucionē teneri, vel ad coniugem redire, vel ad religionē, aut sacros Ordines ascendere: eò quod licet post fornicationem perdat ius non reddendi, nō tamen perdit ius uouendi, proinde potest religionem aut sacros Ordines uouere. Sed contraria: ex quo iste proper fornicationem amisit ius non reddendi, alter acquisivit ius suum delictum cum alterius compensandi: quo acquisito, nequit alter in huius præiudiciū statum mutare.

Quid si diuertens fornicetur post editam professionem, vel sacros Ordines suscepitos? Resp. ^{52.} Dubium. tali casu non teneri ad coniugem redire: quia professio in statu innocentia facta, fuit valida, ut potè facta tempore, quo profitens exemptus erat a seruitute coniugis, adeoque habilis ad se ipsum si lemni voto Deo dicandum. Neq; adulterium postea commissum, potest illam irritare: quia quod semel fuit Deo ritè dicatum, perque superioris vice Dei acceptatum, nequit irritari. Cum igitur religio ratione professionis vice Dei ius in professum acquisuerit, nequit coniugi restituere: quippe professio non solum à professore tollit ius petendi, sed etiam extinguit debitum reddendi: utrumque n. actum Deo uouet, quasi castitatem solemniter uouere. Eadem ratio est de ordine sacro suscepto, qui solemnē castitatis uolum includit. Leg. Palud. cit. ad finem 2. ar.

Diges: Etiam adulterium post religionis professionem, vel sacros Ordines patratum, cedit in iniuriam coniugis, cum adhuc maneat matrimonij vinculum, quod per huiusmodi adulterium læditur: ergo etiam coniux ius acquisivit suum adulteri, compensandi cum professore adulterio. Negro copseq. nam esto per eiusmodi adulterium lædatur vinculum matr. adhuc perseuerans, haud tamen per hoc vxor acquirit ius repetendi suum coniugem; cuius corpus reperit quoad utrumque actum, & petendi, & reddendi altiori jure Deo traditum, tempore, quo validè ac licite tradidi poterat: ac proinde coniugis ius manet impeditum altiori iure. Nam licet quoad proprietatem, & dominium radicale, corpus professi ratione

Colligatur.

48.
Nec defun
ad eam pro
bandam es
fieaces ra
tioeues.

49.
Marei fun
dam actions
iniuriosa
prob.

50.
Ratio.

diuortio quoad thorum & habitationem manet corpus virtusque coniugis, vi indissolubilis vinculi matrim. utique obligatum, ne possit alteri commisceri; proinde iniuria infertur coniugi, si corpus sibi obligatum alteri per adulterium cognoscendum tradatur. Duas. n. obligationes secum afferit matrim: unam reddendi debitum coniugi petenti; alteram non tradendi illud alteri commiscendum: quae 2. obligatio cum sit negatiua, semper ac fortius astringit. Cum igitur haec obligatio nequeat per diuortium tolli, nequit per illud tolli fundam. iniuriosæ actionis, quae ex violatione huius mutua obligationis nascitur, ac proinde fundamentum tales actiones iniuriosas compensandi. 4. Panorm. insinuat: non est presumendum, Ecclesiam sententiam diuortij ferre in fauorem coniugis nocentis, siue præsentis, siue futuri: ferret autem illam in fauorem nocentis saltem futuri, si posset innocens propter adulterium, post diuortium à se commissum, ab altero coniuge excipi. Negari enim non potest, in fauore nocentis futuri cedere præsentem diuortij sententiā, si nō posset propter adulterium ab innocentem post diuortium commissum, ab altero coniuge excipi. Major prob. hanc poenam Ecclesia non tam intendit in vindictam prætestiti delicti, quam in remedium & medicinam

Resp.

tione vinculi adhuc perseverantis, obstratum maneat vxori, haud tamē obstrū manet quod ad debitū coniugale reddendū: nam quoad hoc eximitur per votū solēne castitatis. Neq; talis casu alter tenebitur religionē ingredi, ut prec. sent.

^{53.} **Secondum.** Infero 2. non solum in foro conscientiae tene-
ri coniugem, qui adulter est post latam diuor-
tij seat. admittere ad consortium coniugale alte-
rum, si petat; sed etiam in foro externo hunc ha-
bere actionem repetendi, compensandi; suum adult.
cum adulterio ab innocentē post diuortium commisso: proinde teneri Ecclesiam eos co-
gere ad diuortium soluendū, reintegrationemq;
faciendam, non tantum ex officio, & ratione pe-
riculi incontinentiæ, sed etiam ratione iuris,
quod alter acquisuit, repetendi suū coniugem,
propter adulterium post diuortium ab eo com-
missum. Quippe sententia ab Ecclesia lata fuit
sub tacita cōdītione, si innocens in sua iñnocētia
permanerit: cū Ecclesia sententia præiudicare
non potuerit sententia Christi, qui ius coniugi
concedit cōp̄landi suum adult. cum adulterio
alterius, etiam dōst diuortium commisso.

^{54.} **Coroll. 3.** 3. Si diuortium celebratum sit propter adulte-
rium ab vxore commissum ante consummatum
matri. cum proprio viro, posse tam vxorem adul-
teram, inuito viro, quā virū fornicantem post
diuortium, inuitā vxore, ad religionem transire:
quia ante consummatum matri. vterque coniux
habet ius etiam altero inuito, religionē ingredi,
ut desinit. Alex. III. cap. Verū, de conuer. coniug.
Neque per adulterium ante consummatū matri.
commisum cōniuges hoc iure p̄tuantr. Quo-
casu, ut suprā, dissoluitur matri. quo ad vinculū,
& superstes post editam ab altero religionis pro-
fessionem, secundum matri. initre poterit. Non
autem poterit vit adulter, absq; licentia vxoris
adulteriæ, ad sacros Ordines ascendere: quia non
datur viro potestas ad hos ascendendi, etiā ante
consummatum matri. absq; expressa coniugis li-
centia: eo quod per sacros Ordines non dissolui-
tur matri. sicuti per religionis professionem: & ex
alia parte vxor adultera ius habet compensandi
suum adulte. cum viri adulterio, eumq; ad con-
iugale consortium repetendi.

^{55.} **Ad 1. aduersa sent.** Respondet Panorm. cit.
Ad primū aduersa sent. sententiam diuortij non ex toto transire in rem
iudicatam. Nam cū lata fuerit in fauorem non
delinquentis, non debet, si postea innocens delin-
quat, ei patrocinari. Sub alijs terminis adhuc
ipsum respondent Bonau. & Palati. sententiam
diuortij latam fuisse in fauorem innocentis sub
tacita conditione, si perseverauerit innocens.
Vnde eo delinquente, reuiuiscit in altero ius cō-
pensandi suum adulterium cum adulterio inno-
centis, cū adhuc maneat vinculum matri. quod
per fornicationem lēditut; proinde non ex in-
guitar ius compensationis, quod ex noua lāsione
eiusdem vinculi nascitur. Adde, quodd cū sen-
tentia matri. nunquam transeat in rem iudicatā,
quo minūs licetē contra illam reclamari possit,
cap. Lator, de sent. & reiudicata, ne occasio detur,
aut simul commandandi, qui veri coniuges non
sunt; aut matrimon. separandi, qui veri coniug-
es sunt; cumq; diuortium quoad thori, & ha-
bitionis separationem, ad matri. pertineat, ne
in hac etiam parte detur cōiugibus occasio adul-
terandi, participabit eandē matrim. conditionē.

^{56.} **Ad 2.** respondent 1. citati DD. seruitutem pe-
nitūs extinctam nunquam renasci: cōterūm fal-
sum esse seruitutem reddendi debitum coniuga-

le per diuortium penitus extingui; solum sopitor
quousq; innocens manet innocens, nam sub hac
tacita conditione fuit innocens ab ea seruitute
liberatus. 2. Esto illa fuerit per diuortium extin-
cta, de nouo à iure concedi, propter commissum
adult. Ita Bonau. cit. ad ult. Quod re ipsa, & quo
ad effectum in idem recurrat, siue dicatur antiqua
reuiuiscere, siue ex dispēlatione iuris noua cōcidi.

^{Ad 3. &c.} Ad 3. nego, cum exceptione adulterij non ex-
tingui simul exceptionem rei iudicatæ: eo quod
sententia diuortij non transit in rem iudicatam,
nisi ex suppositione, q; òd in hoc manserit in-
nocens. Ex quo patet ad 4. Ad 5. neg. conse-
qua qui coniugi adulteranti conniuet, sponte
iniuriam sibi illatam condonat: quā condonatā,
nequit cōtra adulteriū agere. At coniux dimissus
non conniuet diuertenti adulteranti; sed potius
reclamat, sibi compensationem fieri, ob lēsum
vinculum matri. adhuc diuortio non dissolu-
tum. Ad ult. constat ex dictis.

An heresis sufficientem causam praebat diuortio;

^{57.} **P**ōsse plures alias ob causas, quām fornicatio-
nis à Christo Math 5. & 19. tantum expressæ, causa mai-
diuortij inter cōiuges celebrari, sub anathēmate ^{Dupliciter.} ris perfect.
definitū est, contra hæreticos id negātes, à Trid. potest fieri
sess. 24. can. 8. Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cū
ob multas causas separationem inter cōiuges, quoad
thorū, seu cohabitationē, ad certū incertum tēpū;
fieri posse decernit: anathēma sū. Id colligit Bellar.
de matri. cap. 14. ex ipso Math. 19. vbi post datū à
Christo præceptū de non dimittenda vxore, nisi
fornicationis causa, subiungit: qui reliquerit vxo-
rem propter nomen meū, centuplū accipiet, & vitam
aternā possidebit: quibus Christus insinuat, possit
etiam causa maioris perfectionis, diuortij inter
coniuges fieri, sc. vel ex vtaq; parte per sponta-
neam voluntatem vtriusque, vt cū ambo cōiu-
ges mutuo consensu conueniunt ad diuortium
quoad thorū, vel etiam quoad habitationem
faciendum, simplici, aut solemani continentiæ
voto se alstringentes: vel ex vnā tantum par-
te spontaneè: vt cū vnus coniugum ante con-
summatum matri. inuito etiam altero, religionem
ingreditur. Etsi in hoc 2. diuortio non maneat
matri. vinculū, sicut in primo. At non propter
honestas tantum causas, sed propter alia etiā cri-
mina, quām fornicationis, diuortij fieri posse,
concors est sent. Cathol. At quæ sunt ista cri-
mina, præter fornicationem propter quæ diuortij
fieri potest? August. lib. 1. de serm. Dom. in monte, Ob que cri-
c. 16. circa med. putat quodd propter quilibet omnino mina e
illicitas concupiscentias, que animam corpore male
usentē à lege Deimalē aberrare faciunt, & pernicio-
sē, turpiterq; corrumpunt, possit sine crimine, & vir
vxorem, & uxor virū. Vocē fornicationis genera-
liter intelligens pro omni criminē animū corrū-
pente. At idē, re melius discussa & examinata, le-
ctorē monerit 1. Retract. c. 19. ne velit putare in
re tanto, tāg, ad dignoscendū difficulti, istā sibi dispu-
tationem debere sufficere: sed legat alia & alia, suo
nostra, inquit, qua postea scripta sunt, siue aliorum
melius considerata & tractata: vel ipse, si potest ea,
que hic merito mouere possunt, vigilante & inre-
ligentiore mente discussa: concluēs, quæstionē hāc
de causa licetē dimittiēdi vxorē, intellexā de for-
nicatione, quæ in stupris cōmittitur, facilimā
esse, latebro lissimā verò, nū de alijs etiā crimini
bus intelligēda sit. Hac igitur interpretatione, vt
minūs sibi probatā, reiecitā, aliam ibid. assignat,
quæ refertur can. Idololat. 28. q. 1. vt fornicatio
accipiatur

^{58.} **Fornicatio de multispl.**

accipiatur etiam pro infidelitate, & qualibet noxia superstitione, quam infideles sequuntur. It; S. Tho. in 4. dist. 35. q. vn. a. 1. ad 3. Suppl. Gabr. q. 1. a. 2. concl. 2. Sylvest. verb. diuort. q. 10. Hostiens. & Panor. apud eund. Pet. Soto lec. 12. de matr. ad finem, Alphon. Castro l. 2. de potest. leg. pæn. §. Vt nostram: vel quia hæresis soluit animorum nexum, sicut fornicatio carnis vinculum, vt Castro vel quia, vt S. Tho. ait, hæresis est contra bonam proli educationem, quæ non solùm quoad corpus; sed magis quoad animam educāda est in Dei opere.

^{60.} Sed dico cum Soto in 4. d. 36. q. vn. a. 1. ad 2. Par-

Dicendum. Ratio dist. 27. disp. 3. §. 14. & dist. 35. disp. vn. §. Ex istis, Bellar. de matr. c. 14. Henrig. l. 11. cap. 17. nn. 6. quos sequitur Sanch. disp. 15. n. 9. Pont. l. 9. c. 21. &

22. hæresim iustum quidem causam præbere diuortio, non eo tamen iure, quod à Christo comprehensa sit sub nomine fornicationis, sed par-

tim iure naturali, propter imminēs periculū per-
versionis; partim iure Eccles. in pœnam hæreti-
cis & apostatis diuortium statuente. Ex cap. fi-
nali, de conuers. coning. & c. 2. & c. quanto, de diuort.
& can. Idololat. & can. Non solūm 28. q. 1. at Matth.
5. & 19. de sola fornicatione carnali sermo est:
tum quia hæc tantum venit nomine fornicatio-
nis; verba autem Scripturæ vbi nulla virget ne-
cessitas, propriè sunt intelligenda. Tum maxi-
mè, quia hæresi non quadrant, quæ fornicationi
conueniunt: siquidem propter unam fornicatio-
nem semel commissam innocens ius acquirit à
fornicante perpetuò diuertendi: nec tenetur il-
lum etiam pœnitentiā correctum, ad coniugale
consortium admittere: at non potest Catholicus
propter unicum alium hæresi ab hæretico di-
uertere: nec potest illum ante Ecclesiaz sententiā,
ab errorē resipiscētem, ad pristinū consortium
non admittere. Lege verò naturali tenetur ani-
mæ periculum virare; ad Tíum 3. Hæreticum ho-
minem post unam & secundam correptionē denita.
Hanc causam huius diuortij assignat Alex. III.
c. 2. de diuort. ex cap. verò de illa, de diuort. & cap.
finali, de conuers. coning. ac præcipue cap. finali, de
heret. hi declarantur ipso facto priuati omni iu-
re dominij in subditos, & vicissim subditi libe-
rati ab omni debito fidelitatis, & obsequij erga
suos dominos hæreticos. Sic n. ibi Gregor. IX.
Absolutos se nouerint à debito fidelitatis, dominij, &
rotius obsequij, quicunque lapsi manifestè in hæ-
resim aliquo pacto, quācumque firmitate vallato tene-
bantur afflitti. Ratio: licet absque iudicio Eccle-
siaz possit Catholicus, ratione periculi perver-
sionis sibi impendens, ab hæretico coniuge di-
uertere, cùm hanc potestatem habeat ab ipsa na-
tura: ut autem possit perpetuò ab illo etiam pœ-
nitentiā correeto, diuertere, desideratur Eccle-
siaz authoritas & iudicium, ut suprà.

Tertium patet.

Quartum deducitur.

An non solūm possit, sed etiam teneatur Ca-
tholicus ab hæretico coniuge diuertere? si pro-
babiliter sibi timer subversionis periculum, te-
netur; secùs, si illud sibi probabiliter non timeret:
alioqui multa matrimonia damnarentur inter
principes Catholicos & hæreticos ab Ecclesia
permitta; immo & Apostolus, qui t. Corintb. 7. con-
iugem fidelem adhortatur, vt fidelem coniugem
non dimittat, si velit secum, absque Creatoris
contumelia cohabitare. Nec rectè hoc Apost.
concilium Richardus in 4. dist. 39. a. 2. q. 1. tantum
agnoscit pro primis illis Ecclesiaz temporibus,
quando spes erat, vt multi ex infidelibus per fi-
delem cōiugem ad Christianam fidem conuer-
terentur: nam propter candens spem conuersio-

sionis ad Catholicam fidem, quæ ex huiusmodi
matrimonij sēpē assulget, licet ac rationabiliter
etiam nunc inter Catholicos & hæreticos
permitti possunt, vt passim in Germania, Gallia,
Polonia permittuntur, summo etiam Pontifice
non abnuēte. Quare non approbo, quod Sanch.
disp. 15. n. 5. docet, teneri Catholicū ab hæretico
coniuge non resipiscēte discedere: nisi enim in-
telligatur, iuxta datam limitationem, vt solūm
teneatur, quando ex cohabitatione cum coniuge
hæretico peruersiōnis malum sibi probabili-
ter timeret, falsum est, & contra cit. praxim. Ut
benè Abul. 19. in Mattb. q. 70. si quis in hæresim
incidat, modò nō nitatur in errore vxorem indu-
cere, nō tenetur diuortiū facere; secūs, si nitatur.

Dubitatur 1. An possit Catholicus propriâ Discretiun-
authoritate ab hæretico coniuge diuertens reli- tur dub. 1.
gionem ingredi, vel ad sacros ordines ascende-
re, eo inuito? Affirmant Parnom. c. finali, de con- Fund. affir.
vers. coning. Suppl. Gabr. in 4. dist. 32. q. vn. ar. 2.
concl. 6. Silvest. diuortium 10. & alij à Sanch. relati.
Quia Christus sub fornicatione carnali, compre-
hendit etiam spiritualē: at potest innocens pro-
pter fornicationem carnalem, propriâ authori-
tate diuertere à coniuge adultera; eaque inuita
religionem ingredi, vel sacros Ordines susci-
pe. Vnde consequenter inferunt, si coniux hære-
ticus resipiscat, postquam Catholicus statū mu-
tavit, non teneri ad illum redire, valida quippè
fuit religionis professio: secūs, si resipiscat ante
mutationem statū. Addit Angel. etiam si coniugis
hæresis notoria non sit. Negant Sanch. disp.
not. n. 14. Pont. l. 9. c. 22. n. 2. definit Urban. III. cap.
de illa, de diuort. & ex cap. finali, de conuers. coning.
& à contrariis sensu deducit Glossa verb. Judicio
Eccles. Ratio: hæresis non est causa perpetui di-
uortij, sicut adulterium, sed temporalis, quam-
diu durat ipsa; igitur, cā cessante, tenetur diuertens
ad dimissam redire: ergo non poterit pro-
priâ authoritate, altero inuito, statū mutare cum
coniugio incompossibilem: quem si mutauerit,
tenetur ad coniugem resipiscētem redire. Mai-
or prob. sola fornicatio carnalis, ut potè violans
fidem perpetuam, quam coniuges contrahentes
matrim. sibi tantum promittunt, dat causam per-
petui diuortij. Cur autem non teneatur, violata
semel fide per fornicationem carnalem, forni-
cantem ad coniugale consortium admittere; te-
netur autem, violata semel fide per hæresim, cā
est ratio: quia fornicatio carnalis violat fidem
coniugi promissam sub hac tacita conditione, vt
cā semel violatā, nō teneatur alter vicissim suam
fidem seruare. At hæresis solūm violat fidē Deo,
propter quam violationem catenus non tenetur
alter violatorem ad maritale consoritum admit-
tere, quatenus potest esse sibi periculum spiri-
tualis ruinæ. Quod periculum cùm in resipiscen-
te cesseret tenetur illum admittere. Hinc infertur, A fortiori.
professionem religionis à diuertente factam an-
te iudicium Ecclesiaz, esse irritatō: & constat,
non posse hæreticum, inuito coniuge Catholicō,
statū mutare: cùm multo fortius habeat inno-
cens ius repetendi coniugem dimissum, hæresi
cessante. Ad fundam. contraria tent. non est ea. Ad fund.
dem ratio carnalis ac spiritualis fornicationis;
quia carnalis frangit fidem perpetuam coningi-
datam sub tacita cōditione, vt nec illi fides ser-
uanda sit: hæresis solūm violat fidē promissam
Deo: quæ violatio catenus est causa diuortij,
quatenus potest esse periculū subversionis alteri.

2. An post iudicium Ecclesiaz, liberum sit Ca-
tholico, Dubium 2.

tholico, aut religionem ingredi, aut in seculo separatum à coniuge manere? Conueniunt fere omnes, damnato hæretico per publicam Ecclesiæ sententiam, posse Catholicum religionem ingredi, nec teneri, professione emissâ, ad coniugem resipiscerent redire: definiunt Gregor. IX. cap. finali, de conuers. coning. Mulier, qua in fide remansit, potest nolente viro, qui ab infidelitate renueritur, propter quam ab eo fuerat iudicîo Ecclesia separata, ad religionem liberè conuolare. Et Urbanus III. de diuortijs: cap. De illa, qua viro suo labente in hæresim, ipsius consortium sine iudicio Ecclesia declinauit, videatur nobis, quod mulier ei, cum reuersus fuerit, est reddenda: qua etiam si reuerit vulnerit, compellatur. Si autem iudicîo Ecclesia ab eo recessit, ad recipiendum eum, nullatenus dicimus compellendam. Illud verò sub lite: An si nolit ad religionem transire, possit à coniuge ad fidem conuerso separatus manere? Negat Glossa in cap. finale, de conuers. coning. verb. Iudicio: si nollet intrare religionem, compelli debet ad ipsum redire, utroq; casu, siue fuerit iudicîo Ecclesia absoluâ, siue non: Et Glossa in cap. de illa, & in cap. quanto fine, de diuort. Glossas communiter lequuntur sacri juris interpres: ex Theologis, Richar. in 4. dist. 39. ar. 2. qu. 1. ad 2. Suppl. Gabriel. dist. 32. qu. vn. ar. 2. concil. 6. Sotus dist. 39. qu. vn. ar. 4. ad 9. Palat. dist. 35. disp. vn. 9. Domini, circa med. & plurimi apud Sanchez disp. 18. Nictitur cit. cap. finali; vbi innocentia potestas datut intrandi religionem, etiam post coniugem ad fidem conuersum: ergo à contrario sensu religionem non intrans, tenetur ad coniugale consortium cum suo coniuge resipiscerent redire. Affirmant Angel. Matrem. 4. circa init. fuisus Alphons. de Castro lib. 2. de iniustitia heret. punitione, cap. 7. Conar. 4. decret. par. 2. cap. 7. §. 5. nn. 5. Jacob. de Graffis l. 2. decis. 1. cap. 83. nn. 11. quos sequitur Sanchez. cit. disp. n. 19. Pont. l. 9. c. 22. n. 3. Pro qua sent. Castro & Conar. citant Paner. in c. finale, de conuers. coning. &c. de illa, de diuort. at ipse vitramque sent. relinquit sub iudicio Lectoris, in cap. de illa, de diuort. fine. Cæterum hæc decisa videtur cit. cap. de illa, ult. verbis: Si autem iudicîo Ecclesia ab eo recessit ad recipiendum eum, nullatenus dicimus compellendum. Quibus Pontifex non limitatè, vel sub conditione, nisi velit religionem intrare, sed absolute decernit, non esse cōpellendam ad recipiendum coniugem resipiscerent, à quo iudicîo Ecclesiæ recessit. Neque hæc decretalis est correcta per sequentem, vt insinuat Glossa. Nam finis seq. decret. est, definire, quod per transitum coniugis ad hæresim, vel gentilismum, non possit alter ad 2. nuptias transire; possit autem coniux infidelis, si ad fidem conuertatur, & alter in sua infidelitate persistens, nolit cum fidei cohabitare, vel non sine contumeliam Creatoris, secundum mattim. initre, dissoluto p̄timo: ultima verba Innocent. III. Per hanc ipsam responsionem illa solvitur questio, quod quaritur, vtrum ad eum, qui ab hæresi, vel infidelitate renueritur, id, qui remansit in fide, redire cogatur; recte explicari possunt iuxta præcedentem decretalem, si iudicîo Ecclesiæ facta sit separatio, innocentia non teneri ad coniugale consortium admittere ab infidelitate reuertentem; secūs, si autoritate propriâ. Quod si hunc sensum citata verba admittere possunt, dicendum, iuxta eum intelligenda esse, ex illo principio, quod semper iuris coræcio, quantum fieri potest, vitanda est, iuxta cap. cùm dilectus, de consuet. &c. l. unicus Cod. de

65. -
Affirmativa
sent. ē in ex
pressa decisa

inoff. de lib. Leges legibus concordare, promptum est. Ex quo soluitur argum. Glossa: nam ut optimè Sancb. cum Euerardo, argumentum à contrario sensu non est efficax ad iuris correctionem inferendam. Eandem sententiam deducit Alphons. Castro ex cap. finali, de hæret. vbi ipso facto hæretici priuantur iure cuiuscunque dominij in subditos. Et subditi eximuntur à debito cuiuscunque fidelitatis & obsequij erga illos. Vi cuius constitutionis vxor fidelis liberatur à debito fidelitatis & obsequij erga virum in hæresim lapsum. 3. Hæc sent. conitat ex illis verbis, cap. finali de conuers. coning. Ad religionem liberè conuolare: si enim in seculo manens, cogeretur dum ad coniugem redire, ad religionem conuolaret. Ex his facilè eruitur discrimen, cur ante Ecclesiæ sententiam, teneatur Catholicus admittere coniugem hæreticum resipiscerent, non autem post latam sententiam. Nam ante solum teneatur ab hæretico diuertere ratione periculi subversionis, quod cessat hæresi abiurata: post sententiam verò diuortium datur in pœnam commissâ hæresi, quæ pœna non cessat cessante hæresi, quia datur in viudicâ comissi criminis: cæterum norant communiter, ad hanc pœnam incurrendam, non esse necessarium, vt præcedat sententia Ecclesiæ de diuortio: sed lat esse iudicium de hæresi commissâ, ad quod absque aliâ declaratione, sequitur in favorem coniugis fidelis pœna diuortij in iure statuta.

Ex his infertur 1. post latam Ecclesiæ sententiam, liberum esse Catholicos, ad sacros Ordines ascendere, contra pauculos, concedentes transitum ad religionem. Cùm nulla sit discriminis ratio. Nam si in seculo manens non teneatur coniugem ad fidem reuelsum admittere, poterit in seculo manens, solemnni castitatis votio se inhabilem reddere ad coniugale consortium: 2. Oppositum dico de coniuge hæretico, qui non modò, ante, sed neque post latam ab Ecclesiæ sententiam, religionem ingredi, vel ad sacros Ordines ascendere, nisi de licentia alterius coniugis, potest. Ratio; cùm hoc diuortium fiat in favorem innocentis, qui semper ius retinet reconciliandi sibi coniugem resipiscerem, non poterit absque licentia innocentis, statum cù matrimoniio incompossibile mutare. Ex quo sequitur, inualidam fore eius professionem sine licentia innocentis factam; professumque teneri ad coniugale consortium redire, si ab innocentia repetatur: non teneri autem resipiscerent religionem ingredi, ingrediente innocentia, vt de adultero *sûprâ*, qui nec teneatur religionem ingredi, ingrediente innocentia, cùm sit eadem vtriusque ratio. 3. Au si ex utroque coniuge hæretico, unus ad fidem conuertatur, possit hic, inuito altero ad religionem transire, vel ad sionem miscatos Ordines ascendere? Dico, si Ecclesiæ bi Vienne sententia præcessit, quæ eos hæreticos declarauerit, posse ad fidem conuersum, inuito altero, religionem ingredi, vel sacros Ordines suscipere: nec teneri posse ad coniugem redire, etiam si ad fidem conuertatur. Quia sententia ab Ecclesiæ semel pronunciata, hæresis vtriusque coniugis declaratiâ, vterque eximitur à debito fidelitatis & obsequij erga alterum: vterque in pœnam hæresis priuantur iure exigendi debitum ab altero: neque hæc pœna tollitur hæresi abiurata: ergo unusquisque habet potestatem ab altero perpetuò diuertendi; & consequenter mandandi statum cù matrimoniio incompossibilem.

66.
De argumen-
to à contra-
rio sensu.

Coroll. dñs.

Quid ad
hanc que-
stionem mi-
propositam.

An

An autem in hoc fieri possit delictorum compensatio, sicut sit in adulterio, infra. Si vero nulla praesulit Ecclesiæ sententia, hæresis declaratoria, esto ita notoriū sit, eos hæreticos esse, ut nullā queat tergiuersatione celari, neuter ad fidem cōuerlus poterit sine licentiā alterius in hæresi persistētis, statum cū matrimonii incompossibilem mutare. Quia cūm hoc perpetuum diuortium non sequatur ex peccato hæresis, ut sequitur ex adulterio, propter fidem coniugi violatam sed in poenam tantum hæresis commissas ab Ecclesiâ statutam; & poena non incurritur, nisi post latam sent. neuter cōiux ad fidem cōuersus ante pronunciatiā ab Ecclesiâ sent. poterit à cōiuge perpetuò diuertere, sed ad tēpos duntaxat, quādū hæresis durabit quā abiurata, tenebitur ad illā redire.

69.

Dubium 3.
Distinctio
Sanch.

3. An spontanea copula cum coniuge hæretico præsumatur delicti condonatio, & iuris cessio, ad diuortium celebrandum, sicut copula spontanea cum coniuge adultero? Distinguit Sanch. diff. cit. n. finali: si copula præcedat sententiam Ecclesiæ hæreticum damnantis, non censeri delicti condonatiū, nisi adhibetur cum expresso animo condonandi ius acquirendum post latam sent. Ratio: ante latam sent. Catholicus non habet ius diuertendi à coniuge hæretico, nisi propter periculum subversionis, cui iuri cedere non potest, cūm ad hoc teneatur lege naturali; & cūm aliud ius non habeat, quippe qui tenetur coniugem ab hæresi resipiscere ad pristinū consortium admittere, nequit talis copula censeri cōdonatio: cūm condonatio præsupponat ius, quod cōdonans habet in condonandum. Si vero adhibetur post latam sent. eam nec esse, nec præsumi iuris acquisiti de diuortio faciendo condonatiū, nisi sit cum spontaneo & expresso animo huic iuri cedidi adhibita. Vnde non posset Catholicus, propter eā in foro externo cogi ad coniugem correctā admittendam: uti cogi posset innocens admittere adulterum, propter spontaneam copulam post adulterium adhibitam. Ratio: cūm in fornicatione carnali causa diuortij sit iniuria irrogata innocentī & carnis diuisio in plures; hoc ipso quodd per copulam coniug. caro per adulterium antea in plures diuisa reunitur suā naturā, & quādam necessitate, est prioris iniuria condonatio. At in fornicatione spirituali causa diuortij non est iniuria illata coniugi, sed poena inflata hæretico, quod sicut ipse fidem diuinam violando, se subtraxit à debito fidelitatis erga Deum; ita & omnes eius subdit, ac proinde etiam confit exi- mitur à debito fidelitatis & obsequij erga ipsum.

70.

Consensio-
nem quoad
primum nō
quoad 2.

Pontius lib. 9. c. 22. n. 5. sentit cum Sanch. quoad 1. dissentit quoad 2. putatque spontaneam copulam post latam ab Ecclesiâ sent. cum hæretico ad fidem iam cōuerso adhibitam, esse ac præsumi in foro exterio acquisihi iuris cōdonationem: nec posse talem allegare iuris ignorantiam, vel defectum consensū: uti nec potest in copulâ post adulterium adhibita. Quam sent. sic probo: Ita perpetuum diuortium est poena hæresis, ut sit etiā in fauore Catholici ab Ecclesiâ inducta, ne sine quā culpā Catholicus cogetur cum perpetuā infamia cohabitare cum coniuge, ab Ecclesiâ de hæresi publicè damnato: ac proinde in ipsius potestate est, coniugem ad fidem conuersum admittere, vel non admittere. Cūm igitur coniugalis copula in foro externo præsumatur, ut certū signum cōdonationis iuris perpetuò diuertendi ab adultero in fornicatione carnali; eodem modo præsumi debet in fornicatione spirituali: cūm non minus vnu, quam alterū diuortium inductū sit in favorem innocentis. Nec refert, quodd maiorem cōnexione habeat copula coniugalis cū condonatione iniuria illata propter fornicationem carnalē; nam

hæc materialiter se habet: formaliter. n. cōdonatio respicit spontaneam voluntatem condonantis: at id vtrōq; casu copula cōiugalis præsumitur adhibita spontanea, & animo condonandi ius perpetuò diuertendi. Nam hoc ipso, quodd adhibita est post latam sent. hæresis declaratiū, non potest prælumi iuris ignorantia, quæ reddere posset copulâ quoad effectum condonandi, non spontaneam. Neq; adhibita facta animo, tum quia id non præsumitur in fornicatione carnali; tum quia nunquam a Cœs. præsumitur malus l. merito ff. pro socio, & ex reguli iuris, Semper in dubiis benigniora sunt preferenda: præsumeretur autem talis copula peccaminosa; nec Sanch. negat, si præsumeretur adhibita animo facto ius non condonandi.

71.

Dubium 4.
Dupliciter
hæc compen-
satio fieri
potest.

4. An in hoc adulterio spirituali sit cōpensationi locus? Ut si hæresis vnius compensetur heresi alterius; aut hæresis vnius compensetur adulterio alterius; aut contrā, adulterium vnius hæresi alterius. Quoad 1. nullus est compensationi locus: eo quodd hæresis non est causa diuortij, nisi vel propter periculum subversionis, quod ex cohabitatione cū hæretico imminet coniugi Catholico, vel in poenam cōmissæ hæresis. Ratione primi: si alter ad fidem revertitur, altero in hæresi persistente, nō poterit præteritam suam hæresim cum præsentis alterius cōpensare; cūm iure naturæ potius teneatur ob imminentis periculis, ab illo diuertere. Si vterq; per sent. Ecclesiæ est hæreticus dñnatus: vel vnu tantum ad fidem reuersus; petit cū hæretico cōiuge ad maritalē consortium redire, per compensationem delicti; & talis cōpensione vel necessaria non est, quippe cūm possit Catholicus, si nullum sibi periculum timeret, ad hæresicū coniugem redire, cūm hoc diuortiū inductū sit in fauore innocentis, qui semper ius habet nocentis sibi reconciliandi: vel certè fieri nequit, si à Catholicis subversionis periculi timeatur. Si vero vterque ad fidē revertitur, & vnu petit ad consortiū redire, altero renuente, licet poterit petenti negari: quia cūm hæc sit poena propter fidē Deo violatā, ea semel ab Ecclesiâ inflicta, amplius nō reuocatur. Et licet inflicta sit in fauore innocentis, cūm neuter hoc casu supponatur innocens, cūm vterque iuste fuerit ob cōmissionem hæresim à fidelitate & obsequio alterius exēptus, neuter exaudietur. Sola igitur controversia est de cōpensione adulterij cū hæresi; vel contrā, de cōpensione hæresis cū adulterio. Nota, nunquam in iudicio hæreticū contra coniugē adulterū audiri, ex c. a nobis, & c. exception. de exception. iunctis Gloſa, vbi dicitur publicè excommunicatus repellendus esse ab agendo. Affirmant cum Hostie. & Goffre. Sylvest. verb. diuor. q. 1. l. & ver. matr. 9. q. 8. D. Antonin. 3. par. tit. I. c. 21. §. 6. Ratio: utraque fornicatio carnalis, quam spiritualis est sufficiens causa diuortij; ergo & reconciliationis. Confir. etiam hic locū habet illud principiū, Paria delicta multā compensatione tolluntur. Palud. in 4. dist. 35. q. 1. ar. 2. casu 1. Suppl. Gabr. q. vn. ar. 2. post 1. concl. casu 1. Alphonſ. de Castro lib. 2. de potest. leg. pæn. c. 4. §. vi noſtram, docent, fornicationē carnalē compensari spirituali, non contrā. Vnde potest adulter repellere hæreticū, nequit autē hæreticus repellere adulterum. Ratio: ut delicta compensentur, debent esse paria; at longe grauius est adulterium spirituale, quam carnale: nequit igitur hoc illo cōpensari, potest autem contrā.

Verū cū Sanch. diff. 16. n. 3. & Pont. lib. 9. c. 22. n. 6. dico nullam dari inter adulterium carnale & spirituale cōpensionem. Nam vel hæreticus nondum est ab Ecclesiâ damnatus; & nequit ab eo Catholicus adulter repellere, quia nondū ius acquisiuit ab eo perpetuò diuertendi, sed solū ad tempus, donec resipiscat, ad quem resipiscētem Catholicus adulter

Dicitur,

B b

cedere

redire tenerur, si resipiscens petat. Contrà verò, potest hæreticus à Catholicis adultero diuertere: nec potest adulter contra hæreticū exceptione adulterij spiritualis se tueri; cum nequeat se tueri exceptione actionis, quam non habet. Vel est ab Ecclesia damnatus; & tunc tam Catholicus adulter potest diuertere ab hæretico damnato; & conuerso, propter ius ab Ecclesiā sibi cōcessum, quam hæreticus ab adultero, propter violatā sibi cōjugalem fidem: neuterq; potest se contra alterum, exceptione criminis tueri cùm sint diuersæ rationis. Nam in uno causa diuortij est violatio fidei coniugalis, in alio violatio fidei diuinæ, quæ mutuā cōpensationem non admittunt; cùm diuersorū delictorū cōpensatio non detur.

73.
Sanctus ex pli-
cas apposito
exemplio
sponsatum.

Naturale
principium.

Ad fund.
aduers.

si sponsus iustum habeat causam dissoluendi sponsalia, quia sponsa fornicata est: & rursus spōsa causam habeat à spōsalibus resiliendi, quia spōsus corruptus est leprā: tali casu non datur cōpensatio: sed uterque licetè poterit à contractu sponsalium resilire, cùm uterq; ius alterum cogendi amiserit. Nec refert, quod unum delictum sit grauius altero: quia hic non tam attenditur grauitas delicti in se, quam in ordine ad matrem, quod laedit. Grauius autem matrem, laedit adulterium carnale, quam spirituale. Ipsa etiā diuertia diuerso modo procedunt ab adulterio carnali, & spirituali. Nam à carnali procedit per se & suā naturā, ob fidem violatā in contractu matrem, datum iuxta illud: *violentia fidem non est fides seruanda*: à spirituali verò procedit, ut pura poena in ipsius vindictā inflicta. Ex his constat ad fundam. aduersæ sent. Esto n. vtraq; fornicatio sit sufficiens causa ad diuertendum, non est tamen vtraque sufficiens causa ad reconciliandum, propter diuersum modum saprà explicatum. Ad confir. nego, citatum principium posse hic locum habere: cùm delicta non sint paria in ordine ad diuortium celebrandū, in ordine ad quod pensanda sunt. Ad fundam. Palud. &c. nego, delicti grauitatem ad diuortium faciendum, spectandam esse secundū se, sed penes iniuriam, quam infert matrimonio, ut suprà.

An propter alias causas licitum sit diuortium?

74.
Tres alia
causa com-
muniter affi-
gnantur:

Prima est; cùm coniux à coniuge ad peccatum pertrahitur: c. quanto, de diuor. vbi ex Innocen. III. inter causas, ob quas potest infidelis ad fidem conuersus à coniuge infideli discedere, una est, si eū pertrahat ad mortale peccatum. Quæ causa militat etiam in pari coniugio inter coniuges ambos fideles, vt Glossa in can. Vxor, verb. Vxor, & Glossa in can. Idolatria verb. sacrificare 28. q. 1. Ratio: iure diuino naturali tenemur periculū animæ, magis quam corporis, vitare: ergo si propter periculum corporis, possumus, vt infra, à cōiuge diuertere; à fortiori & propter periculum animæ. Dices: huic obstat tex. quæfuerit, de diuor. decidens, non esse mulierem profecto, vel alio crimine sui viri, ab ipso separandam, nisi fidei sua religionem corrūpere velit: ergo præter adulterium non nisi sola hæresis præbet causam diuortij. Nego conseq. sit enim in eo textu solius hæresis mentio, propter maius periculum subversionis, quod per hæresim imminet cōiugi: quippe quæ facilius, quam quodlibet aliud peccatum, se insinuat in animos aliorum: non n. sub specie mali, vt cætera peccata, sed sub specie boni, incautos hæreticus subuertit: sc. ad hæresim allicit vt ad veram sectâ, ipsius opinione.

75.
Coroll.

Ex his infero 1. non solum posse, sed etiam teneri à cōiuge diuertere, si probabiliter putet, se peccato, ad quod pertrahitur, consensurum: secus, si putet se non consensurum, licet possit ab eo diuertere. Nam prior habet causam diuertendi necessariâ; posterior sufficientem tantum. Cæterum etsi hæc causa esse

possit tam ex parte viri ad peccandum pertrahentis vxore, quam ex parte vxoris pertrahentis virū: periculosis tamē est, quæ ex parte viri, propter autoritatem, quam habet in vxorem. Ex quo sequitur, maiorem obligationem habere vxorem diuertendi in tali casu à viro, quam virū diuertendi ab uxore: cùm vir autoritate sua possit compescere uxorem, non autem contrà. Vnde vxor fugâ debet periculū declinare, quod vir potest correctione. 2. Hoc non **Secundum** præbere causam diuortij perpetui, sed temporalis, donc coniux corrigatur: quo corredo, tenetur diuertens ad coniugale consortium redire. Sequitur, nec posse diuertentem religionē ingredi, aut sacros Ordines suscipere: & si profitetur, professionem fore nullam, teneriq; ad coniugem redire, ei que maritale debitum soluere. Non tamen petere poterit, propter simplex votū cōtinentiaz, quo saltem religionē profitendo se astrinxit, iuxta ea, quæ **suprà**. 3. non est ad **Tertium**, hoc diuortiū faciendū necessaria Iudicis sententia, sed potest propriâ authoritate: tum quia est ad tempus: tu quia ratione imminentis periculi, unusquisque tali casu ius diuertendi habet ab ipsâ naturâ.

76.
Causa est morbus infectiūs, post contractum matrem, coniugi superueniens. Si matrem, præcessit, diuertere nō potest: quippe qui sciens & volens cū tali contrahens, iuri diuertendi cessit. Ratio: rectus ordo charitatis postulat, vt non debeat coniux cum manifesto periculo grauissimi morbi, contrahendi, obsequia alteri coniugi præstare. Vnde supponitur hæc cōditio tacitè inclusa in ipso cōtractu matrem. Non est tamen hæc separatio propriâ authoritate facienda, sed iudicio peritorū, qui certū possunt de morbi infectione iudicium ferre: sine quorum iudicio separatio facta non tenet; teneturque diuertens ad cōiugem redire, donec de morbi infectione certior fiat. Quin etiam iudicio peritorum à cōiuge infecto diuertens, obligatur, durante morbo, omnia ei obsequia præstare, quæ saluā propriâ in columitate, præstari possunt. Negotium faciunt duo prima c. de coniugio leprosor. in quibus Alex. III. prohibet, ne coniuges propter lepram separantur, aut coniugale debitum negent. In 1. M. Adamus. quatenus ut vxores vi-
ros, & viri uxores, qui leprosorum incurruunt, sequantur, & eu cōiugali affectione ministrent. In 2. Quoniam nemini licet, exceptā causā fornicationis, uxorem dimittere: constat, quod siue mulier leprā percussa fuerit, seu aliā graui infirmitate detenta, non est à viro propterea separanda, vel etiā dimittenda. Ibidem etiam Pötifex iubet, reddendum esse debitum, si à leproso exigatur. In idem consipiat 32. q. 5. can. Si uxorem quia habeat sterilem, vel deformem corpore siue debilem membrum, vel cæcum, vel surdam, vel claudam, vel aliquid aliud siue morbis & doloribus, languoribusq; confectam, & quidquid, exceptā fornicatione, cogitari potest vehementer horribile, pro fide & societate sustineat. At vt recte Duran. in 4. dist. 32. q. 1. n. 8. Palud. q. 1. ar. 1. & alij, hæc iura intelligenda sunt, quando nullum imminet infectionis periculum: alioqui imminente periculo, potest coniux à coniuge infecto, non solum thoro, sed etiā habitatione separari; cum strictiori iure teneatur suum individuum cōseruare, quam cū manifesto vite periculo cōiugalia obsequia præstare. Infertur, non licere coniugi, propter morbi infectioniū alterius, ad religionem transire, etiam si talis morbus iudicio peritorū sit incurabilis. Ratio: licet non teneatur cum eo simul habitare, tenetur tamen vi coniugalis vinculi, ei subministrate, quæ necessaria sunt, tum ad vitæ sustentationem, tum ad morbi remedia, tum ad obsequia coniugi debita: quæ omnia à religioso nequeunt exhiberi. An saltem posset vir ad sacros Ordines ascendere, Maini 4: cum quibus hæc officia non sunt incompossibilia. **Sed**

77.
Hinc dedi-
ca iura non
sunt contra-

78.
Corollar.

Maini 4:
binu.

Sed neque id posse censeo, niū de expressā licentia vxoris infirmæ: tum quia etiā aliqua ex prædictis tōcōpossibilia sint cum statu Sacerdotali, non tamen omnia: nec tam opportunè præstari possunt ab homine sacris initiatō. Tum maximè, etiā morbus iudicio peritorum sit incurabilis, non tamen dat alteri coniugi causam perpetui diuortij: non igitur poterit sine expressā licentia infirmæ coniugis ad statum clericalem, qui causam perpetui diuortij supponit, transire.

79. Tertia causa est, sc̄uitia, quæ tam ex parte uxoris, quam viri esse potest: plerumque tamen ex parte viri. Hæc iustā causam coniugi præbet propriā au-

thoritate diuertendi, ad graue malum imminens vitandum. Si non imminet, nec periculū est in morā, erit iudex adeundus, vt iuridicē sc̄uitiaz causas examinet: cum non cuiuscunque mali metus ad diuertendum sufficiat, sed qui in constantem virū cadere possit: alioqui ansa daretur, ob leuissimas causas diuortium faciendi. Vnde non censetur sufficiens causa, si vir iustā & rationabili ex causā, moderatè vixerit, cum talem potestate habeat vir supra uxorem, hoc ipso, quod vi matrimonij illius caput constituitur. Nec refert, quod vir causam sc̄uiendi viro dederit, per adulteriū, vel per quodlibet aliud crimen: quia vir non habet autoritatē vindicandi crimina uxoris, cum hæc sit penes iudicem: sed solū potestatem illam corrigendi, qualēm habet in filios, & reliquā familiam.

80. Coeterū, modus procedendi, quo debet procedere Iudex in virum de sc̄uitiā ab uxore accusatum, præscribitur cap. ex transmisſā, & cap. litter. de restit. spoliis, vt sc̄. sufficiēti cautione præstātā, mulier viro restituatur, donec sc̄uitiaz causas examinentur: si verò tanta sit viri sc̄uitia (inquit Innocent. III. cap. litter. fine) vt mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas provideri, non solū non

debet illi restituī, sed ab eo potius amoueri: alioquin, sufficiēti, si fieri potest, securitatem prouisā, profectō videtur coniux ante causā cognitionem restituenda marito. Idem definit cap. ex transmisſā, Alex. III. Mandamus, quatenus si vobis confiteris, quod prefata mulier prædicto militi legitime desponsata fuisset, & ab eo cognita, ipsam ei restitui faciat: receptā tamen sufficiēti cautione, quod illi non debeat aliquod malum inferre. Si autem capitali odio ita mulierem vir prosequitur, quod merito de ipso diffidat, alicui proba & honesta mulieri usque ad causa decisionem, custodienda studijs committat ut in loco, ubi vir, vel parentes eius mulier nullam possint violentiam inferre. Explicit autem Glossa verb. sufficiēti, illam esse sufficiētem cautionem, quæ per pignora, vel fideiussores datur. Quæ eriam monet, vt iudex eam cautionem recipiat, per quam magis possit mulier esse secura. Sufficit si persona gravis & honesta sit, pro sufficiēti cautione iuramentū. Notat Sanch. disp. 18. n. 46. datam cautionem non impedire, quo minus licet viro moderatè uxorem punire de criminibus ab eā commissis: cūm per cautionem hoc iure vir non priuetur, nec rationi congruum est, vt uxoris delicta à viro impunē permittantur. Ex his infero cum Nauar. lib. 4. consil. de diuort. consil. 4. fine, Henrīq. lib. 12. de matrim. cap. 5. n. 10. Sanch. disp. 18. n. 49. Si iudex desperet in viro sc̄uitiaz correctionem, aut sufficiētem cautionem,

posse absolute diuortium celebrare: quo celebrato, poterit innocens religionem ingredi, vel sacros Ordines suscipere. Nec posse postea à coniuge reuocari, sed sibi imputet, quod suo tempore reconciliari aoluerit, aut sufficiētem cautionem dare. An autem tali casu licitū etiam sit nocenti, religionem ingredi, vel sacros Ordines suscipere? Resp. cum Sanch. cōtra Nauar. negatiū: uti saprā de diuortio, propter adulterium celebrato. Si verò spes sit, vel de corre-

De Matrimonio, Tym. IX.

ctione sc̄uitia, vel de sufficiēti cautione dāndā, poterit iudex diuortium ad tempus celebrare: quo celebrato, non licebit innocentia religionem ingredi, aut sacros Ordines suscipere. Ex his deciditur, de furore, quo cōiux corripitur, an det sufficiēti cautionem diuortij. Nam vel hic coniunctus est cum sc̄uitia, & de ea dictum est. Vel non est cū sc̄uitia cōiunctus: & tunc nō erit sufficiens causa diuortij, sicut nec vlla alia infirmitas, quæ ex se infectua non est.

DE SPONSALIBVS.

NA TVR & ordo poscere videtur, tractatum de sponsalibus matrimonio præmittendū, vt de dispositionibus moralibus ad formam matrimonij: sicut natura recti ordinis Magistra, physicas dispositiones ad formam inducendam præmittit: at quia plurima, quæ de sponsalibus à nobis disputanda sunt, pendent ab iis, quæ de matrimonio conclusa sunt, contra communem methodum, censui prius de matrimonio disputare: ne eadem bis repetenda forent: sed quæ de matrimonio vt de principali stabilitate essent, eadem de sponsalibus, vt de accessorio intelligenda forent. Vnde in quibus sponsalia cum matrimonio conueniunt, ad ea recurrendum, quæ de matrimonio suprà. Natura sponsalium, obligatio, personarum habilis, & causæ, quibus sponsalia dissoluuntur examina-

nandæ. De sponsalibus agit ius Ciuite tota ff. &c. de Sponsalib. Canonicum tit. de Sponsalib. & matrim. & cap. vn. de Sponsalib. in 6. Scholastici verò cum Magistro de Sponsalib. Theologicè disputant in 4.d.27, n. 28. Summiſtæ casisticè verbo, sponsalia.

DISPVTATIO XXXIX.

De natura Sponsalium.

SECTIO PRIMA:

Quid & quotuplicia sint sponsalia?

SPONSALIA à spondendo dicta sunt, authore Vlpia. l. 2. ff. de sponsal. eo quod moris veteribus Quid nō fuit, stipulari, & spondere sibi uxores futuras: eo fine, vt August. ait lib. 8. Confess. cap. 3. & refertur can. institutum 23. q. 2. vt iam pacta sponsa non statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauerit sponsus dilatam. Ex hoc, sponsi, sponsæ appellatio nata est, vt l. 3. cod. tit. Floren. Iuris. Promitterebat n. vir, se puellam ducturum, & puella à patre, & fratre, aut tute promitterebatur viro nuptura. Vnde qui loco nuptiarum spondebat, sponsor, nuptura, sponsa; vir puellam ducturus, sponsus dicebatur. Variis solebant modis apud antiquos sponsalia celebrari. Romanorum mores describit Nicolaus Papa ad consulta Bulgar. cap. 3. & refertur can. Nostrates 30. q. 5. aliarum nationum mores Alex. ab Alex. lib. 1. Genit. cap. 24. Apud Christianos celebrari solent, scripto, aut simplici verbo, arrhis sponsalitiis, annuli subarratione, iuramento. Quos modos, præter ultimum, recenset eis loco Nicolaus Papa. Legi.

S.Thom.in 4.dif. 27. q.2. ar.1. in corp. vbi hos omnes modos refert, & approbat.

2.
Definitio.

Definitio: sponsalia à Frontone Iuriscl.l.1. ff. de sponsal. & à Nicolao Papa, saturarum nuptiarum promissio: addunt aliqui, externo signo expressa. Et merito, cùm nulla humana promissio homini facta, vim obligandi habere possit, nisi externo signo sufficienter expressa. Dicitur, futurarum nuptiarum: quo discriminantur à matrimonio, qui contractus est per verba de praesenti expressus: Sponsalia autem contrahuntur per verba de futuro: vt accipiam te in uxorem; accipiam te in virum. Dicitur, Promissio: quæ mutua ex parte utriusque contrahentis sit oportet. Vnde notanter Iuriscons. vsus est voce re-promissionis, quæ mutuam promissionem importat. Nam sicuti in matrimonio non sufficit consensus unius, sed requiriatur mutuus ex parte utriusque. Ita nec in sponsalibus, quæ matrimonij inchoatio sunt, sufficit promissio unius, sed utriusque necessaria est. An autem possit unus tantum promittendo, & altero acceptante, & non repromittente, ad futurum matrimonium contrahendum se obligare, infra. Notat cum Magist. Courarr. in Epitome in 4.lib.decretali cap. 1.n.3. apud lacros Scriptores, & ius Canon. sponsalia quandoque usurpari pro ipsa mutuâ coniugali corporula traditione de praesenti, quæ sponsalia de praesenti dici solent. Vnde & sponsos appellamus, qui de praesenti contraxerunt, nondum tamen carnaliter se cognoverunt. Huius ratione reddit tit. S.Thom. ad ult. quia qui matrimonium per verba de praesenti contrahit, futurum matrimonij actum spondet: sicut qui per verba de futuro, sponsalia celebrat, ipsum matrimonium futurum promittit. Etsi, vt idem ibid. sponsalia propriè dicuntur, quæ de futuro matrimonio sunt. Hinc deducit Sanch. lib. 1. de matr. dif. 1. n. 2. in materia favorabili nomine mariti, aut vxoris, venire etiam sponsum vel sponsam de futuro; in odio non nisi sponsum, aut sponsam de futuro. Ceterum, vt communiter, vxor propriè accipitur pro sponsa de praesenti à marito cognita: nisi aliud subiecta materia suadeat, vt Luce 2. dicitur Maria Iosepho desponsata vxor. Infertur, sponsalia non esse à Christo in sacramentum effecta, (nullum n. mysterium supernum, est absque manifesta auctoritate afferendum) sed in suâ purâ naturâ relicta, prout vim tantum obligandi habent ex mutuâ coniunctione contrahentium, & ceteri contractus humani. Vnde nec gratiam conferunt, nec ad ultimum sacram Mysterium exprimendum eleuata sunt. Etsi de sponsalibus iudicare, eorumque validitate, aut invaliditate, spectet ad iudicem Eccles. tum propter connexionem, quam cum matrimonio habent: tum propter impedimenta, quæ ex iis ad matrimonia dirimenda oriri possunt.

3.
Primum appellationis ratio.

4.
Coroll.

Dubium eff.

6:
Bifariam
contrahen-
tur sponsa-
lia.

posita sit de praeterito, aut praesenti, quia tunc, vt supra, sponsalia statim fiunt vel absolute valida, conditione subsistente; vel absolute inualida, conditione non subsistente. Eadem ratio est, si conditio de futuro sit necessaria, aut impossibilis: nam si est necessaria, sponsalia de praesenti censentur absolute contracta: si impossibilis, censentur de praesenti inualida, nisi aliunde constet, eam non fuisse scripsit appositam. Notat S.Thom.cit. in corp. si conditio de futuro sit in honesta, & contra substantiam matrimonij, sponsalia fore nulla: quia cùm sint propter matrimonium, eadem conditio, quæ aduersatur matrimonio, aduersatur sponsalibus. Quid si contrahensur, nisi sub tali conditione, sponsalia contrahere? Tunc dico, quod de matrimonio contrahentem ad in honestam conditionem verificandam non teneri. Quod si alter nolit, nisi sub tali conditione contrahere, teneri alterum sponsalia non acceptare. Quod si ea cum huiusmodi conditione acceptet, eamque executioni mandet, quamvis peccet, illam acceptando, & exequendo, eā tamen exequitioni mandatā, obligabitur ad sponsalia seruanda. Intelligitur de conditione in honestā concomitantē se habente ad obiectū sponsalium: nam quæ materiam inficit irritat sponsalia, vt constabit. Nota, vt sponsalia sub conditione contracta, adueniente conditione, sint valida, opus non esse nouo consensu ex parte contrahentium, sed sufficere priorem sub conditione praestitum, qui adueniente conditione, factus absolutus, ac moraliter perseverans, contractum de praesenti concludit, vt de matrimonio supra.

Dubitabis 1. An sponsalia conditionata per copulam clandestinam subsequenter transire in abdicationem? Certum est, ea non transire in matrimonium, cùm ad hoc nouo Trident. iure necessaria sit parochi, ac duorum testium praesentia: nisi parochus de conditionato consensu esset certior factus, & in suā & testium praesentiā matrimonium consummaretur: quod docet Sanch. lib. 1. dif. 26. n. 12. oppositum opinante Pontio lib. 12. cap. 5. n. 5. Resp. cum Sanch. ibid. negatiū. Quia nequit talis copula post Trident. nisi affectū fornicario exerceri; cùm clandestinè adhibita, inualida sit ad matrimonium contrahendum: at copula fornicaria idonea non est ad sponsalia conditionalia purificanda: nam hæc non purificantur, nisi aut conditione verificatā, aut eā depositā, si à sola contrahentis voluntate pender: vt antiquo iure per subsequenter copulam censebatur deponi: nunc autem, cùm talis copula non admittatur ut coniugal, non poterit per eam censeri conditionem deponi: proinde sponsalia sub eā contracta, adhuc manebunt conditionata. 2. An sponsalia conditionata obligent ad expectandum conditionis aduentum? Resp. cum Sanch. lib. 5. de matr. dif. 6. n. finali, dubium, affirmatiū. Ex l. potior ff. qui potiores in pignore. Fundatur in naturā contractus onerosi, qui semel initus contrahentes ex iustitia obligat, ne alter, inuitus altero, resiliat. Nec refert, quod sit conditionatus, cùm non minus hic, quam absolutus, obligationem inducat: cum sequè unus ac alter, vim obligandi fortiantur ex mutuâ pacientium coniunctione.

3. An sponsalia conditionata dirimantur per absolutionem? soluta, ante priorum conditionis eventum contracta? Resp. cum Sanch. lib. 7. dif. 69. n. 3. Pontio lib. 7. cap. 36. n. 7. de impedim. publ. honest. negatiū. Fundatur adhuc prioribus sponsalibus sub conditione manentibus inualida sunt posteriora, etiam absolute contracta. Rationem assignat Pontius: receptum est, obligationem absolutam priorem præualetere obligationi absolutæ posteriori: at etiam in sponsalibus conditionatis est obligatio absoluta, vt supponit alibi probat.

An saltem sponsalia sint ab Ecclesiâ eleuata per modum sacramentalium ad aliquem supernum. effectum causandum, vt aqua benedicta &c. Affirmare videtur S.Thom. cit. ad ult. vbi sponsalia vocat sacramentalia matrimonij, sicut est exorcismus Baptismi. At oppositum verius est. nam etsi Ecclesia auctoritate sibi à Christo communicatā, ea poruerit in sacramentalia eleuare, sicut de facto eleuauit aquam benedictam &c. de facto tamen nullum habemus fundam. id afferendi. S.Thom. vsus est voce sacramentalia, non pro effectu, ad quem hæc ab Ecclesiâ ordinantur, sed quia matrimonio præmituntur, vt Exorcismus Baptismo. Porro sponsalia contrahi possunt, absolute, & sub conditione, ex cap. vn. de sponsal. m. 6. Quæ sub conditione contrahuntur, non obligant, nisi conditione verificatā, vt ceteri contractus sub conditione celebrati: Nisi conditio ap-

probatum. Sed coart: non appetet, quâ ratione in sponsalibus conditionatis sit obligatio absoluta: cùm per ea contrahens non se obligat absoletè, sed dependenter à conditione, ante cuius euentum, consensu, & consequenter obligatio, ex eo consultans, manet suspensa. Hanc assignat Sanch. Qui sub conditione fidem præsttit, tenetur eius euentum exspectare: & contra iustitiam, eo non expectato, resilit: cùmque conditione pendente, licet non possit aliud matrim. initii, promissio de eo ineundendo, non fuit valida, cùm fuerit promissio de peccato admittendo. At neque hæc suâ caret diffic. quippe quæ inualiditatem posterioris promissionis infert ex eo, quod sit illicita, nempe de peccato admittendo: cùm possit promissio esse illicita, & tamen valida: possumus n. rem sub conditione vni promissam, validè, licet illicite, alteri tradere: & rem vni venditam, & nondum traditam, validè, quamvis illicite, alteri vendere. Verum efficax est Sanch. ratio. Ad instant. dico, optimè inferri ex obligatione promissionis præse actionis exercenda inualiditatem eiusdem. Quia cùm promissio de futuro matrim. debeat ex iustitia promittentem obligeare; cùmque nullus possit ex iustitia obligari ad peccatum commitendum; rectè infertur, ex eo quod talis promissio sit de re inhonestâ & illicitâ, non posse promittentem ad ipsam seruandam ex iustitia obligare; ac proinde deficeret à naturâ sponsalium, quæ ex iustitia contrahentes obligant. Ad exempla: longè diuersum est, contractum validitatem sortiri ex actione prauâ, & aliquem ex iustitia obligari ad prauum & illicitum contractum inueniendum. Nam etiamsi actio sit prava, adhuc vim transferendi ius habere potest: cùm hanc vim sortiatur à liberâ voluntate transferentis, etiamsi alii prava sit. At nequit aliquis obligari ad prauam actionem exercendam. Quia igitur qui sponsalia contrahit, se ex iustitia obligat ad matrim. inueniendum, nequit ad illud se obligare, si illicitum est.

Cordell. Ex his infertur, secundum nouum ius Trident. nullum ex huiusmodi sponsalibus, neque prioribus conditionatis ante conditionis aduentum, neque posterioribus absolutis, contra priora conditionata contractis, oriri publicè honestatis impedimentum: cùm & posteriora sint irrita, & priora nondum purum certumque consensum habeant: nam novo Trident. iure ex nullis sponsalibus, quâcunque ratione inualidis, oritur publicè honestatis impedimentum, s. 24. cap. 3. Secundum vero ius antiquum, posteriora absoluta, quamvis irrita, non priora conditionata, hoc impedimentum publicè honestatis inducebant; eo quod sola ea hoc impedire non inducebant, quæ solius consensu defectu irrita erant, ex cap. vn. de sponsal. in 6. Cùm igitur posteriora non sint irrita defectu consensus, sint autem defectu consensu irrita priora, quæ nondum illum purum habent; posteriora, non priora, secundum ius antiquum, hoc impedire inducebant.

SECTIO II.

Quæ promissio requiratur ad sponsalia validè contrahenda?

Dolm. ab. 10. **A** D valorem sponsalium requiri, ut promissio sit reciproca, perfectè libera, & in personam determinatam ferantur, dixi dis. 23. n. 2. addo requiri, ut non sint dolo contracti. Quod certissimum est, si dolus versetur circa personam, cum quâ est contrahendum: talia n. sponsalia iure naturæ sunt

De Matrimonio, Tom. IX.

irrita, ob defectum consensu ad certam personam terminati, ut de matrim. Si vero dolus versetur circa causam, quâ contrahens inducit ad sponsalia inunda: & talis dolus non det causam contractui, sc. quia adhuc excluso, sponsalia initia fuissent, sponsalia non irritat. Cùm in tali contractu non desit substantialis consensus ad certam personam: nec error causa, quâ inductus est contrahens, contractum irritat: quippe cùm etiam errore secluso, contractus initus fuisset. Ergo solus dolus dans causam contractui, sponsalia irritat, non quidem ex defectu consensu substantialis, cùm hic supponatur liberè terminatus ad certam personam, cum quâ contrahendum est; Nisi contrahens ita suum consensum ad hanc determinatam personam limitet, ut nolit cùm cùm contrahere, nisi sub certâ conditione, quam dolus occultat, quia tunc deficeret consensus substantialis: deficeret cùm quo ad conditionem, quam ut partem obiecti sui consensu, contrahens intenderet, ut de matrim. suprà; sed est inualidus, seu potius inualidandus, ratione iniustitiae, quæ contrahenti fieret. Quo fit, ut si contrahens non à persona, cum qua contrahit, sed ab alia tercia decipiatur, sponsalia irrita non sint; cùm in iis sit substantialis consensus: nec iniustitia terciâ persona illata, præ iudicare debet alteri contrahenti innocenti; nisi forte hic esset iniustitia particeps. Ita Sanch. lib. 1. dis. 6. n. 5. An autem eo casu deceptus ius habeat sponsalia dissoluendi? Affirmat cum Bartol. & alii ibid. Sanch. ex vniuersali regulâ: quod omnes contractus onerosi dolo initi, non sunt irriti, sed irritandi. De quo tom. 5. Præterea valida esse sponsalia à parentibus, præsentibus & recentibus si. Indubius à liis contracta, declaravit Bonifacius VIII. cap. vn. sufficeret. de despons. impub. in 6. nec solum contracta à parentibus, vel iis, qui in parentum locum succedunt; sed etiam ab aliis, si sponsi taceant, & non reclament, ut suprà, de matrim. contra aliquos recent.

Denique ad sponsalium valorem iure canonico non requiritur parentum consensus, sed sufficit mutuus coruti, qui contrahunt: ex cap. cxxi verum, de regular. & can. Suff. i. at 27. q. 2. quoad matrim. definitum est à Trident. s. ff. 24. cap. 1. eademque ratio est quoad sponsalia. Secundum ius ciuale aliter sentiendum est, ut dis. 4. sett. 1. Iuxta quod parentum consensus necessarius est, quamdiu contrahentes sui iuris non sunt, secus, vbi proprij iuris esse cœperint:

An promissio ficta ad sponsalia validè contrahenda sufficiat? & An qui fictè contraxit, teneatur, Propositum & quo iure fictum consensum in verum mutare? tur dubia discussio. Discussum dis. 4. sett. 3. & 4. vbi ostendi, nullum contractum ficto consensu initio validum esse ad obligandum: obligari tamen qui fictè contraxit ex iustitia ad fictum consensum in verum commutandum: idque non tantum ratione fraudis, aut scandali, vel damni decepto secuti; sed ex naturâ contractus onerosi, qui tam positivo, quam naturali iure æqualitatem poscit ex virtute parte contrahentium. Qui igitur si fictè promittit, se matrimoniu cum Mariâ contracturum, sponsalia inualida contrahit. Neque vi talis contractus immediate tenetur cum sponsâ matrim. contrahere; tenetur tamen mediately: nam hoc ipso, quod sponsalia contrahere voluit, tenebatur ex naturâ contractus, æqualitatem pone-re, verum præstando consensum: ad quem tamdiu astringitur, quamdiu cùm aliâ vera sponsalia, aut matrim. non contrahit. Sicut qui fictè rem suam alteri vendidit, ac tradidit, tenetur ex naturâ contractus fictum consensum in verum mutare: quamdiu autem illum non mutat, validè potest, quamvis illicite, rem venditam clam surripere, eamque alteri vendere;

B b 3

eritque

16.

Hac sponsalia sunt irrita defectu consensu,

eritque secunda venditio valida, inualidà existente prima. Sunt igitur in foro conscientiae posteriora sponsalia contra priora fictè contractam, valida: licet in foro externo ea non admittantur. Ex eodem inualidatis capite priora sponsalia non causant in foro conscientiae publicæ honestatis impedim. nec iure antiquo, quo etsi ex omnibus sponsalibus quauis ratione inualidis, oriebatur id impedim. haud tamē ex inualidis defectu cōsensūs, c. vn. de spons. in 6.

17.

Quid in iuxta
ius anti-
quum?

Distinguend.

18.

Ratio.

19.
Dubium
certum.
Affirmant.

Ratio.

Confirm.

damnum inferens. Negant bonau. in 3. dist. 39. ar. 2. Negant q. 1. Scetus q. vn. §. de tertio, vers. quantum ad perire. Ga- briel. q. 1. ar. 2. concil. q. Ioan. Medina c. de confess. q. 48. sub tit. de dispens. super Confess. remel. q. Ad 2. Palati. in 4. dist. 29. dist. vn. §. 2. arga. Angel. verb. Iuram. 5. n. 28. Sylvest. Iuram. 3. q. 2. & Iuram. 4. q. 17. Sanch. lib. 1. de matrim. disp. 9. n. 9. & fuisus in Decal. lib. 3. cap. 18. citans alios: Richer. in 4. dist. 39. ar. 2. q. 1. utramque sent. problemati-
cè defendendam proponit.

Dico 1. Iuramentum additum sponsalibus fictis, ea non revalidat, reponendo illa in statu veri con- tractus, ex iustitia obligantis: ex 5. to. disp. 17. sect. 10. dicto 6. in 2. edit. Quia nequit contractus quo ad substantiam nullus, iuramento revalidari: at ficta spon- salia sunt quo ad substantiam nulla: nam substantia sponsaliū consistit in reciproco consensu, quo sponsa se mutuo astringunt ad futurum matrim. contra- bendum. Major prob. iuramentum non firmat cōtractum, dando illi primum esse substantiale, sed eo supposito, solū illi novum superaddit robur vir- tute religionis. Confir. iuramentum non supplet ve- rum consensu in eo, qui fictè contraxit: sine con- sensu autem natura contractus non subsistit: cūm tota eius essentia consistat in mutuo pacientiu- consensu: igitur non potest illum in ratione contra-ctus revalidare. Dices: iuramentū, ut cit. loco dicto 3.

20.

Pro difficult.
mi dubij re-
solutione
duplex

vim habet cōfirmandi contractus humano iure nul- los, non solū extipsecā virtute religionis, sed etiam intrinsecā vi iustitiae, conferendo illis intrinse- cum valorem & robur, ratione cuius reuiniscunt ad illum eundem statū, quem haberent, si humanā lege irriti non fuissent: ergo habet vim conferendi pri- mū esse substantiale. Distinguo antec. iuramentum habet vim revalidandi contractus, qui sunt humanā lege nulli solū in foro externo, concedo; qui sunt humanā lege nulli in foro eterno, nego. Nam potest lex humana contractum irritare; vel solū in foro externo, ne suum effectū operetur, negando illi iuridicam actionē, non tamen auferendo illi intrinsecum valorem, quem ex consensu contractū habet: vel irritando illum etiam in foro conscientiae, non assistendo, nec dando illi generalem influxum causæ vniuersalis, qui est ipse Legislator, in subdi- tos potest tem habens. Porro iuramentum eos solos contractus confirmat, qui tantū in foro externo, non autem qui in foro interno irriti sunt. Ac proinde falsum est, iuramentū conferre primum esse sub- stantiale contractui, quem revalidat, sed illud semper supponit ex cōsensu tum causæ proximæ & par- ticularis, qui sunt ipsi contrahentes, tum causæ re- motæ & vniuersalis, qui est ipse Legislator; qui dum contractum prohibet in foro tantū externo, non negat illi suum influxum & assistentiā in ordine ad internum conscientiae, hoc ipso quod illum in eo foro non vetat. Infero, sponsalia contracta ante xta- tem pleini iudicij & consensū capacem, vel tempore ebrietatis, aut amentiae, non posse iuramento re- validari, nisi novo consensu ratificantur: quia sunt nulla, defectu consensū ad sponsalia substantialiter requisiti, quem iuramentum per se non supplet. Quid si perfecti consensū capaces sponsalia contra- hant sub conditione, si se inebrient, aut in amentiam incident? Resp. valida fore, ebrietate, vel amentia temporali subsecutā. Nam tali casu ebrietas, vel a- mentia, foret tantū conditio, quā purificatā, spon- salia suam validitatem haberent, vi precedentis & contractū, cum plenā libertate celebrati.

Dices;

3. An sponsalia ficta opposita iuramento obli- gent? Affirmant Caiet. 2. 2. q. 89. ar. 7. §. in resp. ad 4. Sotus lib. 8. de iustitia q. 1. ar. 7. §. At verd, Suar. depa- ctū 1. p. §. 5. nū. 2. Henrig. lib. 11. de matrim. cap. 13. in scholio litt. Z. Suar. to. 2. de relig. lib. 2. cap. 7. & 8. Lessius de iust. lib. 2. cap. 42. dub. 6. Videtur S. Thom. cit. q. 89. ar. 7. ad 4. vbi vniuersaliter docet, & reliqui cū. iura- mentum dolosum, vti esset in proposito casu, ser- vandum esse iuxta mentem eius, cui præstatur; non dolosum verd, iuxta mentem iurantis. Probant tum ex 22. q. 5. can. Quacunque arte verborum quisque iuret, Deut. tamen, qui conscientia testū est, ita hoc accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit. Tum ratione; iuramentum ex naturā suā, independenter à voluntate iurantis, affert secum obligationem efficiendi verum, quod iuratur. Repugnat igitur, habere veram voluntatem iurandi, & simul voluntatem non se obligandi: cūm in ipsa voluntate iurandi per se includatur voluntas se obligandi. Confirm. 1. non potest iurans se non obligare ad dicendam præsentem veritatem; ergo nec se non obligare ad futuram efficiendam: utramque .n. veritatem includit iuramentum promissio- rum. 2. Obligatio, quæ ex iuramento nascitur, non pendet ex intentione iurantis, vt in aliis contra-ctibus, sed ex naturā operis: sicut ex damno illato per se oritur restituendi obligatio, velit nolit

B.P.

21. Coroll.

22. Fundam.

23. ex-

Digitized by Google

exequendas, non requirit, ut illa sit debita alio titulo; sed sufficit, si absque peccato executioni mandari possit: ergo etiam si sponsalia facta iuramento confirmata, defectu consensu non obligent titulo iusticie, obligant tamen titulum religionis. Antec. cōstat, tum in promissione, quā viator inter iurando se astringit ad certum pretium latroni, & mutuatorius ad usuras mutuatori soluendas: tale enim iuramentum obligat ad promissum seruandum.

cap. debitores, de iure iur. cūm tamen in hāc promissione,

prāter titulum religionis, ex pr̄stito iuramento coſurgentem, nullus sit alijs titulus, quo pro-

missum promissario debeatur. Tum ratione: iura-

mentum, independenter à quoconque alio titulo,

adserit secum obligationem verum faciendi, quod

juratum est, ob reuerentiam Diuini Numinis in

fideiſſorem & testem adducti. Esto igitur, qui

sic facta sponsalia iurat, non teneatur ea seruare titulum

iusticie, tenetur tamen ea seruare titulum religionis.

23.
Dicō

Rsp.

Dices: nos. disp. 17. sect. vlt. docuimus, neque vir-
tute religionis obligare iuramentum, quando cadit
in contractum naturaliter irritum: at si facta sponsa-
lia sunt naturaliter irrita, ut supra; ergo nec iura-
mento confirmata obligabunt virtute religionis.
Resp. Maior in eo dumtaxat sensu concessa est,
quando iuramentum cadit in contractum natura-
littere irritum ab ipso iuratum: ut si quis iuret, se ser-
uaturum votum naturaliter irritum, quod putat esse
ratum: quia tunc iurans fertur in contractum sub
tacitā conditione, quād sit ratus: quā conditio si
non subsistat, iuramentum non obligat, eo quād
sub eā conditione tacitē cōfissum fuit. Secus est,
quando iurans scit contractum esse nullum, & ni-
hilominus iurat, se illum seruaturum: quia cūm
sciat, illum esse irritum, non potest iurare sub tacitā
cōditione, si est ratus. Vnde si quis iuret, se usuras,
aut pretium latroni soluturum, putas, vi promis-
sionis se ad id teneri, iuramentum non obligat: quia
tunc censetur factum sub tacitā conditione, si talis
promissio sit valida. Secus, si inualiditatis conscientia,
iuret usuras, aut pretium soluturum.

24.

Dubium 3.
nominis
difficiliter,

Conveniens
DD. I.

3. An possit quis iurare se sponsalia seruaturum,
& nihilominus ad ea seruanda non se obligare? hoc
dubium implexius reddunt tot opinantium placi-
ta: antiqui nimis confuse de illo loquuntur. Re-
centiores ob varios modos, quibus illud explicant,
ē tenebris non euoluunt. Conuenient 1. vt iura-
mentum promisorium iurantem obliget ad futu-
ram assertionem veram faciendam, requirere ex
parte iurantis veram intentionem iurandi, sine quā
etiam si externa verba proferantur, iuramentum
non est, cūm careat animo iurandi, qui ad omnem
actum humanum necessarius est: sed erit fictum
dumtaxat iuramentum, nullum per se obligationem
inducens ad futuram assertionem verificandam.
Non secus ac matrimonium absque vero animo
contrahendi initum. Quod interdum absque pec-
cato fieri potest: ut cūm quis iusta ex causā non iu-
rat ad mentem interrogantis, vendo verbis exter-
nis, non iuxta intentionem iuramentum exigentis,
sed suam, vel conditionem solā mente p̄econcep-
tam apponendo, vel in alio sensu, quem verba
habere possunt proferendo. 2. Quoad forum exter-
num, verba semper p̄esum à iurante proferri iux-
ta propriam significationem, iuxta quam cōteri
homines cōfuerunt illa usurpare. Quia cūm po-
testas humana nec hominis interna videat, nec in
illa authoritatē habeat, non potest de ipsius actibus
iudicare, nisi per externā ligna sensibus patefacta.
Vnde tales in foro externo obligantur etiam si in
foro interno intentionem se obligati non habeant.

25.

Conveniens
a.

3. Iuramentum naturā suā includere obligationem *Conveniens*
verum faciendi, quod iuratur: nec posse, stante vc. 3. *debet*,

to iuramento, hanc obligationem ab eo iurantis vo-
luntate separari: nam ex eo, quād sit attestatio diui-
ni nūminis in testimonium future assertionis, lex

naturalis & diuina, ob reuerentiam tanto testi de-
bitam, obligat uerum faciendi, quod iuratur. Nec

poteſt hāc naturalis obligatio, voluntate iurantis à
vero iuramento ſemel admisso tolli: cūm non ſit

in potestate iurantis, in lege naturali & diuinā,
quam verum iuramentum ſecum affert, ſecum di-
pensare. 4. non posse in cādem voluntate hos

duos actus ſimul ſtare, efficacem intentionem iu-
randi, & efficacem intentionem ad rem iurata ſe
verificandam non ſe obligandi, cūm una deſtruat

alteram, nam qui habet efficacem intentionem ſe
non obligandi ad id quod iuramentum per ſe in-
cludit, habet efficacem intentionem non iurandi, &
contrā, cūm nequeat iuramentum conſistere ſine

intrinſicā lege naturali ad obligandum. Hoc autem
intellige de eo, qui naturam iuramenti nouit: nam
qui per errorem putaret, posſe verum iuramentum

ſine obligatione conſistere, poſſet ſimul habere vo-
luntatem iurandi, & intentionem ſe non obligan-
di. Nam eo caſu hāc duæ voluntates non apprehe-
derentur à iurante vt contrarie inter ſe, proinde ſi
mul intendi poſſent: cūm repugnantia in actibus

vitalibus delumenta ſit per ordinem ad ipsum o-
perantem. Poſſet tamen quis habere efficacem vo-
luntatem ſe obligandi, & ſimul efficax propositum

non exequendi rei iurata: non n. voluntas non
exequendi opponit voluntati ſe non obligandi:
quia poſt quis cum obligatione nolle execu-
tionem. Conſir. exemplo matrimonij, in quo poſteſt
contrahens ſe obligare ad omnia ea, quā matrimonij
per ſe includit, & ſimul nolle ea exequi. Nam per
primam voluntatem intendit tota ſubſtantia ma-
trim. quā est mutua corporum traditio ad actum
coniugalem, cum obligatione ſeruandi fidem, &
reliqua, quā matrimonij, cōſtantialiter includit: & per
ſecondā non tollitur obligatio, per priorem volun-
tatem intenta, ſed tantum executio rei, ad quam ſe
obligavit. Sicut poſt ſubditus velle obliga-
tionem in lege inclusam, & tamen nolle legē exequi.

Ex his admisis, multa poſſunt, in concordiam
redigi. Nam qui docent, non poſſe quempiam ha-
bere efficacem intentionem iurandi, & ſimul ſe non
obligandi, non aduersantur iis, qui dicunt, poſſe ali-
quem habere voluntatem iurandi, & ſimul ſe non
obligandi: cūm hi non afferant, ſtare ſimul poſſe
verum iuramentum cum efficaci voluntate ſe
non obligandi: ſed hoc ipſo, quād quis cum
voluntate iurandi conneſtit voluntatem ſe non
obligandi, deſtruit verum iuramentum; confe-
quenter hi nunquam admittunt ſimul efficacem
voluntatem iurandi, & ſe non obligandi: ſed vel fi-
cā iurandi cum efficaci ſe non obligandi; vel con-
trā ficiam ſeu inefficacem voluntatem ſe non obli-
gandi cū verā atq; efficaci iurandi. Nota poſſe has

duas intentiones iurandi, & non ſe obligandi à iu-
rante elici, vel vt iuramentū intendatur ſub expreſſā
conditione ad rem promissam ſe nō obligandi; ſed vel
sub p̄eſciſa dumtaxat voluntate iurandi, abſtrahēdo
ab obligatione, vel non obligatione. Sicut qui ma-
trim. contrahit, poſt illud contrahere, vel ſub ex-
preſſā voluntate ſe non obligandi ad fidem ſeruan-
dam, vel debitum reddendum; vel ſub p̄eſciſa tan-
tum voluntate matrimonij contrahēdi, abſtrahendo ab
obligatione, vel non obligatione eorum, quā matrimonij
per ſe includit. Cūm n. obligatio ſit po-
ſterior iuramento, & matrimonij, poſt expreſſā

27.
Concordia
authoratē
ſtudentis

Clariss. ex-
pli cat. p̄
duplicem
modum dī-
ciendi q̄t;

intendi vnum, non intento expressè alio. i. modo elicita in intentio sub expressa conditione se non obligandi, iuramentum est nullū, proper conditionem apposita, substantiam iuramenti destruentem; proinde nihil obligat: cùm per eam voluntate non ponatur iuramentum: quod autē non est, obligare non potest. Nam licet iuramentū non pendeat à voluntate iurantis, vt possum non obliget, penderet tamen à voluntate iurantis, vt ponatur: cùm igitur voluntas iurandi eum expressa conditione non se obligandi, destruat iuramentum, per eam voluntatem non ponitur, & consequenter nec eius obligatio.

At initiat Suar. Voluntas conditionata nihil ponit in esse: ergo si iuramentū intenditur sub conditione se non obligandi, talis voluntas nihil ponit in esse, antequā ponatur intentio se non obligandi. Sed occurrit: id verum esse, quando res intenditur sub conditione futurā; falsum, quando intenditur sub conditione de præsenti, depedante à volūtate ipsius operantis, vt nostro casu sit, in quo à iurante de præsenti intenditur iuramentum vt affectū & vestitum prædictā conditione, quæ simul cū iuramento integrat unum obiectū, in quod iurantis intentio fertur.

Elicita 2. modo, sub præcīlā tantū voluntate iurandi, adhuc potest elici, vel cum sufficienti notitiā naturæ iuramenti & obligationis ipsius, vel sine ea. i. modo elicita, iurantem statim obligat: nec amplius in potestate ipsius est, per subsequentē voluntatem hanc obligationē tollere. Quia qui sciens iuramenti naturam iurat, hoc ipso vult illud cum obligatione, quam per se includit. Et quia hæc voluntas statim à Deo acceptatur, nō amplius in iurantis potestate est, per sequentem voluntatem à tali obligatione se eximere. Sicut non est amplius in potestate promittentis, positā promissione ex parte suā, & acceptatione ex parte alterius, ab obligatione se liberare. Est tamen in humanā promissione discri-
men: quia potest promittere, antequam eius promissio ab altero acceptetur, illam reuocare, vel de verā in fictā mutare. In quo casu promittens non obligatur: quia homo homini non obligatur, donec eius obligatio ab altero acceptetur: & quia potest promittens, antequam eius promissio ab altero acceptetur, eam reuocare, vel de verā in fictā mutare, potest, qui initio veram voluntatē habuit promittendi per sequentē voluntatē non obligari. At quia Deus iurantis voluntatem, statim ac à iurante elicitor, acceptat, non est amplius in ipsius potestate, illam per sequentē voluntatē tollere: nam semel conclusio ex parte vtriusq; contractū, non est amplius in contrahentis potestate, ab obligatione se eximere. Si verò voluntas iurandi eliciatur absq; prævia & sufficienti notitiæ naturæ & obligationis ipsius iuramenti, censem, per talem voluntatē præcīlā nondum iurantem obligari: ac proinde accedente voluntate se non obligandi, seu iuramenti obligationē non acceptādi, ab obligatione liberari: nisi fortè per priorem voluntatē impliciter talis obligatio acceptata, per virtualem intentionē, intendēdo iurare iuxta naturā iuramenti, etiam illa ignoretur. Ad hæc affer. discepare videantur DD. prius sent. Sanchez solum concedit, posse iurantem iuramento non obligari, quando ab initio intendit iurare sub expressa cōditione se non obligandi. Affer. prob. Quamdiu obligatio in iuramento inclusa, non est iuranti voluntaria, ipsum non ligat: cùm sub peccato ad sui obseruantiam non adstringat, at quamdiu iurantem non ligat, potest ab ipso tolli. Sed obligatio in tali voluntate inclusa, non est iuranti voluntaria: ergo potest per sequentē voluntatē ab ipso tolli. Non quod siūl maneat prior voluntas iurandi cū sequente se non obligandi, sed

quod per sequentē destruatur prior & eōsequenter vis obligandi in iuramento inclusa. Minor assump. constat: nam quamdiu iuramento utrum iuramentū non obligat, nondū est illi voluntarium vt obligatorū: ergo in potestate ipsius est, sufficienter cognitā iuramenti obligatione ab ipso recedere. Confir. quamdiu obligatio in iuramento inclusa, non est iuranti voluntaria, non acceptatur à Deo; cū Deus nostros actus non acceptet, vt meritorios, vel demeritorios, præmiabiles, aut punibiles, nisi sint voluntarii. Quādū autē obligatio in iuramento inclusa à Deo non acceptatur, potest iurans ab illā recedere, cūm ante acceptationem, contractus inter homines & Deum non concludatur. Sicut liberum est homini, à promissione recedere, antequam sit à promissario acceptata: eo quod ante acceptationem promissionis, contractus non sit conclusus.

Minor subsump. prob. Nequit esse voluntaria illa obligatio, cuius nulla præcessit notitia, vel in se vel ^{30.} Obligatio in causā: at talem iurandi voluntatē nulla præces- talis voluntatē sit neq; in se, neque in causa iuramenti obligationis case in classē notitia: igitur non potuit esse iuranti voluntaria: ac non est voluntaria, proinde ad obligandū sub peccato efficax. quia qui vel nondum perspectam habet iuramenti naturam, vel etiam si antea perspecta habuerit, nulla tamen in ipso actū iurandi occurrit cogitatio, vel saltem dubium de iuramenti obligatione, neq; in causā, hoc est in ipsā Numinis attestatione, habere non potest de obligatione iuramenti sufficientē notitiam, quā ad illud sub peccato seruandū astringatur. Nec refert, quod iuramentum naturali lege obliget ad suū obseruantiam: cū etiam ad contrahendam obligationem legis naturalis seruāda sit necessaria aliqua obligationis notitia, sine quā nequit esse voluntaria talis obligatio. Confir. qui habet ignorantiam prædispositionis, quod iuramentum non obliget, iurans non manet obligatus ad illud seruandū, ob defectū notitiae obligationis: ergo neque qui habet ignorantiam simplicis negationis, iurans manebit obligatus ad iuramentum seruandum: cūq; è voluntarium tollat ignorantia simplicis negationis ac prædispositionis: cū in vtrāq; ignorantia sit negatio scientiæ ad voluntarium necessariæ. At inquires: salte iurans debuit hanc notitiam habere: ergo in ipsā ignorantia vt in causa fuit iuramenti obligatio necessaria: vti per vincibilem ignorantiam legis ad peccatum obligantis contrahitur obligatio ad peccandum sufficiens. Resp. vtrò cōcedo, si talis ignorantia potuit à iurante superari, obligationem seruandi iuramenti fuisse voluntariam in ipsā ignorantia indirecte volitā. Vt autem potuerit ab eo superari, debuit dubium salte præcedere de iuramenti obligatione. At assertio supponit, nullū tale dubium iurantis animū pulsasse. Nec demū obicias, huiusmodi casum esse metaphysicum & de rarissimè cōtingentibus. Nam per talem casū optimè explicatur natura iuramenti, quod nūl cum aliquā actuali notitiā de ipsius obligatione fiat, nō obligat proinde poterit iurans sufficienti notitiā obligationis accedit, ab eius obligatione, & consequenter à facto iuramenti recedere.

Ex hæc doctrinā conciliantur DD. sc. qui affir-
mant, in tali casu iurantem obligari, intelligendi. Faciliſſi con-
sunt, quando iurans perspectam habet naturam iu- ^{31.} ramenti, & in ipso actū iurandi non habuit inuinciblem inconfidantiam de ipsius obligatione: vel non apposuit conditionē aliquam destruentem na- turam iuramenti. nam tunc obligatio iuramenti for- maliter contrahitur per ipsum actum iurandi: quz obligatio statim à Deo acceptatur, cūm in eā accep-
tandā Deus tempus non exspectet: per quā accep-
tationem concluditur contractus inter Deum & homi-

28.
Quid si elicitur sub præcīlā?

29.
*Affertio sic primum ex-
plicata prob.*

Dicitur

resp.

hominem: quo conculso, non est amplius in potestate iurantis, se ab obligatione seruandi iuramentū eximere. Qui verò negant, eo casu iurantē obligari, nisi accedat voluntas ad illud se obligandi, intelligendi sunt iuxta asser. explicata. Argumenta, quae contendunt, obligationem contrahi statim ipso actu iurādi, supponūt, eam fuisse voluntaria, vel in se, vel in causa, saltē virtualiter & indirectè, ut supra. Duo tantum negotiorum faciliunt: sc. & qui peccat, etiam cum inuincibili ignorantia pœnæ; & qui damnum infert, etiam cū inuincibili ignorantia obligationis ad damnum resarcendum, obligationem pœnæ, & damni resarcendi contrahit. Sed ad 1. vt obligatio pœnæ contrahatur, necesse non est, vt pœna voluntaria sit, sed sat esse, vt tantum culpa, in qua pœna virtualiter continetur, voluntaria sit. Ad 2. si fieri potest, vt damnum inferatur cum inuincibili ignorantia & peccati & obligationis ad restituendum, hæc obligatio, saltē in foro conscientiæ, non incurritur. Nam, vt so. 5. disp. 35. s. & 5. restitutio non obligat, nisi ex damno culpabili: quippe tale damnum equipolleret dāno casu ac fortuito illato. Si haberet solam inuincibilem ignorantiam obligationis restitutio, non peccati, quod in tali damno inferendo committeret; omnino censeo, cum ad restitutionem teneri, etiam ante iudicis sententiam; quia tunc obligationem illatum damnum resarcendi contraheret in ipsa culpâ voluntariè commissâ.

32. *Suarez vrget cit. n. 14. ex hac sent. sequeretur, posse quempiam sine peccato iurare, se aliquid facturum, sine animo illud faciendi: si potest. n. quis iurare, & ad iuramentum non se obligare: poterit iurare, & simul non habere voluntate iuramentū seruandi: quia in hoc nulli facit iniuriam; cùm totū id pendeat ex libera voluntate iurantis. Resp. hic discursus supponit, iuramentum fieri cum sufficienti notitiâ obligationis: quo casu sicut non est in potestate iurantis, iuramenti obligationē à se tollere, ita neq; animum habere iuramentū non seruandi. **Ad cit. can. quācunq;** 22. q. 5. responder Sanch. illud intelligi, quando quis iurat animo se obligandi, non tamē exequendi rem iuratam: vel quādo sacramentum iuridicē exigitur. Sed melius explicatur de iuramento, prout defacto fit cum sufficienti notitiâ obligationis. Argumenta verò, quæ negant obligationem contrahi per actum iurandi independenter à voluntate iurantis, vel supponunt, iuramentū intendi cum conditione iuramenti obligationē destruente; vel cùm inuincibili ignorantia illius: nam iuxta 1. modū, iuramentū se ipso non intendit, sed externa duntaxat verborum prolatio, quæ sine internâ voluntate non obligat ad rē iuratā verificandā. Licet is grauter peccet, peierādo in ipso actu iurandi, inuocando numē in testimonium rei, ad quā expressè intendit, se non obligare. Iuxta 2. modū, iuramentum non contrahitur formaliter cum obligatione, quam suā naturā includit, sed solū materialiter: id quod ad obligationē ad peccatum astringentē, non sufficit. Vnde licet tali casu iurans nō potuerit impedire, quin iuramentū à se factum fuerit obligatorium in actu 1. cùm hoc habeat ex ipsa voluntariā attestatione Numinis, in testimonium rei iuratæ, potuit tamē impedire, ne in actu 2. obligaret, cuius obligationē non admittendo, & consequenter nec ipsum iuramentum absque sufficienti notitiâ obligationis emissum: quod ex se indifferens erat ad actu obligandum, si accessisset voluntas se obligandi: vel ad actu non obligandum, accedente voluntate non se obligandi: quæ voluntas hoc ipso quod procedit ex cognita obligatione in ipso iuramento inclusa, destruit iuramentum.*

Hæc doctrina applicari poterit ad sponsalia, quæ si

sint factæ cōtracta, etiam vero iuramento confirmata, non erunt ex iustitiâ, sed solā virtute religionis. **Universalis** seruanda: nisi appositum iuramentū sit, vel sub conditione destruente naturam iuramenti, vel non cum sufficienti notitiâ obligationis ipsius, subsecurā statim expressa voluntate se non obligandi. **Ex eadem** infertur, intellectus Canonis 22. q. 5. S. Gregorii, nativitatis varijs explicit verbis: quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem & intentionem: quia non debet intentionis verbis deseruire, sed verba intentionis. Cuius auth. dituntur qui docent, posse à iuramento tolli obligationem, quæ à iurantis voluntate penderit: solū autē ex hoc habetur, Deum non falli, qui internas hominis intentiones & voluntates internoscit: sicut fallitur homo, qui tantum externa verba audit. quæ sequuntur, Certe nouerit &c. intellige, de voluntate & intentione, quam habere in potestate proferentis est; non autem quæ in ipsius potestate non est: vel certè quando verba sunt ambigua, quæ in utramq; partem accipi possunt, & in potestate iurantis est, ea in alterutram partem accipere. Ex his etiam S. Tho.

explica in sum. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad 4. vbi hixus autho. **35.** S. Thomam ritati Isidoris relata can. quacunque, docet, iuramentum explicata, quæ dolo sum seruandum esse iuxta mentem eius, cui varius ut p̄statur. In 4. verd. dist. 39. q. vn. ar. 3. fine, oppositū docet, nempe iuramentum non obligare ex naturâ suâ, sed ex intentione iurantis. unde infert, qui dolose iurat, teneri rem iuratam seruare, non ratione iuramenti, sed iustitiæ, ne aliis ex iurantis dolo lēdatur. Sed in sententiis cum intellige de iuramento emiso sub expressâ conditione se non obligandi: vel sub præcisâ voluntate iurandi absque sufficienti notitiâ obligationis: In summâ de vero iuramento cum actuali notitiâ ipsius obligationis: vel magis iuxta textum, in summâ de iuramento equitudo, quod intelligi potest iuxta duplē sententiam: & tunc si dolose fiat, intelligendum est iuxta mentem eius, cui iuratur; si absque dolo, iuxta mentem iurantis.

4. An sponsalia clandestina sint valida? **Menochius** negat, & alij apud Sanch. l. 1. de matr. disp. 12. n. 1. exl. O-
ratio ff. de sponsal. & l. si quis tuor. ff. de ritu nupti. Pri-
ma: Oratio Imperatorum Antonini & Commodi, que qua-
dam nuptias in persona Senatorum inhibuit, de sponsalibus,
nibil locuta est: recte tamen dicitur etiam sponsalia in his
casibus ipso iure nullius esse momenti, ut suppleatur, quod o-
rationi deest. Secunda: Quamuis verbis Orationis cautum
sit, ne vxorem tutor pupillam suam ducat, tamen intelligentia
est, nec despondet quidem posse: nam cum quā nuptiā
contrahit non possunt, hec plerumque ne quidem despondet
potest: nam que duci potest, iure despondetur. ergo prohibi-
bitis per Trident. matrimonii clandestinis, prohibi-
ta quoq; censentur clandestina sponsalia: etiam ex
verbis concilij, quibus personas ad sic contrahendū
omnino inhabiles reddit: vbi tō omnino nullam
admittit inter clandestinē contrahentes limitatio-
nem, sed omnes comprehendit, vt inhabiles ad sic
contrahendum. Ratio Glossa in cit. Leg. Oratio: quan-
do aliquid prohibetur, cum eo prohibentur simul
omnia, quibus ad illud peruenitur: ergo prohibito
matrim. clandestino, cū eo simul prohibentur clan-
destina sponsalia, quibus ad matrim. peruenitur.
Confir. qui est inhabilis ad matrim. est etiam in-
habilis ad sponsalia: cū nequeant sponsalia esse
licita, si illicitum est matrim. cū sponsalia sine
proper matrim.

Affirmant Nasuar. in sum. c. 25 n. 144. & l. 3. consil. de
voto conf. 6. fine, & alibi: Henrīq. l. 11. de matr. c. 5. n. fina-
li: Palati. in 4. dist. 40. fine: Lud. Lopez 1. p. instruer. conscie-
bilis. cap. 85.

6.85. fine, & 2. p.c. §7. de sponsal. §. Igitur nunc ad obiect. &c. 39. §. Praterea, Sa verb. Sponsalia §. Quidem, Sanch. l. 3. disp. 12. n. 2. Conink. disp. 21. de sponsal. dub. 2. concl. 6. Hurtad. disp. 1. de matr. diff. 16. Barbosa in collect. in Triden. sef. 24. c. 1. n. 127. Galij multi apud Sanch. que sent. longè vetricor : eam tradit sacra Cardin. Congreg. in declarat. supradubia c. 1. de refor. matr. tum in explicatione verb. Ad sic contrahendum: vbi sic habet: *Hic versus nihil pertinet ad sponsalia per verba defuturo contraria, sed tantum intelligitur de matrimonio per verba de presenti contracto: tum in expositione verb. qui aliter: decreta hoc annullat solum contractus matrimoniales per verba de presenti clandestine factos: sponsalia versus per verba de futuro relinquit in terminis Iuris Communis: solum autem per hoc decretum correctum est, ne sponsalia, iuxta c. veniens, & c. is qui, de sponsal. per sequentem copulam transiant in matrim. vbi hoc Triden. decretum receptum est: nam vbi non est receptum, etiam quoad hoc manet ius antiquum. Vnde si quis iter faciens per loca, vbi Triden. non est receptum, sponsam maritali affectu cognoscat, validè cum eâ matrim. contrahit: quia per eiusmodi copulam, secundum ius antiquum, sponsalia transibant in matrim. Quod verum est, etiam sponsi sponsalia contraxerint in loco, vbi Triden. est receptum, iuxta ea quae disp. 7. Ratio: ut ab Imper. Theod. & Valensi. l. macipimus, fine c. de appell. Quidquid in novâ lege expressum non habetur, veteris iuris dispositioni relinquitur: cum igitur in novo Triden. decreto, contra clandestina matrim. edito, nulla mentio fiat de sponsalibus, ea relicta censentur dispositioni veteris iuris: in quo non solum sponsalia, sed etiam matrimonia clandestinè contracta, vt idem f. ff. 2. 4. c. 1. valida ac rata erant. Confir. Lex correctiua, ut potè à iure cōmuni cōmuniciter ab omnibus acceptata, ac suam vim possidētē recedens, vt odiosa non est nisi ad expressos casus extendenda. Contrà vero, in fauorem iuris communis admittendū est, quidquid non est in novo iure expressum. Cum igitur noua Triden. lex sit veteris iuris correctiua, nec in ea vila expressa mentio fiat de sponsalibus, non est ad ea extendenda, sed potius in fauorem iuris communis de solo matrim. intelligenda. Adde, vt Sanch. non eadem militat ratio in sponsalibus, ac in matrimonio clandestino. nam ratio prohibēti matrimonia clandestina fuit ad evitandum perpetuum concubinatum, quem committeret, qui priori coniuge clandestinè ducit, eāq; repudiātā, secundā duceret in facie Ecclesiar. Quae causa non militat in sponsalibus clandestinis: post quae si alia sponsalia publicè contrahantur, & matrimoniu cū secunda sponsa in facie Ecclesiar celebretur, validū est matrim. esto peccauerit, qui spretis primis sponsalibus clandestinè contraxis, sine causā transiuerit ad secunda, & per ea ad matrim.*

38.
Ratio huius
verioris
sent.

Ad citatas leges Resp. in iis prohibebatur absolu- tē matrimoniū inter senatorem & libertinam, tu- torem & pupillam: quo absolu- tē prohibito, non po- terant inter eos sponsalia esse licita: quippe quae non potuissent habere effectū, qui erat cōtractio matrimoniū simpliciter. At nouā Triden. lege non inhibetur inter aliquas personas matrimoniū absolu- tē, sed vt clandestinē duntaxat contrahendū: proinde nulla ex hac nouā lege prohibito in sponsalia deriuatur: cum nulla sit inter clandestinitatem matrimoniū, & sponsaliū connexio; optimē n. possunt sponsalia clandestinē contrahi, etiam si matrimoniū debeat publicè celebrari. At nequeunt sponsalia li- citē contrahi matrimoniū absolu- tē prohibito. Propter hanc igitur naturalem connexionē, quae inter matrim. absolu- tē prohibito, & sponsalia est, illo pro-hibito, prohibentur & hæc, Quae connexio cū non

sit inter matrim. clandestinē tantum prohibitum, & clandestina sponsalia; illo clandestinē tantum prohibito, nō censentur hæc quoq; clandestinē prohibita. Argumentū vero ductū ex particulā omnīn, nimis debile est, cū séper eiusmodi particularē accipiendas sint iuxta subiectam materiam: cumque in eo capite scopus Concilij sit, solum matrimonia clandestina suo decreto annullare, vt constat, tum ex titulo, qui est de reformatione matrimonij: tū ex toto cō extitu, qui nullā de spōsalibus mentione factā, continuo de matrimonio loquitur, nequit praedita nota, nisi ad matrimonia clandestinē cōtrahentes cadere. Ratio verò allata sūmūm cōcludit, quando aliquid absolu- tē prohibetur, non quando solum secundū ali- quam circumstantiam, cuius prohibendi causa non militat in aliis. Similiter patet ad cōfir. nam qui est inhabilis ad matrim. simpliciter, est etiam inhabilis ad sponsalia: non autem qui est inhabilis ad matrim. clandestinē contrahendum, est etiam inhabilis ad sponsalia clandestinē contrahenda; cū nulla sit inter prohibitionem unius & aliorum connexio, cū restet possit ex clandestinis sponsalibus ad publicū matrim. perueniri, non possit autē licetē ex sponsalibus perueniri ad matrim. absolu- tē vetitum. An saltē sit pec- catum, clandestina sponsalia contrahere? Affirmant sia inserit ad aliqui apud Sanch. peccatum esse lethale, cū sit trans- gressio de re prohibitā gravi. Negat verius cū malū sent. Sanch. l. 1. disp. 13. n. 2. id esse peccatum, ne quidē ve- niale: eo quod nulla sit in iure p. obicitio: nam pro- habitus matrimonii clandestini; quod solum prohibetur cap final. de cland. depon. & in decreto Triden. sef. 24. cap. 1. non est ad sponsalia extendenda, vt supra.

5. An possint sponsalia ex una tantum parte obli- gare? Pro hoc dubio multos refert, tam antiquos, Dubium quām Recen. l. 1. disp. 5. Sanchez, quos omnes conatur quinque in concordiam redigere, per suam sent. infra expli- can. At contrā Vasquez. disp. 4. de matr. c. 3 cōtent. seca rati- cit, nullā de hāc re fuisse, aut esse posse opinionē va- num ex ea, ratiatē: sed omnes partem neg. constanter docuisse.

Prima igitur sent. sit Vasquez cit. cui per omnia sub- scribit Pölius l. 12. c. 4. negantis, posse esse promissio- nem de futuro matrim. cōtrahendo, ex unā tantum parte obligātū, quia contraetus matrim. est quae- dam commutatio corporis pro corpore, quae essen- tialiter requirit mutuā ex vtrāq; parte obligationē. Igitur qui promittit, se cum aliquā contracturū, matrim. necessario ab eā exigit mutuam repre- missionem, quam contrahendum matrim. essentialiter requirit: nec pro suā voluntate potest, aut qui pro- mittit, illam non exigere; aut qui acceptat, illam non spondere: cū in potestate contrahentium non sit, à contraetu tollere, quod est de essentiā contra-etus. Vnde infert, hoc ipso quod acceptans non re- promittit, non manere obligatum promittentem, etiamsi acceptans expressè dicat, le acceptando nolle re promittere. Confir. Promissio futuri matrimoniū, non est promissio donandi, sed de commutando, & mutuā obligatione incundā: ergo nequit fieri gra- tis, sed sub conditione mutuā sponsionis: sicut nec ipsa commutatio fieri potest, nisi inuitu mutuā re promissionis.

Secunda probabilior Nauar. in sum. c. 22. n. 25. Sanch. cit. Hurtadi. disp. 1. de matr. diff. 5. docet, posse per modum simplicis promissionis, unum alteri de ma- trim. contrahendo gratis se obligare, altero minimē obligatio: secus, si non gratis, sed respectivē, & per modum contractū promittat: quia tunc censetur promittere iuxta naturā sponsaliū, quae recipro- cam ex parte vtriusq; desiderat promissionē. Ratio: nulla appetit repugnantia, cur non possit quis per modum simplicis promissionis, alteri se gratis obli- gare

39.
Ad leges in-
oppoſitum,
apertum est
discrimen.

Ad citatas leges Resp. in iis prohibebatur absolu- tē matrimoniū inter senatorem & libertinam, tu- torem & pupillam: quo absolu- tē prohibito, non po- terant inter eos sponsalia esse licita: quippe quae non potuissent habere effectū, qui erat cōtractio matrimoniū simpliciter. At nouā Triden. lege non inhibetur inter aliquas personas matrimoniū absolu- tē, sed vt clandestinē duntaxat contrahendū: proinde nulla ex hac nouā lege prohibito in sponsalia deriuatur: cum nulla sit inter clandestinitatem matrimoniū, & sponsaliū connexio; optimē n. possunt sponsalia clandestinē contrahi, etiam si matrimoniū debeat publicè celebrari. At nequeunt sponsalia li- citē contrahi matrimoniū absolu- tē prohibito. Propter hanc igitur naturalem connexionē, quae inter matrim. absolu- tē prohibito, & sponsalia est, illo pro-hibito, prohibentur & hæc, Quae connexio cū non

40.
Ad rationes.

41.
Fundam.

42.
2. Sanc.

Effici-
ratio.

garē de contrahendo cū eo futuro matr. eandemq; obligationē altero acceptante, cum expressa voluntate non repremittendi. In quo casū promittens manebit obligatus ad suam præstatam fidem ab altero acceptam seruandam, sive reciprocā obligatione ex parte alterius. Nec ratio Vasquez euincit: cū lōgē diversa sit ratio de contrahendo matr. ac de ipsā promissione contrahendi matr. quia cū matrim. naturā suā sit insolubile, repugnat, vt ex vnā tantū parte sit obligatio: alioqui posset ex parte alterius, qui ad illud se non obligauit, dissolui. At promissio matrimonii, cū non sit naturā suā insolubilis, quippe quæ penderet liberā voluntate promissarij, qui adhuc illā semel acceptatā, renunciare potest, nulla erit repugnantia, quin ex vnā tantum parte obligare possit: nam esto semel acceptata non possit à promittente negari, potest tamen ab acceptante renunciari.

43. Ad fundam. Vasquez, quod solum probat de contractu matr. quod essentialiter est cōmutatio corporis pro corpore ad actū generationis; non autē de promissione, quæ non est ipsa mutua corporū commutatio, sed sola promissio mutuz communationis facienda, ut promissio religiosæ professionis emitendæ, nō est ipsa religionis professio. Et ideo potest quis ex parte suā se obligare ad professionē emittendā, religione nō obligatā: etiam per professionem non possit professus se religioni obligare, quin vice versa religio se obliget professo. Idq; ex eo, quod alia sit natura professionis, alia promissionis ipsius professionis: proinde non quidquid requiritur ad professionem faciendā, requiritur ad professionis promissionem. An autem talis promissio acceptata obligat sub mortali ad illam seruandam, penderet ex universalī illa quæst. an omnis promissio acceptata ex naturā suā obliget ex iustitiā: de quā *so. 5. disp. 18.* vbi partem affir. cum communī secutus sum. Dices: sequitur, posse promittentem à promissario cogi ad matrim. cū tamen promissarius ad id cogi non possit; & solum promittentē teneri, suum corpus, maritali affectu promissario tradere, non autem promissarium promitti suum: quod directè aduersatur naturā matrimonii, quod obligationē ex vtraq; parte postulat. Resp. concedo, solum promittentem ex iustitia teneri, quia solus ad illud se obligauit: at nego, solū affectu maritali teneri suum corpus actu alteri tradere, aio vicissim promissarium teneri pari affectu suum corpus actu promittenti tradere; cū hoc exigat natura contractus matrim. Quare contra factus, alter simplicis promissionis; alter matrimonii, potest ad promissionem exequendam, obligari unus, non obligato altero: nequit autem ad ipsam matrimonii executionem, per actualem sui corporis traditionē, se obligare unus, non obligato altero: cū hoc sit cōtra substantiam matrimonii: non sit autē contra substantiam simplicis promissionis, ad illam exequendam obligari & cogi unum, non obligato altero. Insertur 1. huiusmodi promissio non habet vim sponsalium: nam hæc naturā suā reciprocā pertinet promissionem, sequitur, ex tali promissione nullum oriri impedim. publicæ honestatis, secundum ius etiam antiquum: nam eti, hoc impedim. oriebatur, etiam ex sponsalibus quācunq; ratione irritis, modò irrita non essent defectu cōsensus, non tamen oriebatur ex iis, quæ vera sponsalia non erant. 2. si promissarius diu acceptatam promissionē differat, manet promittens à suā obligatione lib. vt benē *cum Soto in 4. dist. 27. q. 2. ar. 1. §. In contrarium, Sanchez.* quia per eiusmodi dilationē promissarius censemur, promissionem contemnere. 3. nisi qui promissionē acceptat expressè ostendat, scilicet nolle mutuā promissione obligare, censemur repromittere: quia promissionem acceptando præsumitur velle spon-

salia contrahere, quæ ex vtrâque parte mutuam promissionem poscunt. vnde talis in foro externo cogeretur ad standum promissis, etiamsi animum habuisset se non obligandi. quo easū nullum oriretur, ne quidem secundum ius antiquum publicat honestatis impedim. ob defectum mutui consensū: licet illud præsumeretur in foro externo, sicut præsumerentur vera sponsalia.

S E C T I O III.

Quot modis sponsalia contrahi possint?

Certum est sponsalia contrahi posse per quod-^{46. premittit} cunq; signum externū, quo sponsi reciprocum consensum sibi mutuo explicent si tale signum non sit mutui consensus aliis explicatiuum. quia hoc signū solū petitur, vt manifestatiū interioris consensū, quo de matri cōtrahendo sponsi sibi mutuo consentiunt: verū ad sponsalia validē contrahenda, nulla requiritur solemnitas, vt ea debeant corā aliis celebrari; sed sufficit, si tantum inter ipsos sponsos concludantur. Ex quo patet discrimen inter matr. & sponsalia: quod illud, cūm debeat ex decreto *Triden.* contrahi coram parocho & testibus, qui debent mutuum contrahentium consensum intelligere, non sufficit signum interioris consensū manifestatiuum solis ipsis contrahentibus, sed aliis etiam, coram quibus ex decreto Ecclesiæ contrahendum est: hæc verò, cūm etiam clandestinè contracta valida sint, nullū per se requirunt signum mutui consensū, aliis manifestatiuum. Hic colligitur intellectus verborum *Innocentij III. cap. Terci fratern. de sponsal.* Matrimonium in veritate contrahitar per legitimū viri & mulieris consensū, sed necessaria sunt, quantum ad Ecclesiam, verba cōsensum exprimentia de presenti: sc. quia semper fuerunt ab Ecclesiā prohibita clandestina matrim. et si non semper annullata: proinde semper fuerunt necessaria verba, vel aquivalentia verbis, vt per ea certè possent contracta matrim. Ecclesiæ constare. Ex his insertur, hunc reciprocū consensum non solū explicari posse verbis, sed etiam rebus, aliisque signis externis, vt recte *S. Tho. 2.2. q. 88. ar. 1. in corp. & cum eo ceteri Theologi,* idque definit *Inn. III. c. cū apud. de sponsal.* alioqui nec muti nec sutdi, qui verba proferre & audire non valent, sponsalia contrahere possent, contra, cit. c. & c. *Terci fratern. de sponsal.* & l. mutus & surdus, ff. de iure dōtium, Verba autē quibus sponsalia contrahuntur, sunt de futuro: sicut, quibus celebratur matrim. de presenti: nam illa solam promissionē de futuro important; hoc ipsam mutuam traditionem corporum de presenti. Porro verba, aliave signa non solū consideranda sunt secundū propriam significationē, sed maximē secundū receptā consuetudinē & patrium morem: adeò vt si apud aliquā nationē, vt de Indis & incolis Mechoacam refert *Palati. in 4. dist. 27. disp. Verba consi- 1. fine §. Hesitat, præsens tēpus exprimatur per verbū dea secundū de futurū, vel futurū per verbū de præsentī, valebit dām con- ficiūdinem recipere sig. dea secundū de futurū, pos- sunt tamen apud aliquos ex receptā consuetudine significare tēpus præsens: proinde esse idoneum sig- num ad exprimendū apud eos præsentem consensū: Ad argu. Palatij Resp. Si imperitia verborū nondū apud incolas consuetudinem induxit, vera est ipsius sent. præsertim de matrimonio, quod cōtrahi debet*

43.
Ad fundam. Vasquez.

Dicte;

Rsp.

44.
*Due contra-
bus distin-
guendi.*

45.
*Corollaria
q̄ia*

*47.
Corollaria*

*Verba consi-
dera secundū
de futurū, vel
futurū per
verbū de præ-
sentī, valebit
dām con-
ficiūdinem
recipere sig.
de futurū, pos-
sunt tamen apud
aliquos ex
receptā con-
suetudine
significare
tēpus præ-
sens: proinde
esse idoneum
sig-
num ad
exprimendū
apud eos
præsentem
consensū:*

per

per verba aliis de praesenti expressiva: secus, si consuetudinem induxit; quia tunc apud eos idem significant verba de futuro, quod apud alios verba de praesenti. Optimum exemplum est de forma corporis & sanguinis Christi consecratoriæ: in qua quia apud Græcos verbū substantiū est, etiam si non exprimatur, subintelligitur elegantia causæ, valet consensio, eo etiam omisso, que tamen non valeret apud Latinos, apud

48. *Notandum circa verba. De affirmatiis primis gen.*
quos talis usus receptus non est. Verba alia affirmativa, ducam te: alia negativa, non aliam ducam, nisi te. Affirmativa aliqua quoad sonū sūt de praesenti; quoad significatiōne, propter adiunctū, de futuro: duco te in crastinū, alia contra, quoad sonū sunt de futuro; quoad significatiōne, propter adiunctū, de praesenti; ex nunc, vel deinceps, vel semper hababo te in uxore. Per priora, sponsalia contrahuntur, ut recte Sanch. l. I. disp. 18. quia licet quoad sonū sint de praesenti, quoad significatiōne tamen accipi possunt & debent de futuro. nam in ea significatiōne in materiā obligatoriā accipienda sunt verba, in quā saluo eorum Iesu, minimam inducunt proferenti obligationem: sc. quamdiu contrahentis voluntas aperte non constat, in eo sensu intelligenda est, in quo minūs obligat contrahentem, iuxta reg. Iuris in 6. In obscuris minimum est sequendum: quia semper quis censetur ad minimum se obligare, at saluo verborū sensu, possunt hæc verba: duco te in crastinū, pro sponsalium contractu de futuro matri, in eundo accipi: in quo sensu minorē inducunt obligationem, quam si pro praesenti contractu matrimonii acciperentur: cū minor obligatio sponsalium sit, quam matrimonij. Per posteriora contrahuntur matri, quia licet, quoad sonum, sint de futuro, tamen quoad significatiōne, propter adiunctū, sunt de praesenti: nec accipi possunt de futuro: quia coniuncta cum particulis, ex nunc, deinceps, semper, comprehendunt totum tempus præsens & futurū: quia exprimunt matrimonium per modum contractū initi de praesenti, & continuandi de futuro ex c. ex parte, de sponsal. Dices: hinc sequitur, validum fore baptismus verbis collatum: ex tunc te baptizabo. Sanc. negat sequel, quia baptismus habet verba determinata. Sed cōtrā: verba, quibus Baptismus ex institutione Christi conferri debet, alia non sunt, quam quæ ex humana institutione sunt significativa: ergo si hæc verba, ex nunc te baptizabo, ex humana institutione significant actum praesentem, validū erit baptismus per ea collatum. Verè igitur resp. hæc verba applicata baptismu, illum falsificant: quia licet significant ablutionem praesentem, eam tamen significant per modū actionis de praesenti exercitæ, & de futuro continuandæ, quod falsum est: cū baptismus non petat, nisi solam actionem transeuntem de praesenti, non perseverante de futuro. Applicata verò matrimonio, illud non falsificant: cū hoc per se poscat contractum initum de praesenti & continuandum de futuro. Quid si verba de futuro profertur sine praedictis notis, ex nunc, deinceps, semper? Varii variè resp. clara solutio ex datâ regulâ: cū hæc sine his notis prolata accipi possint pro futuro tantum; & verba iuxta reg. in ea significatiōne accipienda sunt, in quā saluo eorum sensu, minimam inducunt obligationem, minorque obligatio sit sponsalium, quam matrimonii, accipienda erunt in sensu futuro, quo sponsalia contrahuntur.

49. *Generis.*
Vera respon-
so.
50. *Dubium
solutum.*

Circa verba negativa nota cum Sanch. disp. 19. si sint purè negativa, neque matrimonium, neque sponsalia per ea contrahi, quia per negationem negatur, non præstatur consensus, sine quo nec matri. nec sponsalia esse possunt. talia sunt hæc: nulli nubā: numquam; vel nullam ducā: in quibus nulla, ne quidem implicitè continetur affirmatio, quæ consensus ex-

primatur. An si his proposi. negatiis addatur particula exceptiva à te, aliqua contrahatur obligatio; ut nullam aliam à te ducam? Negant aliqui apud Sanch. quia cum nullus ex iis consurgat contractus, nullus n. per ea præbetur consensus, quo omnis contractus essentialiter constat, nullam parient obligationem. At probabilius Sanch. patere obligationem, vel nullam ducendi, vel non nisi, quæ his verbis excipitur: alioqui, ut recte infert, inutile fore illud additum à te: nam etiam absque eo teneretur nullam ducere: ergo per hoc additum una tantum excipitur, cum quæ tenetur contrahe-re, ex suppositione, quod velit uxorem ducere. Ad oppositam verò rationem, nego, per ea verba non præstari consensum, obligationem inducentem: siquidem per particulam exceptivam præbetur consensus ducendi exceptam, ex suppositione quod qui sic promittit, velit uxorem ducere. Vnde si ex parte alterius exceptio acceptetur cum reprobatione nulli alteri subendi, quam ei, qui sic sibi promittit, consurgit ex utrâque parte contractus, utrumque sub conditione obligans, vel aliam non ducendi, vel non nisi in contractu exceptam. Quod si talis promissio solūm acceptetur sine mutuâ reprobatione, inducet tantum obligationem ex parte promittentis, ut supra. Ceterum ex tali contractu nullum inducitur publica honestatis impedimentum. cum non sit contractus purus & absolutus, sed conditionatus, suspendens consensum usque ad tempus deliberationis, quo promittens velit uxorem ducere. Quod si verbis negatiis addatur expressa affirmatio, vel erunt contractua matrimonij, si addita affirmatio sit de praesenti: ut non aliam, sed te ducō; vel sponsalium, si adiuncta affirmatio sit de futuro, ut non aliam, sed te ducam.

An verba negativa cū notâ exceptiâ nisi, aut pre-
ter, si sint praesentis temporis, matrimonij, si futuri, In dubiis
sponsalia sint contractua. Affirmant multi apud vocare:
Sanch. cā reg. ducti, quod nota exceptiâ addita negationi, affirmat, ut nullus currat, nisi Petrus, addita af-
firmationi, negat, ut omnes currant, nisi Petrus: igitur
nota exceptiâ addita verbis negatiis praesentis tem-
poris, ut nullum alium, præter te ducō, affirmat de
praesenti; proinde per ea verba cōcluditur matri. sicut
& sponsalia, si verba sint de futuro, ut nullam ducā nisi
te. Sanch. verò cū alijs nec matri, nec sponsalia per
ea contrahi censem; sed simplicem dumtaxat promis-
sionem, sub conditione tantum obligantem, ut si uxorem
duxero, te ducam. Hurtadus disp. I. de matri. diff. 13. di-
stinguit: per verba praesentis temporis cum notâ exec-
tui contrahi matri. ut nullā aliam nisi te, vel præter te
duco: per verba autē futuri temporis cum adiectâ no-
tâ exceptiâ, nec matri. cōtrahi, nec sponsalia, ut nullā
aliam, nisi te, aut præter te ducā. Ratio: quia quādo
verba sunt de rebus praesentibus contrahenti notis,
non suspendunt consensū: sed illū reddunt absolu-
tum, ut Matth. 16. Lenantes oculos suos, neminem vide-
runt, nisi solum Iesum: secus, quando sunt de rebus
futuris, contrahenti non bene perspectis, quia tunc
consensum suspendunt in futurum, donec res per
verba de futuro significatae fiant magis notis &
perspectis contrahenti. Hæc postrema sententia proba-
bilior, quia quando res est praesens, & certa con-
trahenti, censemur circa illam habere deliberatum
consensum: quando res est futura, & non certa
contrahenti, ut variis circumstantiis dependen-
tibus, non censemur circa illam habere deliberatum
consensum, sed simplex dumtaxat propositum, do-
nec accidente circumstantiarum scientiā maturius
examinetur.

^{13.}
Dubitū pri-
mū disser-
tur.

Fundam.
affirm.

DUBITATVR I. An matrimoniu clandestinū Trid. iure irritum vim habeat sponsalium & Afirmat Henr. l. 11. de matr. c. 5. n. 4. additq; in Scholio ist. N. id fuisse à sacra congr. Card. Valentino Archiep. scriptum. Pro qua tent. refert Veracrucem, & Fr. Medin. Eandē sequitur Coninck disp. 21. de spons. dub. 4. concl. 2. & Layman l. 5. trac. 10. c. 1. n. finali, de spons. Fundam. in c. viii. de despon. impub. in 6. declaratur, matr. defectu etatis irritū, habere vim sponsalium. Ratio, ibid. fine, §. Idem quoq; talis contractus, si non valuit ut agebatur, quia etas non permittebat illum valere, valuit ut potuit; at eadem ratio est de matrim. clandestinē contracto: quod licet iuxta decretum Trid. non valeat ut matrim. valebit ut sponsalia: cum clandestina sponsalia non sint à Trid. irritata: nec in ipso contractu clandestino matrim. in quo includuntur: tum quia alioqui irritasset etiā sponsalia, contracta per matrim. defectu etatis irritum; cum etiam in hoc matrimonio includatur contractus sponsalium: tum quia mala nata sequi qui ex clandestinis matrim. non sunt nata sequi ex sponsalibus contractis vi matrimonij clandestini. 2. Ex verbis Concilij: Eos sancta Synodus ad sic contrahendum (sc. clandestinē) omnino in-
habiles reddit, &c. At per hæc verba non reddit inhabiles personas ad sp̄salia clandestinē contrahenda. Negant Navar. lib. 4. consil. de sponsal. consil. I. ad 5. Palat. in 4. dist. 28. disp 3. fine, §. Exquiris: Lud. Lop. p. 2. inſtr. conf. c. 37. de temp. affig. pro spons. §. Igur, Sanch. l. 1. disp. 20. nu. 3. citans alios, etiā contratiā sent. satis probabilem putet: Rebell. de obligat. iust. p. 2. q. 9. n. 7. Bonac. q. 2. de natura & propriet. matr. punct. 8. n. 48. Barboſ. in collecta. in Conc. Trid. sess. 24. c. 1. n. 130. Hurt. dis. 5. de matr. diffic. 2. Probabiliter fundam. est decretum Trid. quod irritans contractum matrimonij clandestini, irritat illum etiam in ratione sponsalium: sc: dum illum irritum & nullum declarat, & personas ad sic contrahendum omnino in habiles reddit, omnem omnino valorem à tali contractu, omnemque vim à personis ad sic contrahendum aufert: huic sententiā maximum pondus attulit sacra Cardinalium congregatio rem declarans, sess. 24. cap. 1. de reformatiōne matrimonij, verb. Qui aliter §. Matrimonium contractum cum testibus, sed sine parocho, vel alio sacerdote, eius licentia, post Concilium Trid. non solū est nullum, sed nec vim habet sponsalium, adeo ut contrahentes ad denuò contrahendum compelli non possint. Idem reperit infra: Licet contrahentes certam inter se de contrahendo matrim. fidem dederint, & postea coram testibus sine parocho de presenti contraxerint, carnali etiam copula subfetur, non in sponsalia de futuro resolutur, ita ut cogi possint contrahere, seruat à formā Cœcili. Quod resp. datum fuit Episcopo Patauino. Verū in hoc 2. resp. illud additum, si contrahentes certam sibi fidem dederint de contrah. matrim. intelligendum est de fide data pro clandestino matr. quæ cùm fuerit illicita, ut potè de matrimonio contrahendo contra Ecclesiæ prohibitionem, non potuit ad lui obseruantiam obligare: ac proinde non habuit rationem sponsaliū, quæ ad mutuam fidem præstaram ex iustitia obligant. Vnde no-
tanter sacra Congreg. addidit, ita ut cogi possint contrahere: cùm nemo possit ad peccatum obligari. Cæterum, si sponsalia contraxisserent non cum ea, & sub ea intentione ineundi clandestinē matrim. talia sponsalia obligarent, virtute quorum sponsi cogi possent ad contrahendum,

Deducunt
suam sens.
ex Cone.

^{14.}
Negandum.

Vnūtum fun-
damentum.

^{15.}
Declaratio.

iuxta formam Trid. etiam post matrim. clandestinē contractum, & copulam subsecutam. Quia hæc fuissent licita, ac proinde valide contracta. Nec subsequens matrim. clandestinē contractū vim obligandi ab aliis sponsalibus validè ac licite ante contractis. Confirm. hæc sponsalia non fuissent contracta sub conditione, à qua per clandestinum matrim. vel subsecutam copulam sponsi ab illis recesserint, sed absolute absq; via la conditione de futuro apposita, proinde per severassent in sua vi obligandi contrahentes. Nec dici potest ab ijs recellum fuisse ea cessasse, carniū clandestino matrim. contracto & carniū copula subsecutā sicut cessant reliqua sponsalia valido matrim. contracto, nam huiusmodi sponsalia non fuerunt de matrim. clandestinē contrahendo, sed iuxta formam ab Ecclesia præscriptam: proinde non potuerunt cessare per matrim. inualidum, & copulam illicitam. Hinc deducitur, etiamsi tale matrim. sit iuramento firmatum, sponsalia non patentes: quia iuramentum, ut ex præced. sent. constat, non confirmat contractum substantialiter nullum.

Ex his ruit fundam. contractaz sent. nixum ^{57.} Tridentini decreto, quod solum clandestinum ^{Ad fundam.} matrim. in ratione dumtaxat matrimonij, non in ratione sponsalij contractus irritat: nam, verbis decreti, accedente Card. declar. irritatur contractus etiam sponsalitus. Neque aliam circa hoc dubium sacra Congreg. declarationem legi, quæm quæ relaxa est. Nisi torpe putent, eam, quæ præced. sent. pro clandestinis sponsalibus alterata est, eorum fauere sent. At per eam solū ^{Toto celo ab-} Cardinales declarant, hoc Tridentini decreto ^{errarent ad-} non irritari clandestina sponsalia, sicut irritatus ^{vers.} clandestinum matrim. & ea relatio qui antiqui iuriis dispositioni, iuxta quod clandestina sponsalia, ut & clandestina matrimonia valebant: Decretum, inquit, hoc annullat solū contractus matrimoniales per verba de presenti clandestinē factos: sponsalia vero per verba de futuro relinquit in terminis iuris communis. In qua declar. sermo non est de sponsalibus virtualiter inclusis in clandestinis matrimonij, sed de sponsalibus clandestinis seorsim à clandestinis matrim. celebratis: & duplii alio responso supra lacra Congreg. declarat, clandestinum matrim. contra formam Trid. contractum, non habere vim sponsalium, nec resoluti in sponsalia de futuro. Quæ declaratio esset contradictione præcedenti, si intelligeretur, ut aduersarii putant, de sponsalibus virtualiter inclusis in clandestino matrim. De matrimonio autem ante legitimam etatem contracto, an resolutus in sponsalia, dubio 3. Cæterum principium illud, utroque iure traditum: Quando actus non valet, ut agitur, valet ut potuit, intellige, quando illi ius expressè non resistit, ut in proposito casu, sponsalibus in clandestino matrimonio virtualiter inclusi, resistit decretum Tridentini, quod iuxta Card. declarationem cit. non solū annullat matrim. sed ipsa etiam sponsalia in eo virtualiter inclusa. In alijs verò actibus, quibus ius non resistit, tunc hoc principiū valer, ut recte Couar. 4. l. decretal. par. 1. c. 3. nu. 3. quando actus, qui potuit agi, includitur in actu qui agitur: quia tunc cùm vobis idemq; sit actus, formalis respectu vnius, & virtualis respectu alterius, si ex aliquo defectu non valeat ut agitur, valebit ut potuit agi: idque ex intentione agentis, qui dum agit virtualē intentionē habet, quoad fieri potest, validū

^{58.}
Axioma
explic.

Tom. IX. De Matrimonio.

C c suum

suum actū efficiendi. Vnde nisi expressam voluntatē habeat, illum validū tantū efficiendi, prout agitur, intelligitur etiam illum validum facere, prout potuit agi, ex supplicatione quod defectu alicuius conditionis, non valet ut agitur. Quod non eadem causæ militant in sponsalibus clandestinis; quæ in matrimonij, summū probat, per nouum Concilij decretum, non irritari spōsalia clandestina seorsim contracta extra matr. nō de inclusis in clandestino matr. nam de his expressa est sacra Congregationis declaratio, ut supra.

^{9.}
Dubium 2. 2. An matrimonij contractum ante legitimā etatē vijus contrahentij habeat vim sponsaliū? Aliqui apud Sanch. l. i. d. 21. censem, nec sponsalia vim habere: id purant secundū ius etiam antiquum; illo principio: nequeunt actus agentium ultra eorū intentionē operari: ergo nisi contrahentes expressam voluntatē habeant se ad sponsalia obligandi, in euentu, quo non fuerit validū matr. ob etatis defectū, neq; sponsalia inde orta

Distinguendū.
^{Quod ius antiquum.} valida erunt. Affirmant absolute cum Glossa in c. finale, de despons. impub. verb. sub arrata, Sanch. d. 21. Kon. d. 21. de matr. dub. 4. concl. 1. & alij p̄sim. Distinguuo: vel loquimur secundū ius antiquum, & sic vera est sent. quod ex quo quis matrim. ante legitimā etatem contracto, oriebantur sponsalia. Vel secundū ius nouum: & solū censeo ex matr. iuxta formā Trid. contracto, ori- ri spōsalia, nō ex matr. ante legitimā etatem contra formā Trid. clandestinē inito. Primum con-

stat ex cit. cap. finali, de despons. impub. vbi consultus Innoc. III. An puella, quæ nondum legitimam etatem habens, per verba de praesenti consensum præsticit, contraxerit matr. Respon- det, eam non coniugiū, sed sponsalia cōtraxisse. Idem explicatus cap. vn. cod. tit. in 6. Idem quoque si pubes & impubes, vel duo impuberis non proximi pubertati, & in quibus etatē malitia non supplebat, per verba contraxerint de praesenti: sponsalia enim enim illa, qua iuris interpretatione tantū fuerunt sponsalia de futuro (licet verba cōsensum exprimen- tia de praesenti haberet, & matr. cōtrahere iniēderent contrahentes) per aduentum pubertatis in matr. non transiunt de praesenti: nec matr. (quod ut matr. etate non tenuit probibente) per lapsum dicti temporis connalescit: nisi per carnis copulam subsecutam, vel aliquem modū alium contrahentes eosdē cum eiusdē perseverantia voluntatis ad pubertatis tempora peruenisse constiterit evidenter: per dictum tamen con- tractum, qui valuit ut potuit, non sicuti agebatur, publica honestatis iustitia est inducta.

^{60.}
Nota primā. Vbi nota 1. cūm dicitur, iuris tantūm interpre- ratione, hæc esse sponsalia, non excludi consensum saltē virtualē actualē, qui ad sponsalia essentia- liter requiritur, nec potest iuris autoritate sup- pleri: sed solum excludi formalem & expressum per verba de futuro. Negat autem Pet. de Ledes. apud Sanch. consensum virtualē sufficere ad hæc sponsalia contrahenda; nisi tales contrahentes, inquit, expressam habeant intentionem se obli- gendi, omni meliori modo quo possunt, neque contrahunt matr. defectu etatis; neq; sponsalia defectu formalis intentionis. Sed verius est, suf- ficeret virtualem intentionem. Quare nisi oppo- sitam intentionē de non contrahendo nisi matr. habeant, vera contrahunt sponsalia in utroque foro; quod cum multis docet cit. Sanch. Ratio: in ipso actuali cōsensu formalis matrimonij de pra- senti expresso includitur actualis consensus vir- tualis sponsalium. 2. Neque secundū ius antiquum, tale matr. per accessum tantūm legitimā etatis, convaluit: quia consensus erat ab inha-

bilibus personis præstitus, vti inualidus est ex- hibitus à personis inhabilibus per impedimentum Eccles. sed necessarius fuit nouus consen- sus, qui iuxta idem ius præsumebatur, vel per copulam subseq. vel per diurnam cohabita- tionem, aut alium modum, quo præsens contra- hentium voluntas euidenter constaret. Iuxta nouum autem Trid. ius, nullus ex his modis sufficit, sed requiritur nouus consensus in facie Ecclesiæ coram parocho & testibus explicatus.

Quod sponsalia contrahantur ex matr. inter impuberis contracto, seruatā formā Trident. de- clar. sacra Congr. sess. 24. c. 1. Super verba: Qui aliter, &c. Sponsalia inter impuberis ante etatē etiā vijus ex sponsis, contracta per verba de praesenti, seruatā formā Concilij, nō transiunt in matr. etiam subsecutā copulā post etatem, non seruatā de novo eadem formā Concilij, de qua in hoc decreto. Non impediuntur tamen quod minus iterū contrahent pos- sint iuxta formam hic prescriptam. Quibus con- stat, ex tali matr. iuxta formam Trident. con- tracto, oriri sponsalia, vi quorum sponsi possint iterum contrahere iuxta formam Triden. nec ab his impeditre posse. Clariū aliā declar. Card. dub. seq. Ratio: Tridentinum ea sola sponsalia irri- tat, quæ consequenter cum ipso matr. clandestino irritantur. Ergo si matr. inter impuberis ante legitimam etatem iuxta formam Trid. contra- ctum sit, sponsalia inde orta irrita non erunt.

Ad fundam. primā sent falsum est, tales con- trahentes, non habere intentionē sufficientem ad sponsalia contrahenda, ut supra: ac proinde falsum, eorum actus operari, ultra intentionem agentium. Quod ius dubio seq.

^{61.}
3. An iuxta nouum Tridentini decretum ma- trimonij inter impuberis clandestinē contractū ^{Dubium 3.} vim habeat sponsalium? Affirmant Lud. Lopez, Palat. Hurt. in 1. dub. citati, Sanch. d. 21. fine, & alij. Fundam. vt constat exc. finali, de despons. impub. C. c. vn. cod. tit. in 6. ex tali matr. etiam clandestinē cōtracto, siquidem iuxta antiquum ius & quæ va- lidū erat matr. clandestinum ac publicū, orieban- tur sponsalia contrahentes obligantia: at hoc ius non est à Trid. correctū, nec ab ullo alio no- uo iure: tum quia in nullo talis correctione ex- pressè habetur: ut supra, quando ius antiquum per nouū expressè corrigitur, relinquitur in anti- quo suo vigore. Tum quia sacra Congr. Card. s̄pē ad huiusmodi dubia circa sponsalia, ex matr. inter impuberis per verba de praesenti con- tract, respondens, declarat, ea esse valida, nō ob- stante inualiditate matr. propter etatis defectū: ergo non ostante eiusdē matr. inualiditate, ratione clandestinitatis inter eosdē cōtractū, valida erunt sponsalia inde orta: alioqui expressissit, ea esse inualida, sicut expressit, sponsalia ex matr. clandestino inter impuberis cōtracto, esse inua- lida, quæ tamen iuxta ius antiquū erant valida.

Hæc sent. multò alterā probabilior mihi pri- mō visa fuit, eo quod vbi ius antiquum per nouū expressè non corrigitur, est in sua antiqua dispositione relinquendum. At postquam incidi in quandam sacra Congreg. declarationem coa- ductus sum, alteram ut probabiliorem amplecti, non sublatā contraria sent. probabilitate, quan- tam ex autoritate DD. tum ex adductis, atque alijs adducendis rationibus habet. Est autē hæc Card. declaratio inter prætermisas in fine Con- cilij in cap. 2. sess. 24. tertia in ordine inter alias registrata: in qua loquens de matr. inter im- puberes per verba de praesenti cōtracto, hæc ha- bet: Quod si malitia etatis defectū non supplevit, bnius-

basis modi matrimonii, si modo forma seruata, Concilij contractum fuit, resolvi in sponsalia de futuro, ex quibus etiam oritur vinculum publicæ honestatis iustitia. Vbi vides ut tale marr. in sponsalia valida resolvi possit, ex quibus publicæ honestatis vinculum oriatur, ut necessariam conditionem à sacra congr. requiri, ut sit iuxta formâ Trid. contractu: igitur forma Trid. non seruata in sponsalia nō reloluitur. Hanc sent. confirmat alia Card. resp. dubio præced. relata: in qua ex marr. inter impuberis seruatâ formâ Trid. contracto, concedit sacra congr. oriri sponsalia: igitur à cōtrario sensu, ex marr. nō seruatâ formâ Trid. contracto non oriuntur sponsalia. Et sanè hæc sent. ratione probabilior est. Nam posito, quod Trid. non solum marr. clandestinu, sed iuxta declarationem congreg. etiam sponsalia in eo virtualiter inclusa irritauit, coherentiū ad Concilij mentem hæc philosophatur. Nam si Concilij mens fuit, irritare omne marr. in quo præscripta à se forma non seruatur, non fuit major ratio, cur si cum eodem clandestino marr. irritauerit sponsalia inter puberes, non etiā eadem spôsalia irritanerit inter impuberis. Cum nec Concilij tale discrimen assignet: nec sacra congr. etiam si sēp̄ ad hoc dubiu respōdit, illud agnoscat; neq; ex Concilij doctrina probabilitate deduci possit, quin potius contrarium, cum hīc Concilij doctrinaliter procedat, præscribendo nouam solemnitatē deinceps in marr. seruandam: quam doctrinam non parū eneruas contraria sent. dum illam absq; ratione limitat ad solum marr. inter puberes, cum semper leges, vbi ratio evidenter cōtrarium non suaderet, quoad fieri potest, vniuersales intelligentiae sint. Atq; hoc arg. valde vrgent authores, qui putant iuxta Trid. in nullo marr. clandestino irritari sponsalia. Tandem hæc sent. confir. licet opposita videatur marr. favorabilior, quippe quod illud, quoad sponsalia validu admittit saltē inter impuberis clandestinē contrahentes, obligationē ex iustitia astringentem; & consequenter cū tali obligationē impedimentū publicæ honestatis: cū sint onerosa, quoad fieri potest, vitâda sunt.

Ad fundam. oppositā sententia. Aliorū rationes contra nostram sententiam soluuntur. Secunda. Ad fundam. oppositā sententia. Aliorū rationes contra nostram sententiam soluuntur. Secunda.

65. Ratione probabilior sent.

66. Ad fundam. oppositā sententia.

67. Confir. Aliorū rationes contra nostram sententiam soluuntur. Secunda.

68. Tom. IX. De Matrimonio.

ligatione etiam sponsaliū liberet, ut magis liberi sint ad quodcumq; aliud marr. contrahendū. Unde ex hac parte favorabilior matrimonio est nostra sent. Adde, quod hæc impuberū simplicitas, nō debuit præponderate utilissimæ doctrinæ de forma matri. constituenda, quæ quod vniuersalior, èd firmior est. 3. Obijci potest ducta ex duabus respon. Card. in quartu vnâ expōnendo dubia, cap. 1. verb. qui aliter, declarant, sponsalia de futuro Conciliū relinqueret in terminis iuris cōmunis: in altera, quæ in fine Cōciliij inter prætermisas circa dubia c. 1. f. 2. 4. aiunt, nullâ formâ Conciliū præscriptissim sponsalibus per verba de futuro cōtrahendis, ideoq; ea contrahi posse modo, quo poterant ante Conciliū. At hæc facilem habent solutionem: vt. n. ex iphis verbis declar. cōstat, nō loquitur sacra cōgr. de sponsal. quomodo docunq; contrahendis, etiā per marr. clandestinu sed extra marr. Vnde norāter addit, per verba de futuro contrahendis: cum tamen sponsalia, quæ ex clandestino marr. contrahuntur, nō contrahantur per verba de futuro, sed de præsentem, quæ iuris tantum interpret. accipiuntur pro verbis de futuro.

Ex his colligitur intellectus alterius declar. sacrae congr. requisitæ in c. 3. sess. 24. inter prætermisas: *Præsupposita declaratione per constitutionem videtur nō p̄ly V. super hoc decreto, censuit cōgregatio oriri impedimentū iustitia publicæ honestatis, ex spôsaliib. per verba de præsentem etiā nulliter cōtractis, omisso formâ decreti Conc. Trid.* Hæc declaratio vera est, nec nostræ sent. aduersa, si explicetur, quæ fuerit Pij V. declaratio, fuit autē, vt ea habeatur ab ipsis Card. explicata sess. 24. c. 2. de cognat. sp̄s. vt decretu Trid. de noua forma deinceps in marr. seruanda, nō haberet locū in ijs, quæ ante publicatū & acceptatū Conciliū, sine prædicta Trid. formâ contraxerūt marr. sed declarat eos validē contraxisse secundū ius antiquū: nec debere iterum cōtrahere, adhibitâ formâ Trid. Hæc autē explicatione posita, recte inferunt Card. quibus munus declarandi dubia ex Conc. emergentia demandatū est, ex sponsalibus per verba de præsentem, etiā nulliter contractis, omissa formâ decreti Concilij, oriri imped. publ. honest. quia ante Trid. huiusmodi sponsalia erant valida, & consequenter inducebat imped. publicæ honest. quod imped. ante Trid. cum ipsis sponsalib. contractu, perseverat cū ijsdem sponsalib. etiā post publicatū & acceptatū Conc. Porro per sponsalia per verba de præsentib; accipitur ipsū marr. ratū, nondū consummatum: ex quo, vt alibi sacra Congr. explicat, oritur fortius vinculum publicæ honestatis, quām ex ipsis sponsalibus de futuro.

Vt autē scias, quæ sponsalia sint valida, quæ invalida, has ex dictis accipe breves certaq; regulas. 1. Omnia sponsalia per verba de futuro, sive publicæ, sive clandestinæ contracta, valida sunt, modò aliunde non habeant imped. quia suo decreto Trid. nulla sponsalia clandestina immixtæ & directæ irritauit, cū nullam certam solennitatem illis præscripterit, sicut præscripti matrimonij: sed ea quoad hoc reliquit dispositioni iuris antiqui, iuxta quod tam publica, quām clandestina, valida erat. 2. Spôsalia inter impuberis per verba de præsentem, non seruatâ formâ Trid. contracta, valida sunt. Quia Trid. suo decreto irritauit omnia marr. clandestina, quoad eorum tota substantiam; & consequenter etiam sponsalia in ea virtualiter inclusa. 3. Sponsalia inter impuberis per verba de præsentem, seruatâ formâ Trid. contracta, valida sunt. Quia ea tātum sponsalia indirecte per Trid. irritata sunt, quæ oriuntur

tum ex matr. non clandestino inualida non sunt. Esto igitur matrim. inter impuberis per verba de praesenti, iuxta formam Tridentini contractum, aliunde sit inualidum defecu etatis; quia tamen inualidu non est defecu solemnitas, non sunt sponsalia inde orta inualida.

SECTIO IV.

An valida sint sponsalia inita inter virum & mulierem nobilitate ac dinitus notabiliter dispares?

^{69.}
Duplex sensus.

Ratio duplex neg.

I Vxtra duplicitem sensum hoc dubium peruestigari potest: 1. vt talis excessus sic utique contrahenti notus: 2. vt vel neutri, vel vni duntat contrahentium notus sit. Iuxta priorēm, prima ratio pro neg. parte: talis contractus ex parte excedentis est illicitus: laborat n. vitio prodigalitatis: ergo inefficax ad obligandum cum nequeat sponsio illicita ex iustitia spondentem obligare; proinde ineptus est ad sponsalitium contractum, qui ex parte vtriusq; obligationem poscit, concludendum. 2. Lege naturali contrahentes tenentur, non inire matrim. quod futurum sit perpetuarum rixatum seminariam inter coniuges; at tale plerumque est matrim. inter dispares conditions contractum: ergo.

At his non obstantibus cum Molina to. 2. de insp. disp. 271. S auch. lib. 1. de matrim. disp. 14. dicendum, huiusmodi sponsalia esse valida. Fundam. nullo iure tale matrim. & cōsequenter nec sponsalia de eo contrahendo prohibentur. Non naturali: nam qui quis naturali lege est sui juris dominus, proinde liberē potest cum quacumque quantumvis inferioris conditionis, matr. contrahere. Non Canonico: nam hoc vbiq; clamat, ad matr. validē contrahendū sufficere consensum eorum, de quorum coniunctionibus agitur, can. Sufficiat 27. q. 2. nec non toto tit. de coniugio seru. vbi validū declaratur matr. inter liberum & servum scienter contractū, libertatis & servitutis conditionis disparitate inter eos non obstante. Dixi, iure Canonico, cui dispositioni matrimoniū standū est: quia non me fugit, iure ciuili aliqua matr. ob conditionis disparitatē, vt inter Senatores & libertinas, esse inualida, & cōsequenter etiam sponsalia. Infero cum Molina cit. valida fore sponsalia à nobili ac prædiuiti puella contra voluntatē parentum cū ignobili ac paupere contracta. Temperat, & meritò hanc doctrinam cum Glossa in c. cū in tua, verb. Scandalū, desponsal. Sanchez, nisi, notabile aliquod scandalum ex eo matr. probabiliter timeretur. Quia tunc non posset tale matr. sine peccato iniri; adeoque non posset sponsalitia promissio ad illud ineundū ex iustitia obligare. Debet autem scandalū, vt idem; esse magnum ac probabiliter puratum.

^{70.}
Coroll.

Ad 1. rationem.

Ad 1. rationem nego antec. nam esto talis contractus ex parte promittentis in fieri, sit illicitus, est tamen licitus tum in fieri ex parte acceptantis, tum in facto esse ex parte vtriusque. Quia licet prodigus, prodigè sua promitteris, vñialiter peccet, haud tamen peccat acceptans, qui nullā lege prohibetur acceptare, quod alter prodigè offert: cū ipse nō sit prodigè promissionis causa, sed ea in propriū commodum vtitur. Sed prodiga promissio semel licite acceptata, ex iustitia promittere obligat, ad illam exequendā. Vnde licet peccauerit prodigus, prodigè promittendo, haud tamē peccat acceptatā ab altero promissione exquendo, prævalente maiori obligatione iustitiae, quæ ex licita acceptatione promissarij cōsurgit. Minor prob. licet prodigus peccet sua

prodigē validē tamen ea transfert, cū eorum sit perfectus dominus (loquimur de prodigo, qui lege superioris, non est impeditus sua donare) ergo accēdente licitā acceptatione donatarij, cōnetur ex iustitia, ius in alterū translatum soluere. Proinde talis contractus in facto esse est licitus ex parte vtriusq; & promittentis quoad executionē, & promissarij quoad acceptationē.

Ad 2. nego, huiusmodi matr. per se esse causam discordiarū, sed solum per accidens, & ex malitia personarū, conditionis dispatitate abutentis. Quare si aliunde contrahentes grāce aliquod scandalū ex tali matr. probabiliter nō timent, licet & sine vilo peccato possunt illud inire; & consequenter etiam sponsalia de illo contrahere. Est autē tali casu in quo cū probabili périculo futuri scandali sponsalia cōtraherentur discrimē inter sponsalia & matr. quod sponsalia, quia non possent executioni mandari sine peccato, quod committeretur in ipso matr. ex quo futurū scandalū timeretur, iniendo, inualida forent; matrimoniū vēd, etiam cum probabili timore futuri scandali initum, validū esset, quamvis illicitum. Ratio: substantiæ ac valoris talis matr. non aduersatur peccatum, quo in eo cōtrahendo committitur, cū per illud contrahentes nō astringantur ad exequēda cum peccato ea, ad quæ matr. obligat: aduersatur autem substantiæ & valoris sponsalium, quia per illud sponsi astringuntur ad exequēda cum peccato ea, ad quæ sponsalia obligant: proinde destruit sponsalia, quæ in obligatione sine peccato exequēda consistunt: intelligitur autem, quando peccatum immediatē inficit ipsam executionē sponsaliorū, iuxta supr. explicata. Iuxta 2. sensum: an valida sint sponsalia, notabili excessu conditionis ignoto cōtrahentibus, difficilior est decisio. Et hanc, si nota sensus ex. bilis excessus vilitatis, aut paupertatis personarū, licet ignoratus sit nobili ac prædiuiti, non autē contrā, notabilis excessus nobilitatis vel opulentia. ignotus sit personarū vili aut pauperi, cōfuso, sponsalia esse irrita, tenerique personā vilem aut pauperem suum defecū manifestare nobili ac prædiuiti, si illum nequeat, vel non ita facilē scire. Quia quando defecus rei commutabilis est occultus vñ cōtrahenti & notus alteri, tenetur alter rei defecū manifestare, & non manifestando dolosē agit; proinde in iustitiā cōmittit, nō seruando & qualitatē inter vnam rem commutabilitē & alterā. Vnde defecū cognito, non tenetur deceptus stare promissis, quod si talis excessus facile potest ab altero sciri, non tenetur alter illum manifestare, tunc n. cōfusus talem defecū non curat, sed eo non obstante, adhuc velle sponsalia cōtrahete. Constat in contractu venditionis & emptionis, in quo non tenetur venditor vitiū rei vendibilis ementi manifestare, quando illud facilē potest ab emente cognosci. Si contrā excessus vilitatis aut paupertatis, ignoratus sit nobili ac prædiuiti, sponsalia sunt valida: quia tūc nobilitas ac diues cedit iure suo, & ex parte alterius nullus committitur dolus. Quod si excessus ignoratus sit vtriq; contrahenti, nec ab ijs facilē cognosci possit (nam si facilē cognosci queat, tunc perinde est, ac si is esset vtriq; notus) existimo huiusmodi sponsalia esse inualida, non quidem iure quidē naturæ, sed Ecclesiæ. Quod sit inualida, prob. sūnt perfecte voluntaria ac libera. Cū n. sponsalia sint propter matrim. & matr. vt finem resipiat perfectionem prolis, nec non indiuiduat vitæ coniugum consuetudinem; cumque, notabilis parentum vilitas, ac paupertas multum

^{71.}
^{ad 2.}

^{72.}
Posterior

^{73.}
Quod si ex-
cessus igno-
tus sit vtriq;

tum officiat proli, quæ suam nobilitate & estimationem apud homines accipit à nobilitate & diuitijs parentum, nec non indiuiduæ vitæ consuetudini, quæ inter cōiuges disparis cōditionis ægetrimè seruatur, nō erunt talia sponsalia perfectè voluntaria ac libera: quippè quæ à duplice voluntario deficiunt, & perfectionis proli, & paris indiuiduæ vitæ consuetudinis. Ex quo sequitur, proli magis officere patris, quam matris ignobilitem: quia à patre, non à matre nobilitatem accipit. Vt & indiuiduæ consuetudini magis aduersatur ignobilitas viri, quam vxoris, propter subiectiōnem, quam vxor viro, non vir vxori subditur: difficultius autem est magisque naturæ reponguans, vt nobilissima fœmina subiiciatur vilissimo viro, quam vt nobilissimus vir dominetur vilissimæ fœminæ: intellige hæc, quamdo nobilis excessus personæ, cum qua ignoranter contrahitur, non suppletur alijs personæ dotibus ac talentis: quia tunc quod deest in una perfectione, æquivalenter suppletur in alia. Quod autem huiusmodi sponsalia non sint iure naturæ nulla, prob. non deest ad eorum substantiam sufficiens voluntarium. Cùm enim sponsalia sint propter matrimonij & matrimonij substantia constat, in sola mutua corporum commutatione ad actum generationis, cum reciprocā obligatione seruandi ea, quæ matrimonij per se includit, idem voluntarium, quod sufficit ad substantiam matrimonij, sufficer ad substantiam sponsalium: at hoc sufficit ad substantiam matrimonij; ergo & ad substantiam sponsalium. Confirm. 1. ad valorem contractus iure naturæ requisitum, is tantum consensus sufficit, per quem contrahentes mutuè sibi ius transferunt in substantiam rei, de qua contrahunt. Ergo solus mutuus consensus, per quem sibi corpora mutuè transferunt ad actum generationis, cum reciprocā acceptatione utriusque in qua substantia matt. consistit ad matt. iure naturæ sufficit. 2. Nec proles, neque indiuiduæ vitæ consuetudo ingreditur matt. substantiæ, cùm possit tota cōsistere sine prole, &c. ergo cōsensus in hæc nō est iure naturæ ad substantiæ matt. necessariò requisitus; & cōsequenter neq; ad sponsalia, quæ sunt matt. inchoatio. Dices; qui sponsalia cōtrahit, habet intentionē non cōtrahendi cūm aliquo, vel aliqua notabilis cōditionis excessus inferiore: igitur iure naturæ talis cōtractus est nullus, quia vi huius intentionis impeditur, quod minus contrahens suum ius transferat in alterum: ac proinde quod minus vera sponsalia contrahat. Resp. anteced. esse verum, si contrahens sponsalia ineat cum hac expressa intentione: secūs, si talet intentionem expresse non habeat. Ratio; expressa intentio, ut potè p̄fessens & actualis actu operatur suum effectum: vnde si est de non contrahendo cum alia disparis conditionis, actu impedire, quod minus contrahens ius suum in talet personam transferat: intentio autem virtualis & interpretativa, cùm actu non sit, quando contractus celebratur, nequit actu operari suum effectum, proinde nequit actu impedire, quod minus contrahens per voluntatem presentem & actualem influat in contractum, transferendo ius in alterum. Nec refert, quod si intentio interpretativa adesseret, actu contrahentem impedire, ne ius suum in alterum transferret: quia substantia cōtractus non penderet ab eo, quod fieret, si altera intentio adesseret, sed ab eo, quod de facto sit vi presentis intentionis.

Tom. IX. De Matrimonio.

74.
Hac sponsa-
lia non esse
iure naturæ
nulla.

75.
Dices.

Ref.

Quod hæc sponsalia sint inualida jure Eccles. deducitur ex illo principio in iure expresso, quod matrimonia & sponsalia debent esse perfectè libera: non cōsentur autem perfectè libera, inita cūm errore notabilis excessus disparis conditiōnis dante caulam cōtractui, vt constat de reliquis cōtractibus, qui cum simili errore initi, veniunt iure positivo rescindendi. Nota, non cuiuslibet circumstantiæ errorem dantem causam contraetui, iure positivo irritati, aut rescindere contractum, sed eiusdunataq; quæ notabiliter mutat rem, de qua contrahitur, aut personā, cum qua contrahitur; & quæ nec actu occurrit, nec facile cōtrahenti occurtere potuit, dum contractū iniuit. Namduo in cōtractibus iura attēdunt: vnu, ne detur locus fraudibus; alterum, vt vitentur scandala & mala, quæ ex eiusmodi cōtractibus, non cum perfecta libertate initis, oriti solent, in non leue Reipub. incommode. Prouide. Duo in con-
tactib. pro-
errorem dantem causam contraetui irritatur uidenti iurk.
contractus; ne causa detur contrahentibus, propter cuiuscunq; circumstantiæ ignoran-
tiam mutandi contractum, cùm multæ sint circumstantiæ, quibus p̄fscitis, contractus initus non fuisset, cùm tamen non propter-
ea contractus admittitur vt irritus: alioqui nullus humanus contractus firmus esset: vnde omnia humana commercia & coniunctus tollerentur: cùm semper contrahentes p̄tendere possent, se intentionem non habuisse tales cōtractum inēundi, si tales aut tales circumstan-
tias p̄vidissent. Quod, quam oblit bono com-
muni, nemo non videt: siquidem ex huiusmo-
di cōtractibus, vt irritis admissis multa acta,
cum duplice boni detrimento, p̄fserit quæ ad matrimoniam spectant, admittenda forent. Prouidetur 2. irritando contractum celebratum cum errore circumstantiæ notabiliter variantiæ rem, aut personam, de qua, aut cum qua cele-
bratus fuit: & quæ contrahenti nec actu occur-
rit, nec facile potuit occurtere, dum contra-
ctum iniit. Sic censetur irritum vōtum de Ro-
mana peregrinatione, quam vōespatabat: esse tridui hinc itineris nec legislator suā lege sub-
ditos obligare, in easū rarissimo & extraordina-
rio, qui si ab ipso p̄misus fuisset, dum legē con-
deret, illum absq; dubio à lege exclusisset. Ideo nec valida sponsalia, cum errore notabilis excessus personæ disparitatis contracta: qui excessus neque contrahenti occurrit: nec facile occurtere potuit: & si occurrisset, sponsalia cum tali persona non contraxisset.

Est tamen disserimen; cùm Deus non acceptet, nisi actionem bonam & honestā, hoc ipso quod notandum actio, quæ vñetur, bona & honesta non est, discrimen inter contractū cum votum de ea est iure naturæ nullum: sc. cùm votum non solum constet ex promissione vñetis, Deo & ha-
sed etiā ex acceptatione Dei, hoc ipso quod Deus mindat, promissionem non acceptat, nullum erit votum, sum. ut potè catens acceptatione Dei ad substantiam voti requisita. Vt nullus consurgit contractus inter homines ex sola promissione vnius, nisi, accedat acceptatio alterius. Vnde qui himiam abstinentiā corpus extra limites p̄fudentiæ ma-
cerant, aut prodigiā donationē propriæ facula-
tis tetmīhos notabilitet excedentē, Deo votūret; tale votum nullum esset, ut potè catens acceptatione Dei, qui tales actiones contra p̄fudentiæ regulas factas non acceptat. At vero homo, cùm rem etiam illicitè promissam, licet in sui com-
77. quæ

modum acceptare possit, acceptandoque in eam acquirere; non eo ipso, quod promissio ex parte promittentis est illicita, contractus erit nullus, quippe qui, accedente licita acceptance ex parte promissarij, suam vim obtinebit. Vnde nisi dispositione iuris ad occurrendū incommodis, quæ ex huiusmodi contractibus nata sunt sequi, irritentur, suā naturā obligabunt, cùm habeant omnia requisita ad substantiam contractus. Ac proinde sponsalia, etiam cum errore notabilis excessus conditionis personæ tractata, propter mutuam utriusque promissionem & acceptationem, ad substantiam sponsalium sufficientem, suā naturā obligabunt: juris tamen dispositione, ad evitanda plurima incommoda, quæ ex eiusmodi sponsalibus ferè certa nata sunt sequi, irritantur, non solum in foro externo, actionem cōtam competentem iudice illis negando; sed etiam in foro conscientiæ, contrahentes eoram Deo deobligando ad ea seruanda. An autem huiusmodi sponsalia iuramento firmata obligent, tam in foro conscientiæ, quam in foro fori, *sup. sect. 2.*

*Ex his inferatur, quando casus rarissimus & extraordinarius, non fuit, nec facile potuit à legislatore, dum legem conderet, præsideri, qui tamen prævisus, omnino fuisse à lege exclusus, an lex etiam tali casu, suā naturā subditos obliget; & nonnisi ex dispositione iuris censeatur pro tali casu irritari? Negativa pars verior; nempe, non iuris dispositione, sed suā naturā huiusmodi legem pro tali casu obligare. Ratio; cùm lex totam suam vim obligandi habeat à voluntate legislatoris, ut *10.5. disp. 5. sect. 4.* hoc ipso quod legislator virtuale intentionem habuit, suā lege subditos non obligandi in casu, qui prævisus omnino à lege exclusus fuisse, nullā vim obligandi legi tribuit in ordine ad talem casum: & cōsequenter nouā iuris irritationē nō indiguit.*

ductæ. Non ex tribus poster, nam hi solum loquuntur de sponsalibus per verba de præsenti contractis, ut emnes *Glossa*, aduertunt. Solus igitur textus est, ex quo hæc obligatio sufficienter deducitur, nempe *1. cap. de sponsal. in quo Innoc.* III. nullā iuramenti mentione facta, ob solam fidem de matrim. contrahendo præstata, mandat sponsos à iudice commonados, & modis omnibus inducendos, ut præstata fidem obseruent, quod grauem obligationem supponit. Ratio: cùm sic reciproca promissio de re grauissima, ut potè de futuro statu coniugalis vitæ ineundo, qui non sine diuturna at matura deliberatione decerni solet, ad eam seruādam promissores grauiter obligat. An autem contrahentes sponsalia ex communi consensu possint ad ea seruanda sub veniali tantum se obligare; pendet ex illa quæst. An obligatio legis pendeat ex sola voluntate legislatoris, an etiam ex materia præcepta. Nam cadaui ratio est de contrahentibus & vountibus, qui ut priuati legislatores legē sibi imponunt. Cuius quæst. partem neg. *10.5. disp. 5. sect. 8. tum V. aff. quez sequutus sum.* Quia licet in potestate contrahentis, aut vountis sit, se per contractum, aut votum obligare, aut non obligare; haud tamen in potestate eius est, posito contractus, aut voto in materia graui, se sub veniali tantum obligare: nam positâ graui materiâ contractus, aut voti, lege naturali sequitur obligatio sub mortali. Sicut positâ materiâ graui legis, subditus naturali lege tenetur sub graui culpa eam seruare.

*Huic veritati obstat videtur lex 1. C. de sponsal. Alij desparsata renunciare conditioni, & nubere alijs non prohibetur. Respondet Sanch. lib. 1. disp. 17. hanc legē correetam esse per canones. At verius cum *Glossa* dico, eam cōmuni sent. non aduersari; sed intelligi, desparsatam non prohiberi, sponsalibus ex consensu sponsi renunciatis, alteri nubere. Possunt n. ut in vlt. disp. contrahentes ex communi consensu inita sponsalia sibi mutuo relaxare, ijsque relaxatis, validè ac licet eum alijs contrahere. Ex his inferatur, quis sine iusta causa, inuito altero, à sponsalibus resiliat, non solum lethaler, sed etiam teneri ante iudicis sent. ad resarcendum omne damnum ex nō adimplitione sponsaliū alteri secutum: ed quod iniuste resilendo, fuit moralis causa illius. His ut certis positis duo examinanda sunt dubia.*

Dubium 1. quando sponsalia incipient contrahentes obligare? Extra controversiam est, certo termino præfixo, ea ante præfixum terminum non obligare: quia tunc ex consensu contrahentium obligatio suspenditur usque ad præfixum terminum. Qui aduenient dicitur cedere, & de obligatione contrahentes admonere. Sola igitur controversia est, quando nullus præfigitur terminus: an incipient obligare statim ac contrahuntur: An vero, quando alter ea sibi adimpleri petit? Koninck d. 22. dub. 1. concl. 2. Pont. l. 12. c. 6. n. 1. censem, ea statim obligare, nisi alter ex iusta causa adimplitionem differri postulet. Probat Ponitius: quando adimplatio promissionis est omni tempore utilis promissario, promittentem semper obligat ad eam adimplendam: at adimplatio sponsalitæ promissionis est omni tempore utilis sponsæ, cui facta est: ergo semper obligat ad eam adimplendam, nisi ex causa iusta differatur. At fortius arguitur ex l. 14. de reg. iuris in qua hæc habentur: In omnibus obligacionibus, in quibus dies non apponitur, presenti die debetur. 3. Votum statim obligat à die, qua emititur: ergo etiam

78.
Coroll.

DISPVTATIO XXX.

De obligatione sponsalium.

1. De hac triplici obligatione agendum hoc disputatione. **I**uxta triplicem obligationem considerari possunt sponsalia: 1. juxta eam, quam habent ab intrinseca natura, ut talis contractus est. 2. juxta eam, quam habere possunt ex iudicis sententiâ, sponsos compellentis ad sponsalia seruanda. 3. juxta eam, quam sortiri possunt ex mutua contrahentium conuentione, ut qui præstata fidem violauerit, ad certam penam soluendam teneatur.

SECTIO I.

An, ut quando sponsalia contrahentes incipient obligare?

Quoad pri- **C**erta sent. est, sponsalia ex iustitia contrahentes sub mortali obligare, ad ea suo tempore seruanda. Ita *S. Tho. in 4. dist. 27. qu. 2. a. 1.* & cum eo *Theologi, Casistica, Canonista.* Hanc obligationem aliqui colligunt ex *cap. ex lit. & cap. requisiuit, de sponsal. vbi monendi & compellendi dicuntur, qui renuunt contracta sponsalia adimplere.* Item *ex can. desparsatas, & can. Atho, & ex can. de coniugali 27. q. 2. in quibus vni desparsas, prohibentur desparsari alijs.* Verum ex nullo horum textuum obligatio hæc colligitur. Non ex prioribus duobus, cùm in his sermo tantum sit de sponsalibus iuratis, quæ independenter ab omni alia obligatione sub mortali obligant, ob reverentiam Numinis in testem ad-

Ratio id de monstrans.

Deciso re- missione.

Hic vi cer- fisi.

Dubium duo. Primum.

etiam sponsalia. Sanch. lib. 1. de matrim. disp. 18. n. 2. cum alijs censer, solum teneri promissorem sponsalia adimplere, quando alter, cui facta est promissio requirit, idque si commodè potest, & non ante. Quia id commune est omni debito, cuius solutioni non est certa dies præfixa, ut debitor non tenetur illud soluere, nisi a creditore requisitus, ex l. debitores præsentes c. de pignor. iunctâ glossâ. Addit, nisi promissor promissarium putet, vel esse oblitum, vel propter reuerentiam timorem petere non audere, ut contingere solet fœminis naturâ verecundis.

Ego autem conuenio cum Sanch. contra Conink & Ponzi. non statim contrahentes ad sponsalia adimplenda teneri, nisi altero requirenre. Ab eo discrepo, quod non solum perente eo, cui promissio facta est, sed alterutro perente, alterum teneri, si commodè possit. Ratio; in hoc contractu vterque est promissor, & simul cui facta est promissio. Nam cum vterque debeat non solum promissionem sibi ab altero factâ acceptare, sed vicissim repromittere, & alter repromissionem acceptare, vterque simul est promissor, & cui sit repromissio: ergo non est maior ratio, cur perente uno, debeat alter sponspalia adimplere: & non viceversa perente altero, debeat alter, idem præstare. Confir. vi huius contra & us vterque acquitit ius ad matrim. contrahendum: ergo vterque iure petere potest acquisitioni iuris adimplectionis.

Ad rationes opposita sent. 1. non sat est, ut sponsalium adimplecio sit omni tempore utilis, ut omni tempore obliget, sed requiritur etiam sponsi requisitio: sicut omni tempore utilis est pecunia solatio, cum tamen non semper obliget, nisi creditore requirente. 2. falsum est, sponsalium adimplecionem semper esse sponso, aut sponsæ utilē: nam sapienter est uno tempore, quam alio, ob varias occurrentes circumstantias, quæ illam utiliorem reddunt uno tempore quam alio. Ad 2. ex l. In omnibus obliga. in ea subintelligi, perente creditore. Alioqui inutile foret mutuum, si ab ipso primo die mutuatarium obligaret ad illud restituendum. Vel certè, & fortè magis ad intellectum legis, cit. lex intelligitur de obligatione in actu 1. quatenus debitor statim contrahit ab ipso die, quo aut promittit, aut mutuum accipit: quippe qui statim fit mutui, aut promissi debitor. Ad 3. semper adimplecio voti est grata Deo, coque gratior, quod citior: non autem semper est grata, aut utilis sponso, vel sponsæ, sponsaliū adimplecio: & cum Deus per se ipsum voti adimplecionem non petat, nec sit maior ratio, cur potius uno, quam alio tempore youens illud adimpleat, ad illud implendum omni tempore tenetur, quo commoda offertur occasio.

Dubium 2. An ratione huius obligationis peculiarem malitiam in confessione explicandam contrahant, tam sponsi cum alijs fornicantes, quam alij cum ipsis? 1. sent. negat: Conar. lib. 4. decret. par. 1. cap. 1. nn. 14. Ponzi. lib. 12. cap. 6. nn. finali. Vinald. apud Sanch. infra. Hanc sent. probat Conar. ex illo principio à multis admissio: circumstantiaz, quæ peccati speciem non mutant, non sunt in confessione necessariò aperiendæ: copula carnalis cum sponsa de futuro non transfert peccatum fornicationis in aliam luxuriaz speciem: ergo non affert peculiarem malitiam in confessione explicandam. Confir. 1. etiam verberatio redundant in iniuriam frattis verberati, & tamen non est circumstantia necessariò confienda. 2. Mulier youens se religionem in-

gressuram, promittit spirituale matrem. cum religione contradicunt: & tamen qui regm habet cum ea, non committit speciale malitiam supra simplicem fornicationem in confessione manifestandam. 3. Sponsi per sponsalia non obligant se ad abstinentiam à fornicario concubitu ante contractum matr. sed solum ad non tradendum suum corpus alteri naturali vinculo.

Secunda affirmat: Ita Lud. Lopez 1. p. instr. Consci. cap. 29. §. Ad bac liber; Sarmient. apud Sanch. lib. 1. disp. 2. n. 5. Conink disp. 22. de matr. dub. 1. n. 6. Hurtad. disp. de matr. diff. 2. Fundam. violatio iuris ex sponsalitio contractu vtrique parti acquisi- 2. Sent. t. grauem infert vtrique sponso iniuriā: prōinde in confessione manifestandam.

3. Tertia Sanch. cit. qui licet cum 2. conueniat, quoad sponsam, & eos, qui cum sponsa fornicatur; non autem quo ad sponsum, & eas, quæ cum ipso fornicatur. Quia iniuria, quæ per fornicationem sponsi fit sponsæ, prudentius arbitrio, leuis est, veniale culpam non excedens. Contra vero iniuria, quæ per fornicationem sponsa fit sponso, est grauis, & ex genere suo mortalis: & consequenter tam à sponsa, quam à fornicantibus cum sponsa, in confessione necessario explicanda. Quarta est glossa in cap. quem 4. Sent. admod. de iure iur. verb. non admittere spons. quam aliqui Canonista sequuntur apud Sanchez & ex Theologis Palud. in 4. dist. 27. q. 1. art. 3. concl. 1. talen fornicationem esse adulterium. Quia sponsalia, est inchoatum matrim. ergo carnalis copula cum sponsis, est inchoatum adulterium: proinde peccatum ad eandem speciem pertinet.

Prima sola autoritate probabilis est: alioqui negari non potest, quin aliquam iniuriam infert sponsa, & qui cum ea fornicantur, sponso: at hæc in genere iustitia grauis est, in confessio-

ne necessariò explicanda. Dixi, Sponsa: nam quid ego sentiam de iniuria, quam per fornicationem sponsus infert sponsæ, infra. Maiorem, et si non admittat Ponzius, eo argu. quod ea fornicatio sit vslus corporis adhuc sui iuris existentis; cum pet sponsalia nondum sit alteri obligatum, sic probo: licet tale corpus nondum sit maritali vinculo obligatum sponso, est tamen illi sponsalitio contractu ita promissum, ut sine graui iniuria non possit alteri obligari neque vinculo matrimonij: nam licet validum sit matr. post sponsalia cum alio contractu illicitu tamen est, & contra fidem sponso præstam. Igitur aliquodius, vi huius contractus, habet sponsus in corpus sibi, quod ante non habebat. Igitur, qui illud violat, aliquam iniuriam illi infert; cum omnis juris violatio, sit iniuria. Sed qui sponsæ corpus carnaliter cognoscit, tale ius violat, sicut & ipsa: ergo iniuriam infert sponso. Minor prob. hæc iniuria est de re graui, ut infra. Ergo obligat ad illam in confessione aperiendam.

Quarta vero omnino improbabilis Nam adulterium, ut cum S. Tho. 2. 2. q. 15. 4. art. 8. Theologi docent, est alieni thorii violatio: cum igitur sponsa de futuro, nondum sit sponsa matrimonio copulata, nec eius corpus maritali vinculo sponso obligatum, non poterit talis copula habere rationem adulterii. Ex eo autem quod sponsalia dicantur matrim. inchoatum, non propter re ipsa matrim. est, cuius duntaxat violatio adulterium est. Vnde penas adulteris decretas non incurunt, qui sponsam de futuro carnaliter cognoscunt. Secunda tam ratione, quam authoritate probabilis est: longè probabilior tercia;

tertia: confir. Iniuria, quæ sponsus sit per eosum fornicationem cum alijs, non in eo potissimum consistit, quod ius sibi mutuo in corpus de futuro promisum violent: sed quia fornicator, innocentem sponsum cogit, aut se in coniugem accipere, cum notabili fornicationis nota, aut contracta sponsalia dissoluere. At longè grauior est iniuria, quæ fit sponso, propter fornicationem sponsi. Ergo longè grauiorem in genere iustitia malitiam contrahit sponsa, & qui cum ea fornicantur, quam sponsus, & qui cum eo carnalem copulam habent. Maior prob. vi spō. conf. sent. 1. salium sponsi ex iustitia non se obligant ad abstinendum à fornicario concubitu ante contractum matrim. sed solum ad secum & non cum alijs contrahendum matrim. quod ius per fornicationem non violent. Ergo in eo potissimum iniuria, quam per fornicationem sponsi sibi inferunt, consistit: quod cum uterque ius habeat propter alterius commissam fornicationē, sponsalia dissoluendi, aut fornicantem cum nota fornicationis in coniugem accipiendi contrahentem cogit ad alterutrum ex his duobus eligendum. At longè grauius est, ut sponsus, cogatur, vel sponsam cum nota fornicationis in vxorem accipere, vel eum ea contracta sponsalia dissoluere: quam, ut cogatur sponsa cum nota fornicationis sponsum in virum ducere, aut cum eo sponsalia dissoluere: igitur longè maior est iniuria, quæ fit sponso propter fornicationem spōsæ, quam sponsæ propter fornicationem sponsi. Minor prob. maior defectus & infamia nota, est in feminis, quam in viro fornicatio, & consequenter per fornicationem magis deterioratur sponsa, quam sponsus: adeoque maior iniuria fit sponso, quam sponsæ. Confir. Tam qui occasionem præbet sponsalia dissoluendi, quam qui causam dat in vxorem accipiendi feminam fornicariam, grauem infert iniuriam: igitur qui causam præbet alterutrum ex his duobus necessariò eligendi, grauem infert iniuriam. Sponsæ vero, et si propter fornicationem sponsi, causa detur sponsalia dissoluendi, non tamen simul causa datur in virum accipiendi hominem cum notabili defectu infamia: cum nulla, aut fere nulla sit in viro fornicationis nota: consequenter nulla, aut non grauis iniuria ei sit. Nam et si dare causam dissoluendi sponsalia, sit grauis iniuria sponsæ, quando non habet modum talem dissolutionem vitandi, nisi in maius, aut æquæ graue malum incidat: haud tamen est grauis iniuria, quando modum habet illam vitandi, absq; eo quod in aliud notabile malum incidat: uti habet sponsa, quæ et si potest propter fornicationem sponsi, sponsalia dissoluere: id tamen pro sua libertate vitare potest, absque eo quod in aliud grauius, aut æquale malum incidat, ducendo in virum sponsum, qui tempore sponsalij fornicatus est. Quem modum non habet sponsus, qui in alterutrum notabile incommode cogitur necessariò incidere, propter fornicationem sponsæ.

8. Pontius decipitur, ridiculam appellando hanc facti quæm Sāch. sent. quia si infertur iniuria sponso, propter fornicationem sponsæ, æqualis iniuria infertur Pōtius, alio sponsæ, propter fornicationem sponsi: nam si garis ingenij. Si iniuria est, ex utraque parte grauis sit necesse est: proinde ex parte utriusque erit culpa mortalis in confessione necessariò explicanda. Nec refert, inquit, quod apud homines fornicatio-

sponsi non æstimetur tam grauis, quam sponsæ, ad iniustitiae culpam committendam: cum hæc non pendeat ex hominum iudicio, sed ex natura iuris læsi. Sicut etiam si homines iudicent, grauiorem iniuriam inferri marito, propter adulterium uxoris; quam uxori, propter adulterium mariti: Hinc tamen non sit, ut re ipsa æqualis iniustitia ab utroque non committatur, eo quod idem ius ab utroque lœdatur. Cum igitur (concludit) æquale ius acquirat sponsus & sponsa, ratione sponsalij contractus in alterum æqualis erit ex parte utriusque iniustitiae. At non penetravit sent. Sāch. ut plerumque accedit ijs, qui ad Authores non tam veritatis indagandæ causa, quam ipsos impugnandi accedunt. Non enim Sanchez sent. immediatè & proximè fundatur in eo, quod sponsi per fornicationē ius per sponsalia acquisitū lœdat: sed in eo, quod fornicator innocentem cogat, vel ad contracta sponsalia dissoluenda, vel ad coniugem accipiendo, quam fornicationis notam contraxit: quæcumq; nō eadē sit in sponso, ac in sponsa, non eadē erit in utroque iniustitiae grauitas; ac proinde non eadem eius in confessione aperiendæ necessitas. Alia igitur est ratio de iniuria, quæ à coniuge committitur per adulterium: nam hæc fundatur in lœsione iuris, quod vi matrimonij uterque habet in corpus alterius: quod ius æquè utriusque competit.

Ex his infertur, fornicante sponsa cum consensu sponsi, nullam à sponsa contrahi malitiam, fornicationē, ab ipsa fornicatione distinctam: quia tunc cessat commissam à iniuria, quæ fieret sponso inuito ac repugnanti. Sponsa & uxore. Nec possit eo casu sponsus, ob talē fornicationem sponsæ à sponsalibus resilire. Atque ex hoc patet discrimen ab uxore: quod uxor, etiā consentiente viro, committit adulterium à simplici fornicatione distinctū. Nā huius malitia est direc& contra matr. quod lœditur, etiam cōiuge consentiente. Hoc n.n. semel contractum naturaliter obligat ad fidem seruādam, independenter à cōiugum voluntate. At cur, inquires, non etiam naturaliter obligant sponsalia ad fidem seruādam, independenter à sponsum voluntate? Resp. sponsi non directè se obligant ad non fornicandum, uti coniuges; sed solum ad non præbendam causam, ut sponsi, vel dissoluere sponsalia debeant, vel cum notabili spōsi, aut sponsæ nota contrahere matrim. & quia hæc pendent à sponsum voluntate, possunt in hoc suo iure cedere.

Notat Sāch. cit. disp. n. 8. & alij, filios ex fornicatione cum sponsa, aut sponso de futuro naturalibus, non esse spurios, sed naturales: eo quod tempore conceptionis poterant parentes, non obstantibus sponsalibus, validè, et si non licet, contrahere matrim. quod sufficit, ut filij ex eis nati non sint spurij. Ceterum hæc doctrina intelligenda est, quando fornicatio à sponso, vel sponsa non committitur cum consanguineo vel consanguineo sponsi, aut sponsæ in 1. gradu: quia tunc propter impedim. dirimens inter parentes intercedens, filij ex eis nati erunt spurij. Siquidem impedim. publicæ honestatis, ex validis sponsalibus consurgens, eos imedit, quo minus tempore conceptionis matrim. validè contrahere possint, ut constat ex Trid. sess. 24. cap. 3. à quo hoc impedim. publicæ honestatis, quod antea ad omnes gradus consanguinitatis ab Ecclesia prohibitos extendebatur, ad primum duxat limitatum est. Ad fundam. primæ, Resp. esto fornicatio sponsæ non transferat fornicationem in aliam luxuriaz speciem, addit tamen illinoꝝ malitiam

10.
Ad argum.
in constitutis. malitiam in genere iniustitiae grauem: quod satis est, ut ad illam in confessione aperiendam fornicantem obliget. Ad 1. confir. neg. paritas: nam per eiusmodi verberationem non lreditur directe ius aliquod speciale, quod in verberato habent consanguinei: sicut in fornicatione sponsorum lreditur directe ius speciale, quod ratione sponsalium in eam sponsus haber. Ad 2. neganda est paritas: nam mulier religionem voulens, vi voti nullum ius tribuit religioni, sed Deo, cui tantum obligatur ad illud suo tempore adimplendum. Neque per fornicationem committit nouam offensam erga Deum ab ipsa fornicatione distinctam: cum nondum per votum ingrediebatur religionem, se obligauerit ad castitatem seruandam. Ad 3. paret ex dictis.

S E C T I O II.

An vero per quem iudicem cogendus sit, qui absque legitima causa renuit sponsalia adimplere?

1. *Sententia.* Prima sent. negat esse cogendum, sed monendum tantum. Ita S. Tho. in 4. diff. 27. q. 2. art. 1. ad 2. Angel. verb. sponsalia, fine, Sylvest. q. 4. Armilla n. 7. Fundatur in cap. requisitus, de sponsal. vbi re quisitus Lucius III. de quadam muliere, quae post sponsalia contracta, & iuramento firmata, sponso nubere requerat. An esset compellenda: respondet potius esse monendum, quam cogendum. Quia matrimonia debent esse liberae, & coactiones difficiles solent exitus frequenter habere.

2. *Sententia.* Secunda affirmit esse cogendum, si sponsalia sunt iurata; secus, si iurata non sunt. Glossa in cap. de illis. 1. verb. Iudicio Eccl. de sponsa. impub. Sotus in 4. diff. 27. qu. 2. art. 3. §. quod si roget. Eadem ut probabilem refert S. Tho. cit. Fundatur in cap. ex literis, de sponsal. vbi Alex. III. consultus de duobus, qui iureiurando interposito promiserunt matrem. inter se, quorum alterum ad alia vota migrare volentem, mandat esse monendum: & si monitis non acquiescerit, censura Eccles. compellendum: & nisi rationabilis causa obsterit, ipsam in uxorem recipiat, & maritali affectione pertrahet. Cuius compellationis causam, non aliam assignat, quam iuramentum.

3. *Sententia.* Tertia docet, prius esse monendum, & si monitis non acquiescerat, compellendum, siue ea sint iurata, siue non. Pro qua sent. citatur glossa in e. 2. de sponsal. verb. Interpellatione. Sed ibi tantum ait, posse contrahentes, siue fide, siue iuramento sponsalia contrarerint, se inuidem absoluere, ut verb. In patientia. clarius se explicat. Aliquid insinuat fine: Alias de iure merito debent compelli, ut fidem, siue iuramentum seruent. Quae dum disiungit ponit fidem, siue iuramentum, manifeste indicat, non solum propriam sponsalia iurata, sed etiam non iurata, compellendum esse, iniuste ab illis resiliendum. Citatur glossa in cap. Ex literis, de sponsal. Sed ibi loquitur de sponsalibus tandem iuratis, de quibus etiam Pontifex: sic n. verb. quem filij, fine: Dic, quod non compellitur, vis sponsalium, sed propter iuramentum forte debet compelli. At illam tradunt Conar. lib. 4. decretal. par. 1. cap. 4. n. 3. §. ex his, erroneam appellans opinionem glossa in cap. de illis pro 2. sent. citata, negantis, compellendum esse ad sponsalia seruanda, nisi sint iurata. Quae censura nimis rigida

da visa est Lopez infra cit. & scripto; cum hanc sententia loquantur graues authores. Pro ead. sunt Palati. in 4. diff. 27. disp. 3. §. Est autem: Henr. lib. 11. de matrim. cap. 13. n. 4. Lud. Lopez par. 2. instr. Consci. cap. 38. de sponsal. §. Verum: Valen. tom. 4. disp. 10. q. 2. de sponsal. punc. 2. Sancb. lib. 1. disp. 29. n. 4. Conink disp. 22. dub. 2. Ferd. Rebell. de sponsal. q. 2. Silvius q. 43. in additi. ad 3. pari. Quaritur 2. Pontius lib. 12. de sponsal. cap. 6. n. 2. Hurtad. disp. 1. de matrim. diff. 17. Vide plures apud Sancb. qui ex Gutier refert, sententiā hanc esse receptissimā in tribunalibus Eccles. In cuius confit. optimum textum adducit Panorm. ex cap. De illis 1. de sponsa. impub. vbi deciditur, quod mulier, que postquam annos nubiles attigit, ei, qui nondum ad annos aptos matrimonii venerat, nupst, cum in eum semel consenserit, amplius non poterit dissensire. Si igitur non poterit dissentire, cogi poterit ad contrahendum, adhuc nullo interposito iuramento, cuius ibi nulla sit mentio. Ex hac decisione à fortiori deducit ibid. Panorm. si compellendus est, qui puber absque iuramento contraxit cum impubere, multò magis compellendi erunt, si ambo puberes absque iuramento sponsalia contrixerunt.

Hæc est probabilitas; eam tradit Alex. III. cap. ex literis, de sponsal. qui non solum ait, esse monendum, sed etiam Eccles. censura compellendū, nisi rationabilis causa obsterit. Nec refert, quod ibi loquatur de sponsalibus iuratis: nam solum ibi factum narrat, quod non est per modum Iuris ad reliquos casus trahendū. Maius negotium facessit relatum cap. Requisitus: cui concinit cap. 2. cod. tit. vbi Innocen. III. solum ait, tales esse commonendos, & modis omnibus inducendos, ut prestatam fidem obseruent: si autem se ad invicem admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat, ut talem scilicet ducat, quæ odio habet, videtur, quod ad instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & eandem postea sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari. Sed quoad hoc 2. facilis est solutio: cum possint sponsi de futuro ex mutuo consensu sponsalia sibi mutuo remittere: & tuoc sponsalia cessabunt obligare, non ex eo, quod iniuste resiliens non sit cogendum ad ea seruanda: sed quia mutuo consensu utriusque ea dissoluuntur. Nec te moueat verbum in patientia tolerari, quasi hoc permittatur, ut minus peccatum, cum tamen peccatum sit, etiam mutuo consensu sponsalia dissoluere: Nam verbum tolerari hic non accipitur, pro permittere minus malum, ad vitandum grauius: sed pro permittere minus bonum, cuiusmodi est contracta sponsalia mutuo consensu dissoluere, præ maiori, quod est eadem sponsalia adimplere: eo quod in eis adimplendis, etiam sine causa, quando ex mutuo consensu fit, vel nullum sit peccatum vel saltem non lethale.

Ad cap. requisitus responderet 1. Sotus, sive Pontifices in responsis dandis sequi probabiliter opin. Pontifices cum ipsi ducuntur: quia cum haec non habeant vim articulorum fidei, nihil derogatur aut eorum authoritati, aut catholicæ veritati, ut id, quod unus ex una opin. decidit, alius ex alia emendatiis loquatur. 2. respondet, posse hos Pontifices inuidem conciliari, vt Lucius III. cap. requisitus loquatur secundum ea incommoda, quæ plurimum contingunt: & ideo ex lege ordinaria non est sponsus, qui iuravit, cogendum, sed admonendus, & sive relinquentius conscientia. Quando vero sponsus, qui iuravit, nullam habet causam

Confirm.

Ceteris probabilius.

13.

concordia.

sam

sam resiliendi, neque vllatimentur ex coactione incommoda, immo sperantur commoda, maximè si in bonum cedat commune, tunc iuxta sent. Alex. III. in cap. ex literis, cogendi sunt, id tamen quām rarissimè, inquit. At neutra exppositio placet. Non prior: tum quia et si aliquando Pontifices in priuatis responsis ducantur opinione probabili, probabiliori relictâ, ob grauiores causas in responsis tamen publicis, quæ ut regulæ vniuersales in corpore iuris registrantur, semper vntuntur opinione probabiliori. Idq; in proposita materia de sponsalibus indicat Eugenius cap. Inuenis, de sponsal. Quia igitur in his, qua dubia sunt, quod certius existimamus, tenere debemus. Tum quia, cum hic agatur de fide sponsalium ex iustitia alteri sponsi seruanda, credendum potius est, vñsum fuisse probabiliori sent. Alexandrum III. qui decreuit, resilientem sine causa cogendum esse: cum ad superiores ex officio spectet, procurare, ut iustitia inter partes seruetur, nisi incommoda, quæ ex eius executione timentur, præponderent. Non posterior: nam cum hic agatur, de iustitia inter partes seruanda, potius ex ordinaria lege cogendus erit, & non nisi rarissimè, nempe quando mala, quæ timentur, sunt præponderantia, erit iniuste resiliens suæ conscientiæ relinquendus. Præsertim cum non modò superioris sit, diligenter caure, ne peccata committantur, verum etiam ne commissa vltierius serpent. Porro à sponsalibus iniuste resilientem sine vlla pœna suæ conscientiæ relinquere, potius est illum in peccato confirmare, cum ex eo quod absoluatur à pœna, non absoluatur à culpa contra iustitiam commissa.

14.
Conciliatio
vera ex ra-
tione quam
affigunt v-
erque.

Vera igitur Alex. III. & Lucij III. in hoc punto reconciliatio est, ut communiter; quod hic, cum dixit, non esse iniuste resilientem cogendum, respectum habuerit ad grauiora mala, quæ ex ciuili modo coactione probabiliter timentur. Cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere. Igitur à contrario sensu, si ex huiusmodi coactione iniuste resilienti incurriendâ, iudex non timerit difficiles exitus, debet eam adhibere, ut iustitia inter partes seruetur. Ille vero, cum dixit, esse cogendum, respectum habuit ad obligationem, quam sponsus habet à sponsalibus sine causa non resiliendi: *Nisi rationabilis causa obliteratur.* Vnde neque hic ita putauit à sponsalibus resilientem esse cogendum, vt nulla habenda sit ratio, rationabilis causæ, quæ potissimum ex futuris incommodis, quæ probabiliter timentur, desumi solet.

Debet igitur iudex in hac causa diligenter perpendere incommoda, quæ probabiliter possunt ex huiusmodi coactione sequi, quæ partim ex qualitate personarum, partim ex alijs circumstantijs conie&randæ erunt, quæ si videantur præponderare sponsalium dissolutioni, eos ad contrahendum non cogat: sed potius iuxta consilium Innoc. III. cap. 2. de sponsal. quoad fieri potest inducat, ut sibi mutuo sponsalia remittant, ut sine peccato & obligatione liberi maneat: maximè quādo iniuste resiliens, est pertinax in suo proposito: quia tunc non solùm agitur bonum spirituale iniuste resilientis, vt maneat per liberâ cessione alterius liber à peccato, sed etiam bonū alterius ius suum perurgentis, nō matrimonio contracto, in maiora incidat incommoda, quæ ex coacto coniugio probabiliter timentur futura. Nec solùm potest iudex, quando resilientem aduertit ad resiliendum obstinatum, Ecclesiaz censuram suspendere, sed etiam illatas auferre. Non est

autem necesse, vt iudex possit à coactione desistere, vt sibi iuridicè constet, de sufficiēte causa futuri scandali & incommodi, cùm hoc, vt optime Deinde cōmē Sancb. cit. disp. n. 6. commissum sit prudentiæ pœnente. , iudicis. Quod attinet ad iudicem competentem huius causæ, dicendum est, non solùm iudicem Eccles. sed etiam sacerdotalē posse iniuste resilientem ad sponsalia seruanda cogere: modò non agatur de inualiditate sponsalium: nam huius causæ examen spectat ad solum iudicem Eccles. ad quem spectant reliquæ causæ concerneentes matrim.

S E C T I O III.

An liceat in sponsalibus apponi pœna soluendam ab eo, qui fidem violauerit?

Prima sent. negat, quam ut ab omnibus asserta. 1. Sente*ss*, tam sequitur Sancb. lib. I. disp. 30. n. 1. in utroque iure videtur expressa: cap. Gemma, de sponsali. vbi Gregor. IX. improbat contractum sponsalium quendam, in quo apposita erat pœna à parte resiliente soluenda, eamque sub censura prohibet ab altero exigendam. Et l. Titia 134. de verb. obliga. vbi Paulus consultus, an soluenda esset pœna ab eo, qui impedimento fuisset nuptijs contrahendis, respondit: *Cum non secundum bonos mores ea interposita sit, agenti exceptione dolii malis obstaturam: quia in honestum visum est, vinculo pœne matrimonia astringi, siue futura, siue iam contracta.* Cui concordat glossa Bartholi: *stipulatio pœnaliss inter sponsos & eorum parentes super sponsalibus interposita, est ipso iure nulla.* Et l. mulier, Ratio, que fine e. de sponsal. Si causio pœnam stipulationis cō- leges & causinens fuerit interposita, ex utraque parte, nullas nones vires habebit. Quia in contrahendis nuptijs liberatur. pœnas esse abebit. Quam prohibitionem cū glossa in cit. l. mulier DD. extendunt ad eos etiam qui sanguine, affinitate, vel amicitia sunt sponsis attinentes: cum in his eadem militet prohibitoris ratio: siquidem ob timorem, ne consanguinei, affines, vel amici pœnam soluerent, si ipsi matrim. non inirent, inducerentur cum detrimento plenè libertatis ad matr. contrahendum. Idem sentiunt, si sponsi subditi sint domino tertæ, & sciant, eum desiderare, ut tale matr. contrahant: nam tunc reverentiali timore, ne eos offendenter, matrim. contraherent. Secus philosophantur de ijs, qui spōsis extranei sunt, quorū solutionis pœnas timore moueri non possunt ad matrim. contrahendum: poinde validè inter eos imponi potest pœna si sponsi matr. cōtraxe- rint: modò id non faciant sponsorum nomine.

Inferunt 1. pœnam hanc esse in utroque foro Auctores irritam, neq; in conscientia teneri iniuste etiam huic senti resilientem soluere. 2. si pœna inter ipsos parentes ponatur, non ut si filii non contrahant matr. illam soluant, sed ut diligentiam adhibeant, ut id contrahatur, quia tunc etiam eo non securto, si diligentia à parentibus adhibita sit, non est pœna soluenda: proinde non poterunt filii ob timorem pœnas, à parentibus soluendas, ad matr. contrahendum induci, ita Panorm. in cap. Gemma, de sponsal. 3. mulierem sub certa pœna soluenda alicui promitterent, se illi non nupturā, ad eam non obligari: quia haec impedit, quominus liberè cum eo contrahere valeat: ut nec valida est pœna, si sponsi ipsi cuiquam exterrante promittant, se certam pœnam soluturos, si matr. inter se non ineant. 4. cūm in lege Euang. repudium prohibitum sit, licet ac validè poterunt sponsi

sponsi sibi poenam imponere, soluendam ab eo, qui repudium dare tentauerit, cum hoc sit conforme Diuinæ legi. Secus, si poena imponatur soluenda ab eo, qui iustâ causâ diuortio iure celebrato, fornicantem coniugem sibi non reconciliauerit: quia per impositionem huius poenæ impeditur libertas, quam coniuges iuxta Euang. legem habent, ex iusta causa diuortium faciendi.

16. Secunda affitmat, licet ac validè in contractu plebendo. sponsalium imponit poenam ab iniuste resiliente soluendam. Hanc docent Suar. tom. 2. de relig. lib. 2. de iuram. cap. 23. nn. 5. Conink disp. 22. de obliga. sponsa. dub. 5. Laymon lib. 5. tral. 10. par. 1. cap. 1. de sponsal. n. 8. Pontius lib. 12. cap. 19. n. 8. & 9. Quæ sent, ratione longè probabilior est: et si altera afferens etiam poenam illicitè & inualidè ab iniuste resiliente soluendam interponi, autoritate probabilis sit. Maximum huic 2. sent. pondus addit Leo Imp. in Nouella 18. cuius tit. est: *Vt in sponsalibus constituta poena exigatur: scribens Styliano hæc in sponsalibus seruanda: Quod conjectudini placuit, ut in sponsaliorum reprobationibus poena imminerent ipsis, qui reprobare instituerent, id in legis autoritatem collocamus. Arbitror enim, id quod consuetudini visum est, ea lege, qua de huiusmodi rebus lata est, nihil improbabilius esse, ac res ipsas referre in melius. Nam quum lex arrha perditione, aut in duplum restituitione solum temeritatem puniat, hoc definitum patet, constitutum in sponsaliorum rescissione subiurandum vult. Ac sanè, ne (virtuosi assulet) sponsalia sursum deorsum ferantur, hoc mibi (quemadmodum dixi) maiorem obtinere vim videtur. Solius enim arrha perditio, quæ in eum, qui dedit, ac deinde sponsalibus non acquiescit, constituta est: eiusq; in duplum restituendis, quam multatam is qui arrbam cepit, deindeq; in pacto conuento non persistit, sufficiens: ut propter poenam levitatem ad pactorum rescissionem, qui id facere cogitant, faciliter ferantur. facit. At ex pacto definita poena grauius dannum sibi obuenire videntur inconstans ille, tardior omnino, ad diuellenda sponsalia fecit. Quod sanè nos etiam nuptialibus contrahilibus magis conducibile fore admisimaduertentes, quod ex consuetudine fieri solet in legitimam constitutionem traducimus. Ex arrha siquidē perditione faciles sponsaliorum eversiones video: ex poena persolutione non item. Nam grauius dispendium (pacto enim constituta poena, arrha maior prorsus atq; grauior est) vel in uitum inhibens, animi inconstans acquiscere illis, quæ anteā de sponsalibus placuerunt, compellit. Sic igitur quod à consuetudine confirmatum est, quemadmodum batitentur, ita deinceps & obincerto, & causas dijudicato: tum etiam qui sponsalia cœrit, poena exactione feriuntur. Hactenus Imper. hac nouâ Constitu. corrigen omnes præced. leges, si quid huic contrarium statuerint. Ratio 1. Poena censuræ Eccles. à Iudice infligenda non impedit, quominus à sponsalibus iniuste resilient, contrahat matrimon. cum calibertate, quam utrumque ius ad illud contrahendum exigit: ergo neque eam impedit poena conuentionalis ab ipsis contrahentibus imposita: sc. præced. sect. cum ipsis contra quos hic dispergo, ostendi, illam poenam in iure admitti, absque lexione libertatis ad matrimon. requisirat. Inde matrimon. non minus postulat, liberè contrahi ab eo, qui per censuram Eccles. à Iudice infligam, adigitur ad illud contrahendum, quæ ab eo, qui per conuentionalem poenam ab ipsis contrahentibus impositam, ad illud ineundum astringitur. Nullo. n. casu admittitur ab Eccles.*

sia validum matrimon. nisi fuerit sufficiente libertate contractum: At iudicio Ecclesæ matrimonij libertati non obstat poena Eccles. à ludice inflata: ergo nec obstat poena conuentionalis, ab ipsis contrahentibus excommuni consensu imposta, à fidem strangente soluenda. Quia quod poena imponatur ab ipsis contrahentibus, non magis obstat libertati, quin magis confert: nam talis poena est voluntaria, ut pote à contrahentibus ipsis, ex propria voluntate sibi imposta, ad contractum magis stabiliendum. Porro quod magis poena è minùs libertati obstat, quod magis voluntaria est; eo n. minùs coactiva. Neque vim poena è minùs coactiva posita, sponsalium contractum antecedat, poena vero à iudice inflata subsequatur: cum quia potuit iudex imponere poenam censuræ Eccles. antecedentem contractum, statim incurriendam ab eo, qui fidem fregerit: tum quia non minùs matrimonij libertati obstat, ne post violatam sponsalium fidem liberè contrahatur, quam ne in ipso sponsalio contractu adjiciatur aliquid, quod possit libertatem contrahendi matrimonii impedire.

17. Rationes efficiacissima. Bruma.

18. Secunda ratio. 3. Ed magis operantis libertas impeditur, quod grauior est: cœna, timore cuius sperans impelliatur ad agendum. Timor n. vehementius urget ad eam vitandam: proinde minùs libertatis ad peccatum relinquit. At infinitè grauior est poena, quam coram Deo incurrit à sponsalibus iniuste resilient, poenâ ab ipsis contrahentibus imposta: cum per mortale, quod à sponsalibus iniuste resilient committit, æternam poenam incurrit. Ergo si non obstat illa libertati matrimonii, neque obstat hæc. Nisi forte dicas, homines urgentius moueri præsenti poenâ temporali, quam futurâ æternâ: proinde hominem à libertate magis impedit timore poenæ temporalis, quæ magis apprehenditur, quam æternæ. At esto hoc in homine proieco, & minùs cordato te ipsa verum sit, numquam tamen soleat Ecclesia id de homine presumere: non igitur Ecclesia præsumit contrahentes, ne à sponsalibus resiliant, potius monedost timore poenæ temporalis, quam æternæ.

19. Tertia. 4. Leges Civiles permitunt inter sponsos arrhas usque ad quadruplum restituendas ab eo, qui iniuste à sponsalibus resililit, si inter eos ita conuentum fuit, l. final. c. de sponsal. Neque hæ leges sunt à Canonico iure correctæ, ut cum multis probat Sanch. disp. 36. n. 11. Nam hac lege non obstante, legislator in fine suis constitutionis statuit in nuptijs contrahendis liberam potestatem esse debere: quam etiam postulant in suis legibus Pontifices: At non minùs timore arrharum in quadruplum restituendarum impediti potest libertas ad matrimon. contrahendum, quam solutionis poenæ in ipso contractu à contrahentibus impositæ. Dicunt; id est arrhas matrimonij libertatem non impedit, quia dantur anticipato, & hoc non datur in magna quantitate: proinde nequit arrharum solutio, etiam in quadruplum impedit matrimonij libertatem, sicut impedit poena in futurum soluenda, quæ in maiori quantitate imponi solet. Sed contraria: tum quia multi ex aduersi. inter quos est Sanch. putant, etiam patuam poenam in contractu sponsaliorum possum, ab iniuste resiliente soluendam, matrimonij libertatem impedit: tum quia non solum possunt arrhas in ea quantitate anticipato dari, in qua esset poena in futurum soluenda, sed etiam in maiori: cum per leges non sit certa quantitas in arrhis definita, ut recte Sanch. disp. 35. nn. 9.

Dicces,

Dices, facilius; ac suauius perduntur, quæ iam tradita sunt, quam quæ sunt soluenda: Contraria: etiam pœna, quæ à resiliente ponitur soluenda, posset ex consensu contrahentium alicui tertio anticipato tradi, nomine resilientis soluenda: & tunc eadem de arrhis, ac de pœna foret ratio: nec minus timere solemus, ne perdamus bona, quæ apud alios habemus, quam quæ apud nos sunt.

^{20.} Quæria. 4. Secundum leges valent legata sub ea conditione relicta, ut non cedant legatario, nisi cum corcta persona à legante designata contrahatur, ius & hereditas, sub eadem conditione testata. Neq; huius argu. vim elidit disparitas, quæ adversarij assignant, id est legatum, vel hereditatem sub ea conditione relictam matt. libertati non officere; quia hæc non sunt de lucro perden- do, sicut pœna sponsalibus adiecta, sed de lucro non acquirendo. Quasi verò virginitius ad matt. contrahendum impellere queat timor solutionis exiguae pœnæ, quam amissionis copiosæ hereditatis ac legati. 5. Is solus timor matt. libertati obest, qui iniuriosus est contrahenti: sed timor soluendæ pœnæ non est iniuriosus iniustè resilienti: ergo matt. libertati non obest. Maior constat ex disp. 6. secl. 3. quia solus ille timor est contra libertatem operantis, qui ab extrinseco incutitur, non qui ab ipso operante eligitur: solus autem timor iniustè incussum, est ab extrinseco: nam qui iustè incutitur, est voluntarius ipsi, cui incutitur in ipsa culpa, quam committit: qui n. vult culpam, implicitè & virtualiter vult pœnam, in culpa virtualiter contestam. Cùm igitur solutione pœnæ non sit iniuriosa iniustè resilienti, quippe cui implicitè volita est in ipsa culpa, matrimonij libertatem non impedit.

^{21.} Quinta, us- detur à priori. 22. Ex his infertur; valida est adiectio pœnæ iuramento firmata: teneturq; iniustè resiliens duplicitate illam soluere, iustitia ex contractu confurgentis, & religionis ex iuramento obligatis, contra Sanch. disp. 32. n. 21. eo argu. ductu, quod saltem venialis culpa sit, non modò pœnam in contractu sponsalium ponere, sed etiam positam soluere; quia illam improbant iura, ut contrabonos mores & ciuiles & naturales, ut potè contra matt. libertatem, quæ communii bono obest. At cùm iuxta nostram sent. nulla sit culpa, talè pœnam sponsalibus adiçere multoq; minùs adiectam soluere, validum erit iuramentum de pœna soluenda. Quin multi ex Authoribus contrarij sent. et si potent, adiectio pœnæ illicitum esse, eius tamen solutionem licitam censem: cùm in iure solùm prohibeatur adiectio, & extorsio non solutione pœnæ, proinde iuramento firmata obligabit. Quod attinet ad ius cano. respondent alii, ex cit. cap. gemma, nullum desumi argu. pro ea sent. nam ibi solùm agitur de sponsalibus ante septennium contractis, quæ independenter à pœnæ adiectione, inualida erant, ut glossa verb. infra septenn. Sed hoc non obstat, quin saltem ex ratione, quam ibid. Pontifex assignat, ut sc. matt. libera sint, colligi possit pœnæ prohibicio. Respondent alii: cùm ius cano. sponsalium dissolutionem non admittat, nisi vel ex mutuo consensu ipitorum contrahentium, vel ex rationabili causâ, ut supra, pœnæ adiectio solùm reprobatur ut inualidam, quando imponitur soluenda ab eo, qui altero ex his modis à sponsalibus resilit. At non video, quo pacto ex eo antecedente in bona conseq. inferatur hoc conseq. cùm rectè possit ius sponsalium dissolutionem non admittere, nisi vel ex mutuo consensu contra-

hentium, vel ex rationabili causa, & nihilominus ut irritam decernere in ipso sponsalito contractu pœnæ adiectioem. Vera resp. cùm ius ^{vera resp. sive} cano. admittat pœnam per iudicem infligendam ijs, qui à sponsalibus iniustè resilient, ne libi contrarium sit, dicere debemus, quando adiectioem pœnæ improbat, ut mattim. libertati aduersam, intelligi de pœna soluenda ab ijs, qui iustè, non autem qui iniustè à sponsalibus resilient. Confirmat etiam iura, ut irrita declarant matrimonia graui metu contracta: & tamen id non intelligunt de metu iustè, sed iniustè incusso: pari igitur modo intelligenda erant de pœna sponsalibus adiecta.

S E C T I O . IV.

An valeat pactum sponsalibus adiectum,
ut teneatur vir cum uxore in
certo loco habitare?

N Egant Couar. 4. decret. part. 2. cap. 7. n. 5. Lud. Lopez 2. par. instr. conf. de matt. cap. 54. sub tit. de diuor. fine, & alijs Canonista apud Sanch. disp. 40. Probat Couar. hæc est quædam seruitus species, quæ virtutum non decet, qui caput est mulieris, quæ potius naturali ac diuino iure tenetur virum sequi, ut fert communis sent. ergo inualidè in pactum deducitur, neque in pactum deductum id tenebitur vir seruare. Vnde similis conditio teiçitut à legato ut libertati aduersa ff. de condit. & demonstrat. l. Tatio centum relata sunt, ait Papini. Juris. ita ut à monumento theo non recedat, vel ut in illa ciuitate domicilium habeat: potest dici non esse locum cautionis, per quamius libertatis infringitur.

Negant.

Affirmant probabilius, Angel. verb. Uxor, fine, Sylvest. q. 8. Aramilan. 6. Nauar. in sum. Affirmant, cap. 14. n. 20. Iac. de Graeffs, lib. 2. decis. cap. 59. n. 2. citans alios, Sanch. disp. not. Ponti. lib. 12. cap. finali. Quam sent. Lopez ait esse communem, et si ipse contrarium cum Couar. sequatur. fundam. licitum est, quodcumque pacium naturali aut positivo iure non prohibitum in contractu adiici: at hoc pactum non est naturali iure prohibitum, cùm nullam contineat contra naturales mores in honestatem; nec positivo, cùm nullum sit. Neque obijicias l. nec se volens, & l. Interrogatam c. de liberali causa, ubi prohibetur, ne homo sibi libertatem auferat: proinde cùm ad certum locum se astrinere hominis libertati præiudicet, non poterit in pactum deduci. Nam per eas leges solùm prohibetur, ne homo sibi libertatem penitus admittat, faciendo se ex libero seruum: non prohibetur, quin illam sibi restringat: aliqui nemo posset vel ad certum locum se obligare, ut in eo tanquam colonus domino fundi laboreret; vel ad certum dominum, cui suum famulatum astringat. Et hoc quidem iuxta leges humanas: nam secundum legem diuinam potest homo per votum Obedientiæ in religione emissum totam suam libertatem homini, propter Deum, mancipare perpetuò. Neque cit. lex Tatio huic sent. aduersatur: nam ut ex Barth. & alijs refert Sanch. ea intelligitur, quando conditio apposita legato est inutilis, in nullius cedens fauorem. Cuiusmodi non est pactum de habitando in certo loco sponsalibus adiectum: siquidem hoc non solùm conduce-

24.
Efficax &
univ. fund.

^{23.} Satisf. legi- bus.

conducit ad concordem & pacificam vitam inter coniuges transigendam, sed sēpē soleret esse proxima occasio maioris virilatatis à parentibus & cognatis sperandæ. Neque huiusmodi pactū fieri potest, habitandi tantum ad tempus; sed etiam in perpetuum in aliquo certo loco, ut potest quis se addicere, & mancipare glebae & fundo, ut in eo toto vita tempore sit domino addictus, sine cuius nutu & voluntate recedere nequeat. Ceterum semper in hoc pacto subintelligitur, nisi præalentior causa superuenerit, quæ ab illo teruando excusat. Quæ cōditio subintelligenda etiam est in ipso naturali præcepto, quod vxor habet sequendi virum: quem et si alio migrantem sequi teneatur, iuxta reg. August. relationem 13. q. 2. can. *Vnaqueque mulier sequatur virum suum, sive in vita, sive in morte:* Multæ tamen possunt insurgere causæ, quæ vxorem excusent à sequendo virum, de quibus leg. glossa in cit. can. *Vnaqueque, & glossa in can. si quis 34. q. 2.*

An teneatur vxor sequi virum vagabundum: virag, glossa affirmatiū responder, si mulier hoc sciens cum viro contraxit: secus, si id ignorans. An teneatur vxor sequi virum, ob dilecta à ciuitate relegatum. Negant aliqui apud Sanch. disp. 41. n. 11. quia non debet innocens propter nocentem pati. Affirmat verius cum alijs Sanch. ex 1. cap. de coniugio lepros. vbi Alex. III. mandat, ut vxores leprosos viros sequatur, sive coniugali affectione ministrantur. Nam et si non teneatur in eadem domo cohabitare, quod probabile periculum est, ne inficiantur, ut disp. 33. de dinor. dixi: tenentur tamen illis opportunè adesse, ut valeant necessaria obsequia eis subministrare. Neque hoc est incommodum pati per modū pœnæ, sed per modū obligationis natura- liter connexæ cum statu coniugali. An licitū sit pactum, ut ob graues illatas iniurias, offensor exulet à ciuitate, in qua offensus moratur? Negant cum alijs Anch. & Alcia. apud Pom. lib. 12. cap. vlt. n. 9. Quia exilium est pœna criminalis, quæ non nisi publicâ potestate imponi potest. 2. est cōtra bonū publicū, ciuitatem spoliare suis ciuibus, eolq; alio relegare. 3. est contra Christi præceptū obligatī ad odiū deponendū: per eiusmodi autem pacū scuetur odium offensi erga offensorē. Affirmat probabiliū cū Gama Pōtius, non solum ad tempus, sed etiā in perpetuū posse hanc conditionē, nō quidē per modū pœnæ, sed per modū pacti in contractu remissionis apponi, ut offensor perpetuū exulet à ciuitate, in qua habitat offensus. Ratio: hoc pactū nō excludit limites potestatis priuatæ: & cōducit ad bonū commune: ergo est licitū. Maior prob. nō imponit ut pœna, offensorem in uitum cogent ad eā exequendā, sed ut conditio ab eo liberè acceptanda. Quo pacto non excedit limites personæ priuatæ: nā quiuis donator imponere potest in cōtractu donationis quodcunq; pactū lege non prohibitiū. cap. Verūm. de cōdit. apposi. iuncta glossa; & l. in tradition. ff. de pactis: In traditionibus rerū, inquit Gaius Iurisc. quodcunq; pactū sit, id valere manifestū est. At nulla lex hoc pactū prohibet: & remissio offensi est quædā liberalis donatio, cūm non teneatur offensus illā gratis remittere, sed licitè possit eā corā iudice prosequi. Quod autē hoc pactū ad bonū cōmune cōducat, clarū est: quia præcedit radicitū occasions nouarū discordiarum, quæ denudū inter offensorē & offensi nasci possunt ex mutuā eorū præsentia & habitatione in eodem loco, quæ cōmune pacem maximè turbarent.

Tom. IX. De Matrimonio.

Ad 1. rationē cōtrariæ sent. Resp. esto exiliū im-
positū per modū pœnæ, ut extra potestatē personæ priuatæ, non est autē extra sā illud imponere per modū cōditionis liberè acceptandæ. At inquies, neq; ut conditio potest ab offensi imponi pœna corporalis liberè ab offensorē acceptiā, cōd quod sit pœna criminalis, soli publicæ potestati subiecta. Resp. duplex est pœna criminalis, altera nullo pacto subiecta libertati patientis: huiusmodi est membrorū mutilatio, atrox corporis cruciatus, in quo homo potestatē non habet, eo quod nō sit dominus, sed custos tārū sui corporis: Altera hominis potestati subiecta: talis est absentatio à propria ciuitate, vel Provincia, & hāc uti potest offensore licitè acceptare & execuī; ita offensus licitè imponere, per modū conditionis ab offensorē liberè acceptandæ. Ad 2. esto cōtra publicū bonū Reip. sit, illā suis ciuibus spoliare, huic tamē incōmodo præpōderat maius bonū, quod eidem Reip. prouenit ex absentia eius, cuius præsencia graues discordias & odia excitare ac fouere posset inter cōanguineos & cognatos offensoris & offensi. Ad 3. neg. maior. Christi. n. præceptū non obligat ad remittendā gratiis offensam ab offensorē iniuste illatā: sed solum ad deponendū odiū, & quidquid auerſionis cōtra offensorē conceptū est: haud tamen prohibet, quin possit offensus, nō propter vindictā & priuatū odiū, sed ut læzæ iniūtiæ satisfiat, contra offensorem iutis ordine seruato, agere, ut pro illatā iniuriā sibi condignæ satisfiat. Quam satisfactionē licitè potest, vel coram Iudice in publico iudicio expetere; velia priuato cōtractu cū ipso offensorē in pactū deducere: idq; ad euitadas frequentes discordias.

An possit procurator offensoris, ad pacē cū offensi cōcludendā, hoc pactū in contractu remissionis apponere, esto de illo nō habeat expressum mandatū. Cōcedit Pōtius: quia potest procurator, vi sui officij, in contractu apponere omnia pacta & conditiones cōmuniter apponi solitas: at hoc pactū omnibus fere remissionibus apponi solet: ergo etiā de illo expressum mandatū nō habeat, potest, si ad pacē concludendam necessarium putauerit, in cōtractu ponere. At cōmunis sent. ipso Pontio fatente, negat. Et merito, non solum quia res est grauissima, maximè si pactū fiat de perpetua offensoris absentia: sed etiā, quia contra Pōtij fund. non solet hoc pactū apponi in remissionibus, quæ per priuatā cōventionē inter offensi & offensorē peraguntur. Esto per modū pœnæ apponi soleat in remissionibus, quæ à ludice expediuntur. Ex quo nō licet arguere ad eas, quæ priuatā cōventionē sunt, quia cūm illæ fiant juris rigore seruato: hæ contra ex iuris æquitate; nec procurator vi sui officij potestatem accipiat apponendi in contractu ea, quæ per ludicē juris rigore seruato, apponi sunt solita, sed potius quæ ex iuris æquitate, inter ipsum offensum & offensorē plurimū apponi solent, non rectè ex appositione illorū arguitur ad appositionē horum.

Ad primam rationē cōtrariæ sens.

*Dubitatur
ctra hoc vt.
tim.*

DISPVTATIO XXXI.

Qui possunt sponsalia contrahere?

CERTVM 1. est non posse sponsalia cōtrahere per perpetuū inhabiles ad marr. cōtrabendum. *Ratio evidē* Quia cūm sponsalia sint promissio marr. futuri, qui non potest marr. contrahere, nec poterit sponsalia: cūm nequeat promissio obligare ad id, quod promissor non potest adimplere. Qui solum ad tempus

tempus sunt inhabiles, possunt pro eo tempore, quo futuri sunt habiles, sibi contrahendū promittere matr. vnde impuberes possunt spōsalia contrahere, etiā non possint matr. quia possunt tempore impubertatis promittere matr. contrahendū tempore pubertatis. Et leges Ciuiiles prohibent, ne tempore iugis mulieres celebrēt secudas nuptias; cū tamē non prohibeant eo tempore posse sponsalia contrahere, l. Solet ff. de his qui notantur infamia: Quia virū eligit, intra id tempus sponsam fuisse non nocet. Ex his infertur 1. pro quocūq; tempore, quo quis est habilis ad matr. validē & licitē contrahendū, esse habilis ad sponsalia nō contrā. Nam matr. præter usum perfectæ rationis, quā requirunt etiā sponsalia, exigit potentiam generatiū, quæ non est in quovis rationis usum habente. Notanter dixi, validē & licitē: quia non sequitur: potest quis validē contrahere matr. ergo & sponsalia. Nā ubi adeo imped. solūm impeniens, nō dirimēs matr. vt est simplex castitatis votū, potest tali impedi. obstrictus, validē matr. non sponsalia contrahere. Quia cū sponsalia sit promissio ex iustitia obligans ad matr. futurum contrahendū, nullaq; illicita promissio possit promissorē ex iustitiā ad promissum seruandū obligare, quotiescunq; maritim. est illicitū, etiam si sit validū: inutila erunt sponsalia. Ex quo sequitur, nunquā posse sponsalia in ordine ad matr. contrahendū esse valida, & nō etiā licita, quāuis ex alijs circūstantijs, valorem sponsaliū non impediens, possint sponsalia esse illicita.

2. Inhabiles ad matr. propter imped. humānū iure dispensabile, posse sponsalia contrahere sub cōditione futuræ dispensationis. Quia cū sponsalia sit promissio de matr. futuro, ad ipsorū valorē sufficit, vt matr. licitē contrahi possit tempore, quo contrahendū promittitur. Dices: ius humanū imped. statuens, tollit impedito potentiā ad contrahendum, quā sublata, eius actus est nullus: ergo actus, quo humano iure impeditus promittit futurū matr. est nullus, ut potè ab impotē procedens. Distinguo antec. tollit potentiam ad contrahendū pro eo tempore, quo contrahetur est impeditus, cōcedo, pro tempore, quo nō est impeditus, nego. Licit igitur nō possit impeditus habere actū, quo de p̄fēcti valcat matr. contrahere, potest rāmē de p̄fēcti habere actū, quo valeat matr. de futuro contrahendū promittere.

3. Dubiū de potētia naturali generatiū, posse sub cōditione sponsalia contrahere, si erit potēns: qua cōditione subsistente, valida erunt sponsalia, absq; nouo cōsensu. Pati modo hermaphroditū dubium, qualis sexus sit in se p̄fualitus, posse sub cōditione cū vitro, sexus sponsalia contrahere. Et tunc cū eo sexu valida erunt, & adimplenda, cuius ipse cōtrarium p̄fualentē experientur: vel dubius. an cū una, vel cū altera habeat impedimentum. potest sub cōditione cū alterutra sponsalia contrahere, cum qua nullum erit impedimentum.

Dol: capax
etiam que?

Certū 1. ad sponsalia ea ztate requiri & sufficere, quæ dolii capax est. Vnde etiam si ea ante legitimā ztatem per parentes contrahantur, nullū habebunt robur, nisi proprio cōsensu ratificantur per ipsos spōsos legitimā ztatem adeptos: ex l. hec ita ff. de sponsal. ex s. 1. & ex c. liter. a depon. impub. nam ad sponsalia requiritur liber cōsensus cōtrahentiū, qui eos dolii capaces supponit. Quid au-

tem hāc zetas sufficiat, prob. ea zetas ad spōsalia contrahenda sufficit, in qua contrahentes ex iustitia possunt se obligare, cū in hac mutua obligatione sponsaliū substantia consistat. At ad hāc sufficit zetas, in qua contrahentes sunt dolii, hoc est lethalis peccati capaces. Ex quo sequitur, iuxta sent. afferentē, prius hominē esse capacē peccati venialis, quām mortalis, non esse ad spōsalia contrahenda idoneos, nisi attingant ztatem, in qua sunt mortalis capaces. Quāquam nō desunt, qui maiore in cōtrahentibus capacitate desiderāt, ut sponsalia contrahere valeant, vt nō tantū sint dolii capaces, nam adhuc sufficit aduersitātia mali p̄fēctis, sed etiā prouidi futurorum. Quia cū sponsalia sit promissio futuri statū, non sat est notitia rerū p̄fēcientium, sed requiritur etiā prouidentia futurarū, ad quas se extēdunt sponsalia. Sed recte hanc sent. refutat Sanch. disp. 16. n. 16. hoc dupli argu. tum quia hāc zetas sufficit, vt quis se obliget ad emittendū futurū votū solēne religio his, aut facti Ordinis: tū quia alioqui non sufficenter esset pro sponsalibus septenniū p̄fcriptū; cūm de hac ztate fieri posset idē argumentū.

3. Zetas p̄fōsibilibus contrahendis, in vitro; iure p̄fcripta est septennalis. De civili cōstat ex l. in sponsalib. ff. de sponsal. in qua dicitur, posse spōsalia à primordio etatū effici, si modū id fieri ab utrāq; persona intelligatur, id est (explicatio est legis) si nō sint minores, quām septē annis. Vbi & zetas p̄fcribitur nō minor septennio, & in ea cōtrahentes supponuntur intelligere, quæ agunt. Unde etatis primordium hīc intelligitur primū septennium, in quo homo, adepto rationis usu, incipit intelligere, quæ agit. Nec p̄fecedentia, in sponsalibus contrahendis etat contrahentiū definita non est, vt in matrimonij. Doctrinæ aduersantur quæ iatelligēda sunt iuxta glossæ explic. vel quod nō sit eodē modo definita, sicut in matr. vt diuersa sit in viro, & fœminā: vel quod in matrim. sola zetas sufficit, cū in ea supponatur contrahentiū intelligētia, & sola etatis diuersitas p̄fcripta est propter potentiam ad generandū, quæ tardior est in viro, quām in fœmina: in sponsalibus autē nec sola etas septennalis sufficit, nisi sit cum intelligentiā coniuncta: & si prudentia septennalē etatē suppleat, etiā ante septenniū ea contrahi possunt, sicut & matr. ante p̄fcriptam ztatem. De iure cano. constat ex c. Liter. c. accessit, c. ad dissolendū, de despon. impub. 4. Non sunt valida sponsalia, si unus tātū ex cōtrahentibus sit rationis particeps, nisi accidente rationis usu alter consentiat: ita definit Alex. III. c. Liter. & c. accessit de despon. impub. & Bonifac. VIII. c. vii. de despon. impub. in d. quia sponsalia est mutua promissio de futuro matr. contrahendo: ergo requirunt utriusq; contrahentis liberā promissionē: cū nequeant sponsalia claudicare. Requiritur igitur nouus cōsensus sponsalia ratificans ex parte eius, qui dum sponsalia contrahebantur, defectu etatis liberū consensum p̄fere non potuit. Non debet autē necessario hic consensus esse expressus, sed sufficit tacitus & implicitus, vel per murā eorū cobabi. rationem, vel alio verbo aut facto, quo liquidō apparet, vt Bonifac. cit. declarat, eosdē in eadē voluntate factos maiores septennio perdurare. Qui etiā definit, nullū ex eiusmodi sponsalibus orīti publicæ honestatis impedim. donec accedat ex parte alterius legitimus consensus. Ceterū, cūm dicitur sufficere, tacitus consensus, intellige. quoad externa signa, nō quoad internū actū, qui semper expressus requiritur, si prior non fuit validus, ea. accessit de,

Certum 3.

Certum 4.

despon. imped. An requiratur nouus etiā consensus & parte eius, qui illū præbuit in ætate legitimam aut hic cōsensum præbuit absolutū, aut sub conditione, quādo alter erit rationis particeps. 1. modo præstitus, fuit inualidus, ut potè ad personā ad re promittendū inhabilē, proinde nouo opus erit cōsensu. 2. modo, fuit validus, ut potè ad personā habilē pro tempore futuro, pro quo ex intentione contrahentis, erat suū effectū operatus. modò alteri ad legitimā ætatem peruenienti constet de consensu alterius antea præstito.

6. **Examinatio du-**
cia. Prim. 1. Dubiū 1. An sponsalia ante completū septenniū contracta sint valida? Hoc in duplice sensu discutiti potest: 1. si certò constet, ante septenniū rationis vsum sponsis illuxisse. 2. si id non constat: nō tamen cōstat de contrario. Prior sensus recurrit cū eo, An malitia ætate supplēte, sponsalia validē possint ante septenniū contrahi? Negat Richar. in 4. dist. 27. a. 3. q. 1. Panor. c. Iuuenis n. 5. & c. gemma, n. 6. de spōs. Angel. verb. matr. 3. impedit. 14. n. 2. Hurtad. disp. 1. de matr. diff. 14. qui refert V a/gu. de hac qui interrogatū, negatiū respōdisse. Vide alios apud Sāch. disp. 16. n. 8. Prob. Vbi ius certam ætatem præscribit, illā præuenire non licet: at ius tā ciuile, quād canon. pro sponsalibus præscribit septenniū. 1. in sponsal. ff. de sponsal. & c. iuuenis, de sal. & c. liter. de despon. impub. & causa 30. q. 2. 9. sponsalia, vbi Pontifices ad sponsalia contrahēda requirunt septenniū completū. Maior ostēd. ideo ante expletū annū 14. in viro & 12. in fœmina nō valet testamentum, quia in eo cōdendo est certa ætas in iure præscripta. 1. qua etate ff. de testam. et si in fauorē testamēti, ut ibid. l. urisc. ait, necessē non sit vltimam diem esse expletam, sed sufficiere inchoatam: Ideo ante 16. annum expletum, & ante expletum annum probationis, professio religionis est inualida, quia ad eā emittendam à Trident. sess. 25. cap. 15. præscribitur certa ætas.

7. **Verior sent.** Affirmant verius glossa in c. sponsam, de sponsal. S. T. b. in 4. dist. 27. q. 2. a. 2. ad ult. Palud. q. 1. ar 2. concl. 2. fine. supplem. Gabr. q. 1. a. 3. dub. 5. Sotus q. 2. a. 2. ad 3. Sylvest. verb. spōsalia. q. 2. Armila n. 4. Hen. rig. l. 11. de matr. c. 13. n. 9. Lud. Lopez part. 2. Instr. cōsci. c. 37. de tempore assig. pro spons. §. circa, Sanch. cit. n. 9. Conink. disp. 21. de naturā spons. dub. 5. n. 52. Rebell. de sponsal. q. 5. Pōti. l. 12. c. 5. n. 3. Fund. tū ex cit. 1. In sponsal. ff. de spōs. vbi dicitur, à primordio ætatis sponsalia effici possunt, si modò id fieri ab utraq. persona intelligatur: neque aduersatur quod subditur: id est si non sint minores quād septem annis: quia id intelligitur, quādo ante septenniū malitia non supplet ætatem: nā tunc, non licet, ut infra, ante completū septenniū sponsalia contrahere. Tū ex c. de ellis. 2. de despon. impub. vbi admittuntur matri, ante legitimā ætatem contracta, si malitia ætate supplet, ergo etiā admittenda sunt sponsalia, quæ sunt dispositio ad matri. An quocunq; tempore ante septenniū, vsum rationis illucescente, sponsalia contrahī possint. Negat multi: sed requirunt, ut saltē contrahentes sint septenio proximi. Quod tempus septenio proximum alijs limitat ad vñā hebdomadā, alijs ad mēsem, alijs ad semestre. Vnde infert Henr. quod etiā si per miraculū infas acquirat perfectum vsum rationis, nō tamen est idoneus ad sponsalia contrahenda: eo quod iura requirūt tempus, quod septenniū dici possit, quod prudentis arbitrio designandū erit. Sed placet, quod ex Alex. De novo, & Ant. Gab. refert & sequitur Sāch. n. 14. valere sponsalia in quacunq; ætate, sive viā ordinariā, sive per miraculū rationis vsum illuxerit, modò id euidenter cōsistat, & sit

permanens: nā in dubio, & solū per modū cāscuntis, arbitror standū dispositioni iuris. Fund. quādo certa ætas ad aliquid operandū non præscribitur propter se, sed propter ipsum vsum rationis, si hic habeatur ante præscriptā ætate, præuictio ætatis nō irritat quod ante præscriptā ætate gestū est. At septenniū a iure nō præscribitur propter se, sed propter rationis vsum, quia in eo plerūq; solet rationis vsum hominibus illuscere. Cōstat, quia si propter se præscriberetur, nō possent sponsalia, validē contrahī ab ijs, qui ante septenniū præueniūt, prudentiā ætate supplēte. Cōfir. si semel admittitur, posse ante septennium, rationis vsum illucescente, sponsalia contrahī, nō erit maior ratio de uno tempore, quād de alio, si idem rationis vsum euidenter illucescat. Vnde cōs. Ant. referente Sāch. docet, valere sponsalia intra quadrienniū contracta, si adsit rationis vsum, idq; ait esse communē sent. An valeat sponsalia ante septenniū contracta, quād lo in contrahētibus nō apparet, malitiā supplēte ætate hoc. n. quoad sponsalia interest inter tempus ante, & post septenniū, quod, vt valeat ante septenniū, debet de rationis vsum cōstare: vt autē valeat post septenniū, sufficit vt de contrario nō constet. 1. Sent. ait, sufficit, 1. Sententia Maior diff. cultas est in priori sensu. vt septenniū sit moraliter cōpletū, ex illo Arist. quod parū dīsat, nihil dīsat videtur. Confir. Ad contrahendū matt. sufficit annus 14. moraliter completus in viro, & 12. in fœmina: ergo etiā ad contrahēda sponsalia, quæ sunt dispositio ad matrimonium. sufficit septennium moraliter completum.

2. Requirit septenniū physicē completū: sat ta. Secunda. men putat in fauorē matt. si vltima dies sit tantum inchoata. Quoniā si in fauorē testamenti cōceditur testatori, vt 14. annus, qui ad restandū sequitur, sit per vltimā diē tantum inchoatus: à fortiori id concedendū erit matt. quod est maximē favorabile. Ita Henr. Conink. Pōti. Nec videatur huic sent. contrarius Sāch. qui dū hāc refert, non reprobat. 3. exigit septenniū vltimā die metaphysicē expletū. Ita Hurtad. in quā magis inclinare videtur Sāch. Quæ sent. probabilius est, esto 2. probabilis sit. Ratio nonnulla: terminus à lege præscriptus consistit in indiuisibili, vt cōrisprobabilitat de pretio rerū lege taxato, quod mathematicē seruandum est, ne ansa detur subditis, illud proprio arbitrio variandi. Verū huius quæritur ratio, cur terminus lege præscriptus debeat mathematicē seruari, & nō sufficiat moraliter iuxta terminos ad illū proximē accedētes. Ratio vera: quando tempus à lege præscribitur, propter aliquod periculū, quod infra huiusmodi præscriptū tempus subesse potest, seruādū est vñq; ad vltimū complementū metaphysicē absolutū. At septenniū in sponsalibus præscriptū est ad evitandū defētū plenii judicij ac libertatis, qui in frā septenniū subesse potest: quia quando Ecclesia aliundē Ergo seruādū est vñq; certū assignare tempus, quo plerūq; solet rationis ad ultimum vsum hominibus illucescere. Maior prob. ideo an physcē terminus 16. ad professionē religionis faciendā à Trid. plenū, ses. 25. c. 15. præscriptus, debet esse mathematicē compleetus, vt supra, quia est præscriptus ad evitandū periculum, quod infra hoc tempus subesse potest, de minus matuto & deliberato consensu, quæ Ecclesia requirit in re tāti momēti. Ideo annus probationis, qui ibid. à Trid. ante professionē decernitur debet esse per vltimā diē mathematicē expletus, quia præscribitur ad vitandū periculū, quod infra hoc tempus accidere potest, ne nouitius defectu perfectac plenæ experientia re-

ligiosę austerioris, cōsenium ad professionē parū consideratē p̄̄beat: ergo similiter, quia septen- niū in sp̄saliis p̄̄scribitur ad vitandū defe- & pleni iudicij ac libertatis, ad sponsalia sub- stantialiter requisitā, qui infra septenniū facilē contingere potest, debet esse mathematicē com- plerū. Confir. in huiusmodi casib⁹ legislatores, propter periculum frustrādi legis effectū, nō solēt legis interpretationē prudenti⁹ subditorū committere, sed suo reseruare iudicio: cūm per huiusmodi subditorum arbitratiam interpreta- tionē, facilē delabi possit ad tēpus, in quo nondū v̄sus rationis illuxit: nam quodd v̄nus iudicat vñā diē à septēnio abesse posse, alius putat vñā hebdo- madā, alius mēsem, semestre alius, & sic deinceps.

11.
Affioriſſe.
fūrata manet
1. ſent.

Ex his refutata 1. ſent. neque Arist. axioma hīc locum habet, ob datam rationem: neque argu. ex matr. & testamento deſumptū contrā evincit, nā neq; in matr. contrahendo, neq; in testamento cōdendo ſubeft idem periculū, quod ſubeft sp̄saliis, ne ſine pleno consensu fiant, ſi infra cōpletum septennium contrahantur. Dices: etiā in matr. ante nubilem ztate metaphysicē cōpletam ſubeft periculū, ne contrahatur ſine potentia ad generādū, quz ad matr. necessaria eſt: ergo neq; matr. valebit ante vltimam diem mathematicē expletam. At nego, potentiam p̄ſentem ad ge- nerandū eſſe iure naturz ad matr. requisitā, cūm poſſit validū eſſe matr. inter duos, qui de p̄ſenti non ſunt ad coēndum potentes, ex disp. 29. de impedi. impotencie. Eſt autem iure naturz necessaria- rius conſensus, ex pleno iudicio procedēs ad va- lorem sp̄ſaliū. Vnde nequit hic defectus à le- gislatore ſuppleri, vt porett alter: ideoq; non eſt idē legis rigor in vtrōq; ſeruandus: nec legislator illū in vtrōq; exigit. Ceterū, falſum eſt quod aſſumitur, in fauorem sp̄ſaliū cedere, vt vltimā die tantūm incōorta cōtrahantur. Nā id fauora- bilius eft sp̄ſaliis, quod magis ad eorū liberta- tem conduceit; ſc. vt cōtrahantur, vltima die ma- thematicē expleta; quia certius eſt de cōtrahen- tiū liberteſ & pleno iudicio. Ex his etiā conſtat ad argu. contrariz eiusd. dubij, iuxta 1. ſentum diſcuſſi. Nam ea ſolū probant noſtrā ſent. de septēnio mathematicē expleto.

12.
Dubium 2.
1. ſent.

Probant quo-
ad sp̄ſalia,

quoad matr.

Dubiu 2. An peccent qui sponsalia vel matr. cōtrahunt ante p̄ſcriptā ztatem? 1. ſent. negat, ne venialiter quidem peccare, ſiue ſponsalia, ſiue matr. ante p̄ſcriptā ztate contrahant, Ita Sāch. disp. 17. & Pōtius l. 12. c. 5. n. 4. Probant quoad sp̄ſalia: quia nullibi expreſſe prohibetur, ne ea ante ſeptennium, quz eſt ztas in iure ſponsaliais p̄ſcripta, contrahantur. Nā ſi alicubi id prohibe- retur, eſſet in c. 2. de despon. impub. at ibi ſolūm prohibe- tur matr. ex verbis Pontificis, qui ſolūm vetat, coniunctiones ante legitimā ztatem fieri: porro coniunctio non ad ſponsalia, ſed ad matr. ſpeſat, ex cod. can. ſufficiat. 27. q. 2. vbi dū de cō- ſensu ad matr. requisito agit, ſufficiat, inquit, eorū ſenſus, de quorū cōiunctionibus agitur. Cūm igi- tur hoc ius p̄enale ſit, & inhibitoriū, non eſt v̄l- tra propriā verborū ſignificationē extēndū. 2. non potuit ius ſub peccato prohibere ſponsalia ante ſeptenniū. Nam vel in ea ztate cōtrahentes habent rationis vſum; & talia ſponsalia, v̄pote contracta malitia ztatem ſupplente, vt valida admittuntur ab Ecclesia. Vel vſum rationis non habent, & tunc neque ſponsalia ſunt, neq; vllum à cōtrahentibus peccatū cōmittitur. Probat quo- ad matr. nā hīc ante legitimā ztate contracta in iure admittuntur, vt ſponsalia de futuro, c. finali

de despon. impub. & ca. vn. cod. tit. in 6. At hīc iura per cit. e. s. de despon. impub. non corriguntur: cūm in eo nulla ſiat horū iuriū expressa mentio, & omnis iuris correſtio ſit odiosa: p̄ſertim cūm cit. e. explicari poſſit, vt Panorm. de matr. non ſolūm per verba de p̄ſenti, ſed etiā per copulam attentato: idq; colligit ex ca. conſinebatur, cod. tit.

2. ſent.

Secunda negat quoad ſponsalia ex fund. 1. ſent. affirmat quoad matr. Coninck disp. 21. dub. 5. fine, Hurtadi disp. 1. de matr. diffi. 14. fine. Nā ſaltē not. c. 2. de despon. impub. prohibetur, ne ante p̄ſcriptā à legibus ztate matr. cōtrahantur: igitur qui rationis cōpoſtes illa cōtrahunt, mortaliter pec- cant, niſi ignorantiā excuſentur: cum quia operā- tur cōtra prohibitionē in re graui: tu quia iniuriā inſerunt ſacrāmēto, vel illud irritū reddēdo, ſi prohibitio eſt irritatoria; vel ſaltē illius effectū impediendo, ſi prohibitio eſt rātūm inhibitoria.

Tertia probabilior affirmat, v̄t oſque grauiter peccare, tā qui ſponsalia, quām qui matr. ante le- 3. ſent. cō- gitimā ztate cōtrahunt. Palud. in 4. diff. 28. q. 2. ſuſ probabi- lior. 4. 1. concl. 4. ſuppl. Gab. diff. 27. q. 2. a. 3. dub. 5. Henr.

1. 11. de matr. c. 13. n. finali, Rebel. de ſpons. q. 5. concl. 4:

Bonac. de ſpons. q. 1. pu. 4. n. 6. & 7. & alij. Fūdam. ex cit. c. 2. de despon. impub. quod etiā de ſponsal. in-

telligūt. Glosſa in cit. c. verb. cōiungantur, Hoftien: Ioan. Andre. Anch. Cardin. Anto. Alex. De Neu, Rosella, Sylvest. verb. matr. q. 9. 6. & verb. ſponsalia

q. 3. & alij apud Sāch. Quin eſt ipsa Panor. in not. c. n. 5. air. hunc decretalis intelle&ti eſſe cōmunē, licet ipſe oppoſiſū ſentiat. Verba Pōtificis ſunt:

Districtius inbibemtu, ne aliqui, quoram vterq; vel alter ad etatē legibus, vel canonibus determinatae non peruenērīt, coniungantur. Niſi fortē aliquā v̄ra

gentiſſimā neceſſitate interueniente, v̄potē pro bono pacis talis cōiunctio toleretur. Causa huius prohib.

vt ex Hoftien. refert Panorm. fuit, ne ſi ſponsalia ante p̄ſcriptā ztate admittentur, ſponsi ad Pontiſ &

legitimā ztate poſteā peruenientes, & à ſponsa- alia canja- libus reſilientes, impeditentur, ne cū consangu- ſō. p̄fices me- neſe alterius ſponsi, cōtrahere mat. poſſent, pro-

ppter impedi. publice honestatis, quod ex ſponsali- bus etiā diſſolutis oriebatur. Et ad euitāda multa inco- mōda; nā dū tales ad legitimā ztate perueni- ſent, ſaſe à ſponsaliis anteā cōtra&is recessi- ſent, p̄tendentes, ſe in ea ztate plenū cōſenſum p̄ſtare non pouiffiſe. Quod fuifet ſeminarium

diſcordiarū inter parentes v̄trōſque ſponsi, qui huiusmodi ſponsalia ante p̄ſcriptā ztatem ſuis

filijs ac filiab⁹ procuraffent.

Ex his ſatisfactū eſt primo arg. primæ ac 2. Ad

2. primæ, nego nō pouiffiſe Pōtifices ſub mortali

prohibere ſponsalia ante ſeptenniū: tu quia hīc

prohibere pouerūt respectu parentū, per quos

ordinariē talia ſponsalia cōtrahuntur: tu reſpectu

ipſorū cōtrahentū. Aduersi. dilēma: aut tales ſunt

rationis particeps, & hi validē cōtrahunt exilia

Ecclesiā lege, malitia ſupplē ſtate, validē con- trahere: vel non ſunt rationis particeps, & tales

ſic agendo, non peccant; non conuincit: quia poſſunt ante p̄ſcriptā ztate eſſe rationis particeps,

id tamē euidenter nō conſtar: nā, vt illa re-

gula, malitia ſtate ſupplente, validē contrahere,

locū habeat, requirit, vt id euidēter cōſtet. Qua- re etiā hi recipi ſunt rationis particeps, ſi ta-

men in eis id euidenter non conſtet, non habebit

locum cir. regula, proinde ſimil erunt & peccati

capaces, quia rationis cōpoſtes; & hac prohibi- ſione cōprehendentur, quia de eis euidenter nō cō- ſtat, quodd malitia eorum ſtate ſuppleat.

Minus probabile eſt, c. 2. de despon. impub. non

comprehendē

comprehendi eos, qui matt. ante legitimā etatē contrahunt: eo quod cūm sit ius correctiuū & pœnale, nullāq; mētionē faciat iuris talia matt. admittentis in vim sponsaliū de futuro, nō debet ad illud extendi. Nā vel ex hoc Aduers. fundamento eorū sent. falsitatis arguitur. Nam admitto, per ius nouum nō corrigi antiquum, nisi in eo expressa mentio fiat. At nego, ius prohibēs matt. ante præscriptā legibus etatē, esse correctiuū iuris admittentis in ea etatē matt. in vim sponsalium de futuro. Quia cūm hoc ius conditū sit à Nicolao Papa, qui multis annis præcessit Innocen. III. & Bonifac. VIII. qui matt. ante legitimam etatē contraria admiserunt ut sponsalia de futuro, non potest ius prohibens matrimonia ante præscriptā etatē, esse correctiuū iuris, eadē in vim sponsalium de futuro admittentis: sed potius contraria, ius admittens huiusmodi matrim. ut spōsalia de futuro esse correctiuū, seu declaratiū iuris, ea ante legitimā etatē initi prohibētis.

¹⁵ Difficile du-
biū eme gis.

Solutiū.

Coroll.

At hinc dubium; si posterius ius talia matt. admittit, ut sponsalia de futuro: igitur correctum est prius ius, ea sub peccato prohibens: cūm nequeant talia matti. sub peccato prohiberi, & simul sponsalia de futuro admitti. Respo. non repugnat. Ecclesiā hæc matt. prohibete, & tamē ex suppositione, quod fiant, ea permittere ut sponsalia de futuro. Nam suppositā legis transgressio. ne potuit propter bonum publicum, hæc matti. admittere in vim sponsaliū de futuro, ad incommoda vitanda, si ea saltē ut sponsalia de futuro non admitterentur. Neq; hinc obijicias: non posse esse valida sponsalia, quæ iniquā actione contrahūtur: Nam quādo actio refertur ad diuersa, potest esse mala, ut refertur ad vnu, & non mala, ut refertur ad aliud. Sic promissio prodiga, ut respicit donatorem, est mala; ut respicit donatarium, non est mala, cūm possit honeste acceptari. Et contractus matti. à simplici voto castitatis ligato initus, est iniquus, ut refertur ad contrahētē: non iniquus, ut refertur ad bonū matti. quod ritē concludit. Confir. licet hæc a&io, ut contra etiua præsentis matti. sit iniqua, quia contra legē: non est tamē iniqua, ut promissio futuri matti. cūm sit sponsio de re futura licita. Explicatio autem Parōr. quod dicta prohibitio intelligatur de contratione matrimonij per copulam carnalem, ab alijs ut improbabilis rejicitur: nec textui quadrat, infertur, peccare etiam parentes, & eos, qui pueros & puellas inducunt ad sponsalia, vel matti. ante præscriptā etatē contrahenda: quia inducunt ad actū lege prohibitū, nisi ignorantia excusat. Vnde eti si non peccat contrahētes, ut potè rationis vsu nondū adepti, peccat inducentes: sicut licet non peccat amentes blasphemantes, peccat tamē qui illos ad blasphemādū inducunt.

DISPVTATIO XXXII.

De dissolutione sponsalium.

Trifariam
dissolus pef-
fusi.

S PONSALIA etiā iurata licetē dissolui possunt, siure, iudicis, & propria contrahentiū autoritate: Discrepāt D D. in re censendis causis dissolutionis: Durand. in 4. d. 27. q. 3. n. 7. Octo recenser Angel. verb. spōsal. n. 20. & Nau. in sum. c. 22. n. 25. Septē decimū enumerat Preposit. apud supple. Gabr. 22 suppl. in 4. d. 27. q. 2. a. 2. 11. Rich. a. 3. q. 4. Palud. q. 1. a. 3. Hostien. apud ipsum, & alij 10. quæ his versiculis comprehenduntur.

Crimer, dissensus, fuga, tempus, & Ordo, secundo: Moribus & affinis, vox publica, cumq; reclamat. De his singulatim in hac disp.

Tom. IX. De Matrimonio.

S E C T I O I.
An sponsalia inter puberes contracta mutuo eorum consensu dissolui possint?

N Egant glossa cum Hugo. in ca. præterea in fine, ^{2.} desponsal. & alij iuris cano. persis apud Sāch. ^{1. Sent.} disp. 52. nituntur tum cit. c. præterea, vbi Pontifex seriò mandat ut commoneantur, & modis omnibus inducantur ad fidē seruandā, qui eam sibi de matt. contrahendo præstiterunt: ac non nisi cum patientia tolerandā, ne quid deterius contingat, admittit ex eorū communī consensu sponsalium dissolutionē. Tū c. Veniens, qui clerici & vñentes &c. vbi Alex. III. improbat sponsaliū dissolutionē propriā sponsorū autoritate factam. Tū ratione, quā in citatis c. insinuant Pontifices: quia contra bonos mores & virtutē constantia est, à fide semel data, sine vrgente causa redire. Affirmant S. Th. in 4. dīs. 27. q. 2. ar. 7. ad 5. Richar. ar. 3. q. 4. Durā. q. 3. n. 7. Palud. q. 1. ar. 3. concl. 2. supple. ^{2. Sent.} Gabr. q. 2. ar. 2. concl. 4. casu 2. Nauar. in sum. c. 22. n. 25. Henrīq. l. 11. de matri. c. 14. n. 6. Sanch & reliqui ferē, inter quos, teste Panor. in cit. cap. præterea communior est, ex cit. tex. præterea: vti Pontifex ad eā confirmandā adducit exemplū eorum, qui interpositā fide, societatem inierunt: sed hi iure possunt sibi præbitā fidē remittere, ergo & sponsi.

Ratio I. cūm hic cōtractus sit pure humanus, ^{Prob. ratio.} induit naturā, & cōditiones aliorū cōtractuum, ne qui mutuo contrahentiū consensu rescindi possunt, iuxta Reg. 85. iuris in 6. iuxta quam omnes humani cōtractus ex contrahentiū conuentione legē accipiunt. Cauendum tamē est, ne huiusmodi consensus vi aut metu extorqueatur: quia tunc sponsalia manent in suo rōbore: & vim aut metu passus ius habet corā Iudice fidē sibi præstitā repetere. Necesse erit est, ut dissensus vnius acceptetur ab alterō, quo semel acceptato, nequit dissentiens fidē repetere. Ad argu. ^{Ad argum.} Glosse re. spondet Panorm. id à Pontifice di&ū ratione vulgi, qui putat, tales à præstita fide recedentes peccare, iuramēto præsertim intercedente. Sed non placet: quia quando Pontifices de dubijs consuluntur, nō iuxta falsam vulgi opinionē, sed iuxta rei veritatem respondent, ne an salā errandi præbeant: cūm Pontificū responsa sint vt regulæ obseruanda. Vera igitur resp. Pontificē non dixisse id ad vitañdū maius malum, sed ad permittendū minus bonum præ maiori, quod in seruandā fide sponsis semel præstitā elucer. Neque addu&ū c. Veniens, huic communi sent. aduersatur: nam ibi damnatur mulier, quæ à præstita fide resilierat absque viri consensu.

An quādo sponsalia sūt iurata, possint mutuo cōtrahentiū consensu dissolui? Negat Ang. cit. n. ^{3.} Vngentius dubium. 20. Si iuramentum fiat intuitu Dei, cōcedit: secus si fiat intuitu hominis. At verius plerique ex citatis docent in vtroq; casu sponsalia dissolui posse mutuo sponsorum consensu. quia quando iuramentū annexitur promissiōnī homini facta, siue fiat intuitu Dei, siue hominis, pendet ab illa, ut accessoriū à principali: quo cessante cessat accessoriū. Igitur cessante promissione, volūtate promissarij, iuramentū amplius non obligat. Cōfir. Cessat iuramentū annexum promissiōni, si promissio à promissario non acceptetur, et si factum sit animo placendi Deo: nam semper in promissione subintelligitur conditio: Si promissarius acceptauerit, & nequit iuramentū obligare, cessante promissione, at promissio non minus pēdet in cōseruari, quām in fieri à voluntate promissarij: ergo sicut, illā nō acceptatā, extinguitur iuramentum,

^{4.}
Aliud metu
voluerat,

mentū, ita & cā renūciātā. Nec est eadē ratio de votū: nā acceptatio voti pēdet à Deo, qui nō cēleatur votū sibi factū remittere, nisi ex vrgētissima causa, idque iudicio summi Ecclesiaz Pastoris, qui diuinus voluntatis interpres est. An cessantibus sponsalibus mutuo sponsorū cōsensu, cesseret imped. publicæ honestatis, quod ex illis ortū fuerat? Iure antiquo illud nō cessauit, sed suā vim retinuit, siue viuētibus, siue defūctis spōsis. Ita Panor. in c. accessit, de despō. impub. & reliqui, tā Canonici Iurisp. quām Theologi: deciditur in cit. cap. accessit: vbi cōsultus Alex. III. An qui cū puella, septēnīo expleto, spōsalia cōtraxerat, ijsq; postea à puerū dissensu solutis, possit spōsus puerū matrē in vxorē ducere: Resp. negatiū: nā in honestū videtur, vt matrē eius habeat, cuius filia fuit sibi despōsata. Quod etiā statuit Bonifac. VIII. c. vn. de spōs. in 6. vbi sanxit: ex quibuscūq; spōsiblībus quavis ratione inualidis, dūmodo non sīnt inualida defectū consensū, oriri publicæ honestatis imped. At secūdū nouū ius Trid. extin- & tis sponsal. mutuo consensu contrahentiū, extin- guitur publicæ iustitiæ imped. supr̄ de imped. pub. honest. ostēdi, autoritate sacra congreg. c. 3. sc̄. 24. Si spōsalia solūtūr de cōsensu, cōgreg. cēsūrēt esse inua- lida: consequēter inefficacia ad hoc imped. causan- dū: cūm ex decreto Trid. spōsalia quacūq; ratione inualida à sancta Synodo reiijciantur.

S E C T I O N I I .

An, & quāratione dissolui possint impubo-
rum sponsalia?

^{5.}
De spōsaliib.
etate non
nebili.

V Idendū nunc de dissolutione sponsaliū inter impuberēs, hoc est in etate nondū apta matr. haud tamē septēnīo minori: nā, vt supr̄, quā ante septēnīo cōtrahuntur, nisi malitia suppluat etatē sunt ipso iure nulla, cūm ante septēnīo ordinariē, nō supponatur rationis usus ad liberū cōsensū re- quisitus. De his igitur 1. certū est, si uterq; cōtrahēs est impuber, nemini licet ante adeptā pubertatē, à spōsal. resilire, vt c. de illis 1. & c. à nobis de desp. imp. sed exspectare debere usque ad pubertatem, in qua uterq; potestatē habet, à spōsal. resilendi: & ante hāc etatē nullus eorū dissensus à iure admittitur. Idq; cautū est, ne propter etatis infirmitatē, cum aliorū pr̄iudicio, spōsal. semel cōtracta frequēter mutarētur: & simul hac lege prouideretur, vt si que fortè impuberēs spōsalia contraxerint, quā minūs placet aut expediret maturiori iudicio in nubili etate adeptō, corrigerē possent. Vnde ad ea dissoluenda, nulla requiritur causa, vt redē Panorm. in c. de illis 1. n. 4. de desp. imp. quia id habent priuilegio iuris, propter etatis infirmitatē, quā ante pubertatē nō haber habilitatē ad cōiugalē cōsensū, vt cit. c. à nobis. Nā etsi post septēnīo contrahentes, obli- gentur ad spōsal. seruanda usq; ad pubertatē, ad eā tamē peruenientes, quia maturius iudiciū ad marr. requiritur, à iure potestatē habēt, à spōsal. resiliedi, etiā nullā assignatā causā. Certū 2. cū, qui primus ad pubertatē peruenit, statim posse à spōsal. resilire, nec teneri expectare, donec alter pubescat: quod optimē cōtra gloss. in cit. c. de illis, verb. cūm spōs. probat Panorm. in id. c. n. 1. & 5. citās Hostien. & sequitur Sāch. disp. 51. n. 9. nā frustrā exspectatur euētus, cui nullus est effectus: sc̄. etsi illū exspectet, nihilomin' poterit, altero pubertatē adeptō, reclamare: ergo stranca est talis exspectatio. Dicitur autem illicō reclamare, qui intra tridū reclamat, l. finali c. de errore Aduoca. & l. finali c. de iudic. Quod si intra tridū puber factus nō reclameret, eo ipso censetur spōsalia cōfirmare: proinde non poterit amplius ab illis re- silire. Non requiritur autē ad ea confirmāda nouus cōsensus, sed sufficit prior in etatis impuberi p̄-

stitus, & in pubertate nō revocatus. Leg. Sāch. disp. 51. n. 14. Definitū 3. clt. cit. c. de illis, puber contrahēs cū impuber, non potest à sponsal. resilire, etiā post- Difinitum; quā impuber, cū quo cōtraxit, ad pubertatē perue- nit: potest tamē resilire impuber. fact. puber. Mulier Ex his ver- autē, qua postquā annos nubiles attingit, ei, qui nondū bis. ad annos ap̄os matr. venerat, nup̄st, cūm in cū semel consenserit, amplius non poterit dissentire: nisi ipse, cuius nup̄st, postquā ad legitimā etatē peruererit, in eam suū negauerit prestare consensum. Ex quo colligunt DD. hoc casu spōsalia claudicant in fauore impuber. quia potest impuber factus puber à spōsali. resilire: nō potest puber, inuitō altero. Nec minū: nā etiā cō- tractus maioris cū minore, sine autoritate tutoris factus, tenet in fauorem minoris. Nec posset maior His vi certū. dissentire, licet possit minor, vt benc. Con. 4. dec. p. 1. c. 5. g. 1. n. 5. ex l. no minus c. de procura.

DVBITATVR 1. An sit eadē ratio de pubere cōtra- hente cū infante? Pro negatiōe parte est: hēc spōsalia Dubium 1. sunt nulla, tū defectū murui consensū; tū defectū Affirm. sent. acceptionis, cūm infas sit acceptionis incapax. explicatur. Affirmat S. Anton. 3. p. tit. 1. c. 18. ver. Itē nota, Sylu. verb. sponsa. q. 2. dīct. 2. Armil. n. 4. Sāch. l. 1. disp. 6. n. 27. & alij apud ipsū, teneri, non ratione sponsaliū, quā nulla sunt: sed ratione fidei & promissionis in fauore intātis pr̄estit: cuius consensus non requiri- tur ad confirmāda, quā in bonū ipsius sunt, l. iu- bēmus, fine, c. de emancipa. liberor. Vnde hic tenetur infantē exspectare usq; ad septēnīo, in quo si alter velit fidē anteā pr̄estitā acceptare, tenetur promit- tens cā seruare: si autē nolit, ab obligatione libera- tur. Neq; vllū hinc oritur imped. publicæ honestati, si promissio nō acceptetur: quia nulla supponū- tur spōsali. defectū mutui cōsensū. Vt autē hēc sēt. vera sit, intelligēda est de fide data, & ab aliquo no- mine infatis acceptatā: vt bene Vasq. disp. 4. de mat. c. 4 n. 48. Alioqui promissio aut sola mēte cōcepta, aut verbis, nullo acceptate expressa, nullā inducit in promissore obligationē: nā perinde est promit- tere, etiam extēns verbis, nullo: acceptate ac solā mente promittere. Ratio in contrariū tum probat, hūc non obligari, ratione sponsaliū sed solius fidei.

DVBITATVR 2. An si impuber, antequā ad puber- tamē perueniat, dissentiat, maneat vi talis dissensus Dubium 2. dissoluta spōsalia? Affirmant Sāch. disp. 51. n. 16. Co- ninck disp. 23. dub. 2. n. 7. Pōti. l. 12. c. 9. n. 5. Prob. Sāch. Ideo impubes ad pubertatē perueniens, statim non reclamādo, sponsalia in impubertate cōtracta rati- fieat, quia censetur persistere in eadē consensu, sed quādō dissident, videtur persistere potius in dissen- su: ergo per non reclamationem inducitur potius tacitus dissensus. Dices: Eccl. non admittit dissensū impub. vt validū, licet vt validū admittat assensū eiusdē, ne ansā pr̄beat, in ea imbecilliōeate spōsalia frequenter mutandi, cūm pr̄iudicio alterius spōsi, & scandalō aliorū: ergo ad pubertatē perue- niēs, nisi reclameret iterū dissentiēdo, nō cēsentur sponsalia, vi dissensus in impubertate elicit, irrita: nā in ordine ad hūc effectū, est, ac si nō fuisset, cūm ab Eccl. non admittatur: Resp. huiusmodi sponsal. non irritari formaliter, vi dissensus, in etate impu- beri exhibiti, sed vi eiusdē in pubertate moraliter perseverantis. Nā cūm puber factus, possit dissensū, quem impuber elicuit, retractare, dū non retractat, cēsentur illū velle; ac proinde propter hūc de nouo virtualiter volitum sponsalia dissoluuntur.

DVBITATVR 3. An impubes sponsalia iuramento confirmans, pubertatē adeptus teneatut illa adim- plere? Negat Pal. in 4. d. 27. q. 1. a. 3. cōcl. 10. Pōti. l. 12. c. 9. n. 8. & alij apud Sāch. disp. 51. n. 21. Primū fund. ex can. parnuli, & ex can. pneri 22. q. 5. in quibus pro- hibentur pueri ante annos pubertatis iurare; quod si iura-

^{6.}
Cernuum 2:

Si iurauerint & eorum pater audierit, & statim contradixerit, eorum vota & iuramenta erunt nulla. 2. ex l. qui iurasse ff. de iure iur. vbi pupilli iuramentum non admittitur. Iuramentum sequitur naturam & conditiones contractus, cui adiicitur: sed sponsalia impuberum, ea ex iure fortiorum conditione, ut alterum puberum adepto, etiam sine causa reclamare, dissoluantur. ergo etiam illis addatur iuramentum, si alter puber factus reclamet, dissoluuntur: nam iuramentum non tollit conditionem sponsalium ex iure debitam. Hanc sententia probabilem censet Sacra. Affirmant probabilitatem glossa in c. de illis 1. de despō. imp. verb. iudicio: Panorm. in cit. c. n. 6. Contra. 4. decret. p. 1. c. 5. §. 1. n. 3. Et de palliis 3. p. §. 1. n. 3. Henr. l. 11. de matre. c. 14. n. 7. falso pro contraria sententia ab Hurtado citatus, Lud. Lopez p. 2. instr. conf. c. 38. §. controverti. Sacra. cit. Coninck disp. 27. dub. 2. n. 9. Hurt. disp. 2. de matr. diff. 2. quam teste Contra omnes Canonista sequitur: eaque decisum videtur ab Alex. III. c. ex literis 2. de sponsal. vbi mandat, compellendum esse quendam iuuenem, qui impuber sub iuramento cum puella impuber sponsalium contraxerat, ad ea seruanda: quia periculum est, inquit, contra saum iuramentum venire. Iuri cano. concinit Cuius l. finale ff. de liberali causa, vbi admittitur iuramentum impuberis, & ad illud seruandum cogitur puber factus. Ceterum plerique ex citatis, ut impuberis valeant contractum iuramento firmare, requirunt, ut sint proximi pubertati: cum maturius iudicium desideretur ad se obligandum irrevocabiliter, quod per iuramentum fit. Fundamentum posito, quod hi sint capaces iuramenti, obligantur ad illud seruandum puberes facti. Quia qui capax est iuramenti, est etiam capax iuramenti obligationis: ergo si iurat, debitum contrahit iuramentum adimplendi. Ad 1. fundam. contrarie, ex can. parvuli, & can. Pueri. Resp. ibi solum prohiberi, ne pueri iurare cogantur, neque ab eis iuratum testimonium petendum, cum faciles ac propinqui sint ad peccandum; haud tamen prohiberi, ne, si iurent, eorumque iuramentum a parentibus non irritetur, ad illud seruandum obligentur. Lex autem cit. qui iurasse ff. de iure iur. intelligitur, ut glossa explicat, de pupillo sub tutoris potestate constituto, & in sui damnum iurante: at verò manumissum, etiamsi impuber sit, iuramento obligari, ut ead. glossa docet, & constat ex l. finali cit. ff. de liberali causa. 3. Fundam. fallit 1. quando ius aliter disponit, ut in praesenti casu, quo iura statuunt, tale iuramentum esse seruandum. 2. in contractu inter latronem & viatorem, usurarium & mutuatarium, de pretio & usuris sub iuramento solvendis: tale quippe iuramentum obligat, cap. debitores, de iure iur. et si non obliget contractus, qui defectu materie nullus est. Ut igitur iuramentum obliget, sufficit, ut sine dispendio salutis seruari possit, cap. si verò, de iure iur. Non tamen inficer, aliquando iuramentum non obligare, et si possit sine dispendio salutis seruari: sc. quando sit sub expressa, vel tacita conditione, qua non existente, non obligat, esto possit sine salutis dispendio adimpleri. Ut si mutuatarius iureret, se usuras mutuatori solvendum, putans se ad eas teneri: quia tunc censetur iurare sub tacita conditione, si tenetur. Vnde si impuberes credant, se ad sponsalia teneri puberes factos, & sub hac conditione illa iurent, arbitror ad id eos non astringi: At si de rei veritate instruti iurent, se illa in pubertate non dissoluturos, iuramentum tenet: imo et si dum iurant, nihil de iuris dispositione cogitant, obligat; ex praesenti & absoluta voluntate iurantis, non conditionata, quam habuisset, si iuris dispositionem sciuisse. A fortiori sequitur, eos ante pubertatem

non posse iuramentum revocare: si illud non posse fugit post pubertatem, in qua ius canon. nullum dissensum admettit.

Dub. 4. An iuramentum impuberis puberrati proximi, sit sufficiens ad validandos contractus Dubium 4. positivo iure iuritos; & consequenter, an sponsalia iurata inter impuberis astringant puberes quod 2. locis. proponit etiam titulo iustitiae. Pro affirm. parte refert citationes Barthol. Abbatem, & Decium; quia contractus valorem intrinsecum & robur ex iuramento accipit. Unde puberes effecti sunt periuri, & iniusti, si testificantur. Possunt matuo consensu eam obligationem sibi remittere: quia remissa, cessat etiam obligatio iuramenti, ut supra. Negantem partem cum Cyano Alciso. & alijs amplectitur ibid. Contra, quam & nos secutus sumus to. 5. disp. 17. sent. 10. dif. 2.

hac sententia conformior Authen. si aduersus versionem: vbi Imp. Fredericus soli iuramento puberum hoc priuilegium concedit: Sacra, inquit, puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis, inutilitatem custodiantur: à qua constituuntur. glossa excludit impuberes. Ratio ex nostris fundam. quando etas prescribitur ad vitandum defectum plenitudinis iudicij, qui infra talem etatem subesse potest, nisi aliunde de mente legislatoris constet, mathematicè seruanda est, propter periculum, quod potest subesse. At pubertas ad contractus iuramento revalidandos, prescribitur ad vitandum defectum plenitudinis consensus & iudicij, qui infra pubertatem subesse potest, ut ex ead. Authen. constat: igitur mathematicè seruanda est. Dixi, nisi aliunde de mente legislatoris constet, ut constat de anno 14. prescripto viro, & 12. feminis ad validem testandum, qui tamen sufficit, ut sit per ultimum diem inchoatam completa l. qua etate ff. de testam.

Infertur 1. non teneri impuberes, puberes factos sponsalia sub iuramento in etate impuberi Corollaria. contracta ex iustitia adimplere, sed solum ex religione. iuxta hanc sententia intellig. cap. ex literis, de sponsal. vbi compellitur ad sponsalia adimplenda, qui ea impuber sub iuramento contraxerat, & ad pubertatem perueniens ad alia tentabat vota migrare: intellig. n. de obligatione duurata reliquias: cum ex dispositione iuris non sint impuberes idonei ad contractus ex virtute iustitiae confirmandos. Iuxta eandem. elicetur verus intellectus cap. 2. de sponsal. vbi à Pontifice permittitur, ut possint, quis sponsalia contraxerunt, ad instar eorum, qui societatem, interpositam fidem contrahunt, ea sibi mutuo remittere, ut non tantum intelligatur de sponsalibus simplicibus, sed etiam iuratis. Nam quando iuramentum sit in gratiam partis, cessat cum remissione iuramentum, ut supra. 2. non posse impuberem, qui sponsalia sub Secundum. iuramento contraxit, ante adeptam pubertatem ab ipsis resilire. Idque à fortiori constat; quia si non potest à sponsalibus non iuratis, multo minus poterit ab iuratis. 3. eadem obligatione astringi parentes, Tertium, qui pro filiis sponsalia promittunt ac iurant, nec posse eos à promissione & iuramento ante filiorum pubertatem resilire: resilientibus autem filiis pubertatem adeptis, parentes ad nihil amplius teneri: cum in sola filiorum potestate sit sponsalia in etate impuberi contracta, in pubertate adimplere, vel non adimplere. Solum autem parentes tenentur, ea tempore impariatur filiorum non dissoluere; & tempore pubertatis eorundem curare, ut adimplentur. Verum huic obstat videtur Hormisda Papac. p. de despō. impub. qui consultus, An possit filius impuber à patre in matrem. promisus, puber factus ab huiusmodi contractu resilire.

Respondeat, nō posse sed postquam ad perfectā etatē peruenierit, debere adimplere, quod pater promisit. Secūs decernit de filio adulto, ab eodē patre in matr. promisso, cuius nisi cōlensūs accedit, matrimon. fore nullū. Respondeat *Glossa* hoc debitū intelligi ex honestate, nō necessitate. Aliqui ex hoc textu colligunt, fuisse antiquitus ad matr. filiorum necessariū consensum parentū, iuxta leges Romanas. Sed quidquid sit, an aliquando hæc lex in Ecclesia vigerit, de quo alibi, certū est, quod iā diu sit antiquata ex c. *vn. de despon. impub.* 4. Ut sponsalia impuberū ratificentur in pubertate, sufficere consensum in impubertate præstū, & per reclamatiōnē in pubertate nō revocatū. Secūs de sponsalibus cum infante contractis: quia cūm hic non potuerit liberū cōfensum præstare, vt ea valida sint, nouus cōfensus requiritur, cūm ad septenniū pervenit. Quo casū nō tam dicuntur antiqua sponsalia, quæ defēctū consensū nulla fuerunt, ratificari, quām noua contrahī. Quæ de veris sponsalibus dīxi, intellige etiā de prælumptris, quæ iuris interpretatione dicūtur spōsalia: sc. quādō aliqui ante pubertatē per verba de præsenti contrahunt, vt decernit Alex. III. cap. à nobis de despon. impub. Vbi etiā definit, si post spōsalia carnalis copula sequatur, ea transire in matr. quod etiā definit Greg. IX. cap. is quis de sponsal. Nota 1. *Hac decisio locum non habet nunc, ubi Trid. est recipiū, sed antē, & ubi receptū nō est.* Nam pōst nulla copula clandestina admittitur vt coniugalis, ac proinde vt sufficiēs ad matr. Nota 2. debere copulā, per quam sponsalia in matrim. transiunt, esse consummatā, per seminū mixtione, vt recte Panor. in c. adolescens, de sponsal. n. 3. ex ipso tex. & c. articulationes, de despon. impub. in quibus deciditur, oīsum ad matr. contrahendū non sufficere. idq; necessariū etiā est, vt idem notat, in ijs, qui majori sunt etatē. Quia semper leges, quæ de actib⁹ feruntur, intelligendæ sunt de actu cōsummato & completo. Ex quo infertur, posse spōsalia in matr. transire per copulā adhibitā, etiā ante nubilē etatē: contrā verō, eadē sponsalia posse in matr. nō transire per copulam adhibitam post etatē nubilem: quia potest sponsus ante nubilem etatē malitiā etatē supplente, esse potens ad seminandum, cap. à nobis. de desponsatione impub. & contrā, aut non esse potens post nubilem etatē: vel etiam si potens sit, sponsam carnaliter perfectē nō cognoscere, intra vas seminando. Nota, si impuberis sponsalia contrixerunt, & postea puberes facti reclamēt, nō posse propriā autoritate, sed Ecclesiæ iudicio separari: c. de illis 1. de despon. impub. Vbi *Glossa* verb. iudicio limitat, nisi fortius vinculū superueniat, puta matr. cum alio, aut solemne votū: quia tunc ipso iure, absque nouo Ecclesiæ iudicio sponsalia soluuntur. Limitant 2. alij, nisi sponsalia fuerint clandestina, quia tunc poterunt priuato cōtrahentiū consensu dissolui. Idq; cōformius est ad ea, quæ suprà, posse spōsalia mutuo sponsorū consensu dissolui. Ratio: quando de cōtractis spōsalibus Ecclesiæ nō constat, nō potest de ijs iudicare, cūm nequeat de occultis iudicium ferre. Vnde relinquuntur libertati contrahentium, qui poterunt priuato consensu ga sibi remittere.

S E C T I O III.

An sponsalia dissoluantur per ingressum religionis?

*Q*uemiam altero, sicut iuxta cap. 2. & cap. ex parte sua de conuers. coniug. potest, qui matr. nondū consensu maut: cerrum est, ea dissolui per ingressum religionis, secundā professione; disp. 8. sett. 3. Ad autem solus ingressus religionis, professione non securā, sponsalia utimq; dirimat? An etiam sponsalia iu-

rata religionis ingressu dissoluantur? Iis est. Ad 1. Primus. dubiū 1. i. tent. affirmant Angel. verb. Sponsalia 22. Sylu. q. 10. Sotus in 4. d. 27. q. 2. a. 5. §. Hoc tamen. Nau. in sum. c. 22. n. 26. Lud. Lopez 2. par. instr. cons. c. 38. §. Circa hanc, Sanch. disp. 42. nu. 2. & alijs apud ipsum. Probant aliqui ex c. Veniens, qui clerici vel voentes, vbi Pontifex à cōtractis sponsalibus liberat quādam mulierē, quæ, ne cogeretur nubere ei, cui fidē præstiterat, votū emisit iu manibus cuiusdā Eremita. Probat Sanch. 1. eo ipso quo sponsus, vel sponsa Rātio 1. religionē ingreditur, sponsalibus renunciat: ergo eo ipso manet alter ab obligatione liber. 2. Per ingressum religionis fit mutatio notabilis status & personarū, vt tam fœminæ, quām viro dedecori sit, coniugem habere, qui vel quæ aliquando in religionē fuit. 3. Ita se habet nouitiatus ad professionē, sicut sponsalia ad matrim. nam sicut ille est dispositio ad professionē, ita hæc ad matrim. sed professio dirimit matrim. ratum non consummatur, cap. ex publico, de conuer. coniug. ergo & nouitiatus sponsalia. 4. Minus requiritur ad dissolenda sponsalia, quām ad matr. ratum: ergo si ad hoc sufficit professio, ad ea minus desiderabitur. 5. Id cedit in fauorem statū religiosi, vt non tantūm professio, sed ipse ingressus sponsalia dirimat. Secunda negat: Durand. in 4. dist. 27. q. 3. n. 7. Palud. q. 1. a. 3. concl. 5. casu 5. Armill. verb. Sponsalia, nu. 12. Couar. 4. decret. p. 1. c. 5. init. n. 11. Videtur S. Tho. in 4. dist. 27. q. 2. a. 3. ad 1. Vbi reddens rationem, cur per religionis ingressum spōsalia dirimantur, ait, quia est mors spiritualis: sc. ratione professionis, per quā religiosus sacerdotali vita moritur: ita plerique Thomisti. Tertia probabilior asserit, per solum ingressum religionis solui sponsalia ex parte eius tātūm, qui in sāculo remanet, nō autem ex parte eius, qui religionē ingreditur. Vnde potest illē cum alio statim contrahere: hic verō è religione dimissus tenet spōsalia adimplere, urgente alio: Suppl. Gab. in 4. d. 27. q. 3. a. 2. casu 6. Henr. I. II. de matr. c. 14. n. 3. Coniunct. d. 23. dub. 3. conc. 5. Reb. de sponsal. q. 8. sett. 6. Pont. I. 12. c. 10. Hurt. d. 2. de matr. Limitat illā benē Henrig. nisi in sāculo relicta cum alio sponsalia contraxerit: quia tunc nō posset à posterioribus resiliens ad priora redire, si primus spōsus è religione egredieretur. Prob. nullū ex parte religionē ingredientis fundamentum est, vel ex iure, vel ex ratione petitū, quo dicamus, per solum ingressum religionis autē professionem, cum à sponsalibus liberari. At cūm hæc ex iustitia cōtrahentē obligēt, nisi sit expressum ius, quod in fauore religionis solus ingressus ab hac obligatione liberet ingredientē, asserendum non est, naturali iusticiæ debito præualente. Contrā verō, sufficiens fundam. habemus ex parte eius, qui in sāculo relinquitur; vt per solum alterius in religionē ingressum à sponsalio contractu liberetur, quæ est notabilis status & personæ mutatio in altero facta. Nam si notabilis mutatio corpori aut fortunæ bonis superueniens, sufficiens est ad sponsalia dissoluenda, vt infra; quantò magis sufficiens erit ad eadem dissoluenda, insignis nota dedecoris, quæ sponsæ aut sponso inureretur, si matrim. debet contrahere cum eo, vel cā, quæ in religione aliquando fuit?

An vota simplicia in Societ. Issv emissā, sponsalia dirimant ex parte viri usque. Ratio pro neg. parte: quia hæc non dirimunt matrim. ratum, vt suprà; vnde vxor in sāculo relicta ius in illum retinet, quamdiu professionem non emittit: ergo nec dirimunt sponsalia. Confirm. hic potest à religione dimitti à votis liber: ergo in eo reuiuiset obligatio, quam ante ea vota emissā habebat. Verū omnīd certum est, per hæc vota dissolu-

Incidens.
biū de votu
simplicib⁹ è
Societate
emissis.

dissolui sponsalia. Ita Kon. Hurt. cit. Fundam. per ea voulens, non solum quantum est ex parte sua, perpetuo se Deo, & religioni mancipat, si quae verè & propriè religiosus, non secùs ac per professionē sunt tum ipsiusmet Societatis, tum quorumuis aliorum regulariū Ordinū professi, sed etiā inhabilis ad quodcumq; matr. contrahendū, ut in bulla, *Ascend. Domino*, declarat ac definic Greg. XIII. ergo licet ratū matr. non dirimant, sponsalia tamen soluunt, nō modò ex parte eius, quæ in saeculo relinquitur, sed etiā ex parte ipsius voulentis. Nam si ea reddunt voulentem ad matr. inhabilem, consequēter ipsa etiam sponsalia dirimunt: qui n. inhabilis est ad matr. simpliciter contrahendū, est etiā inhabilis ad sponsalia, quæ sunt ad matr. dispositio, cūq; inchoatio. nec refert, quod talis possit è religionē dimitti à votis liber, fieri q; ad matr. habilis: nam etiam profesus potest ex dispēlatione Pōtificis fieri ad matr. habilis: & tamen non propterea sequitur, quod professio ratū matr. non dirimat. Confir. vt seq. sent. Ordo sacer dirimit sponsalia, esto non dirimat matr. ratū: idq; ex eo, quod ordinatū inhabile teedit ad matr. simpliciter contrahendum: at non minūs vota simplicia in Societ: emissa voulentem inhabilem reddunt ad matr. simpliciter contrahendum: sufficit. n. vt hæc vota ex constitutione Ecclesie, reddant voulentē inhabilem ad matrim. vt ijs emissis, sponsalia dirimantur: cūm non possit simul quis manere inhabilis ad matr. contrahendum, & ex iustitia obligatus ad sponsalia adimplenda. Ad rationē: esto hæc vota ratū matr. non dirimant, dirimunt tamē sponsalia, hoc ipso quod voulentē inhabilem reddunt ad matr. co. n. illico redditio per hæc vota, illicta etiā, & consequenter inualida redditur ad illud contrahendum facta promissio, quæ nequit ad illicitum obligare. Ad primum 1. ex cap. V eniens; non est ad rem. Nam ibi solum narratur factum, quo auditio, vir aliam sibi vxorē copulauit: & respondet Pontifex, *Tutius esse, ut praefata mulier post fidem datam, & votum simpliciter oblatum, matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrit*. Ex quo nihil in fauore 1. sent. cūm nec de ingressu relig. sed de simplici duntaxat continentiae voto agatur: & talis mulier libera mansit à sponsalibus, vel propter matr. ab altero de præsenti contractum (hoc n. indicant verba illa, *sibi copulanus*) vel etiā propter sponsalia cum alia contracta: quæ hoc ipso quod contracta fuerunt, alterā prius resiliēte dissoluerunt priora ex mutuo consensu utriusque. Quod autē huiusmodi mulieri, non obstante continentiae voto, fuerit data facultas nubendi, cui voluerit, causa fuit, ne, vt Pontifex ipse insinuat, in saeculo manens de continentia periclitaretur.

Ad priuam rationem. Ad rationē 1. concedo, per ingressum religionis unius, manere alterū ab obligatione exceptum: nego autē, vicissim manere liberum Religionē ingredientem: quia cūm hoc non habeat ex priuilegio iuris, in fauore religionis, præualet in altero ius acquisitum iustitiae, quod solo ingressu non extinguitur; sicut nec extinguitur ius pecuniariū, quod semper creditor retinet in debitorē, etiā religionē ingredientē. Confir. alioqui hæc viā multi possent à sponsalibus resiliere, ingrediendo religionē, in fraudem, ut à contractis liberati, alia inire possent. Ad 2. notabilis illa statūs ac personæ mutatione, solum fauet in saeculo reliet, vt possit, si velit, à sponsalibus recedere, & alia inire, non religionē ingredienti. Vt notabilis corporis nota sponsæ superueniens, nō

extinguit obligationē ex parte sponsæ, & ius ex parte sponsi, vt si velit non possit cum ea contrahere: sed solum præbet sponso potestatem iuste resiliendi. Ad 3. argu. à limitidine & proportione deductū in ijs, quæ à iure positivo pendet, est inefficax. Cūm igitur hæc pendeat à iure positivo, ac de ingressu religionis respectu sponsalium, nihil in iure habeamus, habeamus autē de professione respectu matrimonij rati non consummati, ab uno ad alterum non licet arguere. Leg. Palu. cit. conc. 5. vers. de ord. verd relig. Ad 4. esto, minūs obligant sponsalia, quām matr. ratū nondum consummatū, proinde minor sufficiat causa ad illa, quām ad hoc dirimendū: hæc tamē minor causa ad ea dirimenda, per solum relig. ingressum, ex iure nobis non constat. Ad 5. cūm hic valor non colligatur ex natura sponsalium, quæ potius sponsos astringunt ad ea seruanda; neq; ex aliquo priuilegio, vel à Christo, vel à iure concessio, non erit id temere asserendum.

Secunda sent. intelligenda est iuxta tertiam, de dissolutione sponsaliū, non ex parte utriusq; sed eius tantum, qui in saeculo relinquitur. Iuxta quā explicandus est S. Tho. vt solum voluerit, ex parte religionē ingredientis sponsalia non dissoluntur, nisi professione secura. Infertur 1. quādriū alter manet in nouitiatu, non posse in saeculo reliquum iure contra illum agere: nam hic ius habet per nouitiatum religionem experiendi. Id quippe ius, quod per professionē sponso concedit, à sponsalibus resiliere, simul concedit, per nouitiatum religionem experiri: ac proinde dum in hoc experimento versatur. Non potest ab altero repeti. Sicut qui post matrim. ratum non consummatum, religionem ingreditur, licet è religionē egrediens teneatur ad sponsam redire, non tamen potest, dum per nouitiatum religionem experitur, à sponsa ieuocari. 2. Statim posse, qui in saeculo relinquitur, alia sponsalia contrahere, nō exspectatā alterius professione, quia solus religionis ingressus dat alteri iusta causam à sponsalibus resiliendi. 3. An si ambo religionē ingrediatur, & ambo postea egrediatur, maneat à sponsalibus liberis. Affirmas pars sequitur ex dictis: quia cūm uterq; iustum causam habeat ob mutationē notabilem factā, ab altero discedendi, uterq; licet potest, vel ab altero resiliere, vel cum eo contrahere. Sicut si ambo post inita sponsalia, notabilem corporis defectum contraherent, uterque posset vel ab altero resiliere, vel cum eo contrahere, cūm uterq; potestatem habeat, vel videnti iure, quod habet; vel proprio iure cedendi, nō obstante notabili mutatione factā, matr. contrahere. Quo sit, vt altero contrahere volente, non teneatur alter contrahere: quia cūm uterq; ius habeat resiliendi, etiam si alter velit, non teneatur alter suo iuri cedere.

Dubium 2. An qui sponsalia iurauit, prius tenetur, si velit religionem ingredi, contrahere vt iuramentum seruet? 1. Sent. affirmat: quām in terminis fortioribus, sc. post virginitatis votum, post iurata sponsalia emissum, docet Scōns in 4. d. 30. q. 2. s. 2. fine. Utramq; patrem problematicè defendit Richar. in 4. d. 26. a. 2. q. 4. pro qua citatur Molina to. 1. de iust. disp. 1. 49. vbi solum loquitur de eo, qui post iurata sponsalia, ad coelitatum vult transire: sic. n. scribit q. hinc oritur: quod si quis alicui mulieri sub iure iurando se affringat, dulciorum eam uxorem, tenetur id adimplere, nec potest manere in perpetuo cœlibatu, esto melius id esset. Sed fortè quod auctor negat cœlibatu, non negaret religioni: tum ob excellentiorem status

status perfectionem: tum ob priuilegium, quod supra coelibatum habet religio, quæ etiam marratū non consummatum dirimit. Sed illam docet *Nauar. comment. i. de regular. §. 4.* & supponit in cap. cuius portio, 12. q. 1. quam sequitur *Rebel. q. 8. de sponsal. sc. 6. & alij apud Sanch. disp. 43. n. 2.*

21. Probat *Rebel. ex cap. Commiss. de sponsal. vb. consultus Alex. III. de quodam iuuene, qui sub iuramento promiserat quandam mulierem intra biennium ducatur, & postea desiderio vita meioris ducas, cœperit ad religionem aspirare: Respondebat, tūtius esse religionem iuramentis seruatā, prius contrahere, & postea, si elegitis, ad religionem migrare. Esto possit inraymentum, quando non est in alterius utilitatem præstitum, in melius commutari, iuxta cap. Scriptura, de votis: at quando in partis utilitatem faidum est, nequit inuitā parte in melius cōmutari: ergo si sponsa probabiliter credatur, aut dubitetur, velle sibi iurata sponsalia adimpleri, ea sponsus adimplere tenebitur ante religionis ingressum. 3. Promissio iurata obligat iuxta mentē promittentis rationabiliter interpretatam: rationabilius autē est, ut salvo iure promissoris, illam in utilitatem promissarij interpretaremur. Cdm igitur possit sponsus iurata sponsalia in utilitatem sponsæ, salvo ipsius iure ante Religionis ingressum adimplere, tenebitur.*

4. Qui iuravit se usuras soluturum, tenetur eas soluere etiam illas statim repetere possit, c. *Debitores, de iure iur. & qui religionem vovit, si in Episcopū eligatur, tenetur religionem ingredi, antequā cōfirmetur, ut deciditur, c. tuas, de voto.* Secunda non modò negat teneri, sed nec posse sine grani peccato in eo euentu priùs contrahere, quām religionem ingredi. Ita *Sanch. disp. cit. n. finali.* Probat: tum quia cōtrahens exponit se periculo, religiosum propositū mutandi: tum quia recte rationi repugnat, ut quis dominium sui corporis alteri tradat, sc̄q; obliget ad id, quod implere minimè intendit. Tum quia eo animo contrahens, iniuriā infert sacramēto, & sponsæ: quia cogit illam sine nuptiis manere, donec ipse proficeretur: & si è religione egrediatur, tenetur sponsa cum suo dedecore illū admittere.

5. Sens. Tertia docet, non teneri, posse tamen absque peccato priùs contrahere, si velit. Ita *multis ex Canonistis Theologis apud Sanch. disp. 43. n. 6.* & sequitur ex eorum sent. qui docent, posse absque lethali culpā castitatis voto astrictum matri. contrahere, animo statim ad religionē transeundi; inter quos est *Scotus cit. Prob. 1.* hoc saltē probat *cap. commiss. de sponsal.* vbi dicitur turius esse priùs contrahere: ergo licitum est, ante religionis ingressum matri. cōtrahere, animo statim religionem ingrediendi. 2. hic ex una parte iuramentum seruat: ex alia nullam infert sponsæ iniuriā, cum ea contrahendo, animo statim religionem ingrediendi, cūm id habeat ex priuilegio iuris: qui autem iure vtitur, nemini facit iniuriā.

22. Dico i. non teneri sponsus iurata sponsalia implere, sed potest statim, inuitā etiam sponsa ad religionem transire, nisi aliqua vrgens causa oppositum suadeat. Ita *glosa in cit. cap. commiss. ver. Tuisus, quam sequitur Panorm. n. 4. Angel. verb. Juram. 4. n. 9.* falsò contrā ab *Hurtado* citatus, ac reliqui fere Iuris Canon. interpretes, quos lege *apud Sanch. n. 3. ex Theol. Rich. cit.* qui licet utrāque sent. partē problem. defendat, in hanc magis inclinat: *Palud. in 4. dist. 27. q. 1. a. 3. & d. 28. q. 5. a. 3. Suppl. Gab. d. 27. q. 2. a. 2. 6. sext. Sotus q. 2. a. 5. 6. dub. his Henrig. lib. II. de marr. cap. 13. n. 3. & c. 14. n.*

3. *Lud. Lopez 2. par. Infr. Consci. cap. 38. §. 2. Suar. 10. 2. de relig. lib. 2. de iuram. c. 13. Coninck disp. 23. de marr. dub. 3. concl. 2. Ponins l. 12. cap. 10. Hurtad. disp. 2. de matri. diffi. s. & alior. communis. Prob. 1. Fanor relig. hic in fauorem religionis habet à iure ut possit, etiam post contractum & nondum consummatum matri. inuitā coniuge, religionem ingredi, c. 2. & cap. ex publico, de conuer. coning. ergo multò magis hoc ius habet post contracta sponsalia etiam iurata. quia si quid obstat, esset iuramentum: at hoc non obstat: nam ut Greg. III. ca. peruenit, de iure iur. non infringit iuramentum, qui illud in melius, maximè iure sibi concessum, cōmutat. 2. in iuramento de matrimonio contrahendo subintelligit tacita conditio, si iurans promissionem non mutauerit in aliquid melius, in quod mutare, iure nō prohibetur: ex c. quem admodū de iure iur. vbi dicitur, rebus mutatis iuramentū non obligare. Sed iurans non prohibetur sponsalitiā promissionem mutare in religionis ingressum. Quia iuramentū de contrahendo matri. nō potest impedire transitū sponsi ad perfectionē statū relig. Confir. si aliquis vilis homo iureret, se matri. contractū cum paris conditionis fœmina, & ante contractū matri. ob aliquod insigne patratū facious, à suo principe in matrim. propria filia ei offeratur, nō teneri ob tam notabilē dignitatis & statū, ad quem est euectus, mutationē, cum prima cōtrahere, sed licet posset cum secunda principis filia, iuramento non obstante. Nam in priori promissionē iurata, subintellecta fuit hæc conditio, si res & personæ notabiliter non mutentur. Ergo pariter nō tenetur matri. contrahere, qui p̄st iurata fidē, diuinā aspirante gratiā, ad statū religiosum euehitur, in quo longè nobilior excellentiorq; sponsa ipsi offertur. 2. Non obligat iuramentum, quando non potest seruari iuxta eum sensum, quo fuit iuramentū p̄st, & à parte acceptatum: sed iuramentum non obligat nisi iuxta de matri. contrahendo non potest ab eo seruari, mensam ob- qui propositum aut votum religionis habet, iuxta sensum quo fuit p̄st, & acceptatum: sc. de commutando corpore cū corpore ad auctū generationis, & ad hunc finē fuit à sponsa acceptatum: propter quē finē matrim. contrahere, veterū propositū, aut votū religionē ingrediēdi. 3. Sap̄ nec potest, propter probabile periculum, quod ex contracto matri. timetur; aut propter notabilē iniuriā, quæ sponsa interrogatur. Vnde non solum statim religionem ingrediendo, consultur bono & securitati sponsi, qui priùs matri. contrahendo, exponeret se periculo à religioso proposito deficiendi, sed etiam bono & fama sponsa: tum quia si sponsus ad religionem convolare, contra matri. aliqua oriri posset suspicio, id factum esse, ob aliquem occultū defectum in ea deprehensum, qui eius fama nō parum obesse posset. Tum quia illam periculo exponeret, ne cū suo dedecore teneretur, si forte è religione egredieretur, illū in maritum admittere, qui aliquādo monachus fuit. Quia cū matri. ratum nonnisi professione dissoluatur, si ante emissam professionem è religione egredieretur, teneretur ad suam coniugē, cum qua ante religionis ingressum ratum matri. contraxit, redire. Tum demū. quia saltē teneretur sponsa, antequam cum alio contrahereret, exspectare professionē sponsi. Quæ incommoda vitantur, si ante contractum matri. sponsus religionem ingrediatur: ed quod per solum religionis ingressum, sponsa sufficientem habet causam statim spon-*

sponsalia dissoluendi, & cum alio contrahendi.
Dixi. *Nisi virgens causa oppositum suadeat, sc. vel ad consulendum honori & famae sponsæ, de qua probabilitet periclitaretur, si sponsus ante contractum matr. religionem ingredieretur, vel ad legitimandam prolem ex ea susceptam, ut recte Henr. i. loco cit. Adde etiam ad alicuius necem declinandam. Quibus casibus non ratione iuramenti, sed ratione periculi vitandi, aut danni fugiendi, teneretur sponsus ante religionis ingressum matrimonium contrahere.*

25.
In hac af-
fertione
consentit.
Smar.

Dico 2. Etsi non teneretur sponsus ante religionis ingressum matr. contrahere; nullum tamen per se erit peccatum, si illud contrahat; vbi probabile periculum alicuius mali non teneretur. Ita Suarez. 10. 2. yelig. l. 2. de iuram. cap. 13. Ratio: præciso periculo alicuius futuri mal, nullum ex tali matrim. contractu appetet peccati fundam. cùm nulla fiat matrimonio iniuria, neq; vt eiujus contractus est, cùm ad eum non sit necessarius expressus consensus in copulam carnalem, ut supra de matr. neq; vt Sacramentum est: nam vt sit verum sacramentum, & gratiam contra-hentibus conferat, non requirit expressum consensum in copulam. Nec nullum præiudiciū facit religioni, quam ingressurus est; quippe quæ nullum ius per solum propositum, acquisiuit in talen hominem. Adde, quod per huiusmodi matrim. religionis propositum, non extinguitur, sed tantum differtur. Si quæ igitur culpa in tali matr. contrahendo est, tota desumenda erit ex aliquo periculo vel infamia, quæ ex eo sponsæ resultaret, vel defectu religiosi propositi. Alioqui, si nullum ex his periculum timeretur, non video, cur solus actus contrahendi matr. tali casu possit esse graue peccatum. Dixi grane, quia si nulla honestetur iusta causâ, salte erit actus otiosus.

26. Maior diffic. quando matr. præcedit votū religionis: nam quando simplex tantum propositum præcedit, etiamsi matrim. prius contrahat, nulli se exponit periculo obligationem trans-grediendi: cùm vi simplicis propositi, non teneantur sub peccato religionem ingredi: proinde etiamsi contrahendo, periculo se exponat à concepto proposito deficiendi, nullum committit peccatum. At vbi votum religionis præcedit, exponit se morali periculo illud violandi. Ac proinde censeo, talem vix posse à graui culpa excusari, propter probabile periculum, cui se exponeat. Nisi forte ita se sentiat interius diuinâ gratiâ confirmatum, vt nullum in tali matrimonio contrahendo apprehendat periculum. Sed neque hic videtur excusandus, cùm nō sit in graui causa tentandus Deus.

Solumnatur
argumenta
prima sent.
ex intellectu
can. 10-
ta pendas
quaesito.

Ad cit. cap. commiss. varie interpretationes:
1. Glossa, verb. *Tutius*, quam sequitur Panorm. & plerique ex antiquis, tam *Canonistis*, quam *Theologis*: tale consilium fuisse à Pontifice datū, non ex veritate, sed ex vulgi opinione existimantis, talem fore periurum, si non contraheret. Sed pactantorum DD. hæc interpretatio indigna est Christi Vicario, à quo non ad vulgi errorē eludendum, sed ad veritatem explicandam oracula à fidelibus exspectantur. Nisi forte hi intellexerint, hoc à Pontifice dictum fuisse, ad evitandum publicū vulgi scandalū. Verum neque hoc semper necesse est, vt potè quando sponsalia fuerunt clandestinæ cōtracta: neq; hoc tantæ molis erat, vt speciali egeret Pontificis constitutione, cùm id subintelligatur in omni Pontificio responso, quod nunquam generaliter contra publicum scan-

dalum præualere, nisi immediatè ad fidera pertineat. Secunda est *Innoc.* quam refert Panorm. in cit. cap. commiss. fine, eamq; vt probabilem cēnsit. Sequuntur autem illam aliqui iuris Canonici interpres; & ex Theologis *Lud. Lopez, Sanchez, Pont.* cit. vt de eo Pontifex loquatur, qui nondum de religionis ingressu apud se statuerat, sed solum erat in deliberatione, cùm tamen iuramentū præstisset, se intra bienniū matr. contraheret. Ne igitur clapsō tempore iuramentum violaretur, respondit Pontifex, tuius esse sponsi prius contrahere, vt iuramentum seruetur, & postea, si elegerit, ad religionē migrare. Hæc n. verbā, si postea elegerit, latet indicant, nondum elegisse, sed in via tantum fuisse ad electionem: hoc autem à iuramento implendo non excusat. Tertia *Smar.* 10. 2. de relig. l. 2. de iuram. c. 13. quam sequuntur *Kon.* & *Hurt.* cit. vt solum velit Pontifex, tuius esse, prius sponsam de suo proposito monere, quam ad religionem transire: ne forte aliquæ subsint causæ, propter quas debeat matrim. ante religionis ingressum contrahi. Nam runc vel, iustis exigentibus causis, licet contrahitur: vel sponsa, audito sponsi proposito, sponte cedet, & hoc ipso alter à iuramento liberabitur. An ad hanc monitionē faciendam in tali casu sub præcepto teneretur sponsus? Resp. occurrentes circumstantiae tales esse possunt, vt illum obligent: aliqui si nulla virgins occurrat, statim poterit, monitione etiam prætermisso, religionem ingredi. Vtique interpretatio probabilis, sed prior est textrui conformior. Ad 2. nego, iuramentum in alterius utilitatem præstitum, non posse fauore religionis in melius commutari: alioquin non posset qui post contractum matrim. iurauit, se illud consummaturum, ad religionem transire. Cùm igitur in fauorem religionis concessum sit, vt quiuis possit ante consummatum matrim. ad religionem conuolare, à fortiori poterit post sponsalia etiā iurata: cùm in ipso iuramento subintelligatur hæc conditio, à iure in fauorem iurantis concessa. Ad 3. minor intelligenda est, quando aliter non est iure dispositum, saltem implicitè, & per deductionem, vt in nostro casu, in quo probabilissime deduco ex paritate matrimonij rati non consummati, vt mens iurantis interpretanda potius sit in fauorem ad religionem aspirantis. Fauorabilius autem est ei, qui ad religionem aspirat, illam statim ingredi, quam differre usque ad matr. celebrationē, propter periculum deficiendi à concepto proposito. Ad 4. neg. conseq. quia in adductis exemplis nullum est periculum, si iuramentum prius seruetur: at in nostro casu periculum timeretur, ne per matr. contractionem, evanescat religionis desideriū. Nec iuramentū est in confir. contractū; cùm ille defectu materiæ sit nullus, sed pro ipsa duntaxat pecuniā soluendā: in casu autē nostro iuramentū est adiectū in confir. contractū sponsalitij, quo cessante principali, cessat iuramentum ut accessoriū. Quia quando ponitur in confir. contractū, ex tacita intentione iurantis non obligat, nisi obligante contractū: secūs quandō non ponitur in confir. contractū, sed propter alię promissionem, vt sit in promissione usurati solvendarum. Ad rationem 2. constat ex dictis: tum quia suppono, ex matrimonio ante religionis ingressum contracto, nullum timeri periculum: alioqui iuxta probabilitatem, aut grauitatē periculi, quod timeretur, contrahi non posset. Tum quia, vt in secunda affer. nulla ex tali matr. per-

Indagat
ibid. Sur.
Respon. dīg.

442.

Ad 3.

Ad 4.

28.
Ad secunda
rationem,

se iniuria inferretur, aut matrim. aut religioni. Quoad sponsam, fateor, maius illi periculum creari, si matrim. prius contrahatur: nam eo contracto, deberet expectare usq; ad professionem: iesu ante eam egredere, tenetur cum suo decore illum in coniugem admittere: quz in commoda cessant, si ante contractum matrim. religionem ingrediatur: nam ut ex praecid. dub. constat, olus ingressus religionis dat sponsae sufficientem causam, ut statim possit ad alia sponsalia transire; nec teneri cum eo è religione egressione contrahere matrim. cum iam priora sponsalia fuerint ex parte reliqua dissoluta.

^{29.} **Dubium.** 3. An possit religionem ingredi qui In duplo sensu discutitur potest. 1. supposito in defloratore religionis voto, 2. Nullo in eo relig. voto supposito. 1. **Sensus supra**, vbi cū communiori sent. negantē partem docui, è ratione: quod in concurrence ditorum præceptorum, illud præferendum est, quando utrumq; seruari non possit, qsdm strictius obligat: at nostro casu strictius obligat præceptum naturale de resarcendo damno, per deflorationem sub spe futuri coniugij illato sponsa, quam votum castitatis, aut religionis: cū illud sic strictissimè iustizie, hæc religionis, quz iustizie cedit. Ex decisione huius 1. partiē decisam manet secunda. Nam si non obstante castitatis, aut religionis voto, tenetur deflorator ad matr. contrahendum cum deflorata, ut allatum damnum resarciat, à fortiori tenetur, nullo voto supposito. Ita *Henriq. l. 11. de matr. c. 13. n. 3. & in Scolio lit. K.* vbi ait, consultos de ea Theologos, & Iurisperitos faslos esse: *Vasq. de refut. c. 3. §. 2. dub. 6. Lud. Lopez 1. par. instr. conscientia, c. 7. Sanch. d. 44. & in fortioribus terminis Kon. disp. 23. dub. 3. concl. 6. & permulsi.* Porro duplici iustizie titulo tenetur deflorator defloratam ducere. & titulo sponsalium, cum ea contractorū, & titulo damni ex deflatione securi. Quare licet ratione primi à sponsalibus resilire, ut religionē intraret, cū hæc & in favorem religiosi statu, ei ius concedat; & cōtracta sponsalia alijs sponsalibus aequivalentibus resarciri possent: at non possit ratione secundi, quod est irreparabile dānum, nec aliter potest, quam per matr. reparari, si deflorata nolit aliam compensationem admittere: cū iesus ius habeat exigendi satisfactiōnem in eo genere, in quo est iesus, quando in eo satisfactio fieri potest, iuxta l. 1. §. m. vñff. Si certum petatur, vbi: *Aliud pro alio in iusto creditore solvi non possit.* Ex quo infero, etiam deflorator sponsalia fidei contraxerit, nihilominus teneri ad matrim. contrahendum, ut illatum damnum resarciat. Neq; eo casu sufficit, solum matrim. contrahere, & post contractū ad religionē transire, ut optimè *Vasq. & Sanch.* cū per solum matr. ratum non reparetur dānum illatum: cū adhuc maneat difficultas, ob contractā notam, matr. incundi cum alio eiusdem cōditionis. **Quod autem de fornicatione Virginis dictū est,** intellige etiam de quavis alia notabili iuriaria vel infamia sponsæ illarū, que nequeat, nisi matrimonio cōsummato resarciri. Idq; intelligitur, etiā sponsa Virgo nō sit, sed vidua honesta matrona.

^{30.} **Nullum va. lidum argu. ex doctrinay S. Thome.** Obijc. doctrina S. Tho. 2. 2. q. vlt. a. 6. ad 3. quod personalib[us] non astringitur debitis, ut per ea impediri possit à religionis ingressu: quippe quz si non habeat, vnde ea soluat, religionē ingredi potest. Resp. 1. magnum est discrimen inter debitum pecuniarum, & matr. contrahendi,

ob damnum sponsæ illarū: nam illud non obligat personam, sed bona tantum personaz; quz, quia propter libertatem est supra omnem pecuniz estimationem, non poteris propter ea ab ingressu religionis impediri, si nō habet vnde soluat. Hoc autem obligat ipsam personā, cū contractus sit personarū, quz sunt huius contractū materia: cūmigitur possit hoc debitū deflorator soluere, matr. contrahendo, tenetur. 2. Quando satisfactio nō potest fieri in eo genere, in quo creditor est iesus, non tenetur laetus per se in alio genere illam resarcire: ut quia homicida nequit resarcire vitam, quam proximo abstulit, ad aliud genus satisfactionis per se non tenebitur, nisi per accidens, ratione damni ex morte parentis filii, aut vxoris secuti, vel ex judicis sententiā. Si igitur debitor nō habeat vnde soluat, tenebitur pro pecunia liberā personam obligari. At iesu facta sponsa per deflationem virginitatis, aut famæ denigrationē, resarciri potest in eo genere, in quo iesu facta est: est-n. iesu bohi spectantis ad conditionē matr. contrahendi. Multum n. sponsa interest virginitas, & bona fama ad bonū matr. contrahendum: ergo tenebitur deflorator eam in eodem generē resarcire, coheriendo cum deflorata matr. per quod resarcitur dānum, quod rara incurrit.

Inferunt 1. qui castitatis, aut religionis voto obstrictus, ad illatum dānum reparandum cum deflorata contrahit matr. teneri, quācunq; viā matrimonio soluto, votum adimplere: quia hoc per matr. non extinguitur, sed suspenditur. Quare defuncta vel adulterante uxore, tenetur illud adimplere: sc. cū primū datur adimplendi possibilis. 2. Qui virginem sub spe futuri matrimonij deflorauit, non posse, ut ab obligatione cum ea contrahendi se liberet, votum castitatis, aut religionis emittere. Nam si hæc vota ante deflationē emissa, defloratorem non liberant ab obligatione contrahendi cum deflorata matr. minus liberabunt facta postea. An autem hæc vota post deflationē nancupata, defuncta, vel adulterante uxore, videntē obligant, pender ex intentione videntis. Nam si ea vident ex intentione se liberandi à matrimonio contrahendo, non obligant: quia cessante principali, propter quod facta sunt, cessat obligatio ut accessoriū. Si verò ea simpliciter vident, non solo intuitu se obligatione liberandi, tenebitur, defuncta vel adulterante uxore, ea adimplere: quia eo casu censeretur per ea se obligare, quando dabitur adimplendi possibilis. Sicut qui religionē vocationem uerū matrimonio obstrictus, censeretur illam vocationem pro tempore, quo votū adimplere potest. 3. Qui voto castitatis, aut religionis antecedenter obstrictus. Virginem deflorat sub spe futuri matr. vera sponsalia non contrahere: quia cū sponsalia sit promissio ex iustitia obligans promittentem ad futurum matr. contrahendū; cumque nulla promissio ad illicitum obligare possit, cuiusmodi esset hoc matrim. ut potest contra castitatis, aut religionis votum, non posset habere veram rationem sponsalium: aliunde tamen hīc obligaretur ad matrim. cum deflorata contrahendum, ratione dāni illati.

SECTO IV.

An sponsalia dirimantur per votum suscipiendi sacros Ordines?

C Onueniunt DD. sacros Ordines, actū susceptos dissoluere sponsalia. Nam licet hi non-

non dirimant matrem. contractum, dirimunt ramen contrahendum, ratione voti solemnis castitatis, quod includunt, ut declarat Ioan. XXII. in extraug. antiqua: irritato autem matrem, irritantur consequenter sponsalia: sicut prohibito simpliciter fine, prohibentur ea, quibus ad finem peruenitur. 2. Per Ordines Minores sponsalia non dissolui, cum hi cum statu coniugali non repugnant, ex cap. 1. & 2. de clericis coniug. & ex conc. Trid. sess. 24. can. 9. vbi de solis sacris Ordinibus definit, eos matrem. contrahendum dirimere: can. 27. Apostol. In nuptiis, qui ad Clerum prouesti sunt, precipimus, ut si voluerint, uxores accipiant: sed letores, cantoresque tantummodo: eademque ratio est de reliquis Minoribus Ordinibus. Quare sola controu. An votum ipsum ascendendi ad Ordines sacros sponsalia dirimat, ac licitum sit?

Prima sent. negat: Palud. in 4. diff. 27. qu. 1. ar. 3. concil. 5. immediatè ante 6. casu, vbi docet, non omne votum solemnē, sed sola professione solemnizatum, sponsalia dissoluere. Videtur etiam Supple. Gabri. q. 2. ar. 2. casu 5. inclinat in eam Lud. Lopez 2. part. Instr. Consci. cap. 38. §. Circa autem. eam tradunt Sanch. disp. 47. Coninck disp. 23. de matr. dub. 3. concil. 7. Rebell. de spons. q. 8. sect. 5. Preposit. qu. 9. de sponsal. dub. 9. nu. 73. Hurtad. disp. 2. de matr. diff. 4. Fundam. 1. nequit promissio, in prædictum promissarij, in melius commutari, nisi quando in ipsa promissione fuit tacite, vel expressè de tali commutatione subintellecta conditio: nequit. n. inuito promissario de iure ab ipso acquisito disponere promissor: sed in promissione sponsalitiae, nec tacite, nec expressè fuit hæc conditio subintellecta, nisi promissor Clericalem statum elegerit: ergo licet status Clericalis sit perfectior & excellentior coniugali, nequit sponsus post datam fidem, in prædictum sponsæ ad illum ascendere. Minor prob. expressa nulla supponitur: tacita si qua esset, vel esset à iure, vel ab ipsa natura sponsalium. Ius nullibi hoc priuilegium concedit, nisi ad religionem aspirantibus. Nam ab ipsa natura sponsalium: nam hæc potius sponsos astringit, ad ea seruanda. 2. Castitatis votum sacris Ordinibus annexum ex natura sua est simplex, solumque solemnē dicitur, quia ex statuto Ecclesiæ habet hunc solemnis voti effectum, ut matrem. contrahendum dirimat. At simplex castimoniz votum sponsalia non dirimit: ergo. Id ipsum confirmat communis praxis, ut ad sacros Ordines accedentes, interrogentur, An sponsalia contraxerint: quæ tamen interrogatio non fit Religionem potentibus. Concludunt, peccare autores huius sent.

Concludunt, peccare autores huius sent.

Pontius per-
petram ar-
guit San-
chez incon-
sequens. Sed parum aduertens: nam quando manus finis non inficit materiam voti, nec est principalis causa, propter quam ad vouendum movetur, votum obligat: ex cap. Veniens, qui Clerici vel vo- uentes, vbi non obstante iniquo ne quo ducta fuit mulier ad votum Castitatis emittendum, puniatur, ut voti violatrix. Licet igitur finis, quo sponsus motus fuit ad hoc votum faciendum fuerit il-

licitus, neope ut à sponsalibus resiliret: quia tamen hic finis materiam voti non inficit; nec fuit principalis causa voti, remittente sponsa sponsalitiam obligationem, votum de susceptione facti Ordinis vouentem obligat.

Secunda affirmit: Sotus lib. 7. de iust. qu. 1. ar.

3. ad 2. Henr. lib. 11. de matr. cap. 14. nu. 4. Sæ**2.** Sent prob.

verb. Sponsalia 2. vbi ait, per Ordinationem in sacris ordinatam non teneri ad poenam arrharum soluendam: ergo licet eos suscepit; alioqui fuisse reus poenæ arrharum: Azor. to. I. Moral. Institut. lib. 11. cap. 21. qu. 10. Layman de sponsal. cap. 2. nu. 7. Bonaci. de sponsal. qu. 3. pu. 5. nu. 20. Ponti. lib. 12. cap. 11. eam supponunt Angel. verb. Sponsalia nu. 40. qui id concedit simplici voto castitatis: & Sylvest. verb. Sponsal. qu. 7. vbi ait eum, qui simplex castitatis votum post sponsalia emisit, posse à sponsalibus resilire, si cius votum religionis professione, aut Sacri Ordinis susceptione solemnizetur. A fortiori hanc sent. docent, qui hoc priuilegium tribuunt simplici voto castitatis, de quo sent. seq. Vtraque opinio probabilis est sed probabilior 2. quæ Clericalem statum magis commendat. nam si Christus in favorem religiosi statū, voto religionis priuilegium annexuit, ut post sponsalia contracta, adhuc insciā & inuitā sponsa, possit sponsus ad religionem transire; idque ob statū perfectionem & excellentiam, verosimilius quoque est, idem priuilegium concessum esse ad statum clericalem transeuntibus, ob eandem statū perfectionem & excellentiam supra reliquas. Confir. tum ex aliis priuilegiis, quibus Clericalem statum Christus dotavit, ut sic immunis à tributis, & principum secularium potestate: tum ex ministeriis, ad quæ obeunda est peculiariter institutus, ut sunt Sacraenta à Christo instituta, ad quæ ministranda Clerici per fatros Ordines promouentur: tum ex antiquitate & dignitate: nam Ordo Clericalis fuit simul cum ipso religioso statū immediatè à Christo institutus, quando suos discipulos in ultimâ cænâ Sacris Ordinibus insigniuit, eisque sui Corporis & Sanguinis mysteria celebra; nec non à peccatis fideles absolvendi Ioan. 20. ac reliqua mysteria in Ecclesia ministrandi ac dispensandi, teste Trident. sess. 23. cap. 1. potestatem dedit.

Ad hanc accedit singulare Ecclesiæ priuilegium, quoad maiorem Clericalis statū sanctitatem & venerationem, sacris Ordinibus insignitos euexit ad perpetuam corporis & animi continentiā, per solemne castitatis votum in manibus Ordinantis emissum: quod votum ab ipsis Apostolis sacris Ordinibus annexum fuisse creditur, ut probat Bellar. lib. de Clericis cap. 19. Ut semel per hoc votum sacris Ecclesiæ ministeriis obeundis dicati, perpetuò Deo seruirent. Ad quæ omnia sanctiū obeunda multa sunt illis interdicta, quæ aliis licita, ut negotiations, clamores, venationes, &c. Quæ arguunt, hunc statum esse à Deo specialiter dilectum, & ab Ecclesiæ ut spiritualis adificii fundamentum in summâ veneratione habitum. De quo specialiter dicta videntur illa encomia à Petro in suâ 1. Cano. cap. 2. Vos genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuncieris eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Enimvero longè excellens Christi Regnum exprimitur in Sacerdotibus Evangelicæ legis, quam olim representabatur in Sacerdotibus legis Mosaicæ, quibus à Deo per Moysen dictum fuit Exodi 19. Vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Cuius locutionis inuersionis causam

34.

Sacerdotali
statū dig-
nitatis ac
clericis

assignat Cornel. à lapide: Quia in synagogâ Iudeorum regnum eminebat Sacerdotio: in Ecclesiâ verò Christi Sacerdotium eminet regno, & regnum referunt ad sacerdotium, ut temporale ad spirituale. Et meritò: nam huius Sacerdotalis regni caput est Christus, qui etiam nunc Ecclesiam gubernat per suum Vicarium in terris, Pontificem Rom. & reliquos Episcopos, ac Sacerdotes ceterosque huius sacri Ordinis ministros. Propter hæc igitur non sine magnâ probabilitate, afferimus, in sponsalibus contrahendis semper hanc conditionem tacitè subintelligi, nisi sponsdens Clericalem statum elegerit. Nam licet hæc nusquam reperiatur in iure expressa, satis tamen probabiliter colligitur, eam in fauorem statutus Clericalis esse à Christo, & Ecclesiâ tacitè concessam: præsertim cum rationabilis sit, & contrahentis voluntati maximè conformis, ut nolit per sponsalia in hoc tam excellenti statu sibi præiudicare. Quo sit, ut nequeat sponsa de hæc conditione esse rationabiliter inuita. Hæc intellige de sponsalibus etiam iuratis: nam neque per iuramentum, sponsus intelligit sibi in hoc statu præiudicare. Ceterum, ut supra de vouente religionem, poterit vouens sacros Ordines, inuitâ sponsa, suscipere; sponsalia etiam ex parte ipsius non dissolvuntur, nisi sacri Ordinis susceptione securâ.

35.
De voto suscipiendo
sacros Ordines.

Dices: solo Castitatis voto ut seq. sett. sponsalia dirimuntur: ergo solo voto suscipiendo Ordines sacros, ante ipsam Ordinis susceptionem, dissoluuntur sponsalia. Ideo n. Castitatis voto statim emissio, sponsalia dissoluuntur, quia tali voto obstrictus manet inhabilis ad alia sponsalia contrahenda: at solo voto suscipiendo sacros Ordines, vouens manet etiam inhabilis ad talia sponsalia contrahenda. Resp. esto utrumque votum inhabilem reddat vouentem ad sponsalia validè contrahenda: quia tamen votum suscipiendo Ordines solui potest sine culpâ vouentis, si à Prælato ad Ordines non admittatur, non constituit vouentem simpliciter in statu moralis impotentiae ad alia sponsalia contrahenda nisi Ordinis susceptione securâ: sicut nec votum religionis constituit vouentem simpliciter in statu moralis impotentiae ad sponsalia, nisi professione subsecuta, quæ potest non sequi sine culpâ vouentis. Quousque autem vouens non constituitur simpliciter in statu moralis impotentiae ad sponsalia contrahenda, non potest à prioribus resiliere, quæ tandem retinent suum robur, quamdiu vouens non est in statu incompossibili cum aliis sponsalibus. At votum Castitatis, quia in conseruatione pender à sola voluntate vouentis semel emissum, continuò eum obligat ad sui observantiam: proinde constitutum ponit illum in statu moralis impotentiae ad alia sponsalia contrahenda; consequenter dissolvit etiam priora, quibus Castitatis votum aduersatur.

36.
Ad primum fundam.

contrariæ, concedo, hanc conditionem certò & evidenter respectu statutus Clericalis, non inesse sponsalibus, inesse tamen probabiliter: quod sufficit ad maiorem huius sententiam: quia quando possumus principis mentem in fauorabiliorem partem interpretari, debemus: at hoc cedit in rationabiliorem partem, tam statutus Clericalis, quam ipsius contrahentis. Neque obijicias sponsæ præiudicium: nam positâ tacitâ Christi & Ecclesiæ concessione, nullum in fertur sponsæ præiudicium: præsertim cum longè excellentius bonum sit status Clericalis

contrahenti, quam sit bonum, quo sponsa priuatitur, per si omni ad hunc statum transitum: nam hoc bonum sponsæ potest alijs sponsalibus equivalentibus compensari; nisi sit specialis causa, quæ sponsum prohibeat ad hunc statum inuitâ sponsa ascendere. Ad 2. nego, votum annexum Sacris Ordinibus esse simplex, sed maximè solemnne, quoad effectum ditimendi matrimonii, contrahendum: cum tam ex parte emittentis, quam admittentis; quæ est ipsa Ecclesia, sit perpetuum, in quâ perpetuitate consistit voti solemnitas. Nique n. aliam ob causam vota simplicia in Societate emissa, solemnia non sunt, nisi quia ex parte admittentis Societatis, quæ semper libi potestatem reseruat eos ex rationabili causa dimittendi, perpetua non sunt: esto perpetua sint ex parte emittentis, quia per ea votens, quantum est ex se, intendit se Deo & religioni perpetuò mancipare. Neque solemnitas hæc inest votis ex naturâ suâ, sed ex Ecclesiæ constitutione, ut definiunt Bonifac. VII. cap. vn. de voto in 6. & Gregor. XIII. in bullâ, Ascend. domino. Quare ex hoc capite immobiliar est status Clericalis, quam status religiosus per tria vota simplicia in Societate emissa constitutus: cum ille nequeat mutari, neque ex parte votantis, neque ex parte Ecclesiæ admittentis: cum tamen hic possit ex parte religionis. Ex quo noua desumitur pro hæc sententia, confirmatio: nam si non obstante mobilitate huius religiosi statutus, votum illius efficax est ad sponsalia dissoluenda, multò magis efficax erit ad ea dissoluenda votum Clericalis statutus, qui immobiliar est cum perpetua obligatione ad secularares nuptias nonquam transeundi.

Ad præiudicium. Resp. 1. de cā nulla mentio in *ad præiudicium*. Trident. sess. 23. cap. 7. de refor. vbi Ordinando. rum examen præcipitur, & causa omnes, de quibus debent Ordinandi examinari. 2. illud fieri posse propter alias causas, quam ut ab Ordinibus excludantur: sicut etiam fieri solet in aliquibus religionibus, cum tamen votum ingrediendæ religionis, in omnium ferè sent. sponsalia dissoluat.

Dices: si liceret, inquit, à sponsalibus, propter sacros Ordines suscipiendos resilire, liceret quoque pecuniam diuiniti promissam, pauperi erga: quia etiam hic opus bonum commutatur in melius. Resp. hæc sent. non in eo præiudicatur, quod possit quodcumque opus bonum in melius commutari: sed potius in eo, quod Ordine facer ob specialem statutus excellentiam & sanctitatem in quo Ordinatum constituit, tacitam habeat conditionem ex singulari Christi, & Ecclesiæ privilegio, sponsalia dirimendi. Infertur, non tantum licitum esse sponsæ, sacros Ordines suscipere, ad supplendam Sacerdotum penuriam, vel ob publicam aliquam utilitatem, quibus tantum casibus concedit Rebell. id liceret, præterea si non obligationis excutiendæ causa, sed affectu Deo perfectius seruandi, id fiat: verum ob solam causam & desiderium ad perfectiorem statutum transeundi.

An electio ad Cardinalatum, vel Episcopatum sponsalia dissoluat? Ratio dub. quoad Cardinalatum: yt ostendit Bellar. lib. de Clericis cap. 16. Tria sunt Cardinalium munia: 1. cum ceteris Presbyteris & Diaconis commune: 2. Eligendi Pontificem: 3. Pontifici præstò esse consilio & industria, in ordine ad Ecclesiæ gubernandam. Vnde S. Bernard. lib. 4. de confide. Cardinales.

142.

iales appellat Collaterales, & Coadiutores, sedulos & intimos Pontifici, ex toto Orbe eligendos, Orbem iudicatores. Ad quos peculiariter spectat, ut idem in Epist. 188. tollere scandala de regno Dei, sargentes succidere spinas, sedare querelas. Quæ officia pugnant cum sponsalibus: ergo per electionem ad Cardinalatum dissoluuntur: Loquimur autem hic de Cardinalatu ut spie, non ut annexum aliquando habet sacrū Ordinē.

Quod cardinalatum ab aliis discursum non innuens. Dicendū, per se sponsalia non dissolui ex parte eius, qui in Cardinalem eligitur. quia Cardinalatus, non est spectatus quoad singulas personas, status immobilitis, quippe qui possunt ad sacerdtales dignitates redire, ut sèpè fit, cùm nullum habeant votum, quo astringantur in illo statu perpetuò manere: ergo per se sponsalia non dirimit, quia solus ille status sponsalia dirimit, qui de se est immobilis, & cum matrimonio contrahendo incōpossibilis, saltēlicitè. Ideo. n. solus religionis ingressus, sponsalia non dissoluit ex parte ingredientis, quia immobilis nō est, cùm possit sine suā culpā à religione dimitti. Ideò Cælibatus, et infra, sponsalia non dirimit, quia per se non est status immobilis, cùm ex eo cælebs licet possit ad coniugalē statum transire. sc. solus ille status sponsalia dirimit, qui sponsum astringit, ne ad alia possit sponsalia transire: hic autē est solus ille, qui immobilis est, & cum matrimonio contrahendo, licet saltem, incōpossibilis, cuius est status religiosus, & clericalis ratione voti solēnis, nec non status perpetuae continētis, ut seq. seq. alioqui multi possent in fraudem sponsæ, relictis prioribus sponsalibus, per transitum ad statum mobilem, ad alia migrare sponsalia. Dixi per se: quia ex tacitā dispensatione Pontificis, si sciens sponsalibus astrictum in Cardinale promoueat, cùm intentione illū ad sacros Ordines euchen-di, hoc ipso à sponsalibus liberat, si ex hoc notabile aliquod damnum sponsæ non sequatur. Dixi, cum intentione ad factos Ordines eueniendi: aliàs non censetur illum à sponsalibus liberare: quia cùm promotione ad Cardinalatum præcisè sponsalia non extinguit, neq; voluntas sola eligentis ad Cardinalatum includat dispensationē à Sponsalibus, nam tunc solum censetur cum eligendo in aliqua re princeps tacitè dispensare, quando officium, vel status, ad quem eligendū promouet, est incompossibilis cum re, in qua tacitè dispensat, nisi intentionem habeat electum ad sacros Ordines, cum quibus tantum sponsalia pugnant, non censetur illum à sponsalibus liberare. Dixi sciens: quia si id nesciat, non censetur dispensare: nam gratiæ & priuilegia principum, non sunt cum præiudicio tertij intelligenda. 1. Nec *Auct. cap. de emancip. liber.* Nec in cuiusquam iniuriam, inquit Imper. beneficia tribuere moris est nostri: & 1. 2. §. si quis à principe ff. ne quid in loco publ. Dixi, ex parte eius, qui in Cardinalem eligitur: nam ex parte sponsæ dissoluuntur sponsalia, hoc ipso quod in Cardinalatum sponsus eligitur, ut supra de eo, qui religionem ingreditur, ex parte cuius sponsalia non dirimuntur, nisi proficione securitatis, licet latim dissoluantur ex parte eius, quæ in seculo relinquitur. Quoad Episcopatum

Quod E. p. 38. Sanchez, & Ponti. docent, per solam præsentationem & electionem in Episcopatum, etiam cum præcepto à Pontifice impositum, sponsalia non dissolui, nisi Pontifex id faciat sciens, iuxta leges supradictas, quod præcepit principum non sunt in alterius præiudicium seruanda, nisi vt citata lex, §. Si quis à Princeps, ait hoc impetraverit. Addit Pontius, per confirmationem in Episcopatu dissolui sponsalia: quia per confirm. concluditur matrim. spirituale inter Episcopum, etiam in sacris non constitutum, & Ecclesiam: sicut per matrim. carnale dissoluuntur sponsalia. Idq;

satis probabile est: nam vt definit Innocen. III. c. 2. de translat. Episcopi, coniugium spirituale inter Episcopum & Ecclesiam contrahitur per ipsius canoniam electionem & confir. Nec refert, quod nondum sacram initiatu, dispensationem à Romano Pontifice petere possit, ut uxorem ducat: nam hoc non tollit quin dum inter ipsum & Ecclesiam persecuerat spirituale coniugium, carnalia sponsalia dissoluantur: cù etiam simplici voto Castitatis obstrictus possit à Rom. Pontifice dispensatione obtinere, matrim. contrahere; & tamen, ut seq. seq. simplex castitatis votum, dum in voluntate persecuerat, sponsalia dirimit. Ceterum sciendum est, non posse in Episcopum eligi, nisi in sacris constitutum, ut Innocen. III. c. A multis, de aere & qual. &c. Vnde soli Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi eligi possunt ut idem ibid.

S E C T I O V.

An simplex votum Castitatis sponsalia dirimat?

Ceterum est, si votum castitatis precedat sponsalia, sponsalia fore nulla, cùm sit illicita promissio, proinde ad obligandum inefficax: sine obligatione autem nequeunt sponsalia consistere, cùm hæc in mutuā contrahentium obligatione consistant. igitur concertatio est, An votum castitatis post contracta sponsalia, nuncupatum, illa dissoluat. Conueniunt DD. 1. per votum castitatis vnius, dissolui statim sponsalia ex parte alterius: tum quia vœus, eo ipso renunciat sponsalibus, quæ cum castitatis voto licet adimpleri non possunt: tum quia tale votum nouum assert grauatum alteri tantum subeundum: quod aduersatur natura matrimonij, in quo onera quoad debitum coniugale sunt paria. Nam qui votit, non potest petere, sed tantum reddere: at saxe onerosum est, præsertim foemini natura verecundis, semper petere. 2. Si votum castitatis emitatur post sponsam defloratam, aut eius famam denigratam, cui non possit, nisi per matrim. subueniri, teneri, voto non obstante, illam in uxorem ducere. Nam si ad id tenerit non obstante voto religionis, in cuius favorem concessum est, ut possit sponsus, altero inuito, ad religionem transire. cap. Verum, de conuer. coniug. quanto magis ad id tenebitur is, qui castitatem voulit? ergo præsens controv. solum est, An præciso omni alio titulo., vi solius simplicis voti continentis, sponsalia dissoluantur ex parte vtriusque.

Prima sent. negat: *Glossa in cap. Veniens*, qui clerici, verb. de severitate, Panorm. in dictum cap. n. 5. citans Hoffien. & alios: *Sylvestr. v. Matrim. 7. qu. 5. dicto 5. & verb. sponsalia qu. 7. Armill. n. 12. Nauar. in sum. cap. 22. nn. 27. Palud. in 4. dict. 27. q. 1. ar. 3. concl. 5. casu 5. Suppl. Gab. qu. 2. ar. 2. casu 6. fine: Lud. Lopez 2. par. Instr. Consci. cap. 38. de sponsal. separatis, 6. ex predictis, Sanch. disp. 46. Coninck disp. 23. dub. 3. concl. 7. Harsad. disp. 2. de matra diff. 3. & alii à Sanch. citati Prob. 1. ex cap. Veniens, qui clerici, vbi mulieri, quæ post sponsalia votum castitatis emisit, impositur poenitentia de violata fide: igitur votum castitatis sponsalia non dissoluit: alioqui non potuisset iuste illi poenitentia imponi, quod à sponsalibus post emissum castitatis votum resiliisset. 2. Deus non acceptat rem alteri promissam: at corpus per sponsalia est promissum sponso: ergo illud per votum castitatis Deus non acceptat. Confir. Nullū votū in alterius præiudicium Confir.*

Disputatio XXXII. De dissolutione sponsalium. Sec. V.

332
 est validū: at votum castitatis eedit in præiudicium alterius sponsi, cui per sponsaliorum contractū videntis corpus obligatū est. 3. Nullo iure probatur, in esse sponsalibus tacitam conditionē, nisi castitatem vouchet. Secunda affirmat: ita multi canoniste, quos refert Sancb. cit. disp. n. 7. & sequitur Angel. verb. sponsaliam. 40. citans Ant. in cīc. Veniens: ex Theologis in 4. dīst. 38. q. 2. ar. 3. ad 2. q. ad 1. propter votum simplex inquit. sum sponsalis dirimenda, quia est fortius vinculum: Richard. dīst. 27. ar. 3. q. 4. Caiet in sum. verb. Periur. promiss. Sotus dīst. 27. q. 2. ar. 5. §. Virum: Henrīq. l. 1. de mītr. c. 14. n. 4. Suar. 10. 2. de relig. l. 2. de rōto, c. 4. n. fina- li. Vasq. de restitu. c. 3. §. 2 dīb. 6. Sā, Sponsalia 8. Azor. 10. 1. Moral. mīstītu. l. 11. c. 21. q. 10 citans alīos: Sylui. in 2. dīst. ad 3. part. q. 43. ar. 3. de spōsal. fine: Layman de sponsal. c. 2. n. 7. Pōti. l. 12. c. 12. n. 4. Et alī apud Sancb. qui hanc sent. probabilissimam & rotissimam appellat, quam ego ut veriorē amplector, eo quod spōlus per sponsalitiam promissionē non intēdit, nec debet, de perfectiori statu eligendo sibi præjudicare: cūm igitur hic status sit perfectior, non intēdit, nec debet ia eo sibi præjudicare. Vnde in ipso sponsalitio contractū ex parte vtriusque contrahentis, tacitē sub intellegitur hanc conditio, nisi perfectionem statum elegero. Quod non solū intelligitur de sponsalibus simplicibas, sed etiam iuratis, ut plerique nam etiam in iuramento talis conditio sub intelligitur.

41.
 Granatus
 dubium.
 Dicendum:
 Dices
 Roff:

An etiam sponsalia dissoluantur per cælibatum, qui, ut de finit Triden. seb. 24. can. 10. melior ac beatior est, adeoq; coniugali statui anteponēdus. Dico; si complex cælibatus continentia voto non stabilitus, sponsalia non dirimit: ita Molina 10. 1. de iust. disp. 239. §. Hinc erit: non. n. cōsticuit statum, qui iuxta S. Tho. 2. 2. q. 183. ar. 1. duo requirit, immobilitate, & obligationē: vnde ea quæ facile mutari possunt, statum non constituunt; quia obligationē statūs non includent: sponsalia autē non dissoluit, nisi status perfectioris electio: igitur si Cælibatus nō est status, esto si perfectior cōiugatu, sponsalia non dissoluit. Minor prob. non cuiuscunq; perfectioris vitæ electio sponsalia dirimit, sed eius dūtaxat, quam eligens ad libitum mutare non potest, ne prætextu vitæ perfectioris, reliqtis prioribus sponsalibus, transire possit ad alia, cū præiudicio prioris spōsae. Quod absurdū vitatur, si cælibatus perpetuo castitatis voto stabiliatur: hoc. n. reddit illicita, & consequēter inualida quæcunq; subsequentia sponsalia. Et licet inualidū non reddat matrem. reddit tamen illicitū. Vnde eti qui post sponsalia continentia votum emisit, matrem contrahens, non sit reus sponsalium, cūm illa fuerint castitatis voto dissoluta, est tamen voti transgreſſor. Ex quo sequitur, castitatis votū ad tempus emissū, sponsalia non dirimere; quia hoc non constituit videntē in statu immobili cum perpetua obligatione perseverandi in illo. Dices: coniux in statu coniugii castitatem vouchens, illam solūm vouchet in sui, non in cōiugis præiudiciū: ergo etiam spōsus in statu sponsalij castitatem vouchens, illam non in sponsa, sed in sui dūtaxat præiudicium vouchet. Resp. neg. conseq. nam status coniugalis est indissolubilis, obligationē ex vtrāq; parte includens, ab eo nunquā quoad vinculum discedendi. Sponsalia autem non sunt omnino indissolubilia, quippe quæ plurimis modis dissolui possunt. Vnde votū castitatis in statu coniugali factum, matrem. dissoluere non potest, sed solū vouchētē obligat ad non petendum: à spōso autem emissū, à sponsalibus liberat, in favorem perfectioris statūs, in quo sponsalia non debet cōtrahens sibi præjudicare. Infertur, non tēneri, qui post spō-

falia castitatem vouchet, religionem ingredi, vt tertiū in ea castitatem servet: quod etiam concedunt pleriq; oppositos sent. posito quod nolit sponsa, post votum castitatis à spōso emissum, illum cogere ad sponsalia adimplenda: nisi forte vouchet certò iudicaret, se non posse in sacerdoto castimoniz votum seruare.

Ad 1. ex c. Veniens; ex eo pro neutrā sent. efficax est argu. Non pro primā: quia pœnitētia non fuit mulieri iniuncta, propter votū castitatis post sponsalia factum, sed quia fuit factū in fraudem, vt à sponsalibus liberata fornicationi vacaret, vt ex ipso responso Pontificis colligitur, quippe qui tertiū iudicat, ut presata mulier matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrit: Non pro 2. cūm huiusmodi sponsalia dissolui potuerint, nō per votum castitatis à muliere post sponsalia factum: sed vel per matrem. ab altero cum allā de presenti contractū, quod insinuat tē copulanit, ut suprà, vel etiam per sola & pusa sponsalia, quæ vir, post votū à primā sponsā factū, licet potuit cum alia contrahere: quibus contractis, priora fuerunt dissoluta ex mutuo dissensu. Aliqui nostræ sent. putant, vt Azor cit. per votum castitatis sponsalia nō dirimi iure canonico, sed in foro duocataxat conscientiæ. nā ius cano. compellit ad contracta sponsalia perficienda etiam eum, qui post sponsalia castitatis votū emisit. At nullus pro hāc sent. assertur textus, præter cīc. c. Veniens; & sanè si tam sponsalia, quæ votū castitatis sunt occulta, ad neutrū seruandū cogit Ecclesia. Si sponsalia sunt publica, votum occultū, ad sponsalia tantum seruanda cogit, quia de his sibi tantum constat. Sola igitur dīfīc. est, quando vtrumq; Ecclesia confat, an potius cogat ad sponsalia, ea ad votum post sponsalia emissum? hoc casu aio, nihil ex cīc. c. Veniens, colligi posse. nam licet fuerit mulieri, sponsalia violanti, iniuncta pœnitētia; ea ieiungi potuit propter alium finem, quæ proprie violata sponsalia per emissum votum. proinde non est in iure certum, quod Ecclesia tali casu cogeret ad sponsalia potius quæ ad votum castitatis seruandum.

Ad 2. in primis hoc fallit in voto religionis, quod Argv. s. f. post sponsalia, imò post matrem. statum & non contractum contrahens emittit, cūm etiam hoc sit de re alteri promissā, quin etiam traditā & obligata. Neque dicas, hoc esse ex priuilegio à Christo concessō in favorem religionis: nam pari modo dicam, hoc etiam concessum esse voto castitatis in favorem statūs perfectioris, in quo non debet sponsus per sponsalia sibi præjudicare. 2. Nego eandem rationem esse in aliis promissionibas, quæ est in hāc: in hāc. n. ut suprà, semper subintelligitur tacita illa conditio, nisi perfectiore statum elegero. Proinde qui post sponsalia castimoniam vouchet, non vouchet rem alteri simpliciter promissam, sed sub restrictione tacitā, nisi illam altiori vinculo, per votum perpetua continentias deuouerit Dco. Ad confir. nego, tale votū esse in præiudicium alterius, propter hanc conditionem, quæ in bonum contrahentium tacitē inest in vtriusque promissione. Ad 3. concedo, in nullo iure posituo hanc conditionem expressè haberi, probabiliter tamen colligi, cūm ex aliis iuribus positivis, cūm ex ipso iure naturali, quo nemo presumitur, per sponsalitiam promissionem, sibi velle in tam excellenti bono præjudicare: & cūm hāc conditio subintelligatur ex parte vtriusque neuter poterit rationabiliter offendī,

SEC.

SECTIO VI.

An matrimonium cum posteriori sponsalia dirimat cum priore contracta?

43. Ratiō. Sponsalia per matrem. cum aliā contractum dirimi, definitur c. sicut, & c. si inter de sponsal. & r. 1. de sponsal. duo. & alibi: quia fortius vinculum est matrim. quotiescumq; autem duo vincula concurrunt simul in eadē personā, quorum nequit vtrumq; seruari, fortius praeualet, nullā habita ratione prioritatis alterius. Quod si vtrumq; sit eiusdem potestis & virtutis, praeualet prius, ut de sponsal. scilicet seq. ita ex cōmu-
ni sent. Iurisper. Sylvestri verb. sponsalia. q. 7. intelligi-
tur autem, si matrem. fuerit validū: alioqui ex quo-
cumq; capite fuerit inualidum, nullam vim habebit
ad priora sponsalia dirimenda. Quid si præsumptione
tantum fuerit validū, in foro quidem exteriori co-
getur cū posteriori manere, in foro tamen conscientia,
tenebitur sponsalia cū priori adimplere: nisi
sponsa conscientia inualiditatis matrim. cū posteriore
contracti, iure suo cedat: quā cedente, alter manebit
liber à sponsalibus. si non fuerit illius conscientia, cessio
iuris, ut potē ex errore facta, non sortietur effectū.
ipsa tamen, matrimonio etiam inualidē ab altero
contracto, manebit libera: quippe quā sufficientem
habet causam ex parte suā sponsalia dissoluendi.

54. Ratiō. An validum matrim. cū posteriore contractum, ita
sponsalia extinguat, ut quācūq; ratione id dissoluantur
sive per mortem, sive per professionem vixoris ante
matrimonii consummationem, non teneatur priora
sponsalia implere? Certum 1. si contracto matrim. à
sponso, altera etiam contrahat matrim. cū alio, spon-
salia extingui ex parte vtriusq; quia tunc vterq; con-
trahendo matrim. ius sponsaliorū remittit: proinde
vterq; manet liber, ut dissoluto matrimonio, possit
cum quacumq; alia, nouum matrimonium, vel spon-
salia contrahere. 2. defloratā, vel infamatā primā
sponsa, teneri cum eā contrahere soluto matrim.
cum secundā, et si non ratione sponsaliorum, saltem
ratione damni illati. Controvēsia; an uno matrim.
contrahēte & altero expectante, dissoluto matrim.
teneatur cum primā sponsa contrahere? Prima sent.
negat teneri; et si sponsalia fuerint iurata: Palud.
in 4. dist. 28. ar. 1. concl. 4. supplem. Gab. q. 1. ar. 2. concl.

2. Henr. l. 11. de matr. c. 13. n. 3. & c. 14. n. 2. Sanch. disp.
48. citans multos Canon. Laymon de sponsal. c. 2. n. 22.
Bonac. de spōsal. q. 1. pu. 5. n. 18. Videtur Robelli de spon-
sali. q. 8. seb. 8. concl. 1. dum eodem modo ait, per ma-
trim. cū posteriori, dissolui spōsalia, quo dissoluitur
votum religionis anterioris per votum solemne reli-
gionis laxioris. Citatur pro hac sent. Bonavent. in 3.
dist. 39. ar. 3. q. 2. fine, cuius tamen aliis est sensus, ut
infra. Fundam. obligatio semel extinta, nunquā re-
viviscit. l. qui res g. a. eam ff. de solution. & can. queris, de
consecr. dist. 4. At per matrim. validē cum posteriori
contractum, extinguitur prior sponsaliorū obliga-
tio. Confir. Quādo obligationes sunt eiusdem ratio-
nis, fortior superueniens extinguit priorē: sed obli-
gatio sponsalicia & coniugalitatis sunt eiusdem rationis;
ergo coniugali fortiori superueniente, extinguitur
sponsalicia. Sicut quia votum strictioris religionis
est eiusdem rationis cum voto laxioris, qui votum
strictiorē, licet peccet profitendo laxiore, per
eā tamen extinguitur prior obligatio.

44. 2. Sent. Secūda affirmat teneri, Cominek disp. 23. dab. 4. rō 1.
3. Ponti. l. 12. c. 13. n. 4. Hurtad. disp. 2. de matrim. dist. 7
pro qua etiam citantur Adria. & Petr. Ledes. & alij Re-
gen. quos suppresso nomine refert Sanch. qui etiam
De Matrimonio, Tom. IX.

hanc probabilem cesset. Limitant illam, nū sit ni-
mis senex, aut totū cum primā suscepit liberos, vt
nimium graue illi sit alios gignere, & alere. Vtraq;
sent. probabilis, hæc 2. probabilius, i. quia nullū est ~~probabilis~~,
pro primā in iure fūd. cū nulla in cūrā. fiat huius
diffic. mentio, sed solū declaratur, celebratio matr.,
cū 2. non posse cum priori contrahere: quod verum
est, etiam si dissoluto matrim. cū 2. contrahere tene-
tur cum priori. 2. Votū castitatis, aut religionis per
matrim. non extinguitur, sed suspenditur; ergo nec
sponsalia. Nec refert, quid hæc sint obligationes dia-
uerse rationis: nam etiam in obligationibus eiusdem
rationis, fortior superueniens non extinguit, sed su-
pendit debilitatem, quousq; fortior cesset: vt si pro-
missi Petro auream catenam, quam postea tradidi
Paulo. si Paulus eandem mihi testamento legeret; te-
nebat illam Petro titulo promissionis restituere: quis
negabit? cū res promissa & acceptata séper clamet
ad promissarium: cū tamen istæ obligationes sing.
eisdem rationis. Persona igitur sponsi per sponsalia
tum contractū promissa sponsi, & per matrim. cū
aliā initum alienata, iterū sūl iuris facta restituenda
erit priori sponsi, cui fuerat per sponsalia promissa.

Ad exēmum:
plum de vobis
so strictioris relig.

Nēq; exemplū de simplici voto strictioris religio-
nis, quod solēni voto laxioris extinguitur, est simi-
le: cum quia de hoc est specialis dispositio iuris c. relig.
qui post votū de regul. in 6. vbi Bonifac. VII. ad oc-
currendum hominum fragilitati, dispensat, vt votū
simplex strictioris religionis cōmutetur in solemne
laxioris. Quod autem hæc sit dispensatio, constat ex
eo, quod votū strictioris religionis non adimplens
imponitur pœnitentia; tum quia, est ratio petita ex
ipsis naturis rerū: per simplex votū religionis nullū
ius acquiritur religioni, sed Deo tancū: consequen-
ter ex parte strictioris religionis nullū ius redditur, si
in laxiori fiat professio. In nostro autē casu lreditur
ius sponsi per sponsalia acquisitū: quod séper petet
resarciri, vbi datur possibilitas resarcendi. imd
etiam si strictior religio ius aliquod acquisiuisset in-
touerit, quia tamen per solemne votū laxioris reli-
gionis homo redditus pro totā virā impotens ad il-
lud resarcendū, à tali debito liberatur defēctu pos-
sibilitatis. Vnde; si iuxta hanc supposi. fingeretur cas-
sus, in quo à solēni voto laxioris religionis exigēre-
tur, teneretur hic strictiorē ingredi ad ius illi sub-
latum resarcendū: Cūm igitur per mortē coniogis
vir solvatur à vinculo coniugali, quo impediebatur,
ne possit ius sponsi quæsitum adimplere, eo soluto
tenetur illud resarcire. Dices: suprad, docui, per votū
simplicia in Societate emissa, extingui sponsalia, vt
non teneatur illa adimplere, qui post talia vota in
religionē emissa ad seculum reddit: ergo nec tene-
bitur, qui post sponsalia cum vna contracta, cū aliā
matrim. contrahat, soluto matrim. ad priorē spon-
sali redire. Nego conseq. nam hoc casu sponsalia
extinguuntur in favorem religionis, non secus ac
extinguitur matrim. ratum nondū consummatum
per professionem religionis, à quā etiam Pontificiā
authoritate absolutus professus, non teneretur ad
priorē coniugem redire, sed posset cum quācumq;
que aliā contrahere matrim. Ex his solutū fundam.
prima sent. nec illi fauet S. Bonac. qui solūm locū cit.
docet, eum, qui sponsalia iurata cum vna contra-
xi, si postea cum aliā contrahat matrim. ad nihil
amplius teneri sc. durante matrim. nullā mentione
facta de obligatione post solutum matrim. Neque
hanc diffic. tangit in 4. dist. 36. ar. 2. q. 3. quo se re-
mittit 1. loco cit. cū tamen hic sit proprius locū
hanc diffic. discutiendi. vbi recentitis omnibus cau-
sis, propter quas sponsalia dissoluuntur, nullum
de hac quā. verbum facit.

SECTIO VII.

An priora sponsalia dirimantur per posteriora?

*Ratio ensi-
dens.*

Constans est sent. priora sponsalia non dirimi per posteriora ex parte eius, qui hæc post prima contraxit, quidquid nonnulli antiqui apud Sanch. disp. 50. senserint. Decisio hæc constat ex cap. sicur. de sponsal. & ex cap. vn. de sponsal. in 6. Ratio eaidens: nequit valida esse promissio rei, alteri ex iustitia obligatae: cum igitur vi priorum sponsalium vterque sponsus maneat ex iustitia alteri obligatus, non poterit valida esse posterior promissio sponsalitiae. Idque intelligitur etiam de sponsalibus iuratis: tum quia nequit iuramentum obligare in præiudicium tertij, cap. cum contingat, de iure. tum quia, ut regula. 57. Iuris in 6. non est obligatorium iuramentum contra bonos mores præsticum. Dixi, ex parte eius qui secunda post prima contraxit: nam alter iusta habet causam à sponsalibus resiliendi, hoc ipso quod alter à prioribus resiliendo, posteriora contrahit. Exterum alterius intelligitur, quando nulla iusta subest causa priora sponsalia dissoluendi.

DUBIUM 1. An saltem sponsalia conditionata dissoluuntur per posteriora absolute? *Ratio pro affir. parte;* sponsalia conditionata ante conditionis eventum nullum pariant publicæ honestatis impedimentum. ex cap. vn. de sponsal. in 6. vnde qui ante ad impletam conditionem contrahit cum consanguineam sponsam, validè contrahit: quia nullum ex huiusmodi sponsalibus oritus impedire. dirimens matrimonium. At negantem partem cum Sanchez & Poncio docuit disp. 29. sect. 1. §. Dubit. 3. Nec refert, quod sponsalia conditionata, ante impletam conditionem nullum pariant impedimentum, in ordine ad matrimonium: nam cum hoc non pendeat ex natura rei, sed ex iureposituo, potuit Ecclesia iustas ob causas hoc impedire. sponsalibus conditionatis non apponere: illud autem, cum pendat ex natura promissionis, quæ iure naturali promitterent obligatum ad expectandam conditionem, sub quam suam fidem præstiterit, non licet, ante conditionis eventum, in præiudicium promissarij, ad alia sponsalia transire.

DUBIUM 2. 2. An si post contracta posteriora sponsalia iusta accedente causa dissoluuntur priora, adimplenda sint posteriora? Intellige de causâ accedente post, non ante contracta posteriora sponsalia; nam si accedat ante, posteriora erunt valida, ut potè contracta post priora iusta dissoluta. *Affirmat Cœsar. 4. decret. par. 1. cap. 4. §. 1. n. 10. Prob. ex cap. quidem, de conuer. coning. vbi deciditur, professionem in religione factam à viro, contra voluntatem vxoris, valuisse, quatenus illa non redundabat in præiudicium vxoris. vnde debuit ad eam redire, ei que conjugale debitum solvere, non illud petere. ergo similiter posteriora sponsalia valebunt, quatenus non præjudicant priori sponsa, cuius præiudicio cessante, obligabunt ad contrahendum cum posteriori. Confir. vt docet Nauar. in sum. cap. 12. n. finali, iuramentum de re illicitâ, si postea fiat licita, obligat: ergo licet sponsalia iurata cum secundâ sponsa, sint de re illicitâ, ut potè alteri promissa, ea tamen facta licita per causam iustâ superuenientem, obligabut.*

At communis sent. quam sequitur Sanch. disp. 50. negat teneri: Matrimonium n. contra etum tempore, quo personæ erant inhabiles ad contrahendum, non reuiniscit, si postea habiles siant: ergo

nec posteriora sponsalia contracta tempore, quo personæ erant inhabiles ad illa contrahenda, reuiniscit, si postea habiles siant. Ratio: ad validum contractum requiritur legitimus contrahentium consensus, qui deest, ubi personæ inhabiles sunt ad contrahendum. Nam inhabilitas tollit potestiam ad contrahendum, sine potentia autem actus est nullus: consequenter contractus non subsistit. Nec potest, qui à principio defectu legitimis consensu fuit invalidus, iuxta reg. 18. iuris in 6. tractu temporis reuelescere, cum solus temporis tractus legitimum consensum, qui à principio defuit, non suppleat. Ceterum possent posteriora sponsalia contrahi sub hæc expressâ conditione, si priora iusta ex causa dissoluuntur: quia tunc iuste dissolutis prioribus, adimplenda sunt posteriora vi conditionis adimplentæ.

Ad argu. ex cap. quidem, de conuer. coning. neg. conseq. nam in 1. cau erat per matrimonium. quæstitum ipsi Ad argu. vxori, quod vir per professionem auferre non potuit, eto potuerit per votum simplex castitatis in solemai interpretatiæ emissum, ius petendi sibi auferre: proinde potuit professio contra uxoris voluntatem facta valere, quatenus non cedebat in præiudicium uxoris, sed solùm in præiudicium proprij iuris, de quo disponere poterat: in 2. autem casu nullum acquisitum fuit ius à 2. sponsa per 2. sponsalia, cum i. la. ut potè inualida, nullum ius conferre potuerint: proinde prioribus etiam iuste dissolutis, nullo iure adimplenda erunt posteriora. Ad confir. Ad am. R. clsp. Nauarum loqui de iuramento, vi verborum, aut ex causâ finali, se extidente ad tempus, in quo res ipsa, in quam iuramentum cadit, ex illicitâ sic licita. Ut si, (exemplum est ipsius) iures te seruatrum omnia statuta Ecclesiæ N. inter quæ vnum inueniatur repugnans legibus synodalibus, quod postea ex certâ scientiâ confirmetur à Sede Apost. vi iuramenti non teneris seruare statutum, quandiu illud repugnat legibus Synodalibus; teneris tamen illud idem seruare, postquam confirmatum est à Sede Apost. quia ex modo iurandi te obligasti ad omnia illius Ecclesiæ statuta: & consequenter cum illud, quod anteâ erat illicitum, factum sit licitum, vi iuramenti teneris illud seruare vi cuius omnia statuta quæ seruatu licita forent, comprehendisti. Quare si 2. sponsalia eo animo contrahas, ut ad ea adimplenda tenearis, si ex illicitis siant licita: tali casu iusta ex causa dissolutis prioribus, teneberis adimplere posteriora: quia iuramentum eo casu non cadit in rem illicitam, quia non fertur in sponsalia absolute, & prout sunt de præsenti, sed sub conditione, si quando futura erunt licita.

3. An priora sponsalia dirimantur per posteriora carnali copulâ cum secundâ subsecuta? Nulla diff. Dab. 3. specie iure antiquo, iuxta quod, ex cap. 12. qd. de sponsal. sponsalia per subsequentem copulam transibant in præsumptum matrimonii. vi cuius priora sponsalia dissoluebantur, non secus ac per quodcumque matrimonium in facie Ecclesiæ celebratum. Quia iure antiquo talis copula præsumebatur adhibita affectu maritali: cum n. Ecclesia sine causâ non posset talem copulam præsumere, adhibitam affectu fornicario, præsumebat adhibitam affectu conjugali: proinde per eam in foro externo præsumebatur inter sponsos conclusum matrimonium. At quo pacto, inquires, potuerit Ecclesia præsumere, huiusmodi sponsalia per subsequentem copulam transisse in matrimonium. cum eâ fuerint inualida, ut potè contra præmissionem factam priori sponsa? Resp. præsumebit, non vi sponsaliorum verorum, sed vi externali signi sufficienter exprimitis, cum ipsa carnali copulâ maritalem consensum instabis; si Ecclesia

*Commonis
sent.*

De iure non Tridentino vbi id responsum est.

elesta præsumpsisset posteriorēm copulam adhibitam fuisse affectu coniugali, præsumpsisset peccatum: quia præsumpsisset, illam adhibitam fuisse, contra fidem datam priori sponsæ. Respondebat Coeur, infra; validior est præsumptio consensus coniugalis, quæ ex coitu à canone colligitur, cùm habeat initium voluntatis in contractis sponsalibus cum secundâ; quæ præsumptio dissensus ad eundem peccatum, quod violando fidem committetur. At post nouum ius Trident. cùm nulla clandestina copula admittatur ut maritalis, non possunt per huiusmodi copulam dissolui priora sponsalia. Ergo diffic. An vbi receptum est Trident. posteriora sponsalia, subsecutâ copulâ, dissoluant priora, esto per eam nullum matrimonium. præsumatur?

Conveniunt DD. 1. Si in utriusque sponsalibus adhibita sit copula, præferenda esse priora posterioribus: quia cùm per copulam utriusque sponsæ illatum sit damnum in famâ, aut virginitate, prior fortius habet ius, ut sibi potius, quæ alteri, per matrimonium, denigrata fama resarcitur. 2. Si posterior sponsa conscientia fuit priorum sponsalium, posteriorum ipsâ contracta nihil derogare prioribus: quia cùm tali casu sciat, posteriora sponsalia secum cōtracta, contra fidem datam priori sponsæ, esse nulla, censetur proprio iure cedere, dum sub ementia fiducie futuri matrimonii. sibi data, copiam sui corporis falsi sponsori facit. 3. Per posteriora sponsalia dissolui priora ex parte primæ sponsæ, quæ sufficiente causam habet ab eis resiliendi, hoc ipso quod sponsus cum aliâ contrahit. 4. Si notabile damnum passura sit posterior sponsa, quod reparari non possit, nisi per matrimonium cum ipso damnificante, posse ac debere id cōtrahi eum posteriori, non obstante iure sponsæ prioris, quæ tali casu irrationabiliter foret inuita: quippe tenetur maximum damnum posterioris præferre proprio parui momenti, ex illo principio: quod semper damnum passus, aut passuras præfendus sit lacrum tantum quasi turo. Cùm igitur posterior sponsa per copulam sit damnum passa notabile, aut passura in famâ, aut virginitate, nisi cum eâ contrahatur matrimonium. prior autem nullū sit damnum passa, sed solum amissura lucrum, quod ex matrimonio cum tali sposo sperabat, potius matrimonium contrahendum erit cum 2. quæcum priori. Ita debet beret iudex causam definire. Concertatio: An per posteriora sponsalia dirimantur priora ex parte utriusque: idque non tantum ratione irreparabilis damni illati posteriori sponsæ, sed etiam vi sponsorum.

Prima sent. affirmat: Couarr. 4. decret. p. 1. cap. 4. §. 1. n. 10. Palesi. in 4. dist. 28. disp. I. Rebell. q. 8. de sponsal. sect. 8. Conink. disp. 23. dub. 4. concl. 4. Ponti. lib. 12. c. p. 14. n. 4. pro quâ etiam citatur Major in 4. dist. 27. q. 5. Probat Couarr. posterior consensum copulâ, præsumptione Canonis, est coniugalis: ergo dirimit priora sponsalia. At hæc ratio tantum probat iure antiquo. Probat Rebell. et si post Trident. huiusmodi copula sub spe futuri coniugij, vel affectu maritali adhibita, sit insufficiens ad transferendum dominium corporum, est tamen sufficiens ad priora sponsalia dirimenda: cùm per eam secluso iure positivo, fiat anticipata quædam corporum traditio, & una caro ex duabus. Confirm. Venditio coniuncta cum mortua traditione corporū seclusa malâ fidei sponsæ posterioris, etiam si fiat cum peccato spondentis, & iniuria prioris sponsæ, præualebunt

prioribus sponsalibus: Vnde non dubitat hic Author, ita hanc quest. Ecclesiam fore decisuram, si de eâ consuleretur. Probat Conink 1. ita se habent sponsalia ad matrimonium. sicut votum religionis ad professionem: sed qui post tale votum, spe futuri matrimonij ab aliquâ honestâ scemina obtinet copulam, tenetur eam ducere; ergo & qui post datam fidem priori, copulam obtinet à posteriori, spe futuri coniugij, tehetur eam ducere. 2. Aequitas iuris naturalis non patitur, ut cum irreparabili damno posterioris, contrahatur matrimonium cùm priori, quæ ex dissolutione sponsalium nullum aliud damnum patitur, quæcum quod rem promissam non consequatur. Ceterum conueniunt hi, compensandum esse damnum prioris sponsæ, iuxta illatæ iniuriæ qualitatem.

Secunda negat: Sorus in 4. dist. 27. q. 2. ar. 4. §. Terrium: Nanar. in sum. cap. 22. n. 26. casu 3. Henrig. lib. 11. de matrimonio. cap. 13 n. 3. Lud. Lopez. 3 p. in str. conf. c. 38. de sponsal. separat. §. Circa: Sanch. disp. 49. Hurt. ad. disp. 21. de matrimonio. diffic. 8. Primum fund. ex cap. Sicut de sponsal. vbi Innocent. III. definit, priora sponsalia non dissolui à posterioribus: quod ius non est per Trident. sublatum, aut correctum. 2. ex ipsâ naturâ rei: cùm nequeant posteriora sponsalia auferre ius, quod prima sponsa per priora sponsalia acquisivit.

Dico, si æquale utriusque sponsæ ex dissolutione sponsalium timetur damnum, cum priori esse contractandum matrimonii. si longè notabilius damnum imminet posteriori, cum eâ contrahendu, non vi sponsaliu, sed illati damni. In t. assérte. parte conueniunt utriusque sent. authores: nam in pari iure præfendus est prior tempore, ut spectato iure naturali docet S. Tho opusc. 37. cap. 18. Tum quia quod diutiüs debitor alienum retinet, et strictius illud soluere tenetur: tum quia quo plura contrahit debita, et minus redditus ad soluendum idoneus: ergo sicut non debent posteriora debita cōtrahi cum præiudicio priori, ita nec solui cum præiudicio corundem.

Néque in 2. parte authores 2. sent. discrepare possunt ab authoribus primis: siquidem nemo negat, quando debit et redditus utriusque impotens ad soluendum, illius ius tenetur potius resarcire, cuius est strictius. At sponsalia cōtrahens cum duabus sponsis, sit impotens ad contrahendum cum utriusque: ergo cum eâ potius tenetur, cuius ius strictius est. At strictius ius habet posterior, quæ longè notabilius damnum passura est, si cum eâ matrimonium non cōtrahatur: si quis n. promisit centum vni, & postea Exemplum ab omnibus admissum, dañnum intulit alteri: si non habet vnde utriusque satifaciat, tenetur potius illis centum resarcire damnum posteriori illatum. Cùm igitur cōtrahens non habeat vnde utriusque sponsæ quasi tūm ius resarciat, illius potius tenebitur, cuius strictius obligat; sc. ius posterioris notabile damnum passa, quæ prioris, quæ nullum damnum accipit, nisi quod ei promissa fides non seruatur. Neque tali casu prior sponsa poterit esse irrationabiliter inuita: sicut nec qui per acceptatam promissionem ius supra centum acquisivit, si iis resarciatur damnum alteri illatum: cùm hoc ipsum recta ratio decidat. Tertia pars prob. Sponsalia cum posteriori sunt nulla: ergo nequeunt contrahentē obligare ad ea cùm posteriori adimplenda. Quia vbi nulla est in contractu obligandi vis, nulla potest esse in contrahente obligatio: implicat quippe ex terminis, quempiam obligari vi illius cōtractus, qui nullam vim ad obligandum habet. Antec. constat: quia posterior sponsus fuit illicita, vpo: tē rei alteri obligatus; ergo nulla: cùm nequeat iuris alieni promissio esse valida. Neque subsequens copula post Trident. efficit talē promissionem validam: quia cùm talis copula non admittatur post

Trident. ut coniugalis, sed ut fornicaria, non poterit promissionem ex se inualidam reddere validam. Confirm. copula post sponsalia secunda cum posteriori sponsa habita, iure antiquo non dirimebat prima sponsalia, valida efficiendo secunda; nam haec semper manebant inualida, ut potè illicita contra primam fidem violatam, sed quatenus affectu coniugali adhibita, matrem, cum secundâ conclu-debat; cum igitur post Trident. talis copula non admittatur ut affectu coniugali adhibita, ac proinde ut matrem. cum secundâ conclu-debat, neque posteriora sponsalia reddere potest valida, nec priora dissoluere: nam neque tunc priora sponsalia dissoluebantur, per posteriora subsequente copula validâ effecta, sed per matrem. coniugali copulâ præsumptâ contractum. Neque anticipata illa corporalibigationis. cum traditio, quam Aduersarij fingunt, sufficiens est ad validanda posteriora sponsalia contra priora: quia cum illi ius resistat, nullam vim robur e conferre poterit: ita disp. 4. sect. 3. qui fidet matrem. contrahit, non potest vi contractus, matrem. contrahere, esto aliunde teneatur: cum nequeat contractus matrem. sine proprio contrahentis consensu ad contrahendum obligare: at non minus ad contractus validitatem requiritur consensus principis, qui ut causa vniuersalis concurrere debet ad omnes contractus suorum subditorum, illis non resistendo. Cum igitur Trident. decretoriâ suâ lege non concurrat, sed resistat huiusmodi anticipatae corporum traditioni, per fornicariam copulam factâ, nullam vim robur que conferre poterit posterioribus sponsalibus contra priora. Non igitur posteriorum sponsam, spe futuri coitugij defloratae, tenebitur sponsus vi sponsaliorum, quæ ad obligandum nullam vim habent, in uxorem ducere, sed solum vi irreparabilis damni illati. Ex his infertur, ex posterioribus sponsalibus nullum oriri publicæ honestatis impedimentum. oriri autem ex prioribus: eo quod tantum priora sunt validâ, & ex Trident. sect. 24. cap. 3. ex sponsalibus quacunque ratione inualidis nullum oritur publicæ honestatis impedimentum. Quo sit, ut si posterior sponsa carnaliter cognita sit in 1. gradu consanguinitatis priori, cum neutrâ matrem. contrahi possit. Non cum priori, propter impedimentum affinitatis cum ea contractum, ex fornicatione cum posteriori. Non cum posteriori, propter impedimentum publicæ honestatis, ortu ex sponsalibus cum priori.

Præter ad argumenta prima sent; Ad fundam. Rebell. & ad confirm. neg. conseq. nam in casu venditionis, posterior venditio prævallet priori, quia illi leges non resistunt, sed furent: in casu vero sponsalium, posteriora non prævalent prioribus, quia Trident. decretum illis resistit. Argumenta Comink. solùm probant partem 2. nostræ assert. sc. teneri cum posteriori contrahere, non rationabile sponsalium, sed solum damni illati. Ad 1. secundâ ex cap. sicut, de sponsal. dic, ibi solum decidi, priora sponsalia non dissoluunt per posteriora; quod verissimum est, etiam post Trident. secundâ copulâ cum posteriori: hoc tamen non obstante, teneri defloratorem ratione illati damni contrahere cum posteriori. Ad ratione vero, concedo, posteriora sponsalia, non auferre ius priori sponsa per sponsalia acquisitum, illud tamen impedit, propter ius strictius incompossibile cum priori: sicut ius, quod acquirit damnum passus, ut sibi potius satisfiat, quam promissario, non aufert, sed impedit tantum ius à promissario acquisitum, propter strictius ius incompossibile cum priori. Quo sit, ut defunctâ posteriori coniuge, vel ad religionem ante consummatum matrimonio, transeunte, teneatur cum priori matrimonio contrahere, ea urgente: sicut qui centum promissa

vni, dedit alteri ad illatum damnum resarcendum, si postea fiat potens ad soluendum, tenebitur ea promissario reddere, cuius ius non fuit extinctum, sed suspensum. Quid si, post contractum sponsalia cum secundâ, quam carnaliter non cognovit, contrahat sponsalia cum aliâ tertiatâ, quam à se deflora-tam in uxorem ducat, an hâc tertiatâ, & primâ sponsâ defunctâ, teneatur matrem. contrahere cum secundâ? Resp. negatiuè: quia sponsalia cum secundâ fuerunt nulla: quod autem à principio fuit nullum, tracto temporis non revalidatur iuxta reg. 18. iuris in 6. & aliunde non teoretur illam ducere, ratione alicuius damni illati, quia nullum supponitur intulisse. Teneretur tamen cum primâ, si superueret, quia cum illâ vera contraxit sponsalia, cuius ius à principio validum, non fuit per matrem. cum tertiatâ contractum, extinctum, sed solum suspensum. Sicut donationem factum à prodigo tempore, quo non poterat donare, non tenetur soluere tempore, quo habilis ad donandum factus est: l. à cuius de verb. obligat. ubi statuitur, prodigum, cui bonis interdicendum est, tradere non posse, nec promittendo obligari, etiam naturaliter, ut Bartiboli Glossa explicat. Et iuxta probabilem sent. quæ asserit, Scholares Societatis I. 8. v post tria vota simplicita emissa, non posse validè, absque Superiorum licentiâ, de suis bonis, quæ in seculo possident, disponere, non tenentur donationem absque Superiorum licentiâ in religione factam, è religione dimitti adimplere.

S E C T I O V I I I .

An elapsso termino matrimonio contrahendo præfixo, liber maneat à sponsalibus, is, per quem non stetit?

MOVETVR hæc quæstio propter cap. Sicut, de Questione sponsal. ubi Innocent. III. postquam Fernatio Episcopo mandauit, ut cuidam, qui post sponsalia matrem. de præsenti cum aliâ contraxerat, ob violatam fidem priori sponsa datam, penitentiam imponeret, statim subiungit: Nisi forsitan in iuramento certum terminum, intra quem dictam N. duceret in uxorem prefixit, nec per eum stetit, quin ad statutum terminum, matrimonium consummaverit. Quibus declarat, hunc liberum esse à sponsalibus, modò per eum non stetit, quin præfixo termino matrem. consummum fuerit. Huic tamen decisioni obstat lex Celsus ff. de receptu arb. ubi Iuriscons. decidit, non eo ipso, quod præfixo termino debitum quis non soluit, etiam si per ipsum non stetit, liberari ab obligatione soluendi debitum. Nam in hoc, inquit §. 2. sunt duas præcepta; unum pecuniam dari; aliud intra Kalendas dari: ex eo autem, quod intra præfixum tempus Kalend. pecunia non soluitur, non morâ debitoris, cum per ipsum non stetit, sed causâ creditoris, qui iuste impeditus illam præfixo tempore accipere non potuit, obligatio soluendi non extinguitur. Ergo pari modo, licet qui sponsalia præfixo tempore, absque sua culpa non adimplevit, liberetur ab obligatione matrimonio. Simpliciter contrahendi: cum alia sit obligatio contrahendi matrem. præfixo tempore, alia matrem. simpliciter contrahendi. Solutionem assignat Glossa in cit. cap. sicut, verb. ad statutum: quia matrimonio non capit tantam dilationem proper periculum fornicationis: & idem ubi terminus apponitur, ultra terminum ad contrahendum non tenetur; alias apposito termini

§ 2.

Hanc dicitur.

missis nihil operaretur. Impugnat hoc discrimen inter matrimon. & reliquos contractus à Glossa datum Sanc. diff. §3.n.finali: quia si hoc est speciale in matrimonio, quod non est in aliis contractibus, ideo est, quia hoc cedit in matrimonij fauorem: at hoc falsum est, cum potius in fauorem matrimonij cedat, ut adhuc elapsu termino, sponsalia validè perseuerent. Verum discrimen Glossa non directè à Sanc. impugnatur: non n. est propter fauorem matrimonij, sed propter periculum fornicationis: propter quod quando à iudice præfigitur terminus, omnes concedunt, ipso etiam consentiente, elapsu termino, dissoluti sponsalia. Directè igitur hoc Glossa discrimen impugnatur: tum quia licet possint sponsi, propter fornicationis periculum, sibi certum terminum contrahendi matrimon. præfigere: non tamen semper hoc sine illum sibi præfigunt, ut ex eo sumi possit certa regula, ut quando de eorum intentione non constat, iuxta hunc sensum eorum mens interpretanda sit: tum quia huic Glossa responso contradicit textus, qui etiam post quadriennium, vel quinquennium elapsum sponsalia manebant valida; alioqui, ut bene Panorm. in hunc text. n. 10. non potuisse iuste imponi pœnitentia, si post hoc tempus, liberum ei fuisset, cum aliâ contrahere. Neque verisimile est, tam longum tempus pro matrimonio contrahendo sponsos sibi præfixisse; si illud præfixum fuit, ut Glossa arbitratur, propter fornicationis periculi.

**Probabilitas
contrarietas Panorm.** citatus n. 11: duplum modum distinguendo, seu finem, propter quem præfigi solet certus terminus contractui celebrando, unum ad solitandum obligationis implementum & tunc lapsus termini ab obligatione non eximit; in quo sensu loquitur ist. lex Celsus, in quâ fuerunt ab arbitrio præfixæ Kalendæ debitori ad solvendum debitum: quibus elapsis, etiâ si per debitorem non stetit, non tamen fuit ab obligatione solvendi liber: quia hoc tempus fuit præfixum ad solitandum implementum obligationis; proinde eius lapsus non potuit obligationem tollere, alias præfixus terminus contrarium fuisset effectum operatus. Alius finis est, ad finiendam, vel limitandam, seu restringendam per ipsum terminum obligationem: estque quasi conditione, sub quâ contractus celebratur. Et tunc lapsus termini liberat ab obligatione, quæ non nisi sub conditione talis termini contrahenda est. Hanc igitur vniuersitatem doctrinam sponsalibus applicando, dico, posse sponsos terminum contrahendi matrimonio sibi præfigere: uno modo ad solitandam obligationem sponsalitij contractus anteâ iam conclusi: & tunc temporis lapsu non solvitur obligatio, quæ contracta fuit independenter ab hac secundâ: Ut si post contracta sponsalia sponsi cōueniant de certo tempore matrimonio celebrandi, matrimonio præfixo tempore non celebrato, non solvantur sponsalia, quia illa non fuerunt contracta dependenter ab hac secundâ conventione, ut à conditione, quâ deficiente, illa deficerent. Alio modo possunt in ipso contractu sponsalium certum præfigere terminum matrimonio contrahendi, ad instar conditionis, quâ non subsecutâ, dissolueretur prior contractus, qui fuit sub conditione huius 2. initus. Declarat igitur Pontifex cit. cap. sicut, si hoc 2. modo fuit terminus à sponsis præfixus, non esse viro, qui post datam fidem priori, cum aliâ contraxit, pœnitentiam imponendam. Hæc mens Pontificis, colligitur ex verbis: *Nisi forsitan in iuramento suo certum terminum, infra quem &c.* ubi terminus clauditur in contractu sponsaliorum.

**Allia regulæ
& conie-** Aliam regulam ad coniectandam voluntatem contrahentium refert ibid. Panorm. Quando termi-

nus præfigitur ab uno contrahentium ad obligatio- neum ab altero adimplendam, per lapsum terminum, non extingui obligationem, eo quod terminus fuit appositus ad eam sollicitandam. Quando vero præfigitur ab utroque contrahente, pro obligatione ab utroque adimplendâ, extingui obligationem: quia tunc terminus fuit positus ad obligationem finiendam: ideo elapsu termino, si per alium stetit, alter ab obligatione liberabitur: ac proinde sponsaliorum contractus, qui sub hac tacita conditione, promitto me seruatum, si seruauerit, fuit initus, dissolueatur. Verum in casibus particularibus perpendenda sunt diligenter circumstantia, ex quibus prudens iudex contrahentium intentionem probabiliter concilere possit: & in dubio inclinare debet in favorem sponsalium, ut quoad fieri potest valida perseuerent: nisi forte huic dubio præponderent incommoda, quæ ex futuro matrimonio jacentur. Hæc, quando de contrahentium voluntate non constat: nam quando constat, contractus adimplendus est iuxta eorum voluntatem, cum lex adimplendi contractus, sit ipsa contrahentium voluntas, iuxta reg. 85. iuriis in 6. in quâ contractus dicuntur ex conventione legem accipere.

Inferitur 1. ut sponsalia ex parte utriusque dissoluantur, debere per verumque stare, quo minus præfixo termino adimplentur: alioqui si per unum tantum stet, non dissoluantur ex parte alterius, per quem non stat, ut colligitur ex verbis: *Nec per eum stetit: alias ex culpa lucrum reportaret.* 2. Non dissolui sponsalia ex parte eius, qui legitimè impeditus ea præfixo tempore non adimpleat: tum quia non potest dici per eum stare, qui legitimè impeditus non potest, ex reg. 66. iuriis in 6. tum quia legitimè impedito, non currit tempus, ex l. *Nisi triennale c. de bonis maternis, & cap. quia diueritatem, de concessione præbende.* An semper requiratur culpa ex parte eius, qui præfixo tempore sponsalia non adimplevit, ut dissoluantur? Affirmat Sanc. quia qui in culpa non est, non potest dici per eum stare: nam, ut supra, legitimè impedito non currit tempus. At dico, et si hoc regulariter verum sit: nihilominus posse aliquando sine culpa sponsalia dissolvi, si tam diuturna sit mora eius, quilegitimè impeditus non potuit præfixo tempore ea adimplere, ut alter non censeatur moraliter teneri ad tam diuturnum tempus expectandum: tum propter periculum fornicationis: tum propter alia incommoda, quæ passurus esset, si diutius matrimonio differretur. Existimo tamen, eo causa non posse propriâ, sed iudicis autoritate, quæ monendum esset, à sponsalibus resilire.

S E C T I O IX.

An dissoluantur sponsalia propter absentiam sponsi in partes remotas?

Q VÆSTIO est tam de absentiâ sponsi, quæ sponsæ: quæ contingit, 1. ex licentiâ alterius possit, & tunc qui licentiam concessit, tenebitur exspectare, usque ad præfixum terminum, quo elapsu, liberabitur ab obligatione, et si non liberetur alter, qui contrafieri tenebitur, etiam elapsu termino, virgente altero, ut supra, de termino apposito matrimonio contrahendo, quod spectat hic primus absentiæ modus. 2. absque licentiâ, ex causâ tamen necessariâ, ut ægritudinis, parentum aut consanguineorū officiis, publici officijs, aut negotijs gerendi causâ: & tunc teneretur alter exspectare, quo usque absoluatur causa, propter quam iuste absit. 3. ex merâ voluntate & tunc

Et tunc si absentia futura sit breuis, nec in remotas partes, expectandum erit. Quod si aut diurna futura sit, aut in partes remotas, cum nulla, aut tenui spe proximi redditus, locum habet proposita quæstio. An per huiusmodi absentiam dissoluantur sponsalia ex parte eius, qui relinquuntur, siue sit sponsus, siue sponsa: quia cum non teneat sibi sequi sponsum, ut uxor virum, ut Glossa in cap. de illius de sponsal. & colligitur ex textu, graue foret sponsus, tam diu manere suspensam. Expressa decisio est in iure canon. cit. de sponsal. vbi Alex. III. scribit Archiep. Panorm. cap. De illius autem, qui prestito iuramento promisunt se aliquas mulieres ducentos, & postea eu incognitus, dimicunt terram, se ad partes aliae transferentes: hoc tibi volumus innescere, quod liberum erit mulieribus ipsis, si non est amplius in facto processam (hoc est, si non sit, vel de praesenti matrem. contractum, vel carnali copula subsecutâ) ad alia se vota transferre: receptâ tamen de perjario paenitentia, si per eas stetit, quo minus fuerit matrimonium consummatum. Hæc ius Can. alter Ciuite: si sponsus absit à sposa, sed in eadem prouincia, tenebitur sponsa biennio exspectare, quo elapsus, alij nubere poterit l. 2. c. de sponsal. si vero absit in diuersâ prouincia, tenebitur exspectare triennio l. 2. c. de repudiis. Quæ lex et si expressè non loquatur de absentia in diuersâ prouincia, de eâ tamen illâ intelligunt communiter iuris interpres, idq; docet utraque Glossa. Si autem causa absentie sit necessaria, expectandum esse ultra quadriennium & amplius, ut habeat lex penale ff. de sponsal. Sape iusta ac necessaria causa, non solum annum, vel biennium, sed etiam triennium, & quadriennium, & ulterius trahere sponsalia, veluti ualeudo sponsi, sponsive, vel mortis parentum, aut capitalia crimina, aut longior.

^{¶ 2. Sens.} Oritur quae res peregrinationes, que ex necessitate sunt. Hæc Caius Iurist. An iuris canonici dispositio in hæc materiâ sit eadem cum dispositione iuris ciuilis? alias certum est, in causis matrem. standum esse iuri cano. cap. 1. de cōsang. & affin. cap. accendentib. de excessib. Prelat. can. mulitorum 35. q. 2. ac postremo in Trident. sess. 24. can. 1. in quibus locis cōtrouers. matrem. cōmittitur iudicibus Ecclesi. qui supponuntur Canonū peritiâ habere.

^{¶ 2. Sens.} Casus. Prima sent. negat, dispositionem iuris can. esse diuersam in hæc re à dispositione iuris ciuilis; & consequenter ius ciuale in hoc puto corrigi à Canonico. Ita Glossa in cit. c. de illius, verb. lib. rum: Palud. in 4. dist. 27. q. 1. ar. 3. concl. 3. Suppl. Gabr. q. 2. ar. 2 casu 3. Sylvest. verb. sponsalia q. 10. casu 4. & alij apud Sacb. dist. 54. qui addunt, posse iudicem, spectatâ qualitate personarū, tempus lege prescriptum abbreviare. In cuius cōfir. Suppl. Gabr. cit. narrat casum, quod dum quidam reus suspendendus esset, quædam virgo, ut illum à presenti morte liberaret, sibi in sponsum dari petuit: cum quo cōtraoris de futuro sponsalibus, a fugit: nec diligenter quæsus, amplius inueniri potuit. Sponsa ad iudicem Ecclesi. accurrit, facultatem petens, ut cum alio contrahere possit. Cuius voto indultu est, non exspectato biennio lege prescripto. Nititur illo principio: non est admittenda iuris correctio, nisi exprimatur: at in iure canonico nulla est expressa correctio iuris ciuilis, prescriptis certum tempus à sponsa exspectandu, quando abest sponsus. Nam cit. c. de illius, Pontifex non aliud dicit, quam liberū esse mulieribus, sponsis alio se transherentibus, ad alia vota se transferre: hoc autem non præjudicat iuri ciuali, statuenti determinatum tempus esse exspectandum. Quod etiam cōfirmat c. Sicut, de sponsal. vbi de violata fide pœnitentia imponitur cōdām, qui post quatuor, vel quinque annos elapsos, cum aliâ matrem. cōtraxit: igitur non sicut illi liberū erit post quatuor, vel quinque annos matrem. cum aliâ contrahere; alioqui non sūisset illi

imposita pœnitentia. Alij alia viâ defensant, eo quod ius can. hīc loquatur de eo, qui se cū domicilio alio transtulit; ius ciuale de eo, qui ex causâ necessariâ alio migravit. Ita Pont. lib. 12. c. 15. & Hurtad. disp. 2. de matr. diff. 10. Quod etiam sentire videtur Rebell. disp. 8. sect. 3. Secunda affirms, in hæc re ius ciuale per canonici corrigi: Angel. verb. sponsal. n. 26. Armil. n. 12. Conar. 4. decret. p. 1. c. 5. n. 7. Nauar. in sum. c. 22. n. 26. inclinat Panorm. in c. de illius de sponsal. n. 5. Sorsu in 4. dist. 27. q. 2. ar. 5. §. 10. quando: Henr. lib. 11. de matr. c. 1. 4. n. 5. limitans hoc in foro duntaxat cōscientię: Sanch. dist. 54. Coninck dist. 23. dub. 6. concl. 5. & alij. Fudatur in cit. c. de illius, vbi nullū prescribitur tempus, quo sponsa spōsum debeat exspectare. Hanc verio Probatilior, rem mihi persuadet cit. l. 2. de repudiis; Liberum est filia tua si sponsum suum post tres peregrinationis annos, exspectandum sibi ultra non putet, om̄isq; spe huiusmodi coniunctionis, matrem. facere, ne oportuniū nubendi tempus amitterat. In quâ lege, nullâ mentione factâ de causâ necessariâ absentie sponsi, decernit sponsam non obligari ultra trienniū illum exspectare: ergo etiam in causâ nō necessaria ius ciuale requirit, ut spōsa triennio exspectet, antequam ad alia vota transire possit: cū tamen ius can. nullum petat determinatum tempus, sed statim ac sponsa constiterit de abitu sponsi in remotas partes, cum nullâ spe proximi redditus, poterit ad alia sponsalia se transferre. Idq; indicat rō liberū: nam ut recte cit. loco fine Panorm. non esset sponsa liberum, si teneretur exspectare per trienniū, aut biennium. Sicut non verè dicitur, qui in carcere detinetur, liberum ei esse, ex eo exire, si adhuc debeat biennio, vel triennio exspectare. Quin, ut Glossa in Clem. de sepult. c. dudum rō liberū, particula hæc denotat, quod neque sit necessaria licentia. Vnde eo ipso, quod nulla sit spes de proximo redditu sponsi, sponsa poterit, etiam absque iudicis licentia, vi huius Pontificis decisionis, alij nubere. Quod cum multis docet Sanch. dist. cit. n. 8. Idque etiam si sponsalia fuerint iurata. Ratio: hoc ipso quod sponsus in longinquas partes domicilium transfert, ex parte suâ censetur à sponsalibus resilire, ac proinde sufficientem causam alteri præbere, ut possit alij nubere.

^{57.} Cur ius Canonicum statim sponsa liberum faciat alteri nubendi, quando non est spes de proximo redditu sponsi, non ius ciuale. ratio ius can. vt cū Pa. norm. alij, per hoc intendit vitare periculum fornicationis, quod incurrire posset sponsa, si diutius deberet exspectare: maximè vbi sponsi absentiam nulla cohonestat publica uelitas aut necessitas, quæ huic fornicationis periculo præponderet. Ius vero ciuale in sponsalibus, vt & in reliquis contractibus, publicam duntaxat ueritatem attendit, propter quam in multis à iure can. discordat, vt in requirendo parentum consensu ad sponsaliū, & matrem. validitatem p. 10. & 11. ff. de sponsal. in iisque dissoluendis solum parentis consensum, absq; filia sub patriâ potestate constitutæ voluntate, sufficere: in matrem. & sponsalibus prohibendis cum certis quibusdam personis l. Oratio ff. ed. tit. Ex his inferatur, liberum esse spōsa, non exspectato sponsi redditu, quando de eo non est proxima spes, alteri nubere, etiam si per eam steterit, quo minus matrem. fuerit conclusum, ut ex verbis Pontificis constat. Nam licet peccet sponsa præfixo tempore matrem. non cōtahendo; si tamen postea sponsus in remotas partes secedat, sine spe proximi redditus, non tenebitur illum exspectare, et si de violato iuramento, quod statuto tempore per ipsam stetit, pœnitentiam agere debeat. Ad argu. primæ, ^{Ad argu.} 1. quod ius can. in hæc re sit diuersum à ciuali, con- prima sent. stat ex cit. l. liberum est c. de repudiis, in quâ de eodem casu diuersa est dispositio, ut supra. 2. quod ius can. in hoc

In hoc puncto corrigat ciuile, colligitur ex illo liberum, quo libera facultas conceditur sponsa alteri nubendi, illa eximendo ab omni obligatione. Ad cit. t. sicut de sponsal. respondet Angel. cit. idem post 4. vel 5. annos imposita finisse sponsa poenitentiam, quia sine authoritate iudicis ad 2. sponsalia transiuit. At haec resp. non cohæret cu[m] doctrinâ datâ, iuxta quam sponsa non solum liberatur ab exspectando sponsi reditu, sed etiam à petendâ à iudice licentiâ, si nulla sit de proximo sponsi reditu spes. Resp. igitur, in cit. t. sicut, non esse casum, de quo dispu[n]to, & de quo tantum discrepant DD. An scilicet debet sponsa determinato aliquo tempore exspectare sponsum, qui ad remotas partes se transtulit, cum incertâ spe proximi reditus: sed alium omnino diuersum, nempe de sponsalibus, post 4. vel 5. annos non adimpleris, manentibus in eodem loco sponsis, idque defecta sponsa, per quam stetit. Constat ex textu, in quo nulla mentio fit de abitu sponsi ad remotas partes.

S E C T I O X.

An per fornicationem dissoluuntur sponsalia?

Hec est tertia.

Constans est sent. sponsalia etiam iurata per fornicationem dissolvi, ex parte tantum innocentis, non ex parte fornicantis: siue sponsa fornicata fuerit, siue sponsus. Quoad sponsam deciditur ab Innoc. III. c. Quemadmodum de iure iuris, eadem ratio de sponsa, nam quantum ad violationem sponsalitiae fidei, sponsus & sponsa ad paria iudicantur; ut recte P. norm. in cit. c. n. 4. Ratio duplex Pontificis ibid. 1. si potest vir, propter fornicationem vxoris, iuste illam à se dimittere; à fortiori poterit sponsus, propter fornicationem sponsa, illam ad se non admittere: quia turpis est iurare, quam non admittitur hospes. 2. in sponsalitiae promissione, quantumvis iurata, subintelligenda est haec tacita conditio, nisi sponsa, aut sponsus in legem matrem peccauerit. 3. Glossa in cit. c. quemadmodum ver. oculos, ex l. cum quis ff. de solutione. & ab omnibus DD. admissa; quia res non manent in eodem statu, in quo fuerunt tempore contractus: quoduscunq[ue] autem sit notabilis mutatio in rebus, aut personis contrahentibus, promissio non obligat, quia sub ea conditione tacite fuit ab initio praestita. Aferit. intellig. etiam de fornicatione spirituali, per heresim, apostoliam, vel gentilismum. Quid ea dissoluantur ex parte fornicantis tantum, constat tum à paritate fornicationis coniugum: tum quia, ut docet Innocent. III. cap. 2. de translat. Episcopi; quod statutum est ad paenam, trahi non debet ad gratiam: alioqui fornicans lucrum de sua culpa reportaret.

Dubium 1. An contractus impudicii, amplexus, & oscula cum tertia personâ, sint causa sponsalia dissoluendi? 1. sent. negat, quoad utrumque sponsum. Fundam. per huiusmodi contractus neuter alterius sponsi ius per sponsalia acquisitum habet: quia vi sponsalium nemo se obligat ab huiusmodi contractibus abstinendi ante contractum matrem. sed solum sibi mutuo promittunt cum nullo alio matrem contracturos. At quod non est causa ius legendi, neque est causa sponsalia dissoluendi: qui. n. sponsalitiam fidem alteri non frangit, non meretur eam sibi frangi. Secunda affirmit quoad ipsorum, negat quoad sponsam: Sanch. disp. 55. n. 5. quia longe deterior in ordine ad matrem redditur sponsa per huiusmodi contractus, quam sponsus: cum maximum dedecus sponsi sit, talem habere uxorem; sponsa vero nullum: maiorque iniuria inficitur sposo, quam sponsa: consequenter maiorem causam habet sponsus, per huiusmodi contractus à sponsalibus resiliendi, quam sponsa. Tertia affirmit quoad utrumque Hurtad. & apud ipsum Octa-

ga. quæ probabilius: nam esto per huiusmodi libidinosos tactus deterior, quoad matrem. contrahendum, reddatur sponsa, quam sponsus; negari tamen non potest, quia etiam sponsus reddatur deterior, sufficientem causam præbendo sponsa, sponsalia dissoluendi. Quia per hos actus sponsus ostendit se alienis & impudicis amoribus deditum. Vnde probabilius timere poterit sponsa, ne in iis sit etiam in statu contulagi perseveraturus, maximè si hi cu[m] aliquâ determinata personâ exerceantur, quod discordiarum seminarii inter ipsos coniuges furorū esset. Confir. licet sponsus, vi sponsalium titulo iustitia se sponsa non obliget, nisi cum nullâ alia contracturâ matrem. proinde per huiusmodi tactus sponsam non offendat in aliqua stricto iure iustitia, ut nec sponsa sponsum: offendit tamen illam in iure fidelitatis: nam qui promittit suum corpus nulli alteri, quam sponsa per matrem traditur, implicitè etiam promittit, illud castum & immaculatum, quoad thorum, vñque ad matrem, sponsa conseruaturum. Ad fundum, primæ; esto per huiusmodi contractus non legendatur ali- prima: quod ius rigorose iustitia, legendur tamen ius fidelitatis, virtute inclusu[m] in ipso iure iustitia. Nec sola lex iustitia causa præbeat sponsalia dissoluendi: alioqui nec fornicatio sponsi daret causam sponsalia dissoluendi, cum nec vi sponsalitiae promissionis, sponsus titulo iustitia obliget se ad non fornicandum sponsa ante contractum cum eâ matrem. Ad fundum, secundæ; esto per huiusmodi contractus grauior iniuria inficitur sponsus; adhuc negari non potest, quia sponsus per huiusmodi actus reddatur suspectus, ne sit in eis in statu coniugali perseveraturus.

2. An sponsa vi cognita, aut sponsus per vim absque sua culpa fornicatus, sufficientem præbeat causam sponsalia dissoluendi? Quoad sponsa ratio neg. Quoad ut decidit Innoc. III. c. discretio 2. de eo qui cognovit &c. sponsam. copula carnalis per vim extorta non nocet mulieri: unde si est coniugata, non priuatur iure debitum exi- gendi, etiam si à coniugio viri cognita. Con- affirmanda, fir. ubi non est culpa, nec est fidei violatio, ac proinde nec causa sufficiens sponsalia dirimendi: Amil. ver. sponsal. n. 12. & alij apud Sanch. cit. disp. n. 7. Sed opposita sent. verior, quam cum multis sequitur ibid. Sanch. docet Glossa in can. raptor 27. q. 2. ver. noluerit, & Glossa in c. quemadmodum de iure iuris. ver. oculos: & colligitur ex cit. textu, raptor, in quo deciditur, quod si sponsus noluerit sponsam ab alio raptam, cuius criminis ipsa non cōsentit, in uxorem ducere, licentia alij nubendi non negetur. Ex quibus habes, sponsum sufficien- tem causam habere sponsalia dissoluendi, ex eo tan- tum, quod sponsa fuerit per vim absq[ue]; ipsius culpa ab alio rapta. Ratio: siquidem in magnu[m] sponsi de- decus redundat, habere uxorem, ab alio etiam sine monstrosa ipsius culpa cognitam: cum hic non tam attendatur ad culpam, quam ad infamiam, que in sponsi per- sonam cedit. Hinc à fortiori sequitur, sufficientem causam sponsalia dissoluendi præbere sponsam, quia graui metu coacta in fornicationem cōsentit: cum talis culpa non vacet; unde si est coniugata, amittit ius petendi, & ut adultera potest à viro dimitti. Ad argum. oppositæ; in sponsalibus dissoluendis non semper attenditur culpa. Neq[ue] est pars ratio de pri- uatione debiti coniugalium: nam haec cum sit à iure im- posita in paenam, non debetur, nisi propter culpatum.

Quoad sponsu[m] affirmit Glossa in can. sic quippe 27. q. 2. fine, ubi inter causas dissoluendi sponsalia, quar- tam assignat, si spontaneæ, vel coactus fornicetur. sponsum. Videtur etiam Nauar. in sam. c. 22. n. 27. §. 9. ubi ab- solutè docet, dissoluere sponsalia per alterius etiam coactam fornicationem. Negat autem Sanch. n. 8. eo quod per talam fornicationem nulla nota resultat in spon- sam;

58.
Primum
dub.
3. Sent.

2. Sent.

3. probabi-
litas.

sam; neque fides sponsae data frangitur. At vix puto, hanc quæst. locum habere posse in sposo: cùm nequeat ex parte sponsi fornicatio esse sine culpâ, sicut ex parte sponsæ. Nequit n. vir cogi ad actum vitalem exercendum sine culpâ, qualis est fornicatio: potest autem foemina, quia ad eum passiuè tandem concurrit. Nisi forte coacte sumatur pro aequo ex incivilo metu elicto: at hic sicut non excusat à culpâ, ita nec ab eff. & sponsalia dissoluendi.

60. **Dubium 3.** **Affirmans.** 3. An vbi inter haereticos & Catholicos matrimonia sunt licita, sufficientem causam sponsalia dissoluendi præbeat sponsus, vel sponsa haeresim amplectens? Ratio dub. vbi matrim. inter Catholicos & haereticos licita sunt, sunt etiam inter eos licita sponsalia: ergo sicut in his locis non habet Catholicus iustam causam non contrahendi cum haereticâ sponsalia, ita nec iustam habebit causam ab eadem resiliendi, si haeresim amplectatur. Confir. vbi religionis libertas conceditur, licitum est vnicuiq; amplecti religionem, quam malum: ergo non poterit Catholicus ut sufficientem causam ad sponsalia dissoluenda in iudiciu adducere sponsæ haeresim. At indubitatum est, sponsum per haeresim sufficiente causam præbere, sponsalia dissoluendi: tunc propter periculum peruersonis sponsi Catholici; tunc propter periculum, ne futura proles patris, aut matris haeresi inficiatur: tunc propter continuas discordias, & dissensiones, quæ ex religionum diversitate probabiliter inter coniuges futuræ timentur. Quæ rationes, non modò probant, qui post sponsalia in haeresim labitur, iustam dare causam sponsalia disoluendi, sed etiam alterum obligari ad ea contracta dissoluenda, nisi certa spes conuersio affulgeat: cùm non debeat Catholicus peruersio periculo, cùm haereticâ contrahendo, se exponere. Ad rationem dub. ex eo quod licita sint Catholici cùm haereticâ sponsalia, Ecclesia id, propter spem conuersioñ, aliasque iustas causas permittente, non sequitur, quod sponsus, vel sponsa haeresim amplectens non præbeat alteri sufficientem causam contracta sponsalia dissoluendi: nā Ecclesia id tantum permittit, non approbat. Imò sicut iusta habet causam Catholicus sponsalia cùm haereticâ non contrahendi, ita & post ea contracta dissoluendi, si tempore sponsalitij sponsa in haeresim incidat. Ad confir. nego, vbi conceditur religionis libertas, vnicuiq; licitum esse, eam religionem amplecti, quam mauult; cùm talis concessio sit tantum ab Ecclesiâ permitta, ad grauiora mala vitanda.

61. **Dubium 4.** **Sens. probabilior.** 4. An inter sponsos fornicantes habeat locū delictorum cōpensatio? Affirmat Palud. in 4. dist. 27. q. 1. ar. 3. concil. 1. Ochag. apud Hurad. dist. 2. de matr. dist. 11. Quia sicuti inter coniuges adulterantes fit delictorū cōpensatio, vt nequeat vir adulterans dimittere vxorem adulterantem, neque vir adultera virū adulterū, c. sign. facisti, de diuor. c. intellexiw. c. finali, de adult. c. discretionem, de eo qui cognouit &c. ita nec spōsus fornicans spōsam fornicantem; aut contra, cùm in hoc sponsus & sponsa, sicut vir & vxor, ad paria iudicantur can. finali 32. q. 5. At opposita sent. verior; Henrig. lib. 11. de matr. c. 14. n. 6. Sanch. disp. 55. n. finali; Coninck disp. 23. dub. 7. concil. 6. Ponti. lib. 12. c. 17. n. 3. Hurad. cit. &c. quam Henrig. cōmunem appellat. Fundam. inter imparia delicta non cadit cōpensatio: at sponsus & sponsa, fornicando non sunt in pari delicto; cùm longè notabilius crimen in ordine ad matrem. sit sponsæ, quæ spōsi fornicatio; maior quippe nota sponsi est, fornicantem sponsam vxorem ducere, quæ spōsam fornicanti spōso nubere. Quare diversa est ratio de adulterio à coniugibus commissio: nam in adulterio spectatur fides coniugalis, quæ æquæ à viro, ac ab uxore frangitur, cùm æquæ vterq;

ad eam seruandā per matrem, se obligauerit: in fornicatione autem à sponsis commissa, non solum spectatur fidei violatio, per sponsalia præstita, sed etiam infamia, quæ ex eâ sponsis resultat: quæ longè maior, ex sponsæ in spōsum, quam ex sponsi in spōsam deriuatur. At etiam ex adulterio vxoris maior in virum redundat infamia, quam contraria: quæ non obstante, datur inter eos delictorum compensatio: ergo etiam inter sponsos. Non inferior, noluerunt tamen iura huius majoris infamie in virum redundantis, sed solius violatæ fidei coniugalis, quæ par est in utroque rationem habere. Idq; propter pericula & incommoda, quæ ex coniugii separatione nata sunt sequi, quæ sequi nata non sunt ex sponsorum separatione. Nam cùm matrem sit insolubile, nec per separationem à thoro vinculū cōiugale soluat, magna datur utriusque coniugi per diuostium adulterandi occasio, cùm neuter possit, viuente altero cōiuge, ad alias nuptias transire, ac proinde de lito remedio contra cōcupiscentiâ sibi prouidere.

Diss.

Resps.

S E C T I O XI.

Quæ impedimenta, aut mutatio superuenientia sponsalia dirimantur?

HACTENVS de certis impedim. quæ sponsalibus superuenient; hāc sent. comprehendemus reliqua; sc. vel impedimenta contra matrem, vel notabilis mutatio sponorum, aut quoad eorū personas, & mores, ut quoad reliqua bona, famæ, & fortunæ.

Dico 1. quodlibet impedim. dirimens matrem superueniens, sponsalia dissoluuntur: vt si superueniat affinitas cùm sponsâ ex fornicatione cum eius consanguineâ in 1. vel 2. gradu, ad quos Trident. sent. 24. c. 4. affinitatem ex fornicatione consurgentem, restringit; si cognatio spiritualis, ex spōsæ, aut sponsi filii de sacro fonte, aut christmate susceptione; si cognatio legalis, ex sponsæ à sposo adoptione; si servitus, aut perpetua impotentia coœudi superueniat. Ratio: impedimentum matrem dirimens, à fortiori dirimit sponsalia, quæ sunt ad matrem dispositio. Notat cūm Hostien. Suppl. Gabr. in 4. dist. 27. q. 2. 47. 2. casu 10. non solum impedim. dirimens certum, sed etiam publicâ famâ vulgatum sponsalia dissoluere: magnum quippe causaretur in populo scandalum, si inter tales contraheretur matrem. An qui contraxit impedim. tenetur dispensationem petere, vt matrem, cùm innocentie contrahat? Affirmat Petr. de Ledesm. apud Sanch. dist. 59. quia qui suâ culpâ in alterius præiudicium factus est impotens, tenetur impotentiam à se tollere, vt alteri iniuste læso satisfaciat: sicut qui propriâ culpâ factus est impotens soluendo, tenetur quâcunque honestâ & licitâ viâ se potentem reddere ad creditorî satisfaciendum: ergo qui suâ culpâ in sponsæ præiudicium se impotentem reddidit, ad matrem contrahendum, tenetur per licitam dispensationem impotentiam tollere, vt sponsæ, quæ sicutum ius possidenti, satisfaciat. Ita Duplex lib. Sanch. si vel sponsus sponsam deflorauit, aut notabilem iacturam passura fit, nisi matrem, cum ipso contrahat; vel si facile dispensatio obtineri possit: secus, si vel sponsa nihil passura fit, vel dispensatio non faciliter obtinenda erit. Placet sent. quando impedim. sponsi, aut sponsæ culpâ contractum est: secus, quando eorum culpâ contractum non est: vt si sponsus, aut sponsa in extremâ necessitate alterius filium baptizet. Quo casu, baptizans non contrahit impedim. dirimens cognitionis spiritualis cum cognatis spōsatis baptizato baptizatique parentib. ut alibi. Quia quod propter charitatem fit, non debet ad poenam trahi: unde nec qui in necessitate proprium filium baptizauerit,

62.

Ratio.

Non leue contraxit impedim. tenetur dispensationem petere, vt matrem, cùm innocentie contrahat? Affirmat binc oritur.

Petr. de Ledesm. apud Sanch. dist. 59. quia qui suâ culpâ in alterius præiudicium factus est impotens, tenetur impotentiam à se tollere, vt alteri iniuste læso satisfaciat: sicut qui propriâ culpâ factus est impotens soluendo, tenetur quâcunque honestâ & licitâ viâ se potentem reddere ad creditorî satisfaciendum: ergo qui suâ culpâ in sponsæ præiudicium se impotentem reddidit, ad matrem contrahendum, tenetur per licitam dispensationem impotentiam tollere, vt sponsæ, quæ sicutum ius possidenti, satisfaciat. Ita Duplex lib. Sanch. si vel sponsus sponsam deflorauit, aut notabilem iacturam passura fit, nisi matrem, cum ipso contrahat; vel si facile dispensatio obtineri possit: secus, si vel sponsa nihil passura fit, vel dispensatio non faciliter obtinenda erit. Placet sent. quando impedim. sponsi, aut sponsæ culpâ contractum est: secus, quando eorum culpâ contractum non est: vt si sponsus, aut sponsa in extremâ necessitate alterius filium baptizet. Quo casu, baptizans non contrahit impedim. dirimens cognitionis spiritualis cum cognatis spōsatis baptizato baptizatique parentib. ut alibi. Quia quod propter charitatem fit, non debet ad poenam trahi: unde nec qui in necessitate proprium filium baptizauerit,

zauerit, priuatur iure petendi, ex communij sent. Fatoe, si sponsus sponsæ per copulam securâ notabilis infamia intulit, quæ reparari non possit, nisi per matr. cù ipsâ contractum, teneri ad dispensationem petendâ, esto impedimentum fuerit sine sua culpa contractu: quia tunc tenebitur ratione dñi illati: vt si post copulâ cù sponsa eius filium in extrema necessitate baptizet, tenetur dispensatione obtentâ, illâ in uxore ducere; nō pœna contracta per præcedens delictum, & damnum sponsæ illatum, non compensatur per sublequens opus misericordia, sponsæ filio præstitum: cùm semper maneat infamia sponsæ ex iustitia resarcienda.

Dicō 2. nullum impedimentum solum impediens simplici castitatis voto excepto, sponsalibus superueniens, ea dirimit. Ratio: ex communiori sent. huiusmodi impedimenta sunt consuetudine abrogata, quatenus prohibebant matrem. contrahendum. De voto autem simplici castitatis, constat, tum quia, vt suo loco, hoc tacite excipitur in ipso sponsalito contractu: tu quia nouu afferit sponsæ grauamen, quæ semper debet coniugale debitum petere cu verecundia. 3. Quæcumque mutatio personæ sponsæ, aut sponsi superueniens, quæ illam reddit notabiliter deformet, habitualiter infirmam, aut minus idoneam ad onera matrimonij subeuda, est sufficiens causa ad sponsalia etiam iurata dissoluenda. ex cap. Quemadmodum de iure iur. vbi causæ iurata sponsalia dissoluendi recensentur, lepra, paralyssis, oculorum, aut nasi amissio, & quidquid turpius superueniret. Ratio: rebus notabiliter mutatis, sponsalia dissoluuntur: ergo quidquid superuenit, quod personam in ordine ad finem matri. notabiliter mutat, est sufficiens causa dissoluendi

Fundatur in sponsalia: non sunt ad matri. cogendi iij, in quibus probabilitet timetur, ne propter notabilem personæ defecuum, peticitur alius, sic, cum periculo adulterij, maritalis affectus. Præterea, qui habituali infirmitate laborat, vt phthisi, aut per simili morbo, est notabiliter inidoneus ad debitum coniugale soluendum: quod occasionem alteri præbet, per illicita media, naturæ concupiscentiam sedandi, qui est secundarius finis contrahendi matri. Addit Sanch. disp. 60. n. 2. ex Ant. Cuco, qui de hac re multis iuris peritos consuluit, oris malevolentiam, quando medicorum arte tolli non potest, sufficiëtem præberé causâ sponsalia dissoluendi. Quæ intellig. de utroque sponso, cùm in his pares iudicentur. 4. Notabilis mutatio in moribus, est sufficiens causa sponsalia dissoluendi: regula eam dignoscendi; Quæ sufficit ad diuortium celebrandum, sufficit etiam ad sponsalia dissoluenda: ex c. Quemadmodum de iure iur. nam si turpius ejicitur, quam non admittitur hospes, quæ causa sufficit ad uxorem in cohabitationem admissam, per diuortium dimittendam, à fortiori sufficit ad sponsam in cohabitationem nondum admissam ad eam non admittendam: vt disp. de diuortio. Consulendum cap. litter. de restitu. spolia. fine: vbi declaratur hæc mutatio, debere esse coniuncta cum sauitia. Ad hanc causam reducuntur graues inimicitiae, & odia ex-orra inter sponsum & sponsam, item si tales sint inter sponsorum parentes, qui debeant in eadem domo cum sponsis habitare: etiam quæ probabiliter ex matrimonio futura timentur, iustum causam sponsalia dissoluendi præbent. 5. Notabilis famæ ac estimationis iactura, est sufficiens causa sponsalia dissoluendi. Prob. sicut fama & bona nominis estimatione plurimi sit apud homines, vt à prudentibus saeculi estimatoribus nonnunquam propriæ vitæ præferantur; ita econtrario, mala

fama, & nominis denigratio, est maxima apud eosdem nota, vt malint homines vitam, quam bonam famam bonumve nomen perdere. Cùm igitur coniuges, propter maritalem coniunctionem, vt propria bona, ira & mala, sibi inuicem communicent, infamia & mala nominis estimatione viuis redundat in alterum. Hinc infertur, deiectionem è proprio statu, priuationem gratiæ Principis, publicam pœnam propter enorme delictum, esse sufficientes causas sponsalia dissoluendi: cùm hæc omnia hominem reddant abiectionem & exosum.

An notabilis mutatio in diuitijs iusta præbeat causam sponsalia dissoluendi. Et sanè si de amissione dotis promissa quæstio sit, communis opinio, si unum vel alterum excipias, est, per eam sponsalia etiam iurata dissoluendi. Ratio: dos, promissa ingreditur contractum vt conditio, quæ deficiente, etiam sine culpa sponsæ, dissoluitur contractus. Dices hoc casu non dissoluvi sponsalia, quia sponsa absque sua culpa facta est impotens ad eam soluendam. Respo: quasi vero sola mutatio, orta ex culpa sponsæ iusta præbeat causam sponsalia dissoluendi; alias nec mutatio in deformitate, vel infirmitate, iustum daret causam sponsalia dissoluendi. Confit. dos est necessaria ad onera matri. sustinenda: inter onera autem matrem, est, vt sponsus sponsam alat & sustinet iuxta ipsius dignitatem, quod sine competenti dote præstare non posset.

An nulla facta dotis promissione, notabilis paupertas alterutri superueniens iusta præbeat sponsalia dissoluendi causam. sent. negat: glossa in ca. ratio super. Quemadmodum de iure iur. verb. oculos, Conar. 4. decretal. est.

1. pat. t. 5. n. 5. citans alios, Probat 1. euettendo funda. oppositæ sent. quæ ideò ait, paupertatē sponsæ superuenientem iustum præbere causam sponsalia dissoluendi; quia cœsetur omnia sua bona tradere in dote, cui nuptia est: hoc autem falso est, vt plurimi docent, dum aiunt, tali casu, sibi imputet sponsus, qui padum non fecit de dote soluenda.

2. amissio formositatis, quæ non est cum ammissione oculi aut nasi, non dat iusta causam sponsalia dissoluendi: ergo nec amissio diuiriatur. ita Palud. in 4. dist. 27. q. 1. ar. 2. post 3. conc. Lnd. Lopez 2. par. Instr. conf. ca. 38. §. Præterea Secunda affirmat: Panorm. in cit. c. quemadmodum de iure iur. n. 10. quamvis durius, pro qua citat Barthol. in 1. si constante, ff. soluto matrimon. Angel. verb. sponsalia n. 33. Sylvest. q. 10. casu 9. Nauar. in sum. cap. 27. n. 27. §. 12. Henrig. lib. 11. de matrimon. c. 14. n. 6. Sanch. disp. 59. n. 4. Ponci. lib. 12. ca. 17. n. 8. Hurt. ad. disp. 2. de matrimon. diff. 14. & alij. ex ff. de iure dotum. Mulier bona sua omnia in dotem dedit. funda. vt cit. lex, mulier omnia sua bona cœsetur in dotem viro tradere. Ceterum videtur 1. si mulier pauper Nobilis contrahat cum viro ignobilis prædiuice, paupertatem sponsæ superuenientem, dare iustum causam sponsalia dissoluendi. quia tali casu cœsetur mulier nobilis pauper, suam nobilitatem velle conseruare diuitijs & opibus viri ignobilis, cù quo alijs non contraxisset; igitur deficiente conditione tacite sub intellecta, dissoluitur contractus sub ea initus. Pat ratiō est, si vir pauper illustris familiae ad suam nobilitatem tuendam, contrahat cum foemina ignobili diligissima, superueniens sponsæ paupertas sponsalia dissoluit ex parte sponsi. 2. Si superueniente paupertate sponsæ, sponsus non habeat, vnde possit illam iuxta ipsum gradum sustentare, dissolui sponsalia ex parte sponsi: quia hoc casu deficit ex parte sponsæ conditio onera matrimonij sustinendi. Eadem ratio est si ea paupertas superueniat

2.

4. concil. etia. 64. etia. regula.

In hac quæst. duo videtur certa.

Quinta.

ff. sponso.

66.
Duo dubia.

1. facile

2. difficultius.

Negant à
parte.

Aff. mandū.

67.
Regula com-
munitate tra-
dicta à DD.

ret? At, ut Sancb. disp. 62. n. 6. sponso, vel sponsæ adserenti se minimè promisuram, si à principio talis causa adfuerit, fidem esse in utroque foro adhibendam, si iudicio prudentis, perensis circumstantijs, verobimile sit, illum non fuisse promisurum. Ratio: cùm in hoc contractu, quod speciale est supra reliquos, non tam attendatur contrahentium utilitas, quam eorum indissolubilis animorum coniunctio, quæcunque causa, quæ potest contrahentium animos in ordine ad matrem, contrahendum notabiliter mutare, sufficit ad sponsalia dissoluenda, ne matrimonium malum sit exitum litoritum. Ceterum non quævis diuitiarum copia iustum præbet sponsalia dissoluendi causam, sed quæ apta est ad statum notabiliter sublimandum. Vnde si hæc opum copia accrescat sponsis in statu nobilissimo iam constitutis, velut Principatus, Ducatus, Marchionatus, non dabit iustum causam sponsalia dissoluendi, nisi forte per eas adhuc possent ad altiorem statum ascendere: quæ prudentis iudicio examinanda sunt. Ad ^{Ad primam rationem contrarie, quoad i. partem nego an-} rationem contrarie, quoad i. partem nego an-^{rationem.} reteat, nam mutatione notabilis nobilitatis est sufficiens causa, ad sponsalia dissoluenda. Quoad 2. neg. conseq. nam hæc conditio non tanti astimatur, sicut quæ sponsum, aut sponsam ad sublimorem statum euehit. Ad 2. neg. conseq. nam in contractu venditionis & emptionis sola spectatur utilitas vel commoditas vendentis & ementis; in hoc autem animorum coniunctio, & individualis vita indissolubilis consuetudo, ad quam plurimum refert æqualitas status.

S E C T I O N E XII.

An eadem causa precedente sponsalia, ut probabilius ignorata, sufficient ad sponsalia dissoluenda, ubi cognita fuerint?

Dixi, probabilius ignorata: nam si fuerit cognita, cessat questio: quia sponsi cum earum cognitione sponsalia contrahentes, cedunt iuri suo. Vnde non poterunt postea, propter easdem causas, sponsalia dissoluere: nā sponsalibus semel cum huiusmodi causis ab utraque parte admissis & approbatis, neutrī licebit, propter easdem causas, ab illis recedere. Addit. Molina infrasit. Si sponsus cum eā sponsalia contraxit, quā non erat fuisse fornicatam, si post initum contractum alias fornicationes deprehendat, quæ sibi antea non fuerant, non posse ob hanc causam à contractu resilire: quia iste fornicationes de novo cognitæ, non augent notabilitate sponsarum infamiam. Sola igitur questio est, quando hæc causa precedunt ut probabilius ignorata, ac notabiliter eu-^{68.} gent sponsarum infamiam. In hâc quest. Palud. in 4. queſt. diff. 27. q. 1. ar. 3. §. quantum ad 3. & supple. Gabr. q. 2. ar. 3. dub. 4. quoad reliquos casus, excepta fornicatione, problematicè defendunt utramque partem. Quoad fornicationem vero aiunt, utrouis modo ea præcedat, siue cognita siue ignorata, sponsalia non dissolui: 1. quia eatenus sponsalia ^{Ratio de for-} dirimit quatenus per eā fides frangitur, quæ taciturnitatem in sponsalibus promittitur. 2. quia probabilitate sponsus, vel sponsa suspicari fornicantem fornicationes continuaturum etiam in statu coniugij: at hæc rationes non militant in fornicatione sponsalia præcedente: n. 81. quia per eam nulla fide:

fides frangitur, cum nulla haecenus sit data nec non propter sponsalia contrahuntur: ut per matrem remedium adhibetur ad naturam concupiscentiam sedandam. videtur ab Innocent. III. decisa, c. Quemadmodum de iure iur. Si quis iurauerit se duorum aliquam in uxore, non potest ei fornicationem opponere praecedentem, sed subsequentem, ut illam non ducat in coniugem. Vbi Panor. n. 6. Nota, quod turpiter, seu deformitas praecedens contractum, non potest ante contrahendum allegari, sed subsequentes sic. Verum communior quoad fornicationem affirmat Angel. verb. sponsalia n. 29. Sylvest. q. 10. casu 7. Armil. n. 12. Sotus in 4. diff. 27. q. 2. ar. 5. §. 7. Navar. in sum. ca. 22. n. 27. §. 9. Molina to. 2. de iust. tract. 2. diff. 27. §. 9. deinde simul. Lud. Lopez 2. part. infra. Consci. c. 38. de sponsal. separa. §. circa alium. Henrig. lib. 11. de matr. cap. 14. n. 6. Sanch. disp. 63. n. 3. Coninck disp. 23. dub. 7. concl. 5. Ponti. lib. 12. cap. 18. n. 2. Hurtad. disp. 2. de matr. diff. 15. & alij, qui omnes in eo conueniunt, si praecedens fornicatio fuit eius, quae putabatur virgo, iuste propter eam dissoluvi sponsalia. Sola concertatio est, an fornicatio fuit vidua, iustum probat causam sponso, vbi eam nouerit, sponsalia dissoluendi.

*Controversia
Resolutio de
virgine.*

De vidua.

De sponso.

*Ad ratio-
nem dupl.*

*Quoad re-
liquas cau-
sas notanda
regula.*

vt conditio obiectum applicans: ergo quae superueniens sponsalibus est sufficiens, erit etiam sufficiens sponsalia praecedens probabiliter ignorata: cum sufficientia non accipiat a cognitione, sed habeat ex iure, solumque cognitione requiratur, ut sponsus iuste sponsalia dissoluat. Sub alijs terminis hanc reg. iura proponunt, l. in lege ff. de contra. empt. iuncta glossa, & cap. Pastoralis, de exceptione. vbi paria dicuntur, non esse, & non apparere: & a contrario sensu, paria dicuntur, esse, & apparere: quia sc. respectu hominis, res tunc dicuntur esse, quando innotescunt, & tunc non esse, quando latent. Vnde causa ignorata respectu contrahentis est, ac si non esset: est autem quando primum illi ignoraretur. Ergo quoad effectum sponsalia dissoluendi, id est, causam ignorari, & non esse: & est a contrario, quoad eundem effectum, id est, causam ignorare, & esse. Consi. hanc reg. lex vlt. sc. de sponsal. iuxta quam qui ob causam ignoratam a sponsalibus resiliunt, arrhas non amittit; amitteret autem, si id non licet. Dixi, probabiliter ignorata: quia si faciliter potuit a contrahente sciri, eam non cognoscendo, censemur iure suo cessisse: proinde non poterit postea eam contra sponsum allegare, ut sufficientem ad sponsalia dissoluenda.

*71.
Iur.*

Infertur 1. propter causas praecedentes ignoratas, sponsalia interdum dissoluendi iure, interdum voluntate contrahentis: iure, quando causa ignorata praecedens aut sua natura, aut iure positivo, sponsalia dirimit; ut si causa ignorata fuerunt sponsalia cum alia contracta, aut simplex votum castitatis, vel impedimentum dirimens matrimonium, aut quaevis alia causa, illicita reddens sponsalitatem promissionem, non hoc ipso reddit illa invalidam: voluntate; quae non ex natura sua, aut iure aliquo positivo, sed mera voluntate sponsali dissolvit. Ex quo aliud, sc. quoddam contrafieri possit, ex prima causa ignorata nullum oritur nunc publice honestatis impedimentum. eo quod post Triden. ex sponsalibus, quacunque causa invalidis hoc impedimentum non oritur: iure verbo antiquo, hoc impedi. ex omnibus oriebatur, praeterquam ex invalidis defectu consensus, ut constat ex ca. un. de sponsal. in 6. Ex 2. verbo causa, quadiu a contrahente cognita non statim obicitur, ut impedimentum ad sponsalia dirimenda, publice honestatis impedimentum oritur: quia quadiu ea cognita, contrahens sponsalia non dirimit, censetur sponsalia velle: ac proinde non poterit postea ob eandem causam sponsalia dissoluere: quia promissio semel data & acceptata, nequit iuste reuocari. Statim autem dicitur, si intra triduum causa cognita, sponsus reclamat, iuxta leg. final. c. de errore aduoc. & l. final. c. de inadieci. vbi, quod intra triduum fit ex conscienti, & illico fieri dicitur. Ex quo ultra sequitur, si contrahens antequam causa cognita sponsalia ratificet, sponsa consanguineam carpaliter cognoscat, non incurrit impedimentum publice honestatis: quia hoc non oritur, nisi ex sponsalibus perfecte contractis; seu, nisi accedit posititus consensus contrahentis, ea ratificantis, post causam praecedentem de novo cognitam. 2. Si causa ignorata, non est impedimentum dirimens matrimonium, & id concludatur Coroll. 2. ante causam cognitam, valere matrimonium. quia non omnis causa, quae irritat sponsalia, dirimit matrimonium. licet ergo causa ignorata irritet sponsalia, haud tam dirimit matrimonium. ut si causa ignorata fuerit simplex votum castitatis. Quadiu causa fraude ac dolosus a contrahente occultata, dixi diff. 29. sett. 72. §. quartum. 3. si causa ignorata, est aliquod impedimentum, cano. inter ipsos contrahentes, cuius dispensatione sponsus obtinuit non teneri alterum, causam cognitam, sponsalia ratificare, sed iuste posse ab eis reflire.

72.
Quaratum.
Nra.
Do impo-
rta.
73.
Dubium dis-
casum.
Ratio pro
negante par-
te.
Sed affir-
mandum.

fuire, quia non tenetur alter matr. inire via dispensationis: secus, si causa ignorata fuit simplex castitatis votū, cuius dispensationē voulens impe- trauit: cū nulla sit indecentia, contrahere cū eo, qui simplex habuit castitatis votū, post obtentam dispēsat. Vt est, contrahere cū eo, qui sanguine, vel affinitate sibi cōiunctus est, tū propter reverentia ijs naturaliter debitā: tū maximē vt se magis conformet prudēti Ecclesiā iudicio, quæ quantum est ex se, talia matr. prohibēdo improbat. 4. nō teneri sponsā contracta spōsalia ratificate, si spōsus fuit aliquādo nouitius, ac multō minūs, si vota simpli- cia in Societate Iesu emisit, si filiū ex fornicatione suscepit; si à sponsalibus cū alia contractis iniuste resilijt, etiam si eadē postea dissoluta fuerint per matr. ab altero initū, si aliquādo fuerit hæreticus, etiā postea sit ad fidē cōuersus; si temporalē im- pōtētiā habeat ad coeūdū; si sterilis sit, vt si cū prae- cedente viro prolē non habuerit. nam singulæ hæ- causæ sufficiētes sunt ad spōsalia dissoluenda: ergo etiā ignoratæ, vbi primū cognitæ fuerint, suffi- ciētes erunt ad ea dirimēda. Prima, quia aliquod dedecus parit spōsa: 2. suspectū reddit sponsū, ne propter affectū in filiū, adhæritus sit etiā in statu coniugali, concubinæ: cum ne propter curā alendi filium illegitimum, neglecturus sit legitimos. Ex tertia suspicari potest sponsa, ne consimili modo secū aeturus sit: quamquā huic periculo facilē oc- currī potest, statim concludēdo matr. 4. suspectū reddit sponsū, ne vel aliquid de pristina hæresi retineat, vel in eā iterū telapsurus sit. 5. causa, modō nō proueniat ex detectu ætatis, sufficiētes est ad spōsalia dissoluenda: cū graue sit sponsis, cum periculo fornicationis, notabile aliquod tēpus ad coeundū exspectare. Eadē ratio est; si dubiū sit, an huiusmodi impotentia possit humanā iudiciā subueniri: nā licet hæc non statim dirimat matr. nisi proberur perpetua, dicitur tamē spōsalia, quæ minorē requirunt causam. Excipitur impotentia defectu ætatis: tū quia hanc iura nō admittunt, vt sufficiētes ad spōsalia dissoluenda, dū concedūt ea infra nubilē ætatiē contrahi posse: tū quia ne- queunt spōsalia dissolui, propter causam tēpore contraetus cognitā: qui autē spōsalia contrahit cū impotēte defectu ætatis, cōtrahit impotentia cognitā tēpore cōtraetus. Postrema est impediti- ua primarij finis, qui est proli generatio: nā licet hæc non dirimat matr. cuius substantia in mutua corporū traditione ad generationē potentiū, cō- ficit; dicitur tamē spōsalia, quæ minorē causam requirūt ad sui dissolutionē. nā prole priuari, quæ est maximū matr. bonū, & ad familiā propagādā, propter quā frequēter matr. cōtrahuntur necessa- ria rationabilissima causa est spōsalia dissoluēdi.

An per carnalem copulam remittatur causa ignora ad spōsalia dissoluenda sufficiens? Supponitur spōsalia non esse ipso iure irrita, propter aliquod impedimentum, dicitur mens ignoratum; quia tunc subsequens copula nihil operatur: cū nullū ius habeat sponsus remittiēdi impedimentum. legge Eccles. induēti: sed tantum esse irrita, seu irri- tanda, defectu liberi consensus alterius, qui in spōsalia consensit, ignoratā causā ad spōsalia dissoluenda sufficiēte. quo casu dubiū. An suppo- sito cōsensu ex parte spōsæ decipientis, accedēre copulā sponsi decepti, spōsalia ratificentur ex par- te sponsi, vt nequeat illa postea iustē dissoluere, Ratio neg. est: post Triden. huiusmodi copula nō admittitur in signū legitimi consensus, vt admit- tebat antiquitus. Dico, per carnalem copulam ratificari spōsalia, si tēpore copulæ spōsus cōscius

fuit causæ ad spōsalia dissoluenda sufficiens, nec posse amplius propter eandem causam à spō- salibus resilire. Est communis DD. sen. quos refert & sequitur Sāch. disp. 6. Ratio: copula inter spō- salos iure antiquo erat præsumptum signum con- summati matrim. ergo nunc saltē admittitur, vt præsumptum signum remittendi causam spō- salium dissolutivam: prob. idē antiquitus admit- tebat, vt signum consummati matrimonij, quia nō præsumebatur adhibita affectu fornicatio, sed maritali, cū nō debeat Ecclesia præsumere pec- catū, vbi sibi cuiusdēter nō constat; ergo nec debet nunc præsumere, eā adhiberi animo ficto, sed ve- ro spōsalia ratificādi. Esto igitur illā non admit- tatt ut signū consummandi matr. saltē admittit ut signū ratificandi spōsalia, alioqui admittere illā cogeretur ut adhibitā animo ficto ac peccamino- so. Quod autē debeat esse conscius causæ tēpore copulæ, constat: quia ad ratificāda spōsalia opus est nouo consensu, cū prior, ut potē elicitus cum ignorantia causæ, non fuerit efficax ad spōsalia stabiliēda, quippe qui cognitā causā semper reuocari poterat: nouus autē consensus priori spō- salū ratificatius, prærequirit cognitionē causarū ad spōsalia dissoluenda sufficiētiū, cū non censeatur ea ratificare, nisi procedat ex notitia omniū, quæ illā poterant dissoluere, nisi forte ha- beat hunc actū expressū, ratifico illā, non obstante quacūq; causā à me ignoratā. Quid si ficta copula remittēdi, sed voluntatē duntaxat capiēdi, an cēseatur spōsalia ratificare? Affirmat Sāch. disp. cit. n. 3. quia sicut non potest vir diuoriū petere, qui conscius vxoris adulterij, cū illa copulā habuit, etiā animo iniuriā non remittendi: ita nec sponsus spōsalia dissoluere, qui conscius fornicationis sponsa, cū illa copulā habuit, etiā animo iniuriā non remittendi: eo quod hæc iniuriā remissio non à voluntate contrahentis; sed à iure ipso proficiscitur. At oppositū verius: nā et si Negandus, in foro externo hic cēseatur spōsalia ratificasse, quia præsumitur copulā adhibuisse animo remit- tendi iniuriā: in foro tamen interno, cū defuerit verus cōsensus, ad substantiā spōsalū ne- cessarius, ea ratificare nō potuit: teneretur tamen, si ex adhibita copula spōsa passa est, vel passura sit aliquid damnū, quod non nisi matr. resarciri po- test, illā in vxorēducere, vt suprā. Nec est par ra- tio de copula viri habita cū uxore post eius adul- teriū: quæ etiā adhibita animo non remittēdi iniuriā, est sufficiētes signū recōciliationis, nec potest vir post eā de diuortio agere cōtra uxorē: quia in fauorē matr. ac propter multa incōmoda, quæ ex cōiugū diuortio sequi solēt, Ecclesia admittit illā etiam sibi cōstaret de opposito, vt signū remissio iniuriā. Quæ incommoda cū non sequantur ex dissolutione spōsalū, illā nō admittit, vt signū remissio iniuriā, si sibi certō constet, eā non fuisse adhibitā animo iniuriā remittenti. Cū enim in- ter cōiuges, séper maneat matr. vinculū, diuortiū magnā illis ansam præberet fornicandi, quā ansa nō præbet spōsis spōsalū dissolutio: quippe qui liberē possunt ad alia vota transire, ac de licto re- medio cōtra carnis cōcupiscentiā sibi prouidere.

75.
Operosis
hic virgē
dubium.

An rātūm nouus consensus sponsi eo casu suf- ficiat, an vltiūs requiratur nouus ex parte spō- salis? Ratio dub. vt consensus matrim. sit ex veraque parte validus, requirit, vt eliciatur ab vtrāq; per- sona habili ad matr. tempore, quo illud contrahi- tur: ergo etiā vt consensus in spōsalia sit ex par- te vtriusque validus, requirit habilitatē ex parte vtriusque

utriusque tempore, quo sponsalia contrahuntur: sed tempore, quo sponsa suum consensum praebuit, non etat uterque ad sponsalia habilis, siquidem sponsa inhabilis erat ratione impedimenti. Verum nego, sponsam tempore, quo suum consensum praebuit, fuisse inhabilem, & consequenter nouum ex parte ipsius consensum requiri, sed sufficere antiquum semel præstitum, & nunquam reuocatum, cum ad validitatem sponsalium, sicut & matr. non requiratur si uultas physica consensu, sed sat sit moralis. Quod autem sponsa, etiam quando consensum præsticit, habuerit sufficiens impedimentum ad sponsalia dissoluenda, nihilominus non fuerit inhabilis ad illum præstandum, prob. tale impedimentum non reddit personam inhabilem ad consensum ex aliquâ lege irritante, quo pacto inhabilem reddit solemnis votum castitatis, quod moralem potentiam auferit ad sponsalitium consensum, tam præstandum, quam acceptandum; sed ex voluntate alterius sponsi, ex suppositione, quod talis impedimentum, noluerit consensum ab altero præstitum acceptare. Quo sit, ut antequam impedimentum ab altero cognoscatur, & illud contra sponsalia opponatur, alter habilis sit ad consensum præbendū; quia cum hæc inhabilitas proueniat ex dissensu unius renuentis alterum ad sponsalia admittere, antequam unus positiuē dissentiat, alter habilis est ad consensum exhibendum. Sed num sit validus consensus sponsæ, quod sponsus facte contrahit? nam ut disp. 4. sent. 5. consensus matr. facte contrahenti præstitus, non est validus: unde non sufficit postea ad valorē matr. solus consensus eius, qui facte consensit, sed necessarius est etiam nouus consensus alterius, qui verē consensit, cum prior fuerit invalidus, ut potest præstitus personæ tempore contrahens propter fictionem, inhabili ad contrahendū. At dico, fore validum; nec necesse esse nouum repetere: tum quia altera sententia est valde probabilis: tum propter discrimen inter matr. & sponsalia: nam matr. cum sit maris & foeminae ad problem gignendam indissolubilis coniunctio, in vno quoque, contrahente exigit alterius etiam consensum; nec consensus unius censetur maritalis, nisi alterius consensum includat: At sponsalitius unius non ita essentialiter includit consensum alterius, ut sine illo non possit sponsorem alteri obligare, ut supra: proinde non eam connexionem habet sponsalitius consensus unius cum consensu alterius, sicut maritalis unius cum alterius coniugis consensu. Infertur, copulam adhibitam, post dissoluta sponsalia, non esse signum reconciliationis, ac reualidationis sponsalium dissolutorum, sicut copula à viro cum uxore habita post celebratum diuortium, est signum reconciliationis, & reintegrationis uxoris in pristinum statum coniugalem. Discrimen aliqui assignant: post diuortium adhuc inter coniuges manet vinculum maritale, quod per copulam reualescit: inter sponsos autem, sponsalibus dissolutis, nullū manet vinculum, quod possit per copulam reualescere. At & sponsus post dissoluta sponsalia, copulam habere potest animo fibi sponsam reconciliandi, ac soluta sponsalia resumendi: & contraria, vir post diuortium, adulteram uxorem cognoscere: non animo cum illa se reconciliandi. Ut igitur ratio sit efficax, intelligenda est de reconciliatione præsumpta in foro externo, & iuxta canonum dispositionem, quicopulam inter coniuges post diuortium adhibitam, accipit ut signum reconciliationis, etiamsi vir eo animo illam non adhibuerit: contraria vero, copulam inter sponsos post soluta sponsalia non admittit, ut signum re-

conciliationis, etiamsi eo animo fuerit a sponso adhibita: idque in favorem matrem. & ad vitanda pericula fornicationis, quæ ex diuortio sequi natæ sunt: quæ pericula cum non sequantur ex separatione sponsorum, non est Ecclesia sollicita, ut talis copula admittatur pro signo reconciliationis & reintegratio priorum sponsalium. Ex quo, potest uxor adultera post copulam cum viro habitam contra illum in iudicio agere de restitutione & reintegratione sui in statum coniug. non posse autem sponsam post copulam cum sponso in iudicio agere de restitutione sui in statum sponsalium, quia in foro externo hanc Ecclesia non admittit, ut signum præsumpta reconciliationis.

S E C T I O X I I I .

An sponsus vel sponsa habens occultum impedimentum sufficiens ad sponsalia dissoluenda, possit alterum impedimentum signarum ad sponsalia adimplenda cogere?

Prima sententia negat: sequitur ex eorum opinione, qui docent, non posse adulterum coniugem innocentem adulterij ignarum, ad debitum coniugale reddendum cogere: Armil. verb. matrimonium. n. 73. Nuuar. insim. cap. 22. n. 23. Alph. de Castro de potest. legis pœn. lib. 2. cap. 4. §. Ut igitur, Couar. 4. decretal. par. 2. cap. 7. §. 2. n. 4. fine, & alij. Probat Aphon. de Castro: quia priuatio debiti coniugalis est pœna à Christo statuta. Marth. §. & 19. à coniuge adultero statim in foro conscientiae incurrenda, ante ullam iudicis, vel alterius coniugis sententiam: nequit igitur adulterio occultus innocentem coniugem, adulterij ignatum, cogere, ad debitum reddendum, cum nequeat cogere, ad id, quo iustitia Christi sententia priuatus est. 2. Innocens statim acquirit ius in adulterio, illum à choro repellendi: alioqui non posset statim debitum petentem à se repellere: quod falsum est: alioqui adultero petenti non posset innocens debitum negare ante repulsam, cum prior sit petitio, quam repulsa: ergo si adulterio habet ius exigendi ante repulsam, nequit innocentis illidebitum negare, antequam illum à se repellat. 3. Ex eo quod creditor ignarus crediti, illud non petat, non liberatur debitor ab obligatione soluendi: ergo ex eo quod coniux innocens sua libertatis à debito reddendo ignarus, illam non exigat, non liberatur adulterio ab obligatione illam illegaliter conseruandi, per debiti non exactiōem. 4. Qui usurpat ius alterius etiam sui iuris ignari peccat: ergo peccat adulterio, usurpans ius innocentis coniugis sui iuris ignari. §. Coniux adulteria cogendo virum, innocentem ad debitum coniugale soluendum, graviter illi præjudicat, cum per redditionem talis debiti fiat bigamus.

Ex quâ sententia inferunt 1. grauius peccare coniugem adulterum, innocentem coniugem cogendo ad debitum soluendum. 2. posse adulterum ab innocentem adulterij ignaro precibus & blanditijs actum coniug. petere, non exigere, ut ex iustitia sibi debitum: eo quod per legem à Christo latam non priuetur iure petendi, sed solum exigendi. 3. si coniux innocens ignarus adulterij sine iustitia causâ neget actum coniugalem adulterio exigenti, utrumque grauius peccaturum: illum ex conscientia erronâ, negando quod putat reddendum ex iustitia; hunc exigeniendo non suum. Secunda conuenit cum prima quoad coniugem occultum adulterum, negat.

F 3

verd.

76.

Aliud oritur sponsæ, quod sponsus facte contrahit: nam ut disp. 4. sent. 5. consensus matr. facte contrahenti præstitus, non est validus: unde non sufficit postea ad valorē matr. solus consensus eius, qui facte consensit, sed necessarius est etiam nouus consensus alterius, qui verē consensit, cum prior fuerit invalidus, ut potest præstitus personæ tempore contrahens propter fictionem, inhabili ad contrahendū.

*Solutio.*77.
Corollar.

Amplius ex-plicanda ratio ut efficax sit. At & sponsus post dissoluta sponsalia, copulam habere potest animo fibi sponsam reconciliandi, ac soluta sponsalia resumendi:

& contraria, vir post diuortium, adulteram uxorem cognoscere: non animo cum illa se reconciliandi. Ut igitur ratio sit efficax, intelligenda est de reconciliatione præsumpta in foro externo, & iuxta canonum dispositionem, quicopulam inter coniuges post diuortium adhibitam, accipit ut signum reconciliationis, etiamsi vir eo animo illam non adhibuerit: contraria vero, copulam inter sponsos post soluta sponsalia non admittit, ut signum re-

*Tom. IX. De Matrimonio.*78:
1. Sent.2.
Adulterio statim amissus ius exigendi.

4.

5.

Inferunt enim
adtores.

2. sent.

verò quoad sponsum occulto defectu laborantē: *Hur ad. disp. 2. de matrimon. diff. 17. n finali*, cui quoad sponsum cōsensit *Pont. lib. 12. c. 18. n. 7.* probat *Hur ad. coniux per adulterium etiā occultū amittit proximum ius exigendi a cōsum coniug. ergo non potest ad illum reddēdū innocentē cogere: sponsus autē propter occultū defectu non amittit ius in alterum sponsum defectus ignarum. Afferri discriminē potest ex eo, quod priuatio iuris pētēdi in coniuge adultero, est pœna ipso factō incurrit per legem à Christo latam, priuatio autē iuris in sposo, occulto defectu laborante, est pœna cōventionalis, quæ non incurritur, nisi post sententiam partis.*

^{79.}
3. *Sent.* Tertia vētior affirmat de coniuge adultero, & non negat de sposo occultū impedim. patiente: *Caiet. to. 1. opusc. tract. 31. resp. 4. sub tit. de iure petendi deb. matr. ab adul. Sotus in 4. disp. 36. q. vn. ar. 3. 5. Vtrum. Pet. Soto lett. 16. de matrim fine. valati. in 4. disp. 33. disp. vn. 5. quid si rog. Henrig. lib. 11. de matr. c. 15. n. 6. De vtroque affirmat Sanch. lib. 1. disp. 68.*

*Efficacissimū. n. 4. & 8. Coninck disp. 23. dub. 12. n. 87. &c. fūdamē-
funda. C. s. E. c.*

tum pro vtroque. Quādo pœna, propter violatio-
nē contractus, pender à voluntate partis, non in-
curritur ante partis sententiā: sicut pœna, quæ pē-
det ex iudicis voluntate, non incurritur ante iudi-
cis sententiam; cū nemo tenetur ipse sibi pœnā
imponere: nam hoc ipso non est pœna, quæ po-
stulat ab alienā volūtate imponi. At tam priuatio
iuris exigendi debitum coniugale, quām priuatio
iuris petendi sibi sponsalia adimpleri, est pœna
imposta in fauorem & gratiam innocentis: nam
in libertate coniugis, & sponsi innocentis est, no-
centem coniugem, vel sponsum à se repellere, vel
non repellere, delicto, vel defectu non obstante.

*Duplicē ra-
tio pro ma-
trim.* Huius rei ratio 1. vt in fauore matt. absque partis
præjudicio eius valori Ecclesia prospiceret, no-
luit pœnā ex se imponere, sed dependenter à par-
tis voluntate. 2. ad omnīmodā libertatem in ma-
trimonijs tuendam, voluit hanc pœnam arbitrio
innocētis partis relinquere. Hinc apparet discrimē
inter pœnā priuationis iuris debitū exigendi,
propter adulteriū, & propter incestum cum vxo-
ris consanguineā commissum: nā hēc imponitur
incestuolo & independenter à voluntate coniugis
innocentis, propter impedim. affinitatis cum pro-
pria vxore iniquū contrācum, o. discretion. de eo
qui cognouit. Ex his patet, posse tam adulterum
à coniuge innocentē adulterij ignaro, debitū ex-
gere; quām sponsum occulto defectu laborantem
defectus ignarum, ad sponsalia adimplenda cogere,
cū neuter ante innocentis sententiā, suo iure
priuetur. etiam cōstat, quām recte contra 2. sent.
ex 1. quæst. demonstrata sit 2. cū vtraque separa-
tio, tam coniugis adulteri à thōlo, quām sponsi
occulto defectu laborantis à sponsalibus, pendeat
à voluntate partis innocentis.

^{80.}
Ad argum. Ad argu. primæ, pro quā ab Armil. citatur *S. Th.*
in 4. disp. 35. q. vn. ar. 6. ad 5. qui tantū non loquitur
de fornicatione latente coniugē innocentem, sed
nō probabili in foro externo. Dubitari potest, an
occultus adulter, cuius adulterium in externo foro
nequit probari, contra innocentē agere possit,
nō quidē de debito sibi reddēdo, quo vt priuetur,
sufficit priuata notitia innocentis coniugis, sed de
diuortio nō celebrando: de quo *disp. 28. sett. 3. cū*
probabiliori sent. docui, nō posse innocentē, pro-
pter adulteriū occultū, propria authoritate ab a-
dultero coniuge diuertere: quamdiu autē occul-
tus adulter diuortio non repellitur, potest statē ha-

Ad primam bet jus suum defendendi. *Ad 1. rationem ducā ex*

lege Christi, nego eam esse latā sent. sed ferendæ
innocētis arbitrio, in cuius fauorem lata est. Ne-
que vllum verbum ex Euang. efferr̄ potest, quo
vel leviter insinuetur, adulterū ipso factō priua-
ti iure exigendi debitū, cū nullib[us] Christus hāc
pœnam comminetur adultero, sed ius tantūm cō-
cedat innocentii adulterū dimittendi, ex *Matt. 5. & 19. vbi hēc lex de dimittēda vxore fornicatiō-
nis causā præscribitur: Quicunque dimiserit vxorē
suum, nī ob fornicationem &c. idq[ue] prudētissimē
in fauorem matr. Obiscent: vbi lex seruos liber-
tate donat, nequit dominus ijs etiam suæ liberta-
tis ignaris vti. Resp. hoc priuilegium cōcedit lex
seruis independenter à voluntate domini; proinde
nequit dominus ijs vti, etiā libertatis ignaris:
lex autem Christi, non ipso factō adulterum pri-
uat iure petendi, sed dependenter à voluntate cō-
iugis innocentis, proinde antequam eo priuetur,
licet vti potest. Ad 2. cōcedo, innocentem statim
acquirere in coniugem adulterum ius dimitten-
di, non quidem proximum, sed remotum: acquirit
autem proximū per notitiā adulterij, nō quod
notitia sit collatua iuris, sed cōdicio, sine quā ac-
quisitum ius nequit iustè exerceri: sicut idem con-
iux innocentis remotum ius acquirit diuertēdi
ab adulterio, propter eius occultum adulterium,
sufficienti destitutum probatione: similiter quādo
Pontifex concedit facultatem contrahendi in gradu prohibito, non concedit, vt impedi-
tus ea vti possit, ante notitiā gratiæ concessæ: ita
Christus concedens innocentii coniugi ius adul-
terum dimittendi, non concedit, vt hoc vti possit
ante adulterij notitiā. Par i ratione coniux adul-
ter per adulterium obligationē non exigendi de-
bitum contrahit remotam, donec accedat inno-
centis sententia. Ad id quod dicitur, ex hoc sequi,
non posse innocentem adulterio coniugi debitum
petenti negare, neg. sequel. nam innocens adulte-
rij conscient, statim potest, debitum petenti nega-
re. Et licet antequam innocens neget, adulter pet-
tere possit, haud tamen tenetur innocens redde-
re, cū statim possit iphius petitionē elidere, ne-
gando. In stabis. Si petitio debiti ante repulsam
est iusta, nō poterit esse iusta eius negatio. R. neg.
conseq. vterque n. licet iure suo vti potest, &
adulter antequam eo priuetur, & innocens, cogni-
to adulterio: sicut reus ante iudicis sententiam si-
bi intimatam iustè petit defensionem sui; & n. hi-
lominus iudez post cognitum & probatum deli-
ctum iustè negat reo defensionis petitionem. Ra-
tio; petitio defensionis sui ante iudicis sententiam
reco intimatam iusta est, cū non fiat iniusta, nisi
per ipsam iudicis sententiam: nec iusta rei petitio
tollit à iudice potestatem recum damnandi, post
ipsius delictum plenē probatum. Vnde cū iudez
reum damnat, non damnat propter petitionem
factam ante decretoriam sent. sed propter eius
delictum iuridicē probatum, quoad antequam si-
bi per iudicis sententiam constet, semper reus li-
cet potest sui defensionem apud iudicem petere.*

Ad 3. debitor proximam obligationem soluen-
di debitum habet, antequam creditor vllam sui paritas.
crediti notitiā habeat: quo sit, vt si sciat debitor
creditorem sui crediti oblitum esse, teneatur illi
debitum soluere: at coniux adulter proximā ob-
ligationem non habet abstinenti à petitione de-
biti, nī post innocentis coniugis latam sent. vnde
quamdiu non est per coniugis sententiam ex-
igēdi iure priuatus, iustè potest eo vti, sicut & reus
ante iudicis sententiam iuridicē sibi intimatam.
Ad 4. verū est antec. quādo quis usurpat ius al-
terius,

Ad 5. terius, sui iuris ignari, quod nullo titulo est suum: falsum, quādō quis v̄surpar ius alterius, quod aliquo titulo est suum, vt nostro casu ius petēdi debitū coniugale adhuc manet penes adulterū, quādīu innocens illud nō negat. Ad 5. neg. conseq. nā vnicuiq; licitū est, suo iure vti, etiamsi ex eo alter incommōdum patiatur: at probatum est, occultū adulterum ius habere exigendi debitū: ergo lictē eo vti potest, etiamsi per redditionē talis debiti innocens fiat bigamus: sicut nec putata virgo tenetur suā corruptionē prodere, propter idē incommōdū, quod cōiux corruptā cognoscēdo incurrit.

S E C T I O N I V.

An teneātur spōsi occulitos defectus sibi manifestare?

*Q*uestio est de manifestatione ante contractū marr. cū post illud contractū nō sit amplius separatiōnē locus: quin s̄pē spōsi obligātur, suos defectus quos ante marr. non manifestarunt, post contractū non manifestare, quando ex huiusmodi manifestatione probabiliter coniux conieētare potest, ex eā alterum iustā indignationis occasiōnē sumpturum. Ratio pro parte neg. 1. vt 10. 5. disp. 28. de ludo sect. 4. nō tenetur lusor de ludi victoriā certus colludentē monere, ne cum certo suo dāno sponsionem adaugeat: eo quād naturales ludi leges hoc ferunt: nā quod in uno ludo contigit vni, in alio contingere potest alteri: ergo nec sponsus occulta vitia patiēs, tenetur alteri ea manifestare: cū hēc videatur lex communis sponsalium, vt quod vni contingit occulto vitio laborati, cōtingere possit & alteri. Vnde cēsetur in hoc cōtra&u mutua quādā compensatio tacitā sponsorū volūtate recepta. 1. nemo tenetur, pr̄sertim nō interrogatus occulta sua vitia manifestare, cūm nemo teneat se ipsū infamare. Vnde sibi imputet spōsus, qui cū laborante defectu sponsalia contrahit: quippe ad ipsū pertinebat prudēti indagine spōsi defectus explorare. Quare *Nauar in c. inter verba concl. 1. coroll. 16.* peccati mortalis nō damnat fēminā, quāz opinione virgo, re autē corrupta, nubit viro putanti virginē, aliās cum eā nō cōtra&u, suā corruptionē non reuelantē. Addit, etiamsi vir per hoc in minoribus cōstitutus & Clericatus priuilegio gaudens, illud bigamiā cōtrahendo, amittat, iuxta can. sicuins disp. 34. ita *Sanch. lib. 6. disp. 27. n. 8. & 9.* Nota 1. defectus, alijs sunt notabiliter noxii spōsū, nec non futuræ proli, vt lepra, morbus gallicus, & quodcunq; malū contagiosum, pr̄sertim si nulla sit spes curationis ante nuptias; occultū aliquod delictū, in publicū iudicium facilē deducibile, ex quo grauitē sponsi fama denigraretur, aut devita vel perpetuo exilio periclitaretur. Alij nō valde noxii, vt fornicatio, virginitatis defloratio, paupertas, modō tāta nō sit, quāz mātr. onera iuxta personarū statū, sustinere nō valeat: ignobilis notabiliter non excedēs alterius nobilitatē. 2. aliqui ex his facilē aliunde sciri possunt, quām ex manifestatione sponsi ijs laborantis. 3. is quicun laborante tali defectu contrahit, est ita cōstitutus, vt etiam defectus conscius, esset cum eo contracturus.

Dico 1. Defectus spōsū, aut proli notabiliter noxios, si aliunde, quām ex propriā manifestatiōne defectū patientis, sciri non possunt, & aliās si alter eos sciret, nunquā esset cū eo contracturus, tenetur manifestare, aut sponsalia cū eo non contrahere: vt 10. 5. disp. 21. sect. 6. vbi quando, & quāz vitia rei vendibilis tenetur venditor emptori manifestare: cūm sponsalia sit quidam contractus vēditioni & emptioni persimilis in quo corpus v-

nūs promitterit commutandum cum corpore alterius. Quād verō eos manifestare non teneatur, vel quando aliunde sciri possunt, vel quando adhuc alter cum defectibus ijs idem esset contracturus, facile prob. quando contracturus aliunde potest eos scire, & tamen nullā adhibet diligentiam ad eos cognoscendos, censemur cedere iuri suo, & potius velle adhuc ijs non obstantibus, sponsalia contrahere. A fortiori cedit iuri suo is, qui adhuc defectū conscius, sponsalia contrahit. Prior pars prob. ex ijs, quāz cit. 10. 5. nam lex naturalis dictat, nō esse cum alterius graui damno & iactura propriū lucrum & commodum querendum, iuxta reg. 48. iuris in 6. Locupletari nō debet aliquid cū alterius iuris & iacturā, ex illo principio: quod tibi nō vis fieri, alteri nefeceris: ergo tenetur sponsalia cōtracturus alteri secum contrahere volenti eos defectus manifestare, qui aliude sciri nō possunt, & notabiliter noxii sunt contrahenti. Sola diffīc. est in casibus partic. quinam defectus censeantur tales. Ac de quocunque morbo contagioso nemo dubitat. De reliquis non ita certū. Illud vniuersitatis admittunt DD. si occultū defectū, quicquāque ille sit, indignē latus sit coniux, vt propter illū aut totā vitā eam male tractatus sit, aut à se defectuosam coniugem dimissurus, teneri sub mortali illū manifestare, vel cū eo non contrahere: ita *Nauar. cit.* Quoad deflorationē verō, si absit no- *De variis* tabilis viri indignatio, sicut & de paupertate, ig- *defectib.* nobilitate, & sterilitate, dicendum est: ad eos manifestandos non teneri: tum quia hēc facile aliū de sciri possunt: tum quia nō videntur marr. notabiliter obesse. Nisi vir aliquis illustris ineat mātr. eo fine, vt suā familiā propaget: & mulier certa sit de suā sterilitate. tali enim casu, eam teneri existimō ad suā sterilitatē manifestandam, ne contrahentē defraudet in regrauissimā. Idē cēseō, si sponsus laborete delicto occulto, quod in publicū iudiciū facile deduci potest cū familiā totius graui infamia, pœnā, aut supremi Principis perpetuā indignatione. Quid si spōsus alibi infamia laborete, famam possidens vbi contrahit? An hoc teneat alteri manifestare? R. si facile potest ex uno loco in alium infamia deueniri, teneri; secus, si moraliter non potest: qui n. suam famā possidet in loco, vbi contrahit, non tenetur eā se spoliare: & aliinde est moraliter certus, suam infamia alibi vulgatam, nunquam esse ad eum locum pertinuerat, vbi coniugi nocere possit.

Dico 2. Etiam si occulto defectu laborans non teneatur illum manifestare, quando nec pernitiōsus est, nec probabiliter alteri indignationē causatur, numquā tamen ei licitum erit, vti medijs positiū alterū inducentibus ad nuptias contrahendas. ita *Coninck disp. 23. dub. 12. concl. 2.* quia nū- *Ratio affer.* quālicitū est, vti fraude & mēdacio ad propriū commodū, pr̄sertim cū iniuria & damno alterius, quārendum. Ceterū, vt idem docet, & 4. to. disp. 14. sect. 4. explicui, etiamsi id positiū actu, vel facto, quo defectus ignarus ad marr. contrahendum alliciatur, non liceat; licebit tamen, proprios defectus celare, omnibusque ijs medijs vti, quibus licitē solent, qui non tenentur suos defectus alijs manifestare.

Ad 1. rationem, dispar est ratio de ludo, in quo agitur de lucro, vel damno pecuniario, quod *ad primā* *rat. proprie-* quā vniac alteri in eodem ludo contingere potest. Vnde nec interrogatus tenetur, qui certus est de victoria, illam colludenti manifestare; nam hāc lege ludum acceptarunt; at in sponsalibus agitur de individualē vitæ inter coniuges int'

Ad a.

dissolubili vinculo, ad quod præcedere debet perfecta personarum cognitio, ne in perpetuis discordijs & dissensionibus eorum vita traducatur. Ad 2. ex dictis patet, quando, & quos occultos defectus teneantur contrahentes, etiam non interrogati, manifestare. Notat Coninck, si fœmina opinione virgo, re corrupta, interrogata affirmet se virginem, non peccare mortaliter, si nullum inde malum timeatur. Ita à fortiori Sanch. lib. 6. disp. 27. nn. 8. & 9. ubi docet, non teneri ad hoc fœminam ex iustitia: quin sine villa culpa posse suam corruptionē celare, si vir nunquam sit tale vitium percepturus; vel si sic percepturus, non ægrè latus. Probat: id parvū viro noecet: & sibi imputare debet, qui affirmanti credidit, cùm facile intelligere potuerit, se nunquam corruptam fassuram. Sanch. & Coninck consentio, quando nullum malum timetur, licet posse fœminā suam corruptionē celare: ab ijs tamen discrepo, interrogatam ex iustitia nō teneri, ad mentem interrogantis respondere. Ratio; eo casu vir habet ius interrogandi: ergo mulier habet debitum respondendi: nec fas est æquiuocatione vti: sicut emptore interrogante venditore de vitio rei vendibilis, tenetur véditor iuxta mentem interrogantis respondere. Anteced. prob. ad contrahentem sp̄ctat, scire qualitatem personæ, cum qua est contractus, non minus, quam ad emptorem qualitatem rei, quam est empturus. Cæterum hoc intellige, quando aliunde non potest tale vitium nosse, quam ex manifestatione sponsæ. Sicut nec tenetur vedor interrogatus vitium rei vendibilis manifestare, si emptor facile potest ex se illud aduerte-re. Nec dicido, semper fœminam mortaliter peccare, quæ iuridicè à viro interrogata, suam corruptionē negat: cùm hoc pēdeat ex circumstantijs personarum, quo animo sit hanc negationē vir latus. At durum est, inquires, ex iustitia obligare pueram, communī famā virginem, ad suā corruptionē propalandam, si à viro interrogatur: nā inde sequeretur, vel eam nulli posse nubere, vel saltē non paris conditionis viro. Confit. 1. nemo tenetur seipsum infamare. 2. Nō tenetur cōiux opinione casta, reipsā adultera de ipso adulterio à viro interrogata, adulterū facteri: ergo nec sponsa opinione virgo, re corrupta, de corruptione à sponsō interrogata, corruptionem fateri. Resp. 1. posse iuxta 1. sent. quæ saltē horū D.D. autoritate probabilis est, tali casu se dirigere. 2. Sibi imputet, quippè quæ suā culpā in eiūmodi angustias se coniecit: ipsa. n. sibi causa fuit, nam qui vult culpam; vult consequentia ad culpā: debuisset. n. hæc præuidere, vt de futuro matt. sibi melius prouideret. Vnde vel ex hoc capite hæc sent. est alterā probabilior, quod fr̄num ponit huiusmodi peccatis Reip. perniciosis: nam saltē timore huius damni à tam enoribus sceleribus se cōtinebunt. Vnde contraria sent. specie misericordiæ, propter priuatū bonū vnius, multa inducit in Rep. mala, lāxando habenas huiusmodi occultis delictis, dum ea cōmittentes huius obligationis impunes facit cùm potius standū esset pro incolumitate Reip. quæ eiūmodi delictis grauter lāditur. Cæterum nō semper existimo sub mortali teneri sponsam huiusmodi occultos defectus sponso manifestare, etiam interrogatā, ut supra. Prior cōfir. vera est, quando reus ab extrinseca potestate cogitur ad suum delictū manifestandum; nō autē quando non ab extrinseco coactus, sed spontē,

& ne tacendo alteri sit iniurias. Spousus. igitur cùm non coacte, sed spontē sponsalia contrahat, tenetur, si vult ea contrahere, & alteri iniurias non esse, interrogatus occultū defectū fateri, aut certe nō contrahere. Ad 2. neg. conseq. nam hic agitur de priuanda coniuge iure, quod ratione vinculi matr. possidet; ibi de non admittendo ad ius sponsaliū, quod alter nondū requiriuit. Plus autē requiritur ad extorbandū aliquem à iure, quod iam possidet, quād ad non admittendum ius, quod nondū acquisiuit.

SECTIO VLTIMA.

*Quæ probatio requiratur ad sponsalia dissoluenda,
& an sit necessaria iudicis autoritas?*

Cum per sponsalia vterq; sponsus ius acquiriat ab altero sibi ex iustitia adimplendum, vt semel contracta iuste possint dissoluī, non solūm requirunt iusta causam, de qua *preced. sect.* sed sufficientē etiam causæ probationē, de qua in hac postrema. Porro probatio hæc, altera pro foro conscientiæ, altera pro foro externo. Quæ sufficit pro foro externo, regulariter etiam sufficit pro interno: non contraria, quæ sufficit pro foro interno, sufficit pro foro externo. Nam priuata cognitio certa fornicationis sponsæ, sufficiens est sponso ad illam in foro conscientiæ dimittendā, nō est tamē sufficiēs in foro externo, si allegetur ab eo, quisponsalia petit dissoluī: quia huic vt parti fides non adhibetur. Dixi regulariter: quia probatio potest aliquando esse sufficiens in foro externo, quæ tamen non est sufficiens in interno, vt quando secundū allegata & probata, plenam fidem facit in publico iudicio, quæ tamen ex scientia priuata, est falsa.

Certum est, dubiam probationem non sufficere ad sponsalia dissoluenda: iniustum quippe est, propter dubiā causam, spoliare ius suum certò possidentē: cùm igitur sponsa ius sponsaliū certò possideat, iniquum esset, propter dubiam causam illam suo iure priuare. Confirm. Dubius, an debitū creditori soluerit, neque creditorem suo iure possidentem spoliare: ergo neque sponsus de fornicatione sponsæ dubius, illam suo iure possidentem priuare: cùm semper in dubio melior sit conditio possidentis, quæ contra dubium causam adjudicat possidenti.

Quoad probabilem, dubium est urgentius. *Dé probabilitate dubium.* Nam sicut in quoquis negotio humano probabilitas mihi ius tribuit honeste operandi, iuxta probabilem partem: ita & in hoc de sponsalibus dissoluendis. At oppositum *cum Glossa in can.* Dixit Dominus 32. quest. 1. & Soto in 4. dist. 36. quest. vn. ar. 3. §. Circa singulas, dico; sola probabilitas non sufficit, nisi coniuncta sit cum moralī certitudine, quæ colligenda est ex circumstantijs, aut faði, si de visu; aut testis, si de auditu, sit probatio. Nec sola probabilitas sufficit ad iuste operandum, quando agitur de præiudicio tertij, ex cap. *Veniens ad nos, de testibus.* Sicut sola probabilitas, quod debitum soluerim, non sufficit, vt ab obligatione soluendi eximatur, nisi cum probatione sit coniuncta moralis certitudo. Ratio: probabilitas vnius parris non tollit probabilitatem alterius: in pari autem probabilitate melior est conditio ius possidentis. Vnde, vt cōs. *Glossa verb. Suspicio* docet, pura suspicio non sufficit, nisi sit vehemens, siue, vt iura loquuntur, violenta, vt si sponsus sponsam deprehenderit cum fornicante in loco secreto.

An possit tutâ conscientiâ sponsa dimitti, propter

Interrogata
fœmina de
virginitate
quid?

Obj. 1.

Ref.

85.
*Misericordia
damnoſa
Reipublicæ.*

Probatio du-
plex.

Certum de
dubio.

87. propter fornicationem, nulla certa probatione, solo populi rumore vulgariter? Est autem rumor ex Panorm. in cap. super eo, de eo qui cognovit, &c. nu. 3. Quando non tota, sed pars vicinie aliquid afferit: fama autem, quando tota, aut maior pars ciuitatis, vel vicinie acclamat. Ratio pro affir. parte est: ex talirum non leuis inuritur infamia nota sponsorum, quae in sponsum redundat. Confir. si à principio hic rumor fuisse, cum ea sponsus non contraxisset. Nam etiam si rumor sit falsus, multum sponsae nomen denigrat. Verum dico, id non posse, posse tamen ex tali rumore ad veritatem indagandam ulterius procedere. Prior pars ex cap. super eo, de eo qui cognovit, ubi rumor, nisi aliae rationabiles ac fide dignae probationes accedant, iudicatur inualidus: quod non solum intellige in ordine ad forum externum, sed etiam internum: cum etiam in foro interno sponsus duci debeat certa ac rationabili causa, ut sponsalia iuste dissoluat. Quia quando agitur de praeiudicio tertij, non quavis suspicio sufficit. Confirm. per dissolutionem sponsalium sponsa magnam incurrit infamia notam, quia per eam confirmatur populi rumor, & quod ante erat dubium, sit per ipsam sponsalium dissolutionem apud homines certum. Nec dici potest, id tribui non posse sponso, cum per accidentem sequatur ex actione, quae ius suum defendit: quia cum talis modus non sit iustus, ut poterit in vano dumtaxat vulgi rumusculo, nulla certa probatione fundatus, sponsum ab iniustitia non excusat. Nam licet ad iuste sponsalia dissoluenda in foro conscientiae, non requiratur probatio, quae iudicem ex allegatis & probatis procedentem, convincat, est tamen necessaria, quae sponsum ex legibus rationis procedentem moraliter conuincat. Etenim in eo solum haec probationes discriminantur, quod illa debeat iuxta leges publici iudicij, publice, haec iuxta leges priuati examinationis, priuatim constare. Ceterum in utroque foro requiritur moralis certitudo, ut iudicium iuste feratur.

Poterior probatur.

Ad ratione contraria.

88. De probatio- ne in foro exerno.

Prima dif- ficultas.

Affirio.

Prima pars colligitur.

Sola.

t. Sen.

Fundam.

Confirm.

89. Sem. com- munior.

Quid hie faciendum.

quando

Richard. in 4. dist. 27. ar. 3.
9. 4. Palud. qu. 1. ar. 3. fine, Angel. verb. sponsalia nu. 42. Sylvest. qu. 11. Navar. in sum. c. 22. n. 28.
Henrig. lib. 11. de matr. cap. 14. nu. 1. Lud. Lopez 2. par. instr. consig. cap. 39. fine, Valen. 10. 4. disp. 10. qu. 2. pun. 5. §. Notand. Sanch. disp. 69. Hurt. disp. 2. de matr. diffio. 18. Prior pars constat: nam de occultis non iudicat Ecclesia: igitur quando sponsalia fuerunt clandestinè contracta, non indigent iudicio Ecclesia, sed poterunt autoritate contrahentiū dissolui, modò certū sit de sufficientia causæ. Quod si dubium sit, an causa sit sufficiens ad sponsalia dissoluenda, poterunt sponsi doctos consulere, & iuxta eorum consilium se dirigere. 2. Pars prob. quod causa est certa & notoria, nullū est necessarium Ecclesia iudicium: nam etenim hoc necessarium est, quatenus aut causa certa non est, aut partes inter se non conueniunt. Quia cum haec sit quædam humana conuentio sub tacita conditione partiū inita, ut possit certis ex causis dissolui, eo ipso quod causæ sunt certæ, poterit nullius autoritate requisitæ, sola partiū voluntate dissolui. Confir. ut suprà, Ecclesia permittit, sponsalia dissolui solo partiū consensu, ex c. 2. de spons. ergo non semper ad eorum dissolutionē suam autoritatē interponit, etiā ea fuerint publicè contracta, ut ex eod. cit. cap.

Sed quid, quando sponsalia sunt publica, causa verò occulta, atq; in iudicio probari non potest? Quoad 1. resp. Angel. cit. Sanch. saltem eo casu non esse lachale sine iudicis autoritate sponsalia dissoluere. Addit Henrig. nullum fore peccatum, modò causa occulta certa sit. Ratio; omni humanæ promissioni acceptatae generale est, rebus notabiliter mutatis, promissorē non obligari ad promissum seruandū. Quoad 2. resp. Palud. quem etiam sequitur Sanch. eo casu licet posse, absq; iudicis autoritate, sponsalia dissolui. Ratio: tali eventu iudex negaret facultatē sponsalia dissoluendi, propter probationis defectū: cum tamen ex alia parte non deberet innocens suo iure priuari: ergo licet poterit eo casu ius suū aliā viā recuperare, modò inde scandalū non oriatur: sicut

nouum Ecclesiaz iudicium necessarium, ut suum effectum statim operentur. Ita Scholastici cum Magist. in 4. dist. 27. Canonista in cap. de illis I. de despōsat. impub. & Summista verb. sponsalia, vñanimi consensu docent. Sola diffic. An extra hos casus in iure expressos, semper necessaria sit iudicis authoritas. Prima sent. affirmat: Suppl. Gabr. in 4. dist. 27. quest. 2. ar. 3. dub. 3. citans Hoftien. Fundam. idem iudicium requiritur, ut supra, ad dissoluenda sponsalia, ac ad diuortium inter coniuges faciendum: at ad diuortium semper necessarium est iudicium Ecclesiaz, cap. porrò, de diuort. & can. seculares 33. qu. 2. ergo & ad sponsalia dissoluenda. Confir. cap. de illis I. de despōsat. impub. qui impuber sponsalia contraxit, si postea pubes factus reclamet, est iudicium Ecclesiaz ab altero separandus: cum tamen lege Eccles. cautum sit, eos, qui in impubertate sponsalia contraxerunt, si puberes facti reclamet, sponsalia statim dissolui. Et cap. duo pueri, eod. sit. penitentia iniungitur cuidam, quod iudicium Ecclesiaz non requisito, sponsam dimisit. In quem locum Glossa fine: Nota, inquit, quod sine iudicio Ecclesia nullus debet dimittere uxorem suam, quantumcunque impedimentum sit notum.

Secunda posterior negat, iudicium Ecclesiaz semper requiri, sed solum quando sponsalia fuerunt publicè contracta, & causa ea dissoluendi non est certa ac notoria: Richard. in 4. dist. 27. ar. 3. 9. 4. Palud. qu. 1. ar. 3. fine, Angel. verb. sponsalia nu. 42. Sylvest. qu. 11. Navar. in sum. c. 22. n. 28. Henrig. lib. 11. de matr. cap. 14. nu. 1. Lud. Lopez 2. par. instr. consig. cap. 39. fine, Valen. 10. 4. disp. 10. qu. 2. pun. 5. §. Notand. Sanch. disp. 69. Hurt. disp. 2. de matr. diffio. 18. Prior pars constat: nam de occultis non iudicat Ecclesia: igitur quando sponsalia fuerunt clandestinè contracta, non indigent iudicio Ecclesiaz, sed poterunt autoritate contrahentiū dissolui, modò certū sit de sufficientia causæ. Quod si dubium sit, an causa sit sufficiens ad sponsalia dissoluenda, poterunt sponsi doctos consulere, & iuxta eorum consilium se dirigere. 2. Pars prob. quod causa est certa & notoria, nullū est necessarium Ecclesia iudicium: nam etenim hoc necessarium est, quatenus aut causa certa non est, aut partes inter se non conueniunt. Quia cum haec sit quædam humana conuentio sub tacita conditione partiū inita, ut possit certis ex causis dissolui, eo ipso quod causæ sunt certæ, poterit nullius autoritate requisitæ, sola partiū voluntate dissolui. Confir. ut suprà, Ecclesia permittit, sponsalia dissolui solo partiū consensu, ex c. 2. de spons. ergo non semper ad eorum dissolutionē suam autoritatē interponit, etiā ea fuerint publicè contracta, ut ex eod. cit. cap.

Sed quid, quando sponsalia sunt publica, causa verò occulta, atq; in iudicio probari non potest? Quoad 1. resp. Angel. cit. Sanch. saltem eo casu non esse lachale sine iudicis autoritate sponsalia dissoluere. Addit Henrig. nullum fore peccatum, modò causa occulta certa sit. Ratio; omni humanæ promissioni acceptatae generale est, rebus notabiliter mutatis, promissorē non obligari ad promissum seruandū. Quoad 2. resp. Palud. quem etiam sequitur Sanch. eo casu licet posse, absq; iudicis autoritate, sponsalia dissolui. Ratio: tali eventu iudex negaret facultatē sponsalia dissoluendi, propter probationis defectū: cum tamen ex alia parte non deberet innocens suo iure priuari: ergo licet poterit eo casu ius suū aliā viā recuperare, modò inde scandalū non oriatur: sicut

quando quis re sibi suffurata nequit viâ iuridicâ obtinere, aliâ viâ poterit illam sibi recuperare. Solùm igitur sponsus, aut spôsa mortaliter peccat, quando in casu dubio, sine iudicis autoritate, sponsalia dissoluit. Quod non solùm verum censeo de dubio proprie dicto, sed etiam probabili: nam, ut *suprà*, sola probabilitas, vbi agitur de præiudicio tertij, non sufficit, nisi coniuncta sit cum morali certitudine. Nam quando probabilitas stat aquæ pro utroque neutra pars in præiudicium alterius potest propriâ autoritate rem definire, usurpando sibi officium iudicis in re, in qua ipse est pars. Hoc autem intellige, renuente parte adiectâ: nam si hæc consentiat, ut alter sine brevitu iudicario rem definiat, tunc poterit sine iudicis autoritate: nam perinde est ac si ex mutuo consensu sponsalia dissoluerent. Teneretur tamen eo casu spôsus, qui à sponsa constitutus est causæ arbiter, si sibi nō fidat litem, secundum exigentiam cause dirimere, consulere viros prudentes. Quæres: an lite hoc pacto decisâ, adhuc sponsa ius habeat ad Iudicem appellandi? Resp. hoc pêdere ex illa quæst. An partes teneantur stare sententia arbitri, à qua appellare non possint: de qua in materia de arbitris. Certum est appellari posse, si litis deciso manifestam continet iniustitiam.

91. *Alia questio* Quid si causa sponsalia dissoluendi, sit crimen occultum infamatorium, & pars rea nolit priuatis monitionibus acquiescere. An possit pars innocens huiusmodi crimen in publicu iudicium deferre adiū suum tuendum? Resp. cum *Sanch. disp. 70. Con. disp. 23. dub. 11. fine, Rebell. de sponsal. fine concl. 2. affirmatiu*s: teneri tamen prius, iuxta præscriptu Christi de fraterna correctione, tentare media, quæ partē ream possunt absq; eius infamia, ad sponsalia dissoluenda inducere. Tum quia licitum est, occultu impedim. ad Ordines, vel matrem, manifestare, quando aliter latenti malo occurri nequit: tum quia, ut docet *Sotus l. 5. de iust. q. 7. a. 3.* licitum est litiganti, occulta testium crimina coram iudice propalare, quando ea necessaria sunt, ad propriæ causæ defensionem, nisi longè notabiliter maius foret damnum, quod ex occulti criminis manifestatione patetur testis, quam bonum, quod inde litigans consequeretur: nam tunc contra charitatem deliqueretur, quæ dicit, posthabendu esse exiguum bonum propriu ingenti proximi damno. Quia vero non est censendu parui momenti damnum, quod sponsus passurus esset, si cum ea contraheret quâ propter deprehensum occultu crimen, nō posset sincero ac maritali affectu diligere: quod perpetuum causaret discordiaru seminariu, licitum est, quodcunq; sponsi, aut sponsæ crimen manifestare, si tentatis omnibus medijs, aliud non superesset. Addo tamen, non sufficere solam suspicionem, aut leuem coniectionem de occulto crimine, vt liceat illud ad sui defensionem in publico iudicio propalare: sed requiri certam notitiâ. Quia sicut nō licet, falsa crimina imponere, ita nec dubia ad se defendendu: iniquum quippe est, velle suu bonu tueri cum notabili detrimento famæ alterius, propter falsam aut dubiam suspicionem criminis alterius.

Ad 1. prime *sensio*nem, Ad 1. resp. prob. quæ sufficit ad diuortiu faciendum, sufficere ad sponsalia dissoluenda, nō contraria, propter plura incômoda, quæ ex diuortio sequuntur. 2. In ciratis locis, supponitur causa diuortij non esse ita certa & notoria, vt nulla queat tergiuersatione celari, quo tantum casu

dixi, posse innocentem propriâ authoritate ab adultero diuertere. 3. Dico, etiâ quando causa est certa & notoria, in iure mentionem fieri iudicij Ecclesiæ, nō ut necessariò requisiti, sed ad melius esse: sic explicanda est cit. *Glossa*, & ambo citata cap. de illis, & duo pueri.

92. 2. Qualis probatio requiratur in publico iudicio? *Dubius. 2.* Certum 1. non sufficere quamcumque priuatam, etiâ per evidentiâ delicti notitiam, quæ nō possit in publico iudicio plenam probationem facere. Quia vel qui litem dirimit, est iudex inferior, & hic potestatem non habet in legibus dispensandi, quæ iubet lites ex allegatis & probatis esse dirimendas. Vel est supremus; & licet hic in quibusdâ casibus possit ex priuata scientia lité inter partes dirimere, in criminalibus tamè, vbi agitur de condemnando reo propter delictu, quod nec ita publicu est, vt nullâ possit tergiuersatione celari, nec rebellionis periculum urget, nisi statim puniatur, nō potest, vt cù probabiliter sent. docet *Less. l. 2. de iure c. 27. dub. 11. eò quod non censetur iudicariâ potestatem à Rep. acceptisse, nisi prout more gentiū receptum est, in publico iudicio per allegata & probata subditoru controuerfias definire. Est. n. naturale, posse reū, quamdiu eius delictu nō est legitimè probatum, ad sui defensione adhibere omnia ea media, quæ iute sunt sibi permitta. Poterit tamen ex hac priuata scientia iudex moueri ad delictu diligenter inquirendum, vt illud per publicos testes, aliasq; legitimas probationes in publico iudicio constet. 2. Non sufficit semiplena probatio ad reum de delicto condemnandu, sed requiri plenam, quæ reū de commissio delicto conuincit: semiplena. n. est, quæ reū de commissio delicto nō conuincit, sed præbet iudici facultatē delictu vltérius examinandi per vltiores probationes, quæ possunt reū in publico iudicio conuincere. Ceterum nō eadem in omnib. causis plena probatio requiritur: maior requiritur in causis criminalibus, in quibus debet esse meridianâ luce clarius, iuxta legem finali c. de probat. Sciant cuncti accusatores, eam se rem deferre debere in publicam notiionem, que munita sit idoneis testibus, vel instruâ apertissimis documentis, vel iudiciis ad probationem indubitatibus, & luce clarioribus expedita: Minor in causis ciuilibus; minorq; de peccato vitando, quam de delicto probando: desumitur probatio, ex confessione partiū, ex depositione testiū, ex communâ fama, ex authenticâ scripto. *Ex quadruplici sede desumuntur**

Dico 1. causa dissolutionis sponsalium plenè probatur, vel ex confessione vtriusq; sponsi, vel faltem illius, qui sponsalia cupit adimplerti, non eius, qui ea renuit. Primum ostendi, sc. posse sponsos seipso à sponsalibus etiam iuratis absoluere: sed quando vterq; causam dissolutionis fatetur, mutuo se à sponsalibus absoluunt: igitur talis confessio erit sufficiens ac plena probatio in externo iudicio. Quia iudex in hac causa solum iudicium ferre debet, an per dissolutionem sponsalium fiat iniuria parti: at omnis iniuria cessat, vtrq; sponsi impedimentu fatente. Secundum prob. quando impedimentu fatetur, qui sponsalia cupit, propriâ confessione ostendit, se sufficiat habere causâ, ob quâ alter iuste possit à sponsalib. resilire: ergo iuste causa adiudicabitur impedimentu opponenti, dum illud pars rea fatetur. Similis casus deciditur ab Urbano III. cap. *Attestationes, de despons. impub.* vbi quidam iuuenis nondum habens annum 12. in vxore duixerat mulierem, quam corrumpere conatus est,

con-

confessione tamen mulieris, non corruptit: quo-
cūm postea coram iudice conceaderet, iure
nem sibi in matrimonium deberi i altero negaret se:
maritalem consensum dedit, & decisum fuit à
Pontifice, utrumque absoluendum esse, & ad
alia vora migrandum. Nam hęc iugenis matri-
monium contraxerit, nondum legitimam ha-
bēns etatē, si tamen probatum fuisset, per co-
pulam mulierē corruptissime, rale matrimonium
adjudicatum fuisset legitimum, quia contractum
fuisset, malitia legitimam etatē supplevit:
verum quia mulier ipsa fassa est, se corruptam
non fuisset, iudicatum fuit invalidum. Tertium
pater: nam cūm ex una parte dico recuset spon-
salia, ex alia pro se testimonium ferat in praedi-
cione alterius, illi nōt creditur, ut in propria
causa suspecto: iuxta illud cap. 3. q. 2. enī, contra se
quisque testari potest, sicut testatur ille qui spon-
salia cupiens impedimentum contra se faceret,
pro se vero minime, ut testatur hic. Merito rigi-
tur ipsius testimoniorum non admittitur, nisi
altero consentiente, quia ruit uterque ad spon-
salia dissolenda concurreret. Condiciones ad
testes requisitas his duobus verisculis comprehendit. *Glossa in cap. 2. de testib. Conditiones*, sexus,
etas, discretio, fama: Et fortuna, fides in testibus
ista requiri. Ratione conditionis, in neutro iure
admittuntur servi, cap. *Tonus de testib. signif.*
& l. *Quod attinet, de regulariis* 33. & l. *Quoniam li-
beri, c. de testib. & alibi: nam sapere seruam, ut inquit*
Isidor. in cit. cap. Mores dominantis testimonium
supprimere veritatis: licet arte naturali seculi non
prohibeantur testimonium in publico iudicio
deponere, ut cit. l. Quod attinet, notarii quia quod
ad naturale attinet, omnes homines aequales sunt. An
*admitteretur testimonium religiosi absque licen-
tia sui superioris Negant aliqui: Affirmant aliij,*
*eo quod id nullibi prohibitum sit: quod proba-
bilis est. Ansic eius testimonium invalidum con-
tra superioris prohibitionem darum: consulē*
*Sylvest. verb. Testis, qu. 1. dito 1. & alios. Nec ad-
mittuntur ascendentēs, descendētes, & colla-
terales, l. Testis idoneus suff. de testib. vbi nec pater*
filio, nec filius patri idoneus testis dicitur: nec
domestici & publicani, can. testes, & fratribus 4.
q. 3. & cap. in liter. de testib. & l. Legē Iulia suff. de
testib. cauctur, ne testimonium litis dicat aduersus
sacerum, generum, vitricum, priuignum, sobrinum,
sobrinam, eosve, qui propiore gradu sunt. Item
*nec Patroni & Patronae aduersus libertos: neque li-
berti aduersus Patronos.*

Ratione sexus, iure Canonico in criminali-
bus non admittitur mulier, can. *Mutierem* 33.
qu. 3. iunctā *Glossā*, excipe crimen *Iæla Mai-
statis, heresim, & simoniam, cap. Tanta, de si-
monia, vbi dicitur, Tanta esse labes bñus crimi-
nis, quod etiam servi aduersus dominos, & quilibet
criminosi admittuntur ad accusationem. Admitte-
tur autem foemina testimonium utroque iure
in ciuilibus: in quo sensu intelligitur can. Ex eo
33. quast. 3. vbi dicitur, mulier non condemnata
in iudicio testimonium dicendi ius habere,
ut ibi *Glossa* verb. *testimonium*, iure autem ciuilis
etiam in criminalibus, praterquam in ultimis
voluntatibus foemina testimonium admittitur,
l. *Quo testamento* g. mulier, ff. *de testamentis & in-
stitutionibus* g. *Testes autem*. An vero testari pos-
sit hermaphroditus? Respondet Paulus *Iuti-
consultis* l. *Repetandarum*, ff. *de testibus*, eius te-
stimonium admitti posse iuxta sexus incalces-
tis seu preualentis qualitatem: unde preualente*

sexu foemino, iuxta Canones non admittitur ad
causas criminales: secus sexu virili preualentis.

Ratione etatis, iure Canonico vir in ciuil-
ibus non admittitur ante pubertatem can. 3. 4.
quast. 3. *Ad testemorum*, inquit, *infra annos 14.*
etatis sua non admittatur, nec in criminalibus an-
te annum viginti, l. In testimonium ff. de testibus.
Poterit tamen, ut *Sylvest.* cit. dito 3. pubes te-
stificari de visis in pubertate, si tunc doli capax
erat. Ratione discretionis, non admittitur fiz-
iosus, mutus, surdus, mente captus. *Testes*:
inst. *de Testamentis*. Limitat *Sylvest.* nisi ha-
beat lucida intelligentia.

Ratione famae, a testando repelluntur infam-
es, periuersi excommunicati, eiusdem crimi-
nis participes, in publico iudicio de adulterio
damnati, famosi libelli auctores, histrio, ex-
l. *Si libel capite accusationibꝫ* quast. 1. can. 1. &
cap. *Venienti* l. & cap. *personas, de testibus*, adi-
que turibus bñatis. *Dicitur autem Lessius ex Gome-
zio lib. 2. de iure cap. 30. dicit. 3. nu. 39. admitti ad*
testandum contra socium criminis in heresi,
*crimine lèse Maiestatis, falsa moneta, sortile-
gio, sodomitā, furto, furioso, & in delictis, qua-
nequeunt sibi socio conniveti.*

Ratione fortunae, a testando repelluntur per-
soae vilis & inopes, nisi hoc honestatē. in testi-
bus & seq. ff. *de testibus*, in quibus decernitur, in
testibus diligenter attendendam esse sedet & di-
gnitatem, motum gravitatem, conditionem in-
culpabilitatis & honestatis. Vnde nec et testi ad-
dictrirantius pro amico, vel inimicus concre-
inimicum. *Ciceronem* notat *Iul. Cœsari lib. 3. pra-
etice criminalis* quast. 24. 3. *Item infamis, in sub-
sidium, quando aliter veritas haberi non potest;*
in testem etiam admitti posse etiam infames;
idemque audiendum esto de alia: Quod multo
antea notauit Medestinus Juris consultas, l. 7. ff.
de testibus. Scruti responsa non credendum est, cum
*alia probatio ad evidētiā veritatem non est: ro-
ximē vero, ut recordat *Leffius* cit. nn. 44. quando de-
lictum commissionem est in loco, ubi idonei testes
haberi non possunt. His de testibus prælibatis:*

Dico 2. *Vnus testis sufficit ad dissoluende*
sponsalia, si agatur de impedimento matrimonii
dirimente: quoad reliqua vero impedimenta
duo minimum requiruntur. Assertio communis
est inter Doctores; & constat ex cap. Super zo 2.
de testib. & attestat. vbi Alexander III. definir,
si matrimonium inter sponsos firmatum non fir-
sufficere alterius sponsi matris testimonium, im-
pedimentum consanguinitatis assertari: si ve-
ro firmatum est, non debere sine plurimum iuta-
mento dissolui: & cap. Præterea 2. de sponsalib.
nisi iuramentum interuenisset: quia tunc, inquit
Glossa, propter dictum unius matrimonium non
impeditur. Ratio: in i. casu agitur de peccato vi-
taudo, quod committeretur, celebrando maritum.
cum impedimento dirimente: ad peccatum au-
tem vitandum, sufficit testimonium unius. In
2. vero agitur de præiudicio testi, ad quod unius
testimonium non sufficit, cap. Venient de testib.
nec unius, inquit, testimonium ad condemnationem
sufficiat alicuius, & cap. Cum à nobis, Innoc.
III. districtus inhibet, ne unius iudicis quan-
tacunque autoritatis verbo credatur: & cap.
Licit ex quadam eod. tit. & alibi frequenter. Que
veritas constat tum iure diuino Deuter. 19. Npni
stat testis unus contra aliquem, quidquid illud
peccati & facinoris fuerit: March. 19. in ore duorum
vel triū testium stat omne verbū: tum iure naturali;
cum

97.
Duo hic no-
tanda.

cum facile possit unus corrupti, quo corrupto, non superest amplius indagandæ veritati locus. Quam veritatem adeò certam censet Iul. Clarus 9.2. practice criminis, ut neque si unicus testis sit de visu, faciat plus quam semiplenam probationem ad torturam sufficientem. Nota. 1. ad matrem impediendum admitti testimonium matris tam tamen ex regulis assignatur; testimonium parentum, consanguinorum, & domesticorum a publico iudicio non admittuntur; s. q. 6. can. 1. Consanguinei extranorum, nullus accedit; vel consanguinitatem Synodo compuerit; sed propinquus ad quorundam notitiam pertinet, id est pater, mater, frater, soror, parentes, annunculus, amici, amantes, & socii procreatio: quia his magis, quia non sociis, perspecta est lineæ consanguinitatis de affinitate: 2. huiusmodi testem requiriatur ex comatuni sent. Sanch. vir. disp. n. 10. etiam semper in publicis iudicij, praesertim matrem iura testimonium requiriunt sub iuramento. Vnde Clemens 1. 8. 1. et al. 1. 2. ut de probatio. ut secundum supponit: Legitimas probationes accipi solent cum iuramento. Addo tandem, nisi persona sit causa anihabitus acutus etiam sine iuramento, fides adhibenda sit. hoc.

98.
Vi unius te-
stis sit plura
requiruntur.

Alias etiam condicione requiriunt D.D. vi. viii. testis: iurato, plenaria faciat in publico iudicio ad matrem: impediendum, probationem, id est ad testimoniū dandum scilicet non ingessetur; nam hoc ipso habetur suspicere. Non est autem necesse, ut testimonium deponas ab ipso iudice citatus, sed sufficiat, si à parte produceant iudicatoletus. 2. ut deponas, & non rancordi denegierit: esto nolite impediendum publice testari cum omni omnibus publicatione. c. Presbiter. 2. de sponsal. vbi. Alex. 1. 1. mandat, impediti matrem. Vno tantum sufficiente inter contractos propinquos, & non audente illa publicari, obtemperum & potentiam multe- ris. 3. addic. Cyprian. disp. 23. dub. 1. n. 79: non sufficere testem de auditu, quia nihil non potest iuratus asserere; subesse impedita, sed solum se illud aude- wisse. At hoc videtur contra decisionem Ianocem. Ill. 1. dicit, est quadam de testib. vbi statuit, duo testes: iurato de auditu sufficiente ad matrem: contra- dictum dissoluendum: ex quo infertur, vnam iuratum, qui à persona fide digna impedimentum audiuit, ad matrem. impediendum sufficere. ita. Sanch. cum Guttier. disp. 71. n. 11. Vt cum neq; haec sent. placet: nam si, ipso Sanch. faciente, exquiritur testis sub iuramento impeditum, assertens, cum hic non possit sub iuramento impedimentum assertere, sed solidum illud audiuisse, non erit sufficiens ad impediendum, matrem. Dico: ut testis de auditu ad impediendum matrem, sufficiat, requiri, ut impeditum quod ipse sub iuramento deponit, sub iuramento etiam à per- sona assertum acceptet: quia tunc æquivalenter in iudicium profert ipsam personam, quæ sub iuramento id testata est. Vni testi iurato æquivaleret publica fama: c. Super eo. de consangu. vbi. Urbanus 1. 1. mandat, sponsalia dissoluunt, ob superuenientis affinitatis impedi. solam famam illud attestante. Aliqui putant, etiam iuramento sufficere. At verius oppositumnam, ut recte Sanch. disp. 71. n. finali, fa-

ma minùs probat, quærum rumor, quia fama est totius, aut maioris vicinie acclamatio, rumor aliqui- tamen partis: sed fama non probat plusquam vobis testis iuratus: ergo rumor minùs.

Ag. vñus testis iuratus ad impediendum matrem sufficiat, quando spousalia sunt iurata. Negat glossa:

scilicet a super eo, de consangu. verb. Fama: & glossa in c. Presbiter. 2. de sponsal. verb. Nisi. Palud. in q. deft.

2. 1. 1. 1. 3. casu 9. & nō nulli juris casu, interpretes apud Sanch. dispat. n. 8. Sed oppositum vetius docet ibid. Sanch. ex vñ. c. super eo de consangu. vbi ob

superuenientem, affinitatem solvantur spousali à fi-

de sibi data, solam famam attestante impeditat fama,

ut supra, æquivaleret testi iurato. Quid autem in est.

et sic intelligatur sub iuramento data, prob. cum

quis id postulat, glossa verb. Fide: tunc, quia semper

iura, ut supra, supponunt sponsalitiam fidem sub

iuramento exhiberi. Neque contra hanc decisionem

facit a presbiter. 2. de sponsal. vbi à Possibile man-

dare ad dissoluenda esse spousalia, præter vñ re-

stem opponenter impeditum. nisi instrumentum in-

terplexa sit: quia testis, qui ibi assignatur, non erat

integratus, et quod non deponebat proprio nomine

publicatio. Vnde sequitur: sponsalibus iuratis dis-

solutis, nullam esse iuramento relaxationem pe-

tendat: quia in omni promissione, etiam iurata

in est racia condicione, si res notabiliter non muta-

etur. Quid autem duos testes requirantur, & suffi-

ciant ad spousalia dissoluenda, propter etiama im-

pedimenta, prob. L 1. ff. de testib. Vbi numerus testium

non adiicitur, etiam duo sufficiunt. Quod etiam con-

firmat glossa in l. Inter omnes, c. Familia Hercifun-

da, verb. vel in dij. ab omnibus recepta, teste Iul.

Clas. cit. Prob. ex iure can. si duo testes de auditu

sufficiunt ad contrarium matrem dissoluendum, vt

c. licet, ex quadam de testib. à fortiori sufficient ad

spousalia dissoluenda. id confirmat lex à Deo per

Moyse data, Deute. 19. 6. eadem erit ratio, si cum

vno teste iurato concurrat fama, quæ æquivaleret

vni testi iurato.

An qui occutus impeditum nouit, sufficiens ad spousalia dissoluenda, teneatur illud manifestare, let hoc dif-

erit cum periculo vite aut famæ disp. 1. 2. sect. 12. putari.

dub. 7. cum communis sent. negantem partem docui,

eo quod nemo tenetur, cum graui periculo pro-

prio, priuato bono alterius prospicere. Nec re-

fert, quod ex impedimento non manifestato mul-

ta sequantur incommoda, præsertim si sit matri.

dirimens: nam ea sequuntur ex negatione mani-

festationis: ad quæ neque ex iustitia, neq; ex cha-

ritate teneat, quippe quæ cum graui damno pro-

prio non obligat: proinde nequeunt ea mihi mo-

raliter imputari. A fortiori nec teneat cum eo pe-

riculo manifestare impedimentum, solum impedi-

ens matri. Imò nec regulariter, etiam sine meo

periculo, nisi iuridice interrogatus; cum nimis o-

diosum sit, talia reuelare: & nullum matri. præiu-

dicium sit. Si tamen probabiliter putem, ex huius-

modi impedimento occasionem sumpturum spô-

sum male tractandi sponsam, vel alia incommo-

da secura, ex charitate teneat illa manifestare,

modò ex eo nullum incurram periculum:

Testi iurato
æquivaleret
fama.

F I N I S.

A P P R O B A T I O.

Ego infra scriptus ratus habeo approbationes à me datas in singulos tomos cursus Theologici R. P. FRAN. AMICI, ac permitto ipsas recudi quasi hodie datas, scilicet 25. Mar. 1647 Duaci. Franciscus Sylvius S. Th. D. & eiusdem Professor Regius ac Ordin.

INDEX

OMNIVM QVÆ IN HOC IX. TOMO CONTINENTVR.

Prior numerus disputationem, posterior vel qui solus est eiusdem disp. prius citatæ numeros, in quos vnaquæque disputatio à principio, ad finemvsque partita est, designat.

A.

- A**ctus quando non valeat ut agitur, valeat modo, quo valere potuit: 5. 24. coniugalis includit duo. 26.2
Adoptio quid: 19. 2. duplex 3. discrimen triplex ab arrogatione. 4
Adulterio coniux amittit omne ius quod in coniugem innocentem habet 15. 33. statim 32. 78. accidente notitia ut conditione 81. ut adulterium impedimentum criminis inducat requirit tria 20. 12. debet esse consummatum 22. non concubitus Sodomi. 23. adulterium committit, que incerta de morte primi coniugis ad nuptias 2. transiit 22. 18. adulteris pena imposito 28. 2. an publicum adulterium esse debeat 28. 24. eis consentiat vir. 30.9
Affinitas quid: 17. 1. revocat fugientem consanguin. 4. regula pro affinitate 6. quoad lineam rectam nullo gradu irritum matrim. iure naturae 14. nec quoad transuersam 25. an affinitas ab infidelib. contrabatur 31. unde oritur. 36. & d. 23. n. 30
gnatio spiritualis non habet fundam. naturale. d. 1. n. 44. & 17. 53. & 8. 2.
Androgynus seu hermaphroditus an possit contrahere matrim. 24. 6. 9. an sit sacri Ordinis capax. 73
Attentionis virtualis an sufficiat in sacram. in parocho, testib. 7. 100

B.

- Baptismo infidelium matrim. non fit sacramentum. 2. 28
Baptismi & matrim. in materia & formâ comparatio 3.
15. in intentione 5. 17. si infidelis baptizet an cognitionem spiritualis acquirat? 17. 53. an qui in necessitate? 18. 20. susceptores baptismi procuratores plures eligi possunt 18. 36. eorum designatio 40. ratius 44. consensus mandantis duplex 53. baptizans proprium filium ex necessitate non priuatur iure petendi debitum. 71
Benedictio protoplastorum fuit ad fecunditatem d. 2. n.
13. Isaac benedictio an error? 14. 17
Benedictio sponsorum non est forma sacramenti 2. 41. & 7. 13. non licet solennis tempore interdicti 10. 7. licet excommunicato minore excommun. 10. 14
Bigamia contrahetur duplice matrimonio consummato vel ab ipso viro, vel ab uxore d. 1. n. 12. etiam infideles ligat. 17. 51

C.

- Cardinalium munia tria 32. 37. pugnant cum sponsalib. ibid.
Castitatis votum simplex dirimit sponsalia 32. 39. non matr. ut impotentia ad generationem 4. 98. & 24. 10. sed impedit 11. 30. & seqq. eius communitatio spes & bona penes publicum bonum 35. solenne relig. dirimit matrim. inter Eccles. derivato ex Divino: 1. 2. per votum castitatis coniux non renuntiat iuri cohabitandi, sed potendi debitum 15. 32. de coniuge vero castitatis irretito 27. 1. & seqq.
Catechismus quid impedimenti: 11. 1. & seqq. sublatum per Triden. 15
Causa, modus, conditio, demonstratio matrim. differunt 5. 1. causas matrim. quis cognoscit? 7. 89. Quid si causam committere directionis, & conscientia alicuius 11. Causa debet directe tolli, ut effectus tollantur indirecte. 25. 39.
Charitatis preceptum est, proprium lucrum perdere, ne aliis graue damnum patiatur 32. 49. ubi non est culpa, De Matrimonio, Tom. IX.

- nec est fidei violatio 59. ut infamia esse potest. ibi. Quod tibi non vis, alteris ne feceris, celando defectus. 83
Clandestinum matrim. quoad effectum incurriendi penas 7. 5. non invalidum ante Triden. 10. eis contra ius natura 12. decretum Triden. ubi obligat? 17. eis expresso an animo clandestinè contrahendi migret 127. an usum habeat sponsalium. 29. 53
Coactionis ac fictionis in matrim. consensu discrimen 4. 62
Coactus consensus quid? 6. 1. oritur ex metu mali 6. 2. iniuria irritat matrim. non defectus libertatis 6. 11. nec metus iustè incusus 22. sed lajio cuiuscunque virtutis 24. non leuis metus 29. cogendus per iudicem ad matrim. quid à sponsalib. resilit. 30. 10. non sunt cogendi ubi ob notabilem persona defactum est periculum adulteris 52. 63.
Cognitio spiritualis quid? 18. 1. non consurgit ex natura-
liure 2. fundatur in duob. Sacramentis tantum 3. in
virtute spirituali 11. seu charactere 12. contrahitur à man-
dante, non à procuratore 30. Ratio 38. bifariam potest
contrahi. 58
Cognitio legalis quid? 19. 1. ex adoptione orum dicit 4.
triplex 8. comparatio cognitionis spiritualis & carna-
lis. 25. 49
Conditiones duas ad validitatem matrim. requirit Tri-
den. plures ut liceat. 7. 13
Conditiones impossibilis, turpes, habentur pro non adie-
cis 4. 12. & 5. 11. &c. varia earum diuisio. 5. 8
Conditionis negatiæ tantum opposita fini matrim. hoc non
destruit. 4. 96
Quando conditionis praesentis subsistit, consensus sub ea
præstitus est validus, nec suspendit consensum. 10. 3
Conditionum vis ac natura 5. 1. quis sub conditione consen-
tit non habet animam ut consensus maneat suspensus
usque ad notitiam conditionis posita, sed usque ad rea-
lē existē. 5. 15. Conditionis de futuro dispar ratio 5.
7. ratio 45. Aliquando expressa nocet, qua tacitè inest
9. quanam irritet matrim. 11. Dupliciter potest adver-
sari substantia matrim. 13. & tripliciter apponi 18. & a
purificata, non est opus novo consensu 39. nisi quia opus
est ad matrim. praesentiâ parochi. 48
In conditionibus primum locum habet voluntas 14. 2. con-
ditio cum principali obiecto intendi potest 24. 28. & exi-
giā à superiori dupliciter. 25. 93
Confessionis sacra notitia an uti quis possit? 7. 116. 132.
an explicanda sponsi circumstantia in fornicatione. 30. 6
Coniugale vinculum insolubile etiam inter infideles d. 1.
n. 18. diuinâ lege preceptum 21. Indissolubilitas aliqua
est matrimonij etiam ut in officium natura instituit. 29
Non omnimoda 34. aliquando validè & licetè dissolvi
potest 46. nec ante copulam solo consigum consensu po-
test 50. Nec ullo impedimento superueniente ipsi ma-
trim. 17. 50
Coniux baptismo renatus an teneatur coniugi uxori 2. 26
quomodo matrim. eius fiat sacram. 33. unde oritur in-
dissolubilitas? 24. 6. 2. manet post dinorium. 28. 49
Vinculum coniugale potest à Deo effici & suppleri 4. 18.
quisbus casib. dissolvi possit 8. 1. in favorem religionis 15.
26. quid sit? 21. non potest claudicare 22. 22. coniugi
licet continentiam vovere 27. 9. manifestandi defectus
ante contractum matrim. quomodo. 32. 84
Consanguinitas quid? 16. 1. quid linea gradus? 4.
Consensus, Coniugum.
Debitus & virtualis sufficit quando non requiritur ad va-
lidan-

INDEX

<i>dam operationem, sed ad impedire dampno alteris in invisa.</i>	<i>ad consensu purificantur.</i>	39
<i>Consensus coniugum requiriatur ut matrim. fiat sacram. non ut sit symbolum expressionum coniunctionis Christi cum Ecclesiâ.</i>	<i>Cur?</i>	43
<i>Consensus coniugum murinus procuratoris verbis expressus est forma matrim.</i>	<i>Omnis consensus gravissimuria extortus ex dispositione iuris est irricus vel irritandus 6.13. metus adimit à contractu idoneam materiam, sine quâ onerosus contractus non subsistit.</i>	31
<i>Solo contrahentium consensu perficitur matrim.</i>	<i>Contractus prior nullus non renalescit iurando se validè contracturum.</i>	6.52
<i>Hunc requiri certum fidei dogma.</i>	<i>Validus est contractus in quo Verbum substantiale ex communiorre omissum est &c. 7.75. in quo materia & forma est simul moraliter.</i>	13.1
<i>Non parentum.</i>	<i>Impeditum. ex quo contractus inutilitas nascitur, si pendet ex sola principi voluntate. &c.</i>	11.21
<i>Sine consensu coniugum nulla potestate validum est nisi diuina.</i>	<i>Qualitas persona quandonam dat causam contractui.</i>	
<i>Fictus consensus non sufficit ad matrim.</i>	<i>Contractus legem accipiunt ex conventione contrahentium.</i>	
<i>Nec si seria verba accedant.</i>	<i>14. 23.</i>	
<i>Consensus est anima contractus.</i>	<i>Quando vitium ignoratum non reddit rem venditam notabiliter inutili ad finem, non irritat contractum.</i>	
<i>at alij titulisti è contrahentem obligare possunt 30. ut ex damno 38. Pars decepta habet ius perendi verum consensum.</i>	<i>Contractus cuius leges iniustitia violentur in materia de quâ contrahitur, est inutilis.</i>	24.34
<i>Consensus eius, qui scilicet consensit, non sufficit solus ad validatem matrim. 4.51. &c. 32.76. consensus in copulam qualis requiritur.</i>	<i>Iuramentum eos tantum contractus confirmat, quicquam in foro externo irriti sunt.</i>	29.20
<i>Nequit esse sufficiens consensus in matrim. ubi est certa scientia iuris annullantis.</i>	<i>In contractib. iura attendunt, ne detur locus fraudib. & ut videntur scandala.</i>	29.76
<i>Consensus est determinatus reipsa, ex conditionis existentia non sit nota.</i>	<i>Contractus inter Deum & hominem disparatio.</i>	77
<i>Est validus si conditio turpis non impedit consensum in substantialia matrim.</i>	<i>Regula ad coniunctandam voluntatem contrahentium.</i>	
<i>Cur conditio de præterito aut futuro non suspendit consensum.</i>	<i>32.58.</i>	
<i>Consensus absolutus effen. requisitus ad sacram. 5.58. in consensu timoris libertas est sufficiens ad matrim. si desit iniuria.</i>	Contractus matrim:	
<i>Qui leui metu in matrim. consentit, minus malum preminimo eligit.</i>	<i>Contractus rescissio pendet quandoq; etiam à publicâ voluntate principiis, non à solo consensu privato. d. 1. n.66.</i>	
<i>Sine principiis consensu nulla consuetudo forentur effectum</i>	<i>Matrim. ut ciuilis contractus, subiectus est iustis legibus principiis.</i>	
<i>9.26.</i>	<i>Nec naturalem ciuilemque obligationem ei abstulit Christus quando in sacram. cœxit.</i>	2.17
<i>Consensus in materiam incapacem tripliciter.</i>	<i>Matrimonium clandestinum nec est validum in ratione contractus.</i>	23
<i>Consensus in personam ab alio determinandam quomodo valeat?</i>	<i>Contractus nouus iniri nequit ubi deest noua materia, ut in matrim. infidelium 30. Ratio contractus duplex in matrim. 34. Contractum matrim. naturali ac ciuilis iure validum Christus cœxit in Sacrament. gratia collatum.</i>	3.10
<i>Qualitas persone quondonam dat causam contractui.</i>	<i>Duplex materia in contractib. 3.15. præcisa ratio contractus.</i>	3.21. & seqq.
<i>Consensus tacitus & implicitus sufficit ad sponsalia 29.15 parentum non requiritur.</i>	<i>An fictus consensus cum verbis seris ad contractum sufficiat?</i>	4.26
<i>Reciprocus consensus quomodo explicatur.</i>	<i>Ex irreparabili damno coniux deceptus fictio consensu ius habet petendi verum.</i>	4.43
<i>Ut consensus matrim. sit ex utrâque parte, requirit ut eliciatur ab utrâque personâ habili ad matrim. tempore quo illud contrahitur simultate moraliter.</i>	<i>Verus consensus unius, qui contrahit, non est validus altero scilicet contrahente.</i>	5.4
<i>Coniunctudo nulla prescribit contra ius natura aut diuinum.</i>	<i>Quid si scandala tineantur ex novo consensu.</i>	4.61
<i>Impedimenta matrimonij abrogare ac inducere potest 19.</i>	<i>Singulare est in contractu condonato matrim. ut renouato consensu ante impletam conditionem nullus sit.</i>	5.40
<i>Pontificis scientia requisita.</i>	<i>Nec alcum requirat aliud, quo traditio corporum fiat.</i>	
<i>Ac virtualis consensus.</i>	<i>Quo pacto renouari debeat coram parocho.</i>	4.3
<i>Coniunctudinis virtus.</i>	<i>Metus qui reliquos contractus reddit rescindibiles, reddit nullum matrim.</i>	6.9
<i>Consummati ac rati matrim. discrimen 8.16. & seqq. & 23.36. consummato adueniens impotencia id non dirimit.</i>	<i>Preces importuna frequenter iterata.</i>	6.18
Contractus humani.	<i>Non blanditiae.</i>	20
<i>Contractus humani non operantur ultra intentionem operantis, nec excedunt limites agentium.</i>	<i>Nec inste incubus metus 23. nec lenit.</i>	29
<i>Natura contractus explicatur.</i>	<i>Qui proprius parochus?</i>	7.30
<i>In omni contractu oneroso inest naturalis obligatio ad non decipiendum.</i>	<i>Valeat matrim. celebratum coram parocho cum præsumpto ticulo.</i>	74
<i>Ad contractum non sufficit consensus internus.</i>	<i>Non nunquam sine parocho 12.4. & testibus.</i>	13.4
<i>Qualibet signa externa ad eum validè celebrandum sufficient.</i>	<i>Ad</i>	
<i>impliciter quis sub conditione de futuro contrahit.</i>		
<i>Contractus conditionales purificantur conditione absque no-</i>		

RERVM ET VERBORVM.

<i>Ad validum contractum, qui ad sacram presupponitur.</i>	do.	22.246.
<i>principis voluntas requiritur.</i>	9.9	22.246.
<i>Omnis contractus de presenti ante nubilem etatem habet solam vim sponsalium.</i>	23.7	22.246.
<i>Legitimitas prolis ex matrim. innatidè contratto, qua?</i>	15.38.	5
<i>Contractus alter simplicis promissionis, alter matrim.</i>	29.44.	5
<i>Copula maritalis potuit gratiam sacram dare d. e. n. 2.</i>	27	26.3
<i>represeat coniunctionem Christi cum Ecclesia post baptismum.</i>	27	26.3
<i>Potest Deus nolentes copulare matrim.</i>	4.21	26.3
<i>Copula carnalis ante Trident. erat signum maritalis consensus post sponsalia 83. etiam adhibita ante nubilem etatem.</i>	32.16	26.3
<i>Si post sponsalia dissoluta non est signum renudationis.</i>	32.77.	26.3
<i>Non est pars eisen. matrim.</i>	4.85	26.3
<i>Hoc ante illam caret aliquâ significacione 4. 87. Consensus in copulum directus non est necessarius ex parte contrahentis.</i>	89	26.3
<i>Nec explicitus nec implicitus.</i>	90	26.3
<i>Ex parte contractus est necessarius implicitus & indirectus.</i>	95	26.3
<i>Copula coniug. possibilis est essentialis terminus potestatis coniug.</i>	4.98	26.3
<i>An penetratio claustris absque semine consummet matrim.</i>	8.2.	26.3
<i>An sola viri feminatio?</i>	8.5	26.3
<i>Quid si absque corporum coniunctione?</i>	8.6	26.3
<i>Quid si copula vi aut metu extorqueatur ante bimestre?</i>	8.7.	26.3
<i>Copula sive licita, sive illicita ex physica ratione affinitatem parit.</i>	27.47	26.3
<i>Potensia ad copulam est de essentia matrim. 24. 66.</i>	25.92.	26.3
<i>copula non mentio facienda in dispen. consang. &c.</i>	25.92.	26.3
<i>Varii modi redditus illicita.</i>	26.36	26.3
<i>An in loco sacro: 49. unde letalis haec malitia.</i>	54	26.3
<i>Necessitas duplex excusat.</i>	69	26.3
<i>An copula spontanea cum heretico coniuge sit delicti condonatio?</i>	22.69	26.3
<i>Crinina non dirimunt matrim.</i>	20.1	26.3
<i>Ad hoc imped. tria requisita.</i>	11	26.3
<i>Ad secundam duo requisita.</i>	17	26.3
<i>Promissio interna non sufficit.</i>	24	26.3
<i>An sit necessaria fides ex utraque parte acceptata?</i>	28.	26.3
<i>Criminum paritas quamam à diuortio excusat.</i>	28.18	26.3
<i>Paria delicta mutua compensatione tolluntur.</i>	48	26.3
<i>Non diversa.</i>	73	26.3
<i>Cultus disparitas dirimit matrim.</i>	21.1	26.3
<i>Vsus & traditione.</i>	6	26.3
<i>Non contractum.</i>	10	26.3
<i>An sit irritum matrim. heretica cum Catholicis.</i>	13	26.3
<i>Debitum coniugale.</i>		26.3
<i>Mutua obligatio ad coniugale debitum reddendum est effellus à matrim. separabilis.</i>	d.1. n. 6	26.3
<i>Coniugum duplex debitus.</i>	13	26.3
<i>Validè, non licet per se potest à vonente castitatem. d. 4. n. 92.</i>		26.3
<i>Allum coniug. non posse petri ex Fidelitate non defructu substantiam matrim.</i>	96	26.3
<i>Nec patrum de non reddendo, quies non licet alteri petere.</i>	5.25	26.3
<i>Debitum non petendi inducitur per incestum.</i>	12.16	26.3
<i>An publicum?</i>	17	26.3
<i>Nulla Pontificum definitio.</i>	23	26.3
<i>Negatio vsus coniug. quando nam irritat matrimon.</i>	14.	26.3
<i>Dubius de morte primi coniugis an reddere possit secundum De Matrimonio, Tom. IX.</i>		26.3
<i>Certus de nullitate matrim. reddere non potest.</i>	22.246.	26.3
<i>Petitio interdum habet rationem redditionis.</i>	26.3	26.3
<i>Redditio quando obligat.</i>	5	26.3
<i>Petitio quandam illicita.</i>	26.12	26.3
<i>Certo casu reddere potest, non tenetur.</i>	20	26.3
<i>Dubius de valoro matrim. quomodo se gerat?</i>	22.27	26.3
<i>Impediendum peccatum conjugis.</i>	26.34	26.3
<i>Exigere ac petere debitum quid distat?</i>	27.10	26.3
<i>Coniux innocens ius habet negandi debitum adultero.</i>	28.	26.3
<i>Preceptum de reddendo debito si innaturatur false presumptioni, non obligat.</i>	16.6 105	26.3
<i>Deflorator ad quid tenetur 11. 47. 51. an possit religione ingressi.</i>	32.24	26.3
<i>Demonstratio, causa, modus, conditio matrim. differunt, 3.1.</i>		26.3
<i>Denuntiationes publicae ob duplicitem finem 7. 8. quod pecuniam eas omittit?</i>	16.6 105	26.3
<i>Quis in ipsius dispenset?</i> 106. quâ causa.	110	26.3
<i>Dispensatio.</i>		26.3
<i>Dispensatum in matrim. insolubilitate à tempore legis Mosaica.</i>	d.1.n.21	26.3
<i>Dispensare in indissolub. matrim. nullus princeps valide potest.</i>	52	26.3
<i>An Deus dispensari permittendo repudium 58. an in pluralitate virorum sub una uxori?</i> 76. Chr in pluralitate uxorum non possit dispensari?	88	26.3
<i>Dispensatio in rato matrim.</i>	8.10	26.3
<i>Id de facto presumendum quod Ecclesia faceret, si talis causa adefter, & peteretur dispensatio.</i>	9.42	26.3
<i>Inter Fratrem & Sororem nunquam dispensatum 15. 31. generalia & certa de dispens.</i>	13.30	26.3
<i>Ad dispensatione negata quod argu,</i>	17.21	26.3
<i>An in iure naturali dispensari possit.</i>	25.5	26.3
<i>An ab Episcopo.</i>	10	26.3
<i>Potest à dispensandi ex rectâ gubernia. sape necessaria est in Episcopis.</i>	15	26.3
<i>Qui ad eam respondentur.</i>	19	26.3
<i>An & Vicarius.</i>	22	26.3
<i>Non nisi tacita commissione Pontif.</i>	23	26.3
<i>Dispensare in radice matrim. quid?</i> 25. 30. quoad ius questum, cisi non semper licite.	38	26.3
<i>Nec in ordine ad secularares dignitates.</i>	40	26.3
<i>Dispensatio nulla in impedim. dirimentia divino aut naturali jure.</i>	13. 48	26.3
<i>Cause ad dispensandum in particulari.</i>	25. 51	26.3
<i>Propria dispensationum matrim.</i>	59	26.3
<i>Quenam explicanda. 60. an copula?</i> 93. voluntas dispensantis ad quid se extendit?	71	26.3
<i>Duo causa intrinseca dispensationi. 74. clausula.</i>	97	26.3
<i>Diuortij causa triplex 28.1. an talibus impudici sufficient?</i>		26.3
<i>3. Sodomitia sufficient. 8. triplex causa excusans adulterium 10. adulterium an debeat esse publicum ut dimittatur vir?</i>	28.24	26.3
<i>An reneatur vir uxorem in adulterio persistenter dimittere?</i>	28.28	26.3
<i>Quid juris acquirat vir innocens in dotem uxoris adultere?</i>	38	26.3
<i>An occulto adulterio liceat ad relig. aut Ordines sacros innocentis coniungi transire?</i>	35	26.3
<i>Diuortium non sit nisi in favorem innocentis.</i>	40	26.3
<i>Absque eius licentia adulterer ne quis statim mortare. 45. innocens potest.</i>	44	26.3
<i>Paria delicta mutua compensatione tolluntur.</i>	48	26.3
<i>Dupliciter causa maioris perfectionis fieri potest diuortium.</i>	28.57	26.3
<i>Heresis dat causam diuortio.</i>	57	26.3
<i>An ad id obliget?</i>	62	26.3
<i>De heretico coniuge ad fidem conuerso dubium singulare.</i>	68	26.3
<i>An in</i>		26.3

INDEX

<i>An in adulterio spirituali sit compensationis locus?</i>	71	<i>causam dissoluendi sponsalia</i>	32. 39. <i>compensatio spon-</i>
<i>Alia causa diuinitati.</i>	75	<i>sorum fornicantium impar.</i>	61. <i>Fornicatio sponsalibus</i>
<i>Morbus infectius.</i>	76. <i>Sanitas.</i>	<i>prior post rescita est iusta causa resiliendi à sponsalib.</i>	<i>etiam cum vidua.</i>
<i>Doli ac metus disparitas 6. 41. lucrum de dolo reportare</i>	79	<i>Forum internum externumq; in quid differunt.</i>	2.87
<i>non est dignum.</i>	45	<i>Qualis probatio in publico iudicio requiratur.</i>	32.88
<i>Dolus non debet patrocinari extorquenti copulam à sponsa</i>	8.39	<i>G.</i>	
<i>ante bimestre.</i>		<i>Gradu prohibito initum matrim. communi errore non con-</i>	
<i>Dolo equiparada scientia, propter quam in iure pena im-</i>		<i>ualescit.</i>	7.77
<i>ponitur 12.5. doli capax etas que?</i>	31.3	<i>Gradus consanguin. quomodo distinguendi.</i>	16.5
<i>Dubius de valore matrim. an reddere debitum possit.</i>	22.	<i>Matrimon. in 1. gradu rectilinea iure natura nullum.</i>	
<i>24.</i>		<i>10.</i>	
<i>Ecclesia.</i>		<i>Nisi humanum genus pereat.</i>	13
<i>Ecclesia nunquam censetur tollere fauores, quos ius natu-</i>		<i>Intra certos fines nullitas continetur.</i>	17
<i>rale ac diuinum concedit, nisi id manifeste exprimat.</i>	4.	<i>Scilicet ad 2. gradum.</i>	25
<i>71.</i>		<i>Etiam interfratrem & sororem.</i>	30
<i>In facie Ecclesie celebrari matrim. quid?</i>	7.15. <i>prima ce-</i>	<i>Iure positivo ad quorum gradum sit prohibitum matrim.</i>	
<i>lebratione satisfit Ecclesie.</i>	133	<i>15.37.</i>	
<i>Hec habet potestatem impedimenta matrim. constitueri.</i>	9.2.	<i>Primus gradus, Ec. an exprimendus in petitione dispen-</i>	
<i>Nec deest ei auctoritas, ut in periculo vita non obligent.</i>	41.	<i>sat.</i>	5.61
<i>Ecclesie veritum quid?</i>	10.1	<i>Gratia matrim. duplex.</i>	d.2.n.11
<i>Ei non est relata potestas in casib. metaphys.</i>	25.6	<i>Matrim. infidelium quomodo fieri possit gratia collati-</i>	2.30
<i>Ecclesia non fers diuinitij sententiam in fauorem nocentis.</i>	28.50.	<i>num.</i>	
<i>Qualis probatio requiritur in publico iudicio.</i>	32.92	<i>Gratia collatum signum in matrim. non est distinctum</i>	
<i>Educatio prolis perfecta postulat tria.</i>	d.1.n.30	<i>à mutuo consensu coniugum.</i>	2.45. & 3.13. & 4.4.
<i>Episcopus potest in sua diocesi, quod Pontifex in toto or-</i>		<i>Gratiam Deus nunquam suspendit propter futuram indis-</i>	
<i>be, limitandum.</i>	8.20. & 9.10.	<i>positionem.</i>	5.61
<i>Ecclesia veire potest matrim. 10.1. Episc. residentia an</i>		<i>I.</i>	
<i>de iure natur. 25.9. quibus casib. matrim. potest dispen-</i>		<i>Ignorat quis matrim. esse sacram. an id celebret?</i>	d.2.n.3
<i>sare 25.10. an in occultis impedit. 25. Vicary potestas.</i>	88.	<i>18.</i>	
<i>Epychia in dispensationem supergradib. matrim. an ca-</i>		<i>Gradum prohibitum, an ineat?</i>	7.77
<i>dit?</i>	9.41. <i>casus singularis.</i>	<i>An penas incurrat.</i>	12.5.
<i>Error communis dans titulum 7.71. quibus casibus cense-</i>		<i>Ignoransia concomitans.</i>	20.2
<i>tur Pontifex illogesta efficere valida.</i>	75	<i>Impedimentum matrim.</i>	
<i>Quid se erretur in persona?</i>	76. <i>maximonium dirimitur</i>	<i>Aliud pbysicum, quod habere potest infidelis, aliud legale,</i>	
<i>14.2. an errore qualitatis?</i>	18. <i>quandonam redunderet</i>	<i>d.1.n. 40.</i>	
<i>in errorem personae varia regula 19. certior 20. casus</i>		<i>Stante firmo iudicio de impedit. annullante matrim. ne-</i>	
<i>singularis 28. triti 30. error conditionis scrupulis irritat</i>		<i>quit esse sufficiens consensu.</i>	4.105
<i>matrim.</i>	14.37	<i>An contrahentes teneantur occultum impedit. cum pro-</i>	
<i>Iure positivo 40. non si cognita.</i>	41	<i>priâ infamia manifestare?</i>	7.112
<i>Eucharistiae sacramentum separari nequit à sacrificio d.</i>		<i>Qui cum occulto impedit. contraxerunt, an teneantur</i>	
<i>2.n.29. Graci validè consecrant omisso est.</i>	7.77	<i>sterum coram parochio & testib. contrahere?</i>	130
<i>Excommunicatus prohibetur contrahere matrim. non in-</i>		<i>An principes fideles habeant potestatem statuendi impe-</i>	
<i>terditus.</i>	10.12	<i>dimentia matrim. 9.6. an hac obligent in e-</i>	
<i>F.</i>		<i>nidenti periculo vita?</i>	39
<i>Fama alijs adminiculis desituta non sufficit de morte</i>		<i>Impedimenta tantum impedita duodecim.</i>	10.2
<i>coniugis 22. 10. nec ad dimittendam sponsam vulga</i>		<i>Ad irritandum regula decreti certior. 22. impedit. aliud</i>	
<i>fornicatio.</i>	32.87	<i>à crimen dependens, aliud independens. 12.1. an omi-</i>	
<i>Tessiurato equiuale fama.</i>	98	<i>nia consuetudine sint abrogata?</i>	13.43
<i>Fidelitatis virtus obligat tantum ad promissa vera ser-</i>		<i>Impedimenta dirimentia 14. sunt. d. 13. 46. & 14.1. &</i>	
<i>uanda.</i>	4.46	<i>seqq.</i>	
<i>Obligatio non petendi debitum ex Fidelitate non repug-</i>		<i>Ea in decentia irritat matrim. que ipsius saltus secunda-</i>	
<i>nat obligacioni id reddendi existit.</i>	96	<i>rio fini aduersatur. 17. 29. quenam impedimenta insi-</i>	
<i>Forma matrim. 2. 43. mutuus coniugum consensus per</i>		<i>deles ligant.</i>	54
<i>verba de praesenti expressus est externum symbolum in-</i>		<i>Fidelis baptizans vel suscipiens filium infidelis ex parte</i>	
<i>terioris sanctificationis significarium. 3.13. forma ma-</i>		<i>suâ contrahit altissimum impedit.</i>	18.61
<i>trim. est contrahentium actus, quibus corporum tradi-</i>		<i>Naturale impedit. quadruplex.</i>	13.46
<i>tionem mutuo factam acceptant.</i>	3.21	<i>In impedit. occulto quid possit Episcopus?</i>	25.15. <i>quomo-</i>
<i>Fornicatione nec mortuam dici mulierem, nec vinculum</i>		<i>do facienda mentio impediti in dispens.</i>	25.66
<i>matrim. solus probat multipliciter August. d.1.n.20,</i>		<i>De dispensatione petenda pro duplice impedit.</i>	96
<i>est illicita solo iure natura spectato.</i>	48	<i>Casus quo cum neutrâ sponsâ potest contrahere:</i>	32.51. <i>qua</i>
<i>Fornicaria copula non consummat matrim. 8.8. Fornica-</i>		<i>impedimenta superuenientia diriment sponsalia.</i>	62
<i>tio post editam professionem aut sacros ordines suscep-</i>		<i>Impotentia corporis perpetua ad generandum est inhabilis</i>	
<i>tos non cogit ad coniugem adulteram redire.</i>	28.52	<i>materia matrim.</i>	11.25
<i>Fornicatio multiplex 58. copula fornicaria idonea non est</i>		<i>Quid & quotuplex.</i>	24.1
<i>ad sponsalia.</i>	29.7	<i>Quenam dirimat matrim. 7. an que sine periculo vita tolli</i>	
<i>Fornicatio sponsi an explicanda in confessione?</i>	30.6. lon-	<i>nequit.</i>	24.15
<i>gè magis deterioratur sponsa. 7. An vi fornicans det</i>		<i>De temporali potentia. 24. 18. ipsa est quâ potest sine</i>	
		<i>vita periculo & violento medio tolli.</i>	24
		<i>Si impotentia non manifestetur an fiat iniuria?</i>	24.33
		<i>Si sit respectu unius perpetua, non alterius.</i>	36
		<i>S3</i>	

RERVM ET VERBORVM.

<i>Si partem tantum seminis intra vas fundat.</i>	<i>38.</i>	<i>Si dubius de potentia futurâ.</i>	<i>39</i>	<i>Materia & forma Sacramentorum</i>	<i>3.16</i>
<i>An in eâ dispensari possit.</i>	<i>25.3</i>	<i>An in eâ dispensari possit.</i>	<i>25.3</i>	<i>Materia contractus matrim. Junt illius contrahentium signis expressi, quibus munera corpora in coniugium tradunt.</i>	<i>21. & seqq.</i>
<i>Incestus definitio.</i>	<i>d.12.n.1</i>	<i>Quid si accedat coactio?</i>	<i>12.7</i>	<i>Comparatur cum alijs sacram.</i>	<i>140</i>
<i>Patre illius.</i>	<i>10. & seqq. ad 2. gradum.</i>	<i>Intentio contrahendi matrim. in ratione contractus solidus, validum efficit matrim.</i>	<i>47</i>	<i>Materie inhabilitas ad matrim. triplex.</i>	<i>11. 25. destrutâ materia destruitur matrim. quomodo?</i>
<i>Alia concomitans, alia formalis.</i>	<i>5.16. & 20.2</i>	<i>2.23. & 3.11. & 4.2</i>	<i>24.49</i>	<i>Matrimonium.</i>	
<i>Virtualis obligandi in lege.</i>	<i>29.78</i>	<i>Virtualis obligandi in lege.</i>	<i>29.78</i>	<i>Est maris & fæmina coniunctio individualis vita consuetudinem retinens.</i>	<i>d.1.n.1</i>
<i>Irrregularitas legalis reddebat mulierem post 2. repudium pollutam.</i>	<i>d.1.n.60</i>	<i>Eius essentia sita in mutuo vinculo coniugali indissolubili, orto ex mutuo iure quod ex mutua traditione uterque coniux haberet in corpus alterius. n.2. Est in genere relatio.</i>	<i>17.49</i>		
<i>Quam irregular. incurrit infidelis.</i>	<i>17.49</i>	<i>Mutua obligatio ad consigale debitum reddendum est effectus à matrim. separabilis.</i>	<i>5</i>		
<i>Turamentum non firmat matrim. inualidum ob iniustum metum.</i>	<i>6.51</i>	<i>Eius finis duplex.</i>	<i>6</i>		
<i>Nec iurando se valide contracturum.</i>	<i>52</i>	<i>Formalis causa.</i>	<i>7</i>		
<i>Quamdiu absque salutis aeterna dispendio seruari potest, debet, si non sit vi ac dolo extortum.</i>	<i>53</i>	<i>Physicè est mutua corporum unius in alterum traditio ad communem prolem progignendam externo signo expressa. 10. Maria & Joseph verum matrim.</i>	<i>9</i>		
<i>Sponte prefatum iurare. tunc obligat.</i>	<i>54</i>	<i>Vnum in vitroque.</i>	<i>14</i>		
<i>Nec est contra bonos mores.</i>	<i>57</i>	<i>Insolubile eius vinculum.</i>	<i>15</i>		
<i>An sponsalia filia apposito iuramento obligent?</i>	<i>29.19</i>	<i>Duplex indissolubilitas.</i>	<i>4.98</i>		
<i>Turamentum quos contractus confirmet?</i>	<i>20</i>	<i>Vi sacramentum est maiorem habet indissolub. d.1.n.22</i>			
<i>Obligant illa titulus religionis, non iustitia.</i>	<i>22</i>	<i>Omnimoda indissolubilitas matrim. consummati ostenditur.</i>	<i>32</i>		
<i>Iurare se quid seruaturum, & se non obligare an sit possibile?</i>	<i>24</i>	<i>Spectato solo iure naturae posset dissoluiri aliquo casu.</i>	<i>35</i>		
<i>Facilis concordia Doctorum.</i>	<i>31</i>	<i>Rati ac consummati matrim. discrimin.</i>	<i>1.40</i>		
<i>An sponsalia iurata possint mutuo consensu dissolui?</i>	<i>32.3</i>	<i>Stando in puro iure nature possent coniuges aliquando validè non tamen licite dissoluere matrim. & contra 45.</i>			
<i>An inter impuberis?</i>	<i>11</i>	<i>Pluralitas virorum sub una uxore est contra finem primarij matrim. & secundarium.</i>	<i>75</i>		
<i>Quid si iurata pubertatis proximus, an validus contractus possit iure irritus?</i>	<i>13</i>	<i>Non polygamia.</i>	<i>80</i>		
<i>Quid si post iurata sponsalia virginitatem vocatione?</i>	<i>20</i>	<i>Matrim. institutum à Deo.</i>	<i>1.100</i>		
<i>Potest ad relig. transire,</i>	<i>22</i>	<i>Præceptum de eo datum.</i>	<i>102</i>		
<i>& ante contrahere.</i>	<i>25</i>	<i>Quamdiu durauit.</i>	<i>103</i>		
<i>Citra periculum tentandi Deum.</i>	<i>26</i>	<i>Per Procuratorem valet in ratione contractus.</i>	<i>2.35</i>		
<i>Iustitiae titulus tenetur deceptor fictum matrim. consensum vertere in verum. 4. 44. Potest au petendi debitum ex iustitia per obligationem non petendi ex fidelitate non tollitur. 4. 97. ex iustitia obligare se ad non petendum nec reddendum coniux non potest. 101. iustitia præceptum strictius quam votum relig. 11. 47. iustitia ratus inter offensorem & offensum.</i>	<i>30.27</i>	<i>Et in ratione sacr. 39. Valer exiam matrim. per litteras 51.</i>			
Lex.					
<i>Lex non obligat eo casu quo legislator intentionem virtualem obligandi non habuit.</i>	<i>29.78</i>	<i>Est collatum gratia dum contractus fit; in facto esse materie expressum coniunctionis Christi cum Ecclesiâ. 4.4.</i>			
<i>Lege nouâ quidquid expressum non habetur, veteris juris dispositioni relinquitur.</i>	<i>29.38</i>	<i>Ad matrim. non sufficit internus consensu, neque ut contractus est.</i>	<i>4.64</i>		
<i>Legislator dum se clarius non explicat, cum possit, ea claritas non est admittenda.</i>	<i>20.19</i>	<i>Substantia matrim. repugnat tam iuris obligatio non redendi debitum ex iustitia.</i>	<i>96</i>		
<i>Revocare potest legem Eccles. cum omnibus effectibus iam securis.</i>	<i>25.38</i>	<i>Matrimonij perfectio duplex.</i>	<i>4.99</i>		
<i>Leges paenales, quoad fieri potest, restringenda.</i>	<i>12.6</i>	<i>B. Virginis perfectissimum.</i>	<i>100</i>		
<i>Legis naturalis ac positive discrimin.</i>	<i>d.1.n.53.105</i>	<i>Preter mutuum consensum extrinsecus expressum non requirit alium alium quo inuisum corpora tradant.</i>	<i>53.43.</i>		
<i>Cessante fine legis naturalis in aliquo particulari, cessat eius obligatio.</i>	<i>54</i>	<i>Matrimonia debent esse plenâ libertate.</i>	<i>6.6</i>		
<i>Lex non obligat nisi existentes in loco ubi recepta est?</i>	<i>7.128.</i>	<i>Meru leui incusso nil deest in concessu ad substantiam matrim.</i>	<i>30</i>		
<i>Consuetudo contra legem legitima prescribit.</i>	<i>9.25</i>	<i>Decretum Trident. contra clandestina ubi & quomodo obligat.</i>	<i>7.17</i>		
<i>Vbi lex reddit a difficultate propter suis inobseruantiam.</i>	<i>4.2</i>	<i>Potestatem matrimonio assistendi quis habeat?</i>	<i>7.83</i>		
<i>Libertati matrim. qua pena, quis timor obstat.</i>	<i>30.15</i>	<i>Consummatio matrimonij qua?</i>	<i>8.2</i>		
<i>Ligamen impedim. 22.1. certudo de consugis obitu qua?</i>	<i>7</i>	<i>Matrim. pendet ab Ecclesiâ potestate.</i>	<i>9.2</i>		
<i>Nequit in eo Pontifex dispensare.</i>	<i>13.49</i>	<i>Nequit claudicare.</i>	<i>17.56. & 22.22</i>		
M.					
<i>Malum minus suadere licet pra maiori.</i>	<i>31.56</i>	<i>Matrimonia ante nubilem statem dudum erant sponsalia.</i>	<i>23.8</i>		
<i>Maleficium nouo pacto tolli nequit.</i>	<i>24.5</i>	<i>Matrimonij essentia potentiam ad copulam carnalem an postulet.</i>	<i>24.56</i>		
<i>Manifestatio occulti impedimenti quando de precepto.</i>	<i>7.112.</i>	<i>Obligatio matrimonij negativa & positiva.</i>	<i>26.1</i>		
<i>Secretum Sacram. nunquam manifestandum.</i>	<i>116</i>	<i>Libertatis matrim. qua pena obstat?</i>	<i>30.17</i>		
<i>An manifestatio occulti defectus ante contractum matrim. quenam obligat.</i>	<i>32.82</i>	<i>Inhabilitas ad matrim. nequit sponsalia valida contrahere. 31.1. Preuenire statem an peccatum?</i>	<i>12</i>		
<i>Ant teneatur se his manifestare impedim. matrim. cum pericula vita aut fama;</i>	<i>32.100</i>	<i>Meru grauis quis?</i>	<i>d.6.n.2</i>		
		<i>An minoris mali merus irriter matrim.</i>	<i>6.4</i>		

INDEX

A duplice causa à incusione potest. 6.8.	<i>A naturali non irritat.</i>	De impediendo peccato regula charitatis. 26.37
10. Nec tam defectus libertatis quam iniuria. 11	Peregrini apud quem parochum contrahent matrim. 7. 28	
Metus an incusus ab extrinseco. an electus ab intrinseco magni interest. 6.12	Quamdiu morari debent in loco, ut sine parocho validè contrahant ubi non est receptum Trident. 125. Legem loci quoad contractus servent. 9. 16. quò tenetur uxor sequi virum. 30.25	
Metus grauius ad extorquendum consensum iniuste incus- sus irritat matrim. etiam in foro interno. 6.15	Poena quando imponitur propter delictum, hoc intelligo de proprio & in suā specie perfecto. 20. 30. requirit scientiam que equiparetur dolo. 25.26. que pena ap- poni possit in sponsalib. 30. 15. ante partis sententiam non incurritur, quādo à voluntate partis pender. 32.79	
Non naturali iure; sed gentium & Eccles. 37	Pœnitentia sacram. nequit sub conditione impendi ut ma- trim. cur. 5.56	
Non iuste incusus. 22	Pœnitentia & prætorium stat defuncto Pontifice. 25.90	
Irritat si sit laesus virtutum. 24. Non leuis. 29	Eius stylus. 87. praxis. 92	
Quid si metu extorqueatur copula ante bimessire? 8.7	Polygama absque rationabili causā semper fuit illicita. d.1.n.80. Non irrita iure natura. 81. nec illicita. 82. nec verita à Deo olim. 84. Sed iure diuino prohibita in le- ge Euang. 87. cur non possit in ea dispensari. 1. 88. & 25.2. apud gentiles illicita. 1.93	
Metus ex imperfeciō iudicij discrimin. 9.32	Pontifex censetur valida efficere, qua ex probabilitate geruntur. 7.75. Quid si erretur in formā eligendi Pon- tificem. 76. Pontificum concordia de matrimonio. renouan- do coram parocho. 131. Pontifex non habet subiectos in- fideles. 9.11. Concordia de cogendo resiliēt à sponsa- lib. 30.14. De potestate Pontificis ut interpretis iuris dé- uinī. 25.5. Dispensat in radice matrim. 25.34. non in ordine ad seculares dignitates. 40	
Mioister sacramenti legitimus nullus nisi baptizatus. 2. 28. Ministri intentio quam necessaria. 2.34. & 7.101	Potestas coniugum ad matrim. diuersa à potestate ministri ad sacram. 5.60. Potestatem assistendam matrim. quis ha- beat: 3.83. Potestas dispensandi in rato matrim. 8.14	
Malitia nil impedit. 5.62	Potestas extraordinaria Pontificis. 8.48. Potestas impedi- menta matrim. constituendi penes quem: 9.1. non debet in Ecclesiā potestas eximendi à lege in periculo vita. 43	
Nec intentio suspendere potest effectum sacram. 5.61	Nonnulla potestas maiora incommoda quam commoda adferret Reip. Christi. 25.6. subdelegare quis possit: 24. & 82. Potestas Officialis & Vicarij. 88	
Ministrum matrim. esse Sacerdotem probant. d.3.n.2	Præceptum superioris an irritet matrim. 6.18. Præcep- rum in concursu perpendende circumstantia 14.55. pre- cepsit positiuum quandonam naturali addit nouam obliga. 26.73	
Sunt contrahentes. 4. Verba ministri quid solum? 11	Præscriptionis & consuetudinis discrimin. 9.25. an contra- statem prescribi possit.	
Minister est forma solennitatis. 12	Procurator validum efficit verumq; matrimonij sacram. 2.39. Eius conditiones quatuor 48. Procuratoris verba integrant contractum matrim. 4.67. quid si gravi metu iniuste cogatur. 6.17. plures eligi possunt. 18.38	
Diuersa potestas ministri ad sacramentum conficiendum & coniugum. 5.60	Professio Relig. solennis dissoluit matrim. ratum & non consummatum d.2. n.19. & 8. 22. & 15.24	
Hæreticus Catholice potest id ministrare. 21.17	Lensi metu extorta non irritatur. 6.33	
Misericordia damnoſa reipub. propter priuatum bonum. 32.85.	Id non dirimic ex natura sua. 8.32	
Modus, causa, demonstratio, conditio matris differunt. 5.1	Sed iure Eccles. derivato ex diuino. 35. & 15.2	
Mollities est peccatum mortale solo iure natura spectato. d.1.n.48.	Eiſi ſponsa vi opprimatur. 8.39	
Motu proprio in dispensatione appofita clausula vitium subreptionis suppliet. 25.57	In favorem religionis. 15.26	
N.	Dissimulatio coniugis absque expressa licentia ad va- lidè profundum non sufficit. 32	
Nouitas sententiarum quantopere cauenda, ne incautis ansia detur disciplinam Eccles. relaxandi, doctrinam ad alios casus extendendo. 9.47	Ad religiou. quis transitus coniuge in heresim lapsus 28.64.	
Nouitatus unius quin modo computandus & consi- nnus. 15.4	Prohibitio annullans aut irritans actum debet esse ex- pressa. 10.5	
Biennium non est necessarium ad validitatem professio- nis, nec atas maior 16. anno. 15.8	Prohibitio specialis, ut matrim. contra eam irritum sic invalidum, requirit decretum irritans immediatè ca- dens supra matrim. primarium obiectum. 10.22	
An nouitatum anno integro peragere debeat qui ex una relig. in aliam migrat. 20	Prolis educatio perfecta postulat tria. 1. 30	
O.	Legitimatio prolis per retroactionem matrim. 8.8. & 11. 21. Et per dispensa. in radice matrim. 25.34	
Officialis quis? 25.88	Ut proles non sit spuria, sufficit ut validè tempore con- ceptionis contrahi potuerit matrim. 30.9	
Ordinarius quis? 7. 80. an Archiepiscopus? 81. an Vi- carius gener. Episcopi? 82. an capitulo sede vacante &c. 83	Promissio ex natura sua non est reciproca. d. 20. n. 31. & 29.41. De modo illam acceptandi lis. 20.32	
Ordines sacros qui suscepit de licentia coniugis, an ei pe- ricleanti de incontinentia teneatur succurrere? 15.44	Promittens filiū animo se non obligandi, aut vobens, ad quid tengerit 4.32. Non sufficit adsposalia. 29.16	
An sacri Ordinis capax sit hermaphroditus. 24.73		
An sit irregularis. 75. post ratum matrim. fine coniugis licentia coniux ad sacros Ordines nequit adspirare. 27.5. An sponsalia dirimant Sacri Ordines? 32.31. an votum de illis suscipiendis. 32		
P.		
Parentum consensus nunquam fuit requisitus ad valorem matrim. 4.7		
An post Triden. valeat matrim. à parentib. pro filiis con- tractum coram parocho & testib. 78		
Parochus & testes à Concilio requiruntur non ut causa ef- ficiens sacram. sed ut assistentes & testificantes. 3.6		
Quomodo? 7. 13. illius officium. 17. quis proprius paro- chus? 20. & seqq.		
Quis locus coniungendi? 38. De praesentia parochi 50.92. & religiosi in novo Orbe. 56. an non Sacerdotis? 65		
An excommunicati? 69. an communiter putatis? Quid si nullo titulo presumptio sit parochus? 71		
Casus, quibus sine parocho & testib. celebrari potest matrim. 123.		
Parochus vere potest. 10.1. & tempore interdicti mini- strare matrim. 15. Eius designatio non requiritur in patrinis. 18.50		
Pallio si iudicium non turbarit, non irritat matrim. 6.14		
Patrini quot. 18.10. patrini munus. 15. eorum designatio. 40		
Peccatum non eligit vir constans. 6.8. quando peccatum negare debitum coniug. 26.6		

RÉRVM ET VÉRBORVM.

Nec apposito iuramento 19. promissio illicita non obligat ex iustitia.	31.2	dam unionem indissol. Christi cum Ecclesiæ 39. & d. 2. n. 26.
Publicæ.		Quam non significat matrim infidelium. 1. 42. nec fidelis ante Christi aduentum. Ibid.
Publica honestatis impedim. definitur. 23. 1		Dicunt in recto unitatem sponsi cum una; quod unus non fuerit alterius dicit in oblique. 44
Ab Alexan. III. describitur. 5. ad 1. gradum tantum extenditur. 23.8		Matrim. esse sacramentum fides dogma d. 2. n. 1. duplex fundam. 3. Traditio Ecclesie efficacissima. 5. Certior mens August. 9. Fuit sacram. à mundi exordio 12. in hoc sacram. reperiuntur tria. 14. Euctum ad sacramentum quando? 15. aliquando fit contritus & non sacrament. 17
Non oritur ex sponsalib. inualidis. 20		Non potest esse sacramentum ex parte coniugis solius fidelis d. 2. n. 20. Infidelis nequit esse minister matrim. vi sacram. est. 21
An ea sponsalia mutuo consensu dissoluti possint? 25		Duplex ratio sacramenti in matrim. 2. 26. & 4. 87. validum est per Procuratorem 2. 39. causat gratiam moraliter. 45.
An ex matrim. consumm. irrito oriatur hoc impedimentum. 29.		Quid habet rationem materia & forme in matrim. 3. 21. & 24. validum est hoc sacram. sine animo consentendi in copulam. 4. 91. discrimen à ceteris sacram. in signo sensibili. 5. 55. licet tempore interdicti 10. 4. cum heretico initum an sit sacram. 21. 7
An ex matrim. inter impuberes? 29. 64		Sacrilegij ex violatione templi enormitas. 26. 58. varia ad eam regula. 69
Extinguitur mutuo consensu resilendo à sponsalibus. 32. 14.		Scientia, que comparatur dole, reddit pœna obnoxium. 25. 26.
Non uno resiliente. 51		Secretum Sacramentale nunquam aperiendum 7. 116. naturale senemur naturali iure fernare, non in praedictum tertij. 140
Pactum non vivendi corpore potest iniri à contrahentib. matrim. 4. 96		Sententia probabili regulatur animarum salus; quæ non detrimentum patiatur, valida effici Pontifex gesta plurim. 7. 75.
Posito pacto de non perendo actu coniug. non tenetur coniux reddere. 101		Serui genus duplex. 14. 32. triplex modus seruitutis. 36. seruissis conditio substantia matrimon. non aduersatur. 42.
Pactum sponsalibus adjici quodnam potest? 24		Signa qualibet externa ad ciuilium contractum validè celebrandum sufficiunt 4. 68. signa que ad matrim. sufficientia? 77. & 5. 55. & 7. 14. que ad sponsalia? 29. 46.
R.		Societas Iesu privescium ut assistat matrim. in nouo Orbe 7. 61. Vota simplicia non dirimunt ratum matrim. 8. 37. consensus in Scholasticum nullus 11. 24. potest dispensari in biennio tyrocinij 15. 11. De magistris in ordine. 98. de Prefecto & examine NN. 99. an sponsalia dissoluantur per vota simplicia Societ. ex parte utriusque. 33. 19
Raptus impedim. quod? 13. 1 pœna 7. An dirimat matrim. 19. Quid si rapiat sponsam defuturo? 50		Solennitas matrim. quenam semper requisita à Concilij 7. 8. Duplex prescripta à Trident. 122. quo casu posse non seruari, & sine parocco celebrari matrim. 124
Ratiabilitio.		Sponsalia
Ratiabilitio fictione iuris quomodo retrahitur. 20. 5		Sponsalium consensus quomodo differat à conditionate futuro. 5. 43. minus requiritur ad sponsalia irritanda 10. 23. Quid sponsalia? 11. 27. & 29. 11
Ratum matrim. an possit auctoritate Pontif. dissoluti 8. 10 à consummato discrimen. 18. non dissoluitur solemnis votio Ordinis sacri. 29		Quomodo dissoluantur: 11. 28. & 23. 25. Sponsa de furto consanguineam qui cognoscit, pœnas incaestas incurrit. 12. 26.
Nec per subsequens consummatum 43. nec per impotestiam superuenientem. 24. 46		Sponsalia sunt, matrimonia ante nubilem etatem: 23. 6. bifariam contrahuntur. 29. 6.
Religionis titulus cogit sponte iurantem. 6. 54		An conditionata per copulam clandestinam sicut absoluenda? 7.
Etiam impuberem. 32. 14		Promissio sit reciproca: perfectè libera. 23. 3
Qui post ratum matrim. religionem ingreditur, quando nam peccet? 11. 45		Filia irrita defectu consensus 29. 17. an iuramento reuelidentur. 20.
Religionis votum annexum tribus. 15. 16		Sponsalia clandestina an valida? 35. Possunt ex una tantum parte obligare. 42
Valida erit professio coniugis, si relictus in seculo emittat votum castitatis. 15. 32		Matrim. clandest. nec vim habet sponsalium. 94. an contractum ante etatem? 59.
Juris requisita ad eam. 34		Queso
Sola licentia uxoris sufficit ad validè proficiendum, ita ut possit è religione renocari. 37		
Non ex iustitia sed ex charitate 43. an ingressu relig. solvantur sponsalia 37. 17. ex parte eius qui in seculo relinquitur. 21. an defloratio virginis possit ingredi religionem. 31		
Religiosi in novo Orbe quomodo assistere possint matrim. 7. 56. vota Religiosi quies irritat. 27. 33		
Repudium an fuerit in lege Moysicâ licitum d. 1. n. 55. &c. an Deus dispensaret auferendo à lege vim obligandi 58. An repudium fuerit licitum gentilib. 65		
Soli viro concessum lege Moysis. 67		
Formula repudij. ibid.		
An fuerit necessaria acceptatio ex parte mulieris n. 70. non fuit validum absque iusta causâ. 73		
Retrotracio matrim. ad legitimandam problem tantum 8. 8. & 11. 21.		
Retrotrahi dicitur etiam legis abrogatio. 25. 30		
Sacramentum matrimonij.		
Sacramentum consideratur physice & metaph. d. 3. n. 15. Potestas ministri ad sacram. & coniugum ad matrim. comparatur. 5. 60.		
Matrim. ut Sacram. firmorem habet indissolubilitatem quam ut contractus civilis d. 1. n. 22. omnimodam indissol. fortiter ut Sacram. elevatum est ad significar-		

INDEX

- Q**uae sponsalia validare regula 68. quid si excessus conditionis sit ignotus 29. 73. grauerit obligant 30. 2. quando 3. an cogendus resiliens? 13. sponsalia nunquam valida & illicita 31. 2. atas ad ea requisita 3. an peccent, qui praueniunt 12. trifariam dissoluunt 31. 1. quia modo inter impuberess? 5. presumpta sponsalia quaest? 15. conditionata an dissoluantur per posteriora absolute 46. an carnali copula cum secundâ 49. si equale datum, prior preferenda 50. termini praefixo lapsi liberari a sponsalib. is per quem non stetit 52. absentia sponsaque? 54. an tactus impudici cum tertio dissoluane sponsalia 58. quid si vim passa? 59. si in heresim labatur, sufficie 60. impedimenta superuenientia que dirimant? 62. Si eadem cause praecedentes ignorata fuerint 68. carnali copula ratificantur sponsalia 73. quid si non animo ratificandi 74. sponsality consensus & maritalis in simultate disparitas 76. Probatio ad sponsalia dissoluenda 86. quid si sponsalia publica, causa dissolueendi probari non possit 90. Unde plenè proberetur causa? 93
Subdelegari alteri nudum ministerium unicommisum negavit. 25. 82. Et 25. 24
Sustentatio prolis propria de sacro fonte an impedit matrimonium. 13. 37
- T.**
- Taciturnitas quanam sufficiens signum per se interioris consensus 4. 79. dupliciter status posset ab Ecclesia contra parentib. tantum. 80. illa non sufficit, ubi requiri expressa acceptatio. 20. 32
Tempus furiatum quid sit 10. 24. temperatum praeceptum 25. de triplice solemnitate 27. non prohibet consummare matrimonium 29. quis in eo dispenseat 31. Temporis trahit non firmatur, quod de iure ab initio non subsistit 11. 21. tempus quando à lege prescribitur proper periculum, servandum est metaphysicò absolum. 31. 10
Testes quomodo ad matrimonium formam requisiti d. 3. n. 6. & 7. 75. Testium presentia moralis requisita ad matrimonium 7. 92. duorum qualiscunque 102. sufficie testis per interpretrem 7. 104. nullone casu validum matrimonium sine testibus? 134. Conditiones requisita ut testes probent 32. 94. unus sufficit ad dissoluendas sponsalia. 98
Titulo presumptio ac colorato gesta an valeant. 7. 74
Traditio & acceptatio corporum munera includuntur in consensu extrinsecus espresso. 5. 52
Tridentini decretum quomodo & ubi obligat contra clandestinitatem matrimonium. 7. 17
- V.**
- Vagabundorum quis propriis parochiis? 7. 48. anteneat ex cruce sequi virum vagum. 30. 25
Veritatis virtus obligat ut inficiat. 4. 37.
Verba vel alia signa manifestativa interioris consensus requiruntur ad contrahendum. 4. 64. nulla determinatio
- ad matrimonium. 70. sunt de precepto 74. non obligant ad mortale 76. Verborum formula ad contrahendum: dubia dant certas regulas 34. signa consensus internique? 29. 46. de verbis affirma. 48
Veritatem Ecclesia quid sit? 10. 1. concedit omnia tempore interdicti ad matrimonium. requisita. 15
Virginitatis votum non obstat matrimonio vero Maria & Iosephi 4. 97. quin fuerit perfectissimum in suo genere. 10. Defloratio virginis ad quid obliget 11. 47. & seqq. nuptia impotens an cogi possit ut virginitatis flos succidatur 24. 22. De virginitate interrogata puella quid respondeat. 32. 84
Voluntas efficax causa, an possit esse cum efficaci voluntate effectus. 4. 36
Voluntaria simpliciter sunt actiones, quae ex mea sunt, at libere. 6. 38
Voluntas conditiones regit 14. 23. voluntas dispensandi dupliciter deficit 25. 55. ad quid se extendit 21. voluntas duplex in superiori exigente conditionem 93. Voluntas dupliciter se subiicit 27. 17. qui directam potest habet in voluntatem alterius potest omnes liberos actus irritare. 27. 20
- Votum.
- Votum impediens matrimonium. quid? 11. 30. peccat qui eo ligatus contrahit 34. & qui cum ligato 36. votum sub conditione obligat ante euentum non matrimonium. cur. 5. 55
Votus sile, animo se non obligandi, ad nihil tenetur 4. 31. 34. votum aciuramentum vi ac dolo extortum non acceptatur a Deo. 6. 93
Votum in religione emissum, nisi sit solenne, non dirimic matrimonium. 8. 17. voti simplicis ac solennis discrimen accidit. 8. 46. Si quis voteat relig. vincitus matrimonio. 32. 31. Coniugio superstites tenetur voto castitatis 11. 37. non religionem ingredi 38. De voto non nubendi 11. 39. suscipiendo Ordines 40. de voto Religionis 47. Deus in voto attendit ut non fiat in prauidicium tertij. 11. 49
Votum solenne relig. dirimit matrimonium. 2. non consummatum. 25. annexu estribus 16. quid si nullus vota excipiat? 2. 4. si in seculo manus nullum emittit votum, an professio religiosi coniugis sit valida? 15. 35. voti castitatis irretitus prenuntiandus in debito perendo 26. 22. quid si vi et que coniugis ligatus? 22. 31. peccat intra duos menses primos reddendo debitum 27. 2. Qua vota ab uxore emissa potest vir irritare 22. Qua Prelatus? 33. Hoc ipso quod Deus promissionem non acceptat, nullum votum 29. 77. quando obligat? 30. 4. votum Ordines suscipiendo sponsalia dirimit 32. 33. non calibarus 41. dissoluto matrimonio cum posteriori, sponsalia obligant eum priori. 44
Vxoridium quod nam impedit. 13. 32. peccatum contra vinculum matrimonii. 36
Vxor occidens virum contrahit impeditum. 206.

F I N I S.



